2-a-5-1

R—5139

# D·DIONYSII CARTHVSIANI

## OPERVM MINORVM TOMVS tertius, diu deſideratus, cui inſunt hæc.

Commentaria in libros D. Seuerini Boëthij, quos de Conſolatu philoſophico inſcripſit, ipſo textu (quem uocant) Boëthiano, ſumma diligentia ad multorum exemplarium fidem reſtituto.

Iohannes Caſſianus pulchriori quam antehac ordine digeſtus, & quaſi paraphraſtice a D. Dionyſio traductus.

Eiuſdem D. Dionyſij in opera Iohannis Climaci explanatio.

Omnia nunc primum in lucem ædita.

¶ Cum indicibus diuerſis, iiſq; fidiſſimis ac maxime luculentis.




Coloniæ, ex officina Melchioris Noueſiani, Anno à CHRISTO nato, M. D. XL.

# REVERENDO IN CHRISTO PATRI D.

Arnoldo Striterio Abbati apud Tongerlo. F. Theodoricus Loher a Stratis Carthuſianæ domus, dictæ Clauſtrum Marię ante ciuitatẽ Hildeſemenſem Prior,

S. D.

MVltas quidem præclaras in te dotes eſſe, Reuerende in Chriſto pater ac uir lõge ampliſſime, & publico paſſim ſermone iactatur, & ipſe priuatis aliquorum congreſſibus certo ſatis didici. Celebratur multiplex uariaqꝫ eruditio, tũ in diuinis, tum in humanis, quam facile acceſſurã eſſe ſolerter olim augurabatur uir ſagax D. Anthonius anteceſſor tuus, dum acriter penſatis ſuorum ingenijs, quæ ſtudijs bona, quæ ſecus eſſent te pręter cæteros in Gallias cũ Louanij philoſophiæ rudimenta poſuiſſes grauioribus diſciplinis, præſertim Iuriſprudentia, plenius imbuendum miſit. Celebratur rerum gerendarum ſolertia & induſtria conſiliorum firmitas, in proſperis modeſtia, in aduerſis conſtantia, domeſtica frugalitas, & ſimul tamen in tempore honeſta magnanimitas, rurſus felix quædam audacia. Prædicatur ad hæc incredibile, omnia tum ſacra tum prophana uel noua excitandi, uel uetera inſtaurandi ſtudium, id quod liquido conſtare aiunt ex ampliſſimis illis, quæ nunc moliri diceris, operibus, ex magnifica ſcilicet, foris intuſqꝫ omni genere ornatus perquam feſtiue honeſtata, ęde ſacra, qualem alteram uix alio ullo in monaſterio inueniri prædicant. Rurſus ex inſigni omni genere uoluminum referta bibliotheca, quod uidelicet ea opus eſſe putare exiſtimeris ijs, q̃s ex tuis ad functiões paſtorales ſuo tempore aſciturus eſſes, quales domi tuæ plurimos uidere eſſe perhibent, uiros præter mediocrem doctrinam, etiã egregia religione, ætatis maturitate, rerum peritia, moꝝqꝫ ſeueritate inſigniter commendatos, ſingulos q̃ſqꝫ, ut ex idoneis authoribus didici, ad clariſſimum iſtum, quem tu nunc merito tuo geris, honorem non inabiles, ut ſi quid humani tibi accideret, ut nihil in uita ſtabile eſt, clades ea haud ægre illo ex numero poſſet ſanari. Attamen illud præ omnibus in te commendationem habet, quod nimirum omni uirium cõtentione neqꝫ minori ſolertia monaſticam diſciplinam tueri perhiberis, ſeuere continenterqꝫ quãtum fieri queat tuos habendo, frequentibus monitis ad temperantiam, modeſtiam, pietatem, reliquaqꝫ bonæ frugis officia concitando: ſi quid deniqꝫ ſupereſt,

 nondum

nondum ad amuſſim ex ſtomacho tuo exactum, paulatim, quod pruden
tiæ eſt, corrigendo. Qualia præterea multa commemorare poſſum qui-
dem, niſi pudor prohiberet, uel ſi data opera bonaq; fide, in campum lau-
dum tuarum deſcendiſſe uideri uellem. Certe ob hæc & ſimilia, quorum
olim ſpecimen dabas, anteceſſor tuus præ cæteris omnibus idoneum iudi
cauit, quem ſibi etiam tum ſuperſtes, ſucceſſorem deſignaret. Verum hęc
non eo pertinent, quo in pręconijs tuis pedem figam, quod palpatoris po
tius quam honeſti hominis eſt, certe dum coram & in os fiat: ſed quo id
egregia cū laude facis, eodem exemplo facere pergas, ſemper ea in parte
tui uictor, atq; ad ulteriora ipſe tibi iugiter inſtans, præiudicio diui Pau-
li, qui uelut oblitus habitorum, ad nondum habita ſemper animum ner-
uoſq; intendebat: aut ſi hic monitore nihil egeas, ut alium neminem ad pręſ
ſens æque idoneum occurrere mihi declarē, ſub cuius auſpicijs aliquid o-
perum patris noſtri Dionyſij, quod adhuc in obſcuro ſqualet, lucem ſor
tiatur, dum modo ipſum illud egregie pium ſit, et ad laudatiſſimam iſtam
curam magis etiam accendendam, utcunque accommodum, quod genus
cum omnia pene eminentiſſimi huius uiri ſint, tamen haud ſcio quomodo
non infimum inter ea locum obtinere uideātur, primum ſcholia eius in o-
pus Boëthij de conſolatione philoſophiæ, cuius argumentum ex profeſ-
ſo uerſatur in perſuadendo contemptu rerum omnium fluxarum, quæ
primo ſolidum quiddam firmumque pollicentur, in receſſu uero me-
ros fucos præſtigiaſq; exhibent, ob id omnibus ſane, qui opibus, honori-
bus, & reliquis eiuſmodi plus iuſto tribuunt, id quod iniquus rerum cen-
ſor uulgus facit, lectu neceſſaria, ut ſi non ōino ab hoꝝ ſtudio auocent̄,
auocentur ſaltem aliq̄uſq;. Deiñ ſunt lucubrationes Caſſiani pulcherri-
mo ordine ab eo digeſtæ, & quaſi paraphraſtice traductæ, in quibus ea q̃
Boëthius rationibus ſectanda monet, factis exemplisq; priſcorum pri-
mum ſectanda monſtrātur: quæ ratio longe utiq; neruoſior eſt ad perſua
dendum, ſi quid perſuaſum uelis, quam ea quæ præceptis & rationibus
nititur, quippe quæ non raro aures tantum imbuat, cum illa ante oculos
ſubiecta rerum imagine, occulta quadam ui animum fere feriat, imo pene
tret: eoq; cum pijs omnibus, tum uero monaſticæ profeſſionis homini-
bus, qui ipſo inſtituto habituq; contemptionem rerum labentium præfe-
runt ſæpenumero reputandæ. Iam uero ſunt explanationes in opera Io-
hannis Climaci, quibus animus hominis iam utcunq; ab affectibus mun-
danis repurgati, ad amorem cœleſtium inſtruitur, nō minus ſedulo reuol
uendæ pijs omnibus, atq; illa uel Caſſiani uel Boëthij. Sunt denique alia
pleraq; uarij generis, egregiam authoris tum doctrinam tum publice be-
nemerendi uoluntatem clare proteſtantia, digna ſane ob id quæ a bonis ſi
mul & ſtudioſis omnibus quotidie in manibus habeantur. Quapropter
uir



uir ampliſſime, patiaris obſecro æquo animo uigilias has optimi patris
nomini tuo nuncupari. Dignus es profecto eo honore, non ob memora-
tas modo cauſas, uerumetiam quod ad impenſas chalcographiæ ſuſten-
tandas munifice admodum adiumēto fueris, idq; tuo ipſius impetu, dum
uidelicet tantum forte audires propterea ſolum multa huius patris in pu-
blicum non exire, quod neruus rerum omnium pecunia, in hoc non ſuppe
teret: quo nomine iure optimo laudibus ſummis es uehendus. Collocant
quidem pleriq; multiplices ſumptus in ampla ædificia, in ludos theatri-
cos, in operoſa ſepulchra, & ne multa, alij in aliam, prout alium alia uolu-
ptas trahit. Sed per DEVM immortalem, quid conſultius, quam con
ferre ſumptus euulgandis ſalutaribus literarum monumentis, unde uni-
uerſus pene orbis utilitatem demetitur. Nō autem loquor de nugalibus,
qualia hodie innumera exeunt, ſcombris thuriq; inuoluendo meliora, quā
aliorſum: ſed de ſalutaribus ad officium, ſcilicet uitæ, cultūq; pietatis bo-
norumq; moꝝ facientibus, quod genus proculdubio omnia ſunt, quicun
que ſub nomine patris huius extant opera. Crediderim id genus beneficen
tiæ, longe ſubinde gratius eſſe domino deo, quam dilargiri ſua iuuādis e-
genis, quod non ignoro tamen maieſtati eius in primis gratum eſſe. Etenī
quod egenis datur, pręſentes modo adiuuat, uſum nullum apud poſteros
habet, q̊d uero excudendis frugiferis libris impenditur, præterq̃ quod ſa-
luberrimo animi paſtu præſentes uegetat, etiam per multa tempoꝝ uolu
mina poſteros recreat. Et rurſus non intra unius aut alterius modo regio-
nis fines fructus is includitur, uerumetiam ad remotiſſimas natiōes dima-
nare poteſt, ut mihi facinus palmarium pulcherrimiq; exempli pridem e-
didiſſe uiſus ſit Rex Galloꝝ iure Chriſtianiſſimus appellatus Franciſcus
eius nominis primus, qui non contentus profeſſores bonaꝝ artium Lute
tiæ magnifico ſalario fiſco ſuo fouere, inſuper chalcographum peculiarē
ſibi cōſtituit ſub ſtipendio centū coronatoꝝ, uirum inſignem Conradum
Neobarium, qui uſq;quaq; optimis quibuſq; ueterum literarijs monu-
mentis cōquiſitis formis excuſa euulget, uno ex ſingulis exemplari biblio
thecæ regię illato, ut ſi qua clade aut tempoꝝ uitio alia omnia intercidant,
ſit ad manum unde alia denuo propagentur, quali conſilio olim Imperato
rem Tacitum. Hiſtoriā Cornelij Taciti nouis quotannis exemplaribus &
in archiuis publicis reponendā curaſſe, memoriæ proditū eſt. Quod ipm
ſi pari ardore a magnatibus alijs inſequētibus ſeculis factitatū fuiſſet, plu
rima hodie bonoꝝ authoꝝ, tū ſacra tū prophana, uidere eſſet ſolida inte-
graq;, quæ nūc mutila truncaq; cōſpicimus, aut ut explanacius dicā, tene-
remus iuſta bonoꝝ authoꝝ corpora, quoꝝ dūtaxat iā imagines umbraſ
que tenemus. Niſi q̊d arbitror, ſic fato q̊dam eueniſſe, ꝙ mortaliū inertia,
induſtria illoꝝ authoꝝ indigna eſſet. Vt ut eſt, tu uir eximie hac in parte

 publicam

publicam utilitatem nō mediocriter adiuuiſti. Ideoque iſtud quicquid eſt, noſtri patris Dionyſij, dedicari tibi, obſecro, clementer feras. Quod ſi fuerit præterquam quod grate admodum iucundeq; feceris, ſpero fore, ut ita demum tui quoq; ad lectionem Dionyſij acriorem affectum induant, cum multa eorum tum fruge tum uoluptate, quod ut aliquando fiat, obſecro DEVM Opt. Max. in quo paternitatem tuam quā optime ualere exopto. COLONIAE, ex Carthuſianorum monaſterio, Anno a partu uirgineo M. D. XL. pridie calendarum Auguſti.

(*)

## SEVERINI BOETHII PHILOSOPHI ACVTISSIMI VITA, à Iohanne Tritenhemio abbate Spanhemenſe conſcripta.

BOETHIVS Manlius Seuerinus, conſul ordinarius Romanus, phūs, orator & poeta inſignis, in diuinis ſcripturis doctus, et in ſecularibus literis oīm ſuo tpe eruditiſſimus, gener Symmachi patricij fuit. Vir græco & latino copioſiſſime imbutus eloquio, quippe qui multa uolumina tā Ariſtotelis q̄ aliorꝫ phōrꝫ de Attica lingua tranſtulerit in latinā, ingenio ſubtilis, ſenſu promptus atque catholicus, ſermone nec Tullio inferior, quē ſancti Benedicti conſtat amicitiam habuiſſe, & in monte Caſſino cum Tertullio Placidi monachi patre ſenatore in eius menſa comediſſe. Scripſit multa præclara uolumina de quibus ego reperi ſubiecta. Ad Symmachum ſocerꝫ ſuum Romanæ urbis patricium.

| | | |
|---|---|---|
| De ſancta Trinitate. | li.I | Inueſtigatam diutiſſim. |
| De unitate Trinitatis. | li.I | Quæro an pater & filius. |
| De duabus naturis in Chriſto. | li.I | Anxie te quidem diuque. |
| De fide ad Iohannem diaconem. | li.I | Chriſtianam fidem noſti. |
| De unitate & uno. | li.I | Vnitas eſt qua una. |
| De Iſagogis Porphyrij. | li.II | Hyemantis anni tēpore in. |
| In ſecundam eiuſdem æditionem. | li.I | Secundus hic arrepte. |
| In cathegorias Ariſtotelis. | li.II | Expeditis his, quæ ad. |
| In Perihermenias eiuſdem. | li.I | Magna quidem libri. |
| In æditionem eiuſdem ſecundam. | li.VI | Alexander in commentar. |
| De diuiſionibus. | li.I | Quam magnos ſtudioſis. |
| De diffinitionibus. | li.I | Dicendi ac diſputandi. |
| Ad cathegoricos ſyllo. introdu. | li.I | Multa ueteres philoſoph. |
| In topicam Ciceronis. | li.VI | Exhortatione tua pa. |
| De differentijs topicis. | li.IIII | Omnis ratio differendi. |
| De ſyllogiſmo cathegorico. | li.II | Multa Græci ueteres. |
| De ſyllogiſmo hypothetico. | li.II | Cum in omnibus philoſo. |
| De hebdomadibus. | li.I | Poſtulas ut ex hebdomad. |
| De Arithmetica | li.II | Inter omnes priſcæ autho. |
| De Muſica. | li.V | Omnium quidā perceptio. |
| De philoſophica conſolatione. | li.V | Carmina qui quondam. |
| In Geometriam Euclidis. | li.III | Quia uero mi patrici. |
| De diſciplina ſcholariū ut aliq uolūt. | li.I | Veſtra nouit intentio. |

De locis rhetoricis. li.I De prædicatione poteſtatis. li.I
Epiſtolarum ad diuerſos. li.I

Alia quoq; nōnulla ſcripſiſſe dr̄, ſed ad notitiam meā non uenerūt. Moritur eodem anno quo Symmachus patricius & Iohannes papa ſub Anaſtaſio Imperatore, iuſſu Theodorici regis ad Rauennam poſt diuturnum exilium in carcere iugulatus. Anno dn̄i. DXXIIII. Indictione. II. Et ſub nomine Seuerini cathalogo ſanctorum inſertus dicitur.

A

# ANICII, MANLII, TORQVATI, SEVERINI Boethij, exconſulis, patritij, ordinarij, uiri illuſtris, de conſolatione Philoſophiæ, LIBER I.

## METRVM I.

CARMINA QVI QVONDAM
ſtudio florente peregi,
Flebilis heu mœſtos cogor inire modos.
Ecce mihi laceræ dictant ſcribenda camœnæ,
Et ueris elegi fletibus ora rigant.
B Has ſaltem nullus potuit peruincere terror,
Ne noſtrum comites proſequerentur iter.
Gloria felicis olim, uiridiſq; iuuentæ,
Solantur mœſti nunc mea fata ſenis.
Venit enim properata malis inopina ſenectus,
Et dolor ætatem iuſſit ineſſe ſuam.
Intempeſtiui funduntur uertice cani,
Et tremit effœto corpore laxa cutis.
Mors hominum felix, quæ ſe nec dulcibus annis
Inſerit, & mœſtis ſæpe uocata uenit.
Heu, heu, quam ſurda miſeros auertitur aure,
Et flentes oculos claudere ſæua negat.
Dum leuibus maleſida bonis fortuna faueret,
Pene caput triſtis merſerat hora meum:
C Nunc quia fallacem mutauit nubila uultum,
Protrahit ingratas impia uita moras.
Quid me felicem toties iactaſtis amici?
Qui cecidit, ſtabili non erat ille gradu.

Metri huius primi expoſitio. ARTICVLVS III.

DIuiſiones multiplices, quas textibus quidam præmittunt, videntur potius obſcurare quam elucidare ſenſum verborum. Et quicquid præuolando inducunt de intelligentia literæ, atq; de his quæ aguntur & continentur in ea, nec tamen ante ipſius expoſitionē clare intelligi valet, hoc totum ex clara & plana textus elucidatione euidenter patet, atq; facillime elici poteſt. Hinc diuiſionibus illis relictis, textum clariſſime explanabo, per quod ſine difficultate intelligetur, quicquid in diuiſionibus, expoſitionibuſque prolixis pręmittitur. Itaq; Boethius in primo hoc metro deſcribit ac pandit diſpoſitionem ſuæ perſonæ in corde & corpore, in qua fuit quando hæc ſcripſit. Primo recitans ſua aduerſa, quatenus iuxta mentis ſuæ conceptum Philoſophiam inducat quaſi perſonam conſolatricem, & ſapientialibus ſuis conſilijs ac doctrinis mentem ab omni irrationabili mœſtitia ac dolore immoderanter grauante ac de-

primente,releuantem,curantem,ac de cætero præſeruantẽ,ita vt mens deinceps di D
ſcat & aſſueſcat in aduerſitatibus,tribulationibus,perſequutionibus gloriari,quẽ-
Iacobi 1 admodum S.apoſtolus Iacob.in exordio ſuæ hortatur epiſt.Omne gaudiũ exiſti-
mate fratres,cum in tẽtationes varias incideritis.Ait ergo Boethius:Carmina qui
quondã ſtudio florente peregi.Ordo verboꝝ eſt:Ego qui quondã,videlicet ſtudio
florente,peregi carmina.i.metra iucũda dictaui,ſeu proſas aut libros delectabiles
conſcripſi , heu flebilis.i.vehemẽter triſtis,cogor.i. inducor & impellor nunc inire
modos loquendi, mœſtos.i.lugubres ſeu fletui aptos,mœrorẽ animi deſignantes.
Philoſop. Nam(teſte Philoſopho)ea quę ſunt in voce.i.verba vocalia,ſunt notę.i.ſigna eaꝝ
paſſionũ.i.affectionum & cõceptionum quæ cõſiſtunt in anima.Propter quod aſſe
Plato. rit Plato:Ad hoc nobis datus eſt ſermo,vt mutuæ cõceptionis fiant indicia.i. qua
tenus vnus alteri indicet mẽtis ſuæ conceptũ.Hinc ſanctis in patria poſt reſurrecti
Gulielmus Parrhiſiẽ. onem ſermo vocalis nõ erit neceſſarius ad hũc vſum.Vnde dñs Gulielmus Parrhi
ſieñ.epiſcopus in lib.ſuo de Vniuerſo videtur ſentire,ꝙ ſancti poſt diẽ iudicij glo-
rificati in corpore,ſeinuicẽ non alloquentur vocaliter,qm̃ corda ſua inuicem intue
buntur,& vnus clare cõſpiciet conceptũ atq; affectum alterius.Porro doctor ſolen
Henricus Ganda. nis, puta Hẽricus de Gandauo, in ſuis q̃dlibetis fatetur,ꝙ alloquentur ſeinuicẽ ex
ineſtimabili abundãtia interioris lętitię:q̃d verius creditur,quia nec corda nec ora E
Auguſt. vacabũt aut ceſſabunt ibidẽ a laudibus creatoris,vt aſſerit Auguſtinus.Deniq;(vt
Seneca. Seneca proteſtatur)ſermo loquẽtis imago eſt mẽtis,ideo hoĩes in afflictionibus at
que mœroribus grauibus cõſtituti, in doloroſa ac triſtia verba prorũpunt,ſicut &
Matth.12 hi qui iucunditate abundant interius , verba proferunt gaudioſa.Iccirco dixit ſal-
Lucæ 6 uator: Ex abundãtia cordis os loquitur. Et S.Iob in doloribus poſitus:Verba,in-
Iob 6 quit,mea doloribus plena ſunt. At vero Boethius in adoleſcentia & iuuentute ſua
erat ſtudens Athenis, floruitq; ibidẽ flore adoleſcentiæ ac iuuẽtutis vigore, fama,
honore,profectu,ſapiẽtia ac virtute:& tunc carmina nõ vana, amatoria & laſciua
Studium. cõpoſuit,ſed verſus,ſermones,ac libros perutiles. Poteſt aũt per ſtudium ipſa ſtu
dentium vniuerſitas deſignari,quæ excellẽter floruit tunc Athenis: quẽadmodum
Schola theologoꝝ olim Parrhiſiana. poſtea diu Parrhiſiis , præſertim quãdo regebant ac ſtudebãt ibi Alexãder,Alber
tus,Thomas,Bonauẽtura,Aegidius.Quo tẽpore erant ibi(vt legitur)LXX.milia
ſtudentium. Rurſus per ſtudiũ intelligi poteſt ipſe conatus , occupatioq; ſtudentis
Studiũ Cicerõi q̃d. ad proficiendũ,quia(vt Tullius ait)ſtudium eſt vehemens applicatio animi ad ali
quid peragendũ:& ita ſtudendum eſt pro adeptione ſcientiæ,ſapientiæ ac virtutũ.
Prouerb.2 Propter quod Solomon loquitur:Si ſapientiã quæſieris quaſi pecuniã, & quaſi the
Ecci.3 ſauros effoderis eam,tunc inuenies ſcientiã. Fac ergo & tu quod in Eccõ ſcriptum
eſt de aure hoĩs ſtudioſi:Auris bona cũ omni cõcupiſcentia audiet ſapientiã. Hinc F
corde intẽto & totis viribus applicato,verba lectionis aduerte. Pręterea in exor
Philoſop. dio huius metri Boethius meminit priſtinę ſuę proſperitatis,quatenus oppoſita iu
xta ſe poſita, clarius innoteſcãt.Et quod ait,cogor,non eſt accipiendũ de abſoluta
coactione ſeu neceſſitate, quæ etiam in voluntatẽ non cadit, ſed ſicut expoſitũ eſt.
Sicq; cogebatur Boethius inire ſeu aggredi triſtes modos ſeu ſpecies eloquendi.

Carmen. Verũtamen carmen interdũ accipitur pro cantu ſeu metro aut elogo mœſto,iux
Ezech.2 & 33 ta illud in Ezech.Erãt in libro ſcripta lamẽtationes,carmen & væ. Cõmunius ta-
men pro iucũdo.Vnde in Ezech.dñs loquitur ad ipſum prophetam : Factus es eis
quaſi carmen muſicũ,q̃d dulci ſuauiq; ſono canitur.Cõſequenter oſtẽdit Boethius
ſibi ſuppetere & eſſe in prõptu materiã conſcribendi flebiles verſus,lugubreſq; ſer
Camœna quid. mones. [Ecce mihi laceræ dictãt ſcribẽda camœnæ.] Camœna vocatur muſa ca-
nens amœne.i.ſuauiter ſonãs: ſicq; per camœnas deſignantur hoc loco ſcientię na
turales philoſophicæ ſiue poeticæ, quæ in ſe delectabiles ſunt & ſcientẽ delectant,
ex quibus tamen accipitur cõſquenter ac indirecte materia,occaſio,ſeu cõſideratio
cõtriſtandi:propter quod dicitur eandẽ eſſe ſcientiam contrarioꝝ,& vnum oppoſi
Sanitas in quibus conſiſtat. tum dicitur cognoſci per alteꝝ,vt ęgrum per ſanum.Qui eñ cognoſcit,ꝙ ſanitas
cõſiſtit in apta contẽperatione humoꝝ & elementariũ qualitatum, faciliter poteſt
Aegritudo vnde. perpendere, ꝙ ægritudo ex diſtẽperatione & ſuperfluitate materiæ oritur . Sic qm̃
Boethius ex ſcientijs atq; ſententijs philoſophoꝝ ac poetaꝝ cognouit,q̃d bonis ac
ſapien-



A ſapientibus viris debentur honor, proſperitas, promotio ac libertas(quemadmo-
dum in libro Prouerb . Solomon loquitur: Intelligens gubernacula poſſidebit.Et Prouerb.1 & 3
rurſus:Gloriã ſapientes poſſidebunt)& nihilominus Boethius ipſe vidit ſe viꝝ do
ctiſſimum , iuſtitiæ zelatorẽ,in exilium miſſum,incarceratũ,detractionibus deni-
gratum:habuit ex his cauſam triſtitiæ,quæ ex aduerſis cõſurgit.Sicq; præfatæ ca-
mœnæ dictabant.i. miniſtrabant & offerebant ei ſcribenda.i. materiã conſcriben-
dam,ſeu verſus & proſas ſtylo tradendos,prout ſuo cõpetebat propoſito . Quæ ca
mœnæ vocãtur laceræ.i.laceratæ & quaſi diſſutæ & diminutæ ſeu imperfectæ,qm̃
ſicut muſa rupta & læſa , ſonat inepte : ſic prædictæ ſcientiæ ingerendo mœrorem
interioribus & exterioribus Boethij auribus,quaſi doloroſe ac male ſonabant, iu-
xta quod in Eccleſiaſte aſſeritur.Qui addit ſcientiã,addit dolorẽ. Rurſus,camœ Eccẽs.1
næ hæ laceræ nuncupantur,qm̃ naturales ſcientiæ,ac poetaꝝ ſententiæ valde ſunt Camœnæ laceræ.
imperfectæ ac debiles:imo frequẽter erroneæ reſpectu ſententiaꝝ theologicæ veri
tatis,cuius libri atq; ſcientiæ indiſſolubili firmitate fulciti ſunt atq; fundati.Vnde
in prologo ſuper Luc.dicit Ambro.Mundana ſcientia verboꝝ ambitu fucata eſt, Ambro.
ſapientia vero ſacrę ſcripturæ,reꝝ veritate eſt magis ſubnixa.Eſt igitur ſenſus:Ec
ce camœnæ laceræ.i.præfatæ ſcientię,dictãt mihi ſcribenda.i.adminiſtrant & pręB
bent mihi ea quæ ſcribere debeã.Ex habitu nanq; ſcientiæ ſciens procedit in actũ,
& nouit quid ſcribere debeat & q̃d loqui.Hinc vt in Eccõ legitur:Sapiens ſeipſum Ecci.20
in verbis amabilem facit,os vero fatuoꝝ ebullit ſtultitiã.Sequitur.[Et veris elegi Elegi quid.
fletibus ora rigant.]Elegi nominãtur cantus & verſus de calamitatibus & ærũnis
tractantes,quales in diuerſis hiſtorijs copioſe habentur,etiam in diuinis:ſicut ſunt
Threni ſeu lamentationes Ieremię prophetę.Eſt itaq; ſenſus:Elegi.i.huiuſcemodi
verſus,rigant ora fletibus veris.Hoc eſt,cõſideratio ſeu decantatio taliũ verſuum,
ac verboꝝ, tam vbertim me plangere facit,ꝙ lachrymæ ex meis oculis defluentes,
labia mea humectant, iuxta illud in Thre.Plorans plorauit in nocte,& lachrymæ Threno.1
eius in maxillis eius.Porro Boethius dicendo,fletibus veris,inſinuat eſſe & fletum Fletus duplex.
falſum,doloſum,confictũ.Fletus quoq; dicitur verus dupliciter.Primo,quia ex iu
ſta aut rationabili oritur cauſa,qui ſi ex charitate procedat,meritorius eſt vitę ęter Fletus verus duplex
nę:vt dum quis ſic ſua aut proximoꝝ deplorat peccata,aut alia magna aduerſa. Si I.
cut Chriſtus videns ciuitatem Ieruſalem, fleuit ſuper eam. Et Dauid rex pœnitens Lucæ 19
valde:Lauabo,inquit,per ſingulas noctes lectum meum,lachrymis meis ſtratũ me Pſal.50
um rigabo.Sic(vt in vitaſpatrũ deſcribitur)dum abbas Paſtor audiſſet obijſſe ab- Paſtor abbas.
batem Arſeniũ,fleuit & dixit:Beatus es abba Arſeni,quia defleuiſti teipſum in hac Arſenius abbas.
vita. Qui eñ ſeipſos in hac vita non deplorant,ſe in futuro ſeculo in æternum de-
C flebunt.II.fletus dicitur verus,quia ex interno dolore ſeu cõpaſſione procedit:q̃uis II.
dolor ille ſit forſitan inordinatus:ſicut & aliqui lugẽt,quia ſe vindicare nõ valent.
Fictus vero,doloſus,& falſus fletus cenſetur, qui arte & aſſuefactione ſeu calidita-
te educitur:quemadmodũ in Ieremia de crudeli ac impio Iſmaele narratur,qui Go Ierem.41
dolia occiſo,occurrens LXXX. cõtriſtatis ac miſeris viris inceſſit plorans,& flens,
quouſq; eos perduxit ad lacum,vbi eos occidit.Sic quoq; puellæ quędam ac fœmi
næ norunt flere.De quibus dixit Ouidius: Ouidius.

Neue puellarum lachrymis moueare caueto, Vt flerent oculos erudiere ſuos.

Deniq; fletus Boethij fuit verus,quia ex rationabilibus cauſis effuſus,quoniã vidit
Rempub . ac fidem catholicã per impijſſimum Theodoricum tyrannum in multis
ſubuerti,& ſe multis cladibus premi.Sciendũ duplex eſſe hoĩs bonum. Vnum cor Bonũ hoĩs duplex.
porale ac temporale, in quo nõ conſiſtit hoĩs ſalus,nec neceſſariũ eſt ad ſpiritalem
profectum. Et hoc homini inuito poteſt auferri:vt exteriores diuitiæ, & amici, ac
ſanitas corporis.Aliud eſt bonum hoĩs ſpirituale internum : vt ſciẽtiæ & virtutes,
quę ab inuito nequeunt tolli.Hinc ait Boethius: [Nullus terror potuit ſaltẽ peruin
cere has camœnas.] Hoc eſt, nemo me ita potuit perterrere , ꝙ prædictæ camœnæ
[nõ proſequerẽtur]tanq̃ ſodales[iter noſtrũ]vſq; in iſtud exiliũ. Tanq̃ dicat:Quã-
uis perſequutor abſtulit mihi patriam & amicos, diuitias, dignitatem,honores &
proſperitatem terrenam:non tamen potuit mihi auferre præfatas ſcientias,cõſola
toriaſq; ſentẽtias.Nec potuit impedire,quin illę in corde meo manerent,ſicq; vbiq;

 per-

Sapient. 10 pergerent mecum. Hinc de Ioſeph Patriarcha ſcriptum eſt:Hæc(vtpote ſapientia) D
venditum iuſtum non dereliquit, deſcenditq; cum illo in foueam, & in vinculis nõ
dereliquit eum. Vnde & quidã philoſophus omnibus ſuis bonis exterioribus ſpo-
Bona vera hoĩs quæ. liatus diſſeruit:Sapientiam mihi auferre nõ poteſtis. Alius quoq; philoſophus ſpo
liatus, loquutus eſt:Omnia bona mea mecũ manſerunt. Solæ nanq; ſcientiæ & vir
tutes ſunt vera hoĩs bona:ideo non peruincuntur. i. non tam perfecte vincuntur ac
Seneca. obruuntur inuito libero arbitrio, vt tollantur. Sic & Seneca in epiſtola quadam re
fert de quodã prudente, qui omnibus rebus ſuis cõbuſtis, ſolus ab igne euadens, &
interrogatus an omnia amiſiſſet, reſpõdit:Omnia mea habeo mecum. Si ergo gen
tiles illi philoſophi iſta carnalia & terrena, taliter contempſerunt, quid carnales &
Gloriã ſumi multiphariam. cupidi Chriſtiani coram deo ſunt reſpõſuri? [Gloria felicis.] Gloria multipliciter
ſumitur. Primo, vt Tullius loquitur, pro frequenti ſeu celebri fama cum laude. II.
Cicero. pro iucunditate. III. pro eminenti repræſentatione perfectionis cauſæ, potiſſimum
Ecci. 42 primæ cauſæ, in ſuo effectu, iuxta illud Ecci. Gloria dei plenum eſt opus eius. Atq;
his tribus modis accipi gloria poteſt, cum dicimus:Gloria patri, & filio, & ſpiritui
ſancto. IIII. pro obiecto ſeu materia gloriæ, hoc eſt, pro re, in qua & de qua quis
Prouer. 10 gloriatur, vt dum Solomon proteſtatur:Filius ſapiẽs gloria patris, filius vero ſtul
tus confundit matrem. Et ita nunc ſumitur, vt ſit ſenſus:[Gloria felicis olim, viri- E
diſq; iuuentæ]. i. ea quæ fuerũt mihi materia, ratio, & obiectũ conſolationis & glo
riæ, in iuuentute mea proſpera ac virenti [ſolantur]. i. cõſolantur [nunc fata mea]
. i. diſſortunia & euentus[mei nunc mœſti ac ſenis.]Boethius quippe in iuuenta ſeu
iuuẽtute ſua in libris ac ſtudio, in ſcientijs atq; virtutibus, cõpilationibusq; librorũ
gloriabatur, in quibus etiã in ſenio ſuo cõſolationem quęſiuit, ordinate, in deo, nõ
in illis finaliter perſiſtendo, imo ad omnipotentis honorem, ac veram beatitudinẽ
1. Mac. 12 omnia referendo. Hæc eſt gloriatio bona & conſolatio ſalutaris, de qua I. Macca-
Ecci. 40 bæorũ libro Ionathas loquitur: Solatio habemus ſanctos libros, qui in manibus
noſtris ſunt. Hinc in Eccõ. fertur:Vinum & muſica lætificant cor, & ſuper vtraq; di
lectio ſapientiæ. Senibus quoq; gloria & conſolatio magna eſt, tempore iuuentu
tis ac adoleſcentiæ ſtudio ſapientiæ & ſcientiæ, profectuiq; virtutum efficaciter ſtu
Fatũ qd. duiſſe. Porro fatum multipliciter ſumitur, vt infra dicetur:nuncq; improprie capi-
tur pro euentibus ac diſſortunijs, ad quæ influentiæ cœleſtes aliquo modo diſpo-
Ad adoleſcẽtem ſtudioſum. nunt, vt patebit inferius, vbi de fato tractabitur. Ex his accendaris, o ſtudens,
ad expendendum dies adoleſcentiæ, iuuentutiſq; tuæ ſapienter ac fructuoſe, in o-
mni profectu ſcientiæ, ac virtutum, vt in nouiſſimis tuis lęteris. Etenim huius rei
doctrinam atq; exemplum, oſtendit tibi natura in minuſculo animante, vtpote in
Prouerb. 6 formica, de qua in Prouerbijs inducitur:Vade ad formicam o piger, & diſce ſapi- F
entiam. Quæ cum non habeat ducem aut præceptorem, parat in æſtate eſcam ſibi,
& congregat in meſſe quod comedat. In quibus verbis per ęſtatem, intellige iuuen
tutem ac adoleſcentiæ robur. Per meſſem tẽpus abundantis inſtructionis. Quẽad-
modum ergo formica præparat ac reponit in æſtate alimenta, quibus opportuno
tempore ſuſtentetur, atq; in meſſe colligit victualia, quibus veſcatur in hyeme:ita
& tu in adoleſcentia & iuuentute, & dum bene eruditos habes magiſtros, fortiter
ſtude, exhuberanterq; profice, opulentiam gratiæ ac virtutum in mente tua recon-
de, conſerua, corrobora, ex quibus in ſenio, aduerſitate & ægritudine, conſolatio-
nem, refectionem, ac conſtabilitionem accipias, cum & denuo ſapiens dicat: Quæ
Ecci. 25 in iuuentute tua non congregaſti, quomodo in ſenectute reperies? Conſequen-
ter oſtendit Boethius cur prætacta conſolatione indiguit, tangendo mala pœnæ
quæ ex ſuo exilio, cæteriſq; aduerſis incurrit, dicens: [Senectus inopina]. i. impro-
uiſa, quam non opinabar tam celeriter adipiſci[venit]. i. iam contigit mihi [prope
rata malis]. i. feſtinãtius ſolito eueniens mihi ex malis pœnalibus, aduerſitatibus,
mœroribus, quibus affligor & diu vexatus ſum. [Et dolor]. i. afflictio mea in mẽ-
te & corpore[iuſſit]. i. per modum iubentis potenter fecit[ſuam ætatem]. i. feſtina
tam ſenectutem mihi ineſſe. Nam[cani intempeſtiui]. i. albi ſeu griſei pili [fundun
tur vertice]. i. ſuperiori parte capitis mei naſcuntur aut diffunduntur, qui cani dicũ
tur intẽpeſtiui. i. ante naturale ac ſolitum tempus exorti[Et laxa cutis]. i. cutis cor
poris



A poris mei iam laxata carnibus pro magna parte conſumptis, ſicq; euacuata & ru-
goſa effecta[tremit]quoniam naturalis calor ſuſtentãs ac erigens deficit in eadem
[corpore effœto]. i. corpore meo conſueta nutritione priuato, quia captiuis, incar-
ceratis, principi odioſis, precioſa, fortia, calida alimẽta, qbus aſſuetus fui in Roma,
non exhibentur, nec hic mihi conceſſa ſunt. Effœta vero dicitur res infertilis ex de- Res effœta
fectu caloris, ſeu extra fœtum nutritionemve poſita, eſtq; adiectiuum, & dicitur ef- quid.
fœtum, quaſi extra fœtum. Pro horum intelligentia aduertendũ, quod ſenectus Effœtum.
eſt duplex. Vna omnino naturalis, ex ſolito curſu naturæ proueniens, & communi Senectus duplex.
ter venit in ſenio, naturali calore deficiente. Frigiditas nanq; eſt mater albedinis, ſi I.
cut calor nigredinis. Alia accidẽtalis & quodammodo violẽta, ex infirmitatibus, II.
doloribus, immoderatiſq; curis proueniens, aut etiam ex vigilijs & ſtudijs diutur-
nis atq; infrigidatione penetrante ad interiora. Hinc in Eccõ ſcriptum eſt: Cogita Ecci. 30
tus ante tempus ſenectam adducet. Et ſequenti ibi capitulo: Vigilia honeſtatis ta- & 31
befaciet carnes, & cogitatus illius auferet ſomnum. Nempe ex cogitationibus ta-
libus, de ponderoſis, nociuis ac terribilibus rebus, oriũtur in appetitu ſenſitiuo af-
flictiuæ paſſiones, vt timor, triſtitia, mœror, quæ fiunt cum corporali tranſmuta-
tione frequenter immoderate, ſecundum σισολὴμ & Διασολὴμ, id eſt, cordis conſtri-
B ctionem & dilatationem, ſicq; diſtemperatur complexio, naturalis humor cõſumit
vis naturæ debilitatur, vnde & cutis areſcit, rugatur, ac tremit. Propter quod So- Prouer. 17
lomon:Spiritus, inquit, triſtis exiccat oſſa. Itemq;:Sicut tinea nocet veſtimento & & 25
vermis ligno, ita triſtitia nocet cordi. Vnde & Iob in afflictionibus conſtitutus de Iob 7. 16
his loquitur:Cutis mea aruit & contracta eſt. Et alibi: Rugæ meæ teſtimonium di Tremor
cunt contra me. Deniq; tremor cauſatur in corpore, eo quod ſpiritus vitales ſoli
ti corpus erigere ex frigiditate perdunt vigorem, ita quod pondus membrorum
ſuſtolere nequeunt. Cumq; membra pondere ſuo tendant deorſum, ſpiritus autem
vitales pro viribus ſurſum, oritur ex contrarijs conatibus illis ac motibus tremor,
nec ſolum in ſenibus, ſed & in timentibus, ſanguine recedente a membris ad cor.
Vnde in libro Danielis habetur, quod genua Baltazar regis prę timore collideban Daniel. 5
tur adinuicem. Conſequenter Boethius inſtar hominis vehementer deſolati, &
præ aduerſitatibus mori optantis deflet ſuæ vitæ prolongationẽ in tantis miſerijs
[Mors hominum felix]eſt [quæ inſerit]id eſt, immittit [ſe] ipſis hominibus [non
dulcibus annis]. i. tempore aduerſitatis & amaritudinis[& ſæpe vocata venit mœ-
ſtis]id eſt, aduenit hominibus triſtibus diu optata & frequenter poſtulata & inui-
tata ab ipſis. Porro mors cum ſit priuatio vitæ, nec aliquid poſitiuum in ſeipſa, nõ Mors quid
eſt felix neq; ſecundũ ſe appetibilis, imo in ſe & ſecundum ſe, & directe ac per ſe, eſt
C quædam corruptio atq; miſeria, nocumentum & pœna, ac malum pœnale. Cum Eſſe & viuere omnibus appetibilia.
enim eſſe & viuere ſint omnibus naturaliter appetibilia per ſe, conſtat ꝙ corruptio
eorundem ſit quid malum & abhorrendum:iccirco(ſecũdum philoſophum)omni
um terribilium terribiliſſimum eſt mors. Et ſapiens quidam aſſerit:Deus mortem Philoſop.
non fecit, nec lætatur in perditione viuentium. Ex quo patet, ꝙ mors non eſt dire- Sapient. 1
cte de intentione naturæ nec creatoris, propter quod ſubditur ibi:Creauit enim vt
eſſent omnia. Veruntamen mors dicitur felix per accidens, inquãtum eſt terminus Mors vnde felix.
calamitatis:ſicque appetitur a quibuſdam, imo etiam beata & precioſa vocatur,
inquantum eſt quaſi ianua vitæ æternæ, iuxta illud in Pſalmo: Precioſa eſt in con- Pſal. 115
ſpectu domini mors ſanctorum eius. Non tamen debemus aduerſitates & tribula-
tiones vitæ præſentis, tam moleſte, impatienterve ferre, vt appetat quis mortem Mortẽ non appetendã
ſecundum ſe, & malit omnino non eſſe quam talia ſuſtinere, ſed potius ea æquani-
miter tolerare ex rationalibus cauſis, videlicet, pro ſuis peccatis, pro gratiæ incre-
mento, pro dominicæ paſſionis imitatione, & vt per ea euadat futura ſupplicia,
glorioſior quoque reddatur in beatitudine ſempiterna. Hinc æternam damnatio-
nem merentur, qui vt euadant aduerſa, tædia & tormenta vitæ præſentis occidunt
ſeipſos. De hoc infra plenius dicam. Denique tempus in ſe non eſt amarum aut
dulce, ſed quædam ipſius motus menſura. Denominationem vero ſortitur ab his,
quæ fiunt in tempore, imo & ea quæ fiunt in tempore, tempori aſſcribuntur. Vnde Matth. 7
apud Matthæum ait ſaluator: Sufficit diei malitia ſua. Et Apoſtolus:Redimentes Ephe. 5

tempus,quoniam dies mali ſunt. Qui nihilominus ad Corinthios ſcribit:Ecce nũc D
2.Cor.6 tempus acceptabile,ecce nũc dies ſalutis. Hinc deflet Boethius , quod mors miſeris
eam cupientibus deeſt nec aduenit , & more poetarum fatur de morte , quaſi de re
ſubſiſtente, habente libertatem accedendi & occidendi, dilate ſiue indilate , & rece⸗
dendi atque parcendi, & ait: [Heu heu] id eſt, pro dolor. Et repetitio confirmatio
dicti eſt;excitatio quoque ad attendendum, [ q̃ ſurda aure] id eſt , per modum au⸗
ris ſurdiſſimæ, [ mors auertitur,] deponentaliter,id eſt,auertit ac deſpicit , [ miſe⸗
ros]mori optantes, differendo venire & extinguere eos, [ Et ipſa mors ſæua negat
claudere oculos flentes ] id eſt , protrahit vita & poteſtate videndi priuare oculos
miſerorum præ tædio vitæ ac deſiderio mortis plorantium. Iſte eſt modus loquen
di poeticus, cum tamen mors non ſit niſi priuatio vitæ, & accidens corruptiuum,ſe
Mors quid quens ex naturalibus cauſis aut violentis. Iſta etiam eſt querela dolentiũ afflictoꝝ,
miſerijs oppreſſorum,qui interdum magis loquuntur ſecundum vehementiam ſuę
afflictionis impetumque doloris, quam ſecundum rectę iudicium rationis . Iuxta
quem modum ſanctus Iob dixit afflictionibus plenus : Pereat dies in qua natus
Iob.3 ſum , & nox in qua dictum eſt , conceptus eſt homo : prout iſtud infra lympidius
exponetur,quia de horum plena expoſitione,multa reſtant dicenda. Nihilominus E
Mors q̃bus optanda. oppreſſi ſupplicijs poſſunt mortem laudabiliter affectare ſecundum ſenſum præta⸗
ctum,tanquam ianuam vitæ ſequentis ac melioris,& item in quantum mors eſt fi⸗
nis præſentis afflictionis:ſic tamen mors non eſt appetenda abſolute,ſed ſub condi
Eccl.41 tione,ſi & in quantum complaceat deo. Sic quippe in Eccleſiaſtico ait ſcriptura : O
mors bonum eſt iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur viribus, defe⸗
Iob.3 cto ætate,& cui cura eſt de omnibus. Hinc item in libro Iob ſcribitur: Quare miſe⸗
ro data eſt lux,& vita his qui in amaritudine animæ ſunt? Conſequenter Boethi
us inuehitur contra fortunam , quia & ipſa inſtar mortis vago & incerto prouenit
curſu:& ſicut mors frequenter inſequitur fugientes, videlicet iuuenes, fortes, diui⸗
tes, gloriantes, terrenis proſperitatibus abundantes, & fugit eam deſiderantes, vt⸗
pote miſeros deſolatos : ita fortuna multoties magis arridet iniquis q̃ iuſtis , nulli
tamen ſtabiliter ſeruat fidem in omnibus , niſi forſan perpaucis . Fortuna vero eſt
cauſa per accidens,& quid realiter ſit,infra patebit. Itaque ait: [Dum fortuna male
fida]id eſt, infidelis , ſeu fidei malæ [faueret leuibus bonis ] id eſt,olim mihi arri⸗
deret in temporalibus bonis ac mundi honoribus,quæ vana,& leuia,& quaſi nulli
us momenti ſunt comparatione ſpiritualium æternaliumque bonorum,in quibus
temporalibus aliquãdo abundabam[tunc triſtis hora]id eſt, tẽpus mœroris [mer
ſerat pene]id eſt, fere in terram deiecit & amputauit caput meum . Nam ſicut præ⸗ F
habitum eſt,quando Boethius adhuc præfuit Romæ in conſulatu, Theodoricus ty
rannus ex odio inſidiabatur Boethio , fecitque eum adiudicari proſcriptioni aut
morti, & in exilium depulit eum. Illaque hora fuit triſtis, ſecundum quod tempus
ſumit denominationem eorum quæ fiunt in tempore . Propter quod tempus pro⸗
ſperitatis dicitur lętum,& tempus aduerſitatis triſte vocatur. [Nunc]videlicet tem
pore exilij mei[quia]fortuna [nubila]id eſt,obſcura & mihi moleſta[mutauit vul⸗
tum fallacem]id eſt,reſpectum ſuum deceptorium ac incertum. Nam ante reſpexit
me blando, arridenti,proſperoque reſpectu:iam aũt cõtrario ipſa fortuna[impia]
id eſt , crudelis & impijs ſæpe fauens [protrahit ingratas moras]id eſt, durationes
exiſtentiæ meæ mihi non placentes,& de quibus non ago grates,prolongat[vita]
id eſt,in hac conuerſatione moleſta. Hęc profert Boethius poetico more & doloris
affectu:non quod hominum vita regatur fortuna aut cauſis fortuitis,ſed omnipo⸗
tentis dei prouidentia certa:quamuis vita pręſens fortunæ partim ſubiaceat, quan
tum ad naturales & proximas cauſas, & quoad cauſas per accidens,quæ omnes di
Fortuna. uinæ prouidentiæ ſunt ſubiectæ, cuius reſpectu nihil eſt caſuale neque fortuitum,
vt infra tractabitur. Denique propter hunc bipartitum fortunæ reſpectum, anti
qui eam pingebant cum duplici vultu, vno anteriori formoſo, iucundo: alio poſte⸗
riori, deformi ac mœſto,& cæcam , pedibuſque carentem,ac alas habentem : quia
incerta eſt,& qui ei innituntur ac credunt , ſpiritaliter excæcantur atque falluntur.
Ipſa quoque velut auis volat inſtabilis , de vno ad alium,de qua in Anticlaudiano
ſcri⸗



A ſcribit Alanus: Hæc eſt inconſtans, incerta, volubilis, anceps. Alanus.
Hinc in perſona fortunæ quidam effatur:
En ego fortuna, ſi ſtarem ſorte ſub vna,
Et non mutarer, nunquam fortuna vocarer.
Iſtud ergo expertus Boethius ſubdit: [Quid me felicẽ toties iactaſtis amici?] Hoc
eſt,o amici incaute me ſæpe reputaſtis & affirmaſtis eſſe beatum. Non enim fui per
fecte, ſimpliciterq́; felix cenſendus, cum ad beatitudinem requiratur ſecura in bo⸗ Beatitudini quæ neceſſaria.
nis ſtabilitas,quæ mihi non affuit,quia[qui cecidit]& deiectus eſt a bonis,propter
quorum eminentiam reputatus fuit beatus[ille non erat ſtabili gradu]id eſt, in ſta
tu firmo atque immobili,quemadmodum ego , qui propter diuitias, honores, di⸗
gnitates , & conſimilia quædam beatificabar a multis , deſtitutus ſum & priuatus
omnibus illis,& in has redactus miſerias. Iuxta hũc ſenſum beatus Iob dixit:Ego Iob 16
ille quondam opulentus , repente contritus ſum. Poſtremo, poſſet hoc metrum
tropologice ſeu moraliter exponi de quocunque fideli erudito a grandi proſperita
te ad vehementem miſeriam deuoluto : quales in nouo teſtamento plures fuerunt
ſancti epiſcopi , ſeu alij præſidentes ac eminentes perſonæ , ab hæreticis, regibus,
impijsq́; tyrannis aut peruerſis hominibus, a ſuis dignitatibus, officijs, poſſeſſioni⸗
B buſve depulſi, atque in exilium, carcerem, aut mortem detruſi:& ad hos poteſt hæc
litera faciliter applicari.

## Dubiorum huius primi metri propoſitio & abſolutio.

## ARTICVLVS IIII.

### IOHANNES.

PLacet mihi hæc expoſitio literalis, verum circa nunc introducta , occur⸗
runt mihi dubia multa. Quæro igitur primo , vtrum Boethius fuit in Quæſtio.
veritate tam deſolatus ac triſtis, mortemque cupiens,& de prolongatio⸗
ne ſuę vitę deo ingratus,ſicut in verbis his ſuis apparet. Si dicatur,quod
non, videtur iſta mendoſe ſcripſiſſe , imo & iſta ſcribendo videtur ſcandalizaſſe le⸗
gentes ac audientes, puſillanimitatem, inconſtantiam, impatientiam,& immodera
tam prorſus triſtitiã ſuam omnibus referando. Si dicatur, quod ſic, obijcitur quod
in Prouerbijs Solomon conteſtatur:Non cõtriſtabit iuſtum,quicquid ei acciderit. Prouer.12 & 24
Itemque: Vir ſapiens fortis eſt,& vir doctus robuſtus ac validus . Cum ergo Boe⸗
thius fuerit homo doctiſſimus, imo & virtuoſus, nequaquam videtur quod ita ſuc
C cubuerit paſſiõibus ſenſualitatis, ac animi motibus:ſed amore iuſtitiæ, præſertim
ex charitate dei , ac deſiderio ſalutis æternæ,pertulerit æquanimiter vniuerſa , in⸗
tuendo quod ait Apoſtolus : Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad fu⸗ Rom.8
turam gloriam quæ reuelabitur in nobis . Denique philoſophi concorditer do⸗
cuerunt,quod ſapientis eſt motibus paſſionum præualere ac dominari. DIONY
SIVS: Boethium fuiſſe virum ſapientiæ ac virtutum confidimus,nec ex impatien Solutio huius quæſtionis.
tia, puſillanimitate , aliave vitioſa radice eum, vt ſonant verba præhabita, loquu⸗
tum putamus : fuit tamen in inferiori, ſenſitiuaque parte animæ eius tentatio quæ
dam humana & exurrectio primorum motuum paſſionum iam præfatarum triſti
tiæ ac doloris & tædij vitæ , ita quod quantum ad ſenſitiuum & naturalem quen⸗
dam affectum, maluiſſet per mortem a tot ac tantis afflictionibus erui, quam diu⸗
tius in vita hac conſeruari . Sicque loquebatur ſecundum impetum & vehementi⸗
am quandam huiuſmodi paſſionum, ad declarandam diſpoſitionem quam habuit
in inferiori ſuæ animæ portione : vt ſcirent fideles quam dira & grauia tolerauit,
vtpote, a tãto principatu, conſulatu, honore, fama, opulentia, libertate, iniuſte deie
ctus , atque in tam ærumnoſam exulationem, captiuitatem, incarcerationem deie⸗
ctus: ſicque eius exemplo diſcamus in conſimilibus aut ſaltem minoribus, in aduer
ſis patientiam cuſtodire : penſantes quod talis ac tantus vir, tot & tanta pertulerit
propter iuſtitiam & propter commune bonum. IOHANNES. Iſtud
ſatis dulciter , pulchre ac fauorabiliter ſonat pro præconizatione & honore

 Boethij.

D Boethij,ſed vnde id probas,cum verba ipſius euidẽter aliter ſonent,aliudq́ȝ videan
tur prætẽdere? DION. Neſcis(imo cum ſcias)q̊d idem ipſe Boethius,qui in perſo
na afflicti,ægri,deiecti,loquitur præinducta,in ſequenti mox proſa in perſona loq
tur Philoſophię verba vtiqȝ ſapientiæ, & quę ſuperior pars animæ eius ex delibera
tione ſenſit ac cenſuit,depromẽs? Nonne aduertis,quod prędicta ſecundum ſenſua
litatem expreſſit? IOHA. Aduerto & fateor,ſed opto id certius cõprobari,& quæ
ro an in huiuſmodi motibus paſſionũ exceſſit. DIO. Nõ oportet eũ a culpis venia
libus excuſare. Et q̃uis motus primo primi, eo ꝙ ſint pure naturales,omni careant
culpa etiam veniali:motus tamen ſecundo primi,qui ſcilicet,ex prę uia apprehenſio
ne ſeu cogitatione naſcuntur,venialiter ſunt culpabiles. Porro an in aliquo horum
mortaliter aliquando lapſus ſit,dominus nouit. Et ſi ſic,certum eſt eum inde effica
citer pœnituiſſe,imo creditur martyr eſſe, ab eodem tyranno hęretico diu vexatus,
ac dira morte occiſus,ob eandem aut ſimilem cauſam a quo et ob quam Iohannes
papa,& Symmachus conſularis perempti ſunt. Præterea mirari non debes Boethi
um taliter eſſe loquutũ,cum etiã ſanctiſſimi viri Iob ac Ieremias multo doloroſius
& vt prima facie poſſet videri, immoderantius ſint loquuti. Scriptum eſt nanqȝ in
libro Iob: Aperuit Iob os ſuum, & maledixit diei ſuo et ait: Pereat dies in qua na- E
Iob.3 tus ſum,& nox in qua dictum eſt: [cõceptus eſt homo,]quia non cõcluſit oſtia ven
tris qui portauit me. Quare non in ventre mortuus ſum? Egreſſus ex vtero non ſta
tim perij? Cur exceptus genibus? cur lactatus vberibus? Et multa his conſimilia
ibi legũtur. Sic & Ieremias ait: Maledicta dies in qua natus ſum. Maledictus vir q
Ierem.20 annutiauit patri meo,dicens: Natus eſt tibi puer maſculus. Maledictus qui non in-
terfecit me a ventre,vt fieret mihi mater mea ſepulcrum. IOHANNES. Nonne
tu noſti quod ſanctus Gregorius quarto Moralium perhibet verba illa beati Iob
Gregorius non poſſe ad literam accipi & exponi:ſed myſtice tantum. Et idem affirmat de ver
bis Ieremiæ prætactis. DIONYSIVS. Noui, & nihilominus ſanctus Thomas
de Aquino doctor eximius omnia verba illa vere ac ſubtiliter exponit ad literam.
S. Thomas IOHANNES. Eſt ergo inter tãtos doctores diſſenſio? DI. Non,quoniam ex di
uerſa conſideratione loquuti ſunt. Verum eſt enim, quod verba illa ſanctorum
literaliter exponi non queant, ſi intelligantur quaſi ex deliberata ratione prolata,
& ſic ſumpſit ea Gregorius. Si autem accipiantur quaſi ex parte ſenſualitatis enun
tiata, ad literam poſſunt exponi,& ita expoſuit Thomas. De hoc ſuper Iob, & ſu-
per Ieremiam diffuſius ſcripſi. IO. Satisfactum mihi eſt a te.(Sed quæro circa verſi-
culũ illum:) Has ſaltem nullus potuit peruincere terror,vbi dixiſti, q̊d vera & ſpi-
ritalia hominis bona, puta ſapientia,ſciẽtia,& virtutes nequeant ei inuito auferri. F
Contra quod arguo: Nam vnus poteſt ſophiſtice arguendo ſeducere alium, imo &
per probabilia argumẽta ipſum inducere ad errores ſanæ doctrinę ac fidei virtuti-
buſq́ȝ contrarios: quemadmodum hæretici innumerabilia milia deceperunt fideli
um,frequenter quoqȝ vnus trahit alium ad motus paſſionũ prędominantes,per q̊s
virtutes perduntur,ratio excæcatur,& ſapientia ſalutaris amittitur. DIO. Nemo
Nemo peccat omnino inuitus. peccat niſi aliquo modo volens. Quamuis ergo vnus ſit alteri peccandi & errandi
occaſio, non tñ cauſa directe nec abſolute neceſſitas, pręſertim loquendo de errore
rationem peccati habẽte. Nam inuincibilis error & ignorantia facti debita cautela
adhibita excuſant totaliter á peccato. Verũ in his oportet nos prolixitatem vitare.
Virtutes infuſæ quõ perdãtur. IO. Breuiter quæſo reſpõde,q̊d tenacius adhęreat homini,ſciẽtia an virtus. DIO.
Quædam ſunt virtutes infuſæ, quæ vel quãtum ad ſuam eſſentiã, vel quantum ad
ſuum eſſe formatũ,amittuntur per quodcunqȝ mortale peccatũ, vt charitas,fides,
Charitatẽ nonq̃ fore informẽ. ſpes,pœnitẽtia,latria,humilitas,patientia,&c. Charitas quippe cum mortali pecca
to ineſſe nõ valet, q̊a non poteſt eſſe informis. Fides vero & ſpes poſſunt eſſe infor
mes,et q̊ad eſſe ſuũ informe,ſine charitate haberi:non autẽ quoad eſſe formatũ, q̊d
Iaco.1 a charitate & actibus virtuoſis ſortiũtur,ſine q̊bus fides mortua ꝑhibetur. Similiẽ
Dona ſpiritus ſancti non poſſe eſſe informia. & ſpes. Idem q̊qȝ dicendũ de ſeptẽ donis ſpiritus ſancti,q̊d de charitate. Idcirco ſa-
pientia & ſcientia prout inter dona hęc cõputantur, per quãcunqȝ culpã amittũtur
mortalẽ. Cum ergo ſimus proniores ad peccãdum q̃ ad obliuiſcendum, cõſtat q̊d
hoc mõ ſcientię acquiſitę firmius inſint,q̃ virtutes infuſę aut dona. Quẽadmodum
enim



A enim ſcientiæ acquiſitę multis actibus acquiruntur:ita et actibus multis ſucceſſiue
Sciẽtias acq̊ſitas multis acquiri laboribus. perduntur. Similiter & acquiſitę virtutes. Si autem quæratur,quid permanẽtius te
naciuſq́ȝ inhæreat,acquiſita ſcientia,an virtus acquiſita,dicendum quod in his po-
teſt eſſe excedens & exceſſum, & poſſunt quædam ſcientiæ acquiſitæ firmius inhæ
rere quibuſdã virtutibus acquiſitis,& econtra. Et loquor de ſcientijs & virtutibus
ſecundum conformẽ gradum perfectionis. Communiter tamen loquendo ſcien-
tiæ inhærẽt tanacius,q̊d non ſolum ratio, ſed & experientia pandit. Proniores eñ
Scientia acquiſita virtus acquiſita. ſumus ad vitia,magiſq́ȝ infecta eſt vis affectiua q̃ intellectiua. Plura quoqȝ nos in-
citant,tentant,inclinant ad peccãdum, q̃ ad ſcientię obliuionem. Cernimus etiam
q̊d boni ſcholares in deuotione nutriti, prauis conſortijs ſe iungentes multo celeri
us atqȝ facilius amittũt acquiſitas virtutes, q̃ ſcientias acquiſitas. Et multo maio
re indigemus cuſtodia & labore ad cõſeruandas virtutes q̃ ipſas ſcientias. Verũta
men quidã aliter dicunt, allegantes pro ſe Euſtachiũ epiſcopum quendam Græco
rum & Albertũ:ſed nihil cõcludunt: imo cum virtutes morales verſentur circa a-
ctus humanos,reformationeſq́ȝ paſſionũ(in quibus variatio multa cõſiſtit,ſciẽtiæ
vero ſint immutabiliũ reꝝ)idcirco tam ex parte obiecti,q̃ ex parte ſubiecti,maior
eſt permanentia firmitaſq́ȝ ſcientiæ q̃ virtutum moralium. IOHA. Quæro de-
B mũ circa illud: Mors hominũ felix,quę ſe nec dulcibus annis Inſerit, & mœſtis ſæ
pe vocata venit. Videtur eñ illud falſum,quia felicior vita eſt in aduerſis q̃ in pro-
ſperis. Nam multo ſalubrius eſt in hac vita aduerſitatibus exerceri,deſuper caſtiga
ri,paterne argui,q̃ in diuitijs,delitijs et honoribus viuere. Propter quod dñs loq-
tur: Ego q̊s amo,arguo & caſtigo. Ergo multo infelicior eſt mors,quę in dulcibus
annis ſeu proſperitatis tẽpore venit,quia tunc mori periculoſius eſt. DION. Sicut
pręctactũ eſt,Boethius loquitur hęc ex perſona hoĩs deſolati, mœroribus preſſi,ter
renam proſperitatẽ appreciantis, oculum non habentis ad futurũ dei iudicium ac
Apoc.3 pręmium ſempiternũ. In veritate vero expedit potius mori, q̃ viuere in peccatis, vt
etiam Ariſtoteles cõteſtatur. In aduerſitatibus autẽ & caſtigationibus viuere pati-
Mors appetenda potius exiſtenti in veritate,q̃ viuere in peccatis enter,ſicq́ȝ in pręſenti purgari, præcipuũ donum eſt ſaluatoris. IOHA. Poſtremo
quæro,an homo in vita hac poſſit felix vocari. DION. Saluator apud Matth. octo
ponit beatitudines: Beati,inquiẽs,pauperes ſpiritu. Beati mites. Beati q̊ lugent. Bea
ti qui eſuriũt & ſitiunt iuſtitiã. Beati miſericordes. Beati mũdo corde. Beati pacifi-
Matth.5 ci. Beati qui perſecutionẽ patiũtur propter iuſtitiã. Eſt ergo duplex beatitudo. Vna
Beatitudo duplex. vię,alia patriæ. Beatitudo viæ eſt meritũ,diſpoſitio,& inchoatio quædã felicitatis
futurę,quæ eſt pręmiũ beatitudinis vię. Vnde in qualibet beatitudine quas in Mat
Beatitudo viæ quæ. thæo dñs ponit, duo tangũtur. Vnum vt meritum,aliud vt pręmium. Itaqȝ conſtat
C hominem in vita hac poſſe eſſe ac dici beatum beatitudine viæ,quæ eſt imperfecta
felicitas,non beatitudine patriæ niſi quadã participatione. Deniqȝ quæſtionẽ hanc
mouet philoſophus primo Ethicoꝝ,recitans ibi quorundam opinionem,& aſſerit
hominem hic poſſe eſſe felicẽ,ſecundum quid, non ſimpliciter. Beatitudo eñ conſi
Philoſo. Beatitudo in quo conſiſtat. ſtit in actu,imo eſt optima & perfectiſſima actio quędã, quam nemo in iſto exilio
poteſt indeſinẽter et ſine interruptione habere. Loquitur itẽ philoſophus in libro
Ethicoꝝ de duplici felicitate,puta ciuili politica exteriori, quam ponit in actu pru
dentiæ:atqȝ de felicitate cõtemplatiua interiori diuina,quam in actu ſapiẽtię ſtatu
Felicitas duplex. it. Quaꝝ nulla poteſt in vita hac perfecte haberi. Nã & in vita pręſenti non cogno
ſcimus deum niſi per ſpeculum in ænigmate,hoc eſt per fidem & per ſimilitudines
creaturaꝝ atqȝ per ſapientiæ donum, prout in hac vita poteſt haberi. Nec in vlla
beatitudinum haꝝ continuitas eſt neqȝ ſecuritas,quoniã multa mala tam pœnæ q̃
culpæ,vtriqȝ beatitudini huic contraria,occurrunt homini in hac vita. 1.Cor.13

## PROSA I.

HAec dum mecum tacitus ipſe reputarẽ,querimoniamqȝ lachry
mabilẽ ſtyli officio deſignarẽ, aſtitiſſe mihi ſupra uerticẽ uiſa
eſt mulier reuerendi admodũ uultus,oculis ardẽtibus,& ultra
communem hoĩm ualẽtiam perſpicacibus, colore uiuido,atqȝ
in ex-

ínexhauſti uigoris: ꝗuis ita æui plena foret, ut nullo modo noſtræ crederet D
ætatis, ſtatura diſcretionis ambiguę. Nam nunc quidē ad cōmunem ſeſe ho
minū menſuram cohibebat, nūc uero pulſare cœlū ſummi uerticis cacumi
ne uidebat. Quę cum caput altius extuliſſet, ipſum etiam cœlū penetrabat,
reſpicientiumq; ſeſe hoīm fruſtrabat intuitus. Veſtes erāt tenuiſſimis filis,
ſubtili artificio, indiſſolubiliq; materia perfectæ, quas (uti poſt eadem, pro
dente cognoui) ſuis manibus ipſa texuerat. Quarꝫ ſpeciem ueluti fumoſas
imagines ſolet, caligo quædā neglectæ uetuſtatis obduxerat. Harꝫ in extre
mo margine π, in ſupremo uero ϴ, legebatur intextum. Atq; inter utraſq; li
teras in ſcalarꝫ modum gradus quidam inſigniti uidebātur, quibus ab infe-
riore ad ſuperius elementū eſſet aſcenſus. Eandem tamen ueſtem uiolentorꝫ
quorundam ſciderant manus, & particulas, quas quiſq; potuit abſtulerāt.
Et dextra quidē eius libellos, ſceptrum uero ſiniſtra gerebat. Quæ ubi poe
ticas Muſas uidit noſtro aſſiſtētes toro, fletibuſq; meis uerba dictantes, cō E
mota pauliſper, ac toruis inflāmata luminibus: Quis, inquit, has ſcœnicas
meretriculas ad hunc ęgrum permiſit accedere: quæ dolores eius non mo-
do nullis fouerēt remedijs, uerum dulcibus inſuper alerēt uenenis? Hæ ſunt
enī quæ infructuoſis affectuum ſpinis huberē fructibus rationis ſegetē ne-
cant, hominumq; mentes aſſuefaciunt morbo, non liberant. At ſi quem pro
phanum (uti uulgo ſolitū) nobis blanditiæ ueſtræ detraherent, minus mole
ſte ferendū putarem. Nihil quippe in eo noſtræ operę læderentur. Hunc ue
ro Eleaticis atq; Academicis ſtudijs enutritū. Sed abite potius Syrenes uſ-
que in exitiū dulces, meiſq; eum Muſis curādum, ſanandumq; relinquite.
His ille chorus increpitus deiecit humi mœſtior uultū, confeſſuſq; rubore
uerecundiā, limen triſtis exceſſit. At ego, cuius acies lachrymis merſa cali-
garat, ne dignoſcere poſſem quænā eſſet hæc mulier tam imperioſæ autho
ritatis, obſtupui, uiſuq; in terram defixo, quidnā deinceps eſſet actura, expe F
ctare tacitus cœpi. Tum illa propius accedens in extrema lectuli mei parte
cōſedit, meumq; intuens uultū luctu grauem atq; in humum mœrore deie
ctum, his uerſibus de noſtræ mentis perturbatione conqueſta eſt.

## Explanatio Proſæ huius primæ. ARTIC. V.

SIcut pręhabitū eſt, liber iſte ſapientialis, partim philoſophicus, & partim
theologicus, per modū Dialogi eſt cōſcriptus. Et ſicut Boethius in pri-
ma prooemij huius parte, videlicet metro mox præcedēti in perſona ęgri
valide deſolati, mortemq; cupiētis loquutus eſt, ſecundū naturalis & ſen
ſitiui appetitus diſpoſitionem: ita nunc loquitur ſecundū rationis deliberationē &
intellectiuæ partis iudicium in perſona philoſophiæ, quam ſub apparatu ac ſpecie
formoſæ introducit atq; deſcribit puellæ ſeu fœminæ, quam deſcribit. Primo, quā
tum ad eius perſonā. II. quantū ad diſpoſitionem eius in vultu ac oculis. Eſt itaq;
ſenſus & ordo verborꝫ. [Dum ipſe] Boethius [reputarē tacitus mecū hæc]. i. ſilēter
intra me cogitarē, & quaſi vera eſſe putarē quæ in pręhabito ſcripta ſunt metro [&
deſignarē officio ſtyli]. i. ſcripto cōmendarem [lachrymabilē querimoniā] de aduer
ſitatibus & afflictionibus meis [viſa eſt]. i. apparuit [mihi aſtitiſſe ſupra verticē]. i.
capitis ſummitatē [mulier reuerēdi admodū vultus]. i. fœmina habēs maturū val
de & venerabilē apparatū [ardētibus oculis & perſpicacibus]. i. oculis claris, acutis
& igneis [vltra cōmunem hoīm valentiā]. i. vigorē ſeu poteſtatē [colore viuido]. i.
viua-



A viuacem & delectabilē habens colorē [atq;] exiſtēs [inexhauſti vigoris] ita ꝙ vigor
eius ac viror nō videbatur cōſumptus neq; deficiens, ſed in virtute ſua fortiter per
manens. Per mulierē hanc philoſophia ſignificatur, quæ per mulierē deſignatur Philoſo-
potius, q̃ per virꝫ. Primo, quia hoc nomē philoſophia cum ſit fœminei gñis, a paſſi phia quare
ua proprietate imponitur, quæ proprietas cōuenit fœminis, quarꝫ eſt concipere ac deſignata
ſubijci viris: quemadmodū in Geñ. deus legitur dixiſſe ad fœminā primā. Sub viri per mulie-
poteſtate eris, & ipſe dñabitur tui. II. qm̄ ſicut fœmina deſpōſatur ac traditur viro, rem. Gene. 3
ſic philoſophia homini ſtudioſo & cūctis profeſſoribus ſuis. Vnde lib. Sapient. fa Sapient. 8
tetur amator pudicus de ſapiētia ipſa: Hanc amaui & exquiſiui a iuuentute mea, &
quæſiui ſpōſam mihi aſſumere, & amator factus ſum formæ illius. III. quia quēad
modum mulieris eſt cōcipere, parere ac ſuis huberibus alere prolē, eamq; pie tracta
re ac fouere in gremio, cōdolere & conſolari eandē: ſic philoſophia cōcipit ſalubre
propoſitū, parit actum laudabilē, ſciētijs ſpeculatiuis ac practicis tanq̃ duobus hu
beribus nutrit animā ſtudioſi. Et de hoc Plato in Phędone tractat diffuſe: Philoſo Plato.
phi, inquiēs, nō eſt in rebus ſenſibilibus atq; carnalibus oblectari, ſed diuinorꝫ con
ſiderationibus recreari ac refici. Ariſtoteles q̃q; in Ethic. Sapiens, ait, nō quærit ex- Philoſop.
tra ſe in vilibus delectari, qm̄ intra ſe iucūdis theorematibus plenus eſt. IIII. nam ſi
B cut mulier ſua diſpoſitione, loquela, cōuerſatione, attactu, allicit & inflāmat cor vi
ri, ſic philoſophia ſuo decore ac rhetoricali facūdia, pertractatione ac ſtudio, men-
tes accendit recte ſtudentiū, ita vt inde vix queant auelli. Vnde dum S. Gregor. Na Gregor.
zianzenus adhuc adoleſcēs ſtuderet Athenis, aſtiterunt ſibi in ſomno quaſi ſpecio Naziāze.
ſiſſimę duæ puellæ, manus ſuper ipſum ponētes, quas cum ille cum ingēti indigna
tione repelleret, dixerūt: Cur nos o bone & caſte adoleſcens ita repellis, cum ſimus
tibi admodū familiares & charæ. Siquidē vna noſtrū ſapientia, alia caſtitas nuncu
patur. Hinc in lib. Sapient. habetur: Scio qm̄ ſapientia mecum cōmunicabit de bo- Sapient. 8
nis, & erit alloquutio cogitatiōis & tędij mei. Intrās in domum meā conquieſcam
cum illa. Propterea etiā theologia per ſpōſam & puellā ſeu fœminā deſignatur. Et Theologia
ſicut Boethius hunc ædidit librū de cōſolat. philoſop. ſic quidā doctores theologi ſignata per
cę facultatis cōpoſuerunt tractatus de cōſolatione theologię. Ideo in Prouer. Solo ſponſam.
mon exhortatur: Dic ſapiētiæ, ſoror mea es, & prudentiā voca amicam. Verꝫ his Prouerb. 7
obijci poteſt (quia vt fertur in lib. de virtutibus philoſop.) antiqui figurabant pru Liber de
dentiam ſeu ſapientiā ſub perſona philoſophi ſedentis in cathedra: temperantiā ve virtutibus
ro, ſub perſona puellæ ſeu virginis. Et reſpondendū, non eſſe incōueniens eandem philoſopho
rem ſecundū diuerſas ſuas proprietates & actiōes, per diuerſa figurari & exprimit rum.
ſicut & increata ac genita ſapientia prout vnigenitus filius dei & verbū æternū vo Iohan. 1
C catur, ſpōſus dicitur animarꝫ ſanctarꝫ: atq; vt ſapientia, idem ipſe ſpōſa nominatur & 3
ſpirituum deuotorꝫ. IOHAN. Quęro an apparitio iſta, quam hic deſcribit Boethi
us, ſit ab eo cōficta vel vere habuerit eam? DIONY. Ad hoc æſtimo reſpondendū,
ꝙ iſtud incertū ſit, & poteſt vtrunq; opinari. Verius tñ puto, ꝙ Boethius eam exco
gitauit, non tñ ob id debet dici cōficta, neq; figmentū. Non enī intentione fallēdi,
ſed inſtruendi eam cōpoſuit: volens nunc ſub perſona philoſophię, nunc ſub perſo
na ægri ſic loqui. Sic nēpe (vt in Luca legitur) Chriſtus poſt reſurrectionēm finxit Lucæ 24
ſe lōgius ire, q̃d egit ad aliquid deſignandū, vt S. exponit Gregor. Deniq; ſuper Gregor.
illud Iob: In horrore viſionis nocturnæ ſtetit imago corā oculis meis, &c. S. Tho- Iob 4.
mas relinquit ſub dubio, an viſio illa fuit conficta an vera. Lyra vero opinatur ꝙ Thomas Aqui.
fuit ficta. Veruntamen Gregorius & Albertus exponunt eam vt vere exhibitam. Albertus.
Præterea quia Boethius deſcribit philoſophiam ſub nomine mulieris, hinc ea quæ
ad decorem & eminentiam pertinent mulieris, aſcribit imaginatæ mulieri, quę vi
ſa eſt ei, ad inſinuandum excellentiā & pulchritudinem philoſophiæ. Quæ etiā ſu
per verticem capitis Boethij ſtetiſſe deſcribitur, ad denotandum altitudinē philo-
ſophicæ veritatis, & quod ipſa cōſiſtit in ſuprema vi animæ, vtputa intellectu. Per Vultus phi
reuerendū vero vultū philoſophiæ, intelligitur morꝫ venuſtas quam philoſophia loſophiæ.
inducit ac docet: honorabilitas quoq; philoſophicę facultatis. Nā vt in exordio li
bri de Anima cōtinetur, ſciētia eſt de numero bonorꝫ honorabilium. Vnde Seneca Philoſop.
proteſtatur, ꝙ nunq̃ intantū cōualeſcet vulgi malitia, quin nomē philoſophi hono Seneca.
rabile

Oculi philoſophiæ quid.

rabile permanebit. At vero per oculos ardẽtes, & ſupra cõmunem vim hominum D
perſpicaces, intelligi poſſunt intellectus agens atq; poſſibilis, qui diſtinguũtur rea
liter. Ratio quoq; ſuperior & inferior, quæ nõ re, ſed ratione diſtinctæ ſunt: ſeu ha-
bitus potentiaꝝ iſtaꝝ, vt ſapientia & ſcientia: quę ſummi boni amore ſaltẽ natura
li perficiuntur. Cõtemplationes quoq; & perſcrutationes philoſophiæ ſubtiles. Vi

Color philoſophiæ. 1. Theſ. 4 Matth. 5 Prouer. 17

uidus vero color philoſophię, accipi poteſt exẽplaritas eius exterior, ſicut hortatur
Apoſtolus: Honeſte ambulate ad eos qui foris ſunt. Et ſaluator: Luceat lux veſtrã
corã hominibus. Seu relucentia eius & claritas qua fulget ad alios, quẽadmodum
Solomon fatetur: Sapientia hoĩs lucet in facie eius. Deinde philoſophia fertur in-

Vigor philoſophiæ. Plato. Philoſo.

exhauſti vigoris, qm̃ profunditatem eius nemo poteſt perſpicere, nec ipſam plena-
rie adipiſci, imo, vt aſſerit Plato, ea quæ ſcimus, minima ſunt, reſpectu eorum quæ
ignoramus. Ariſtoteles item teſtatur, quod ſicut ſe habet oculus veſpertilionis ad
lumen ſolis: ſic intellectus noſter ad eoꝝ notitiã, quæ manifeſtiſſima ſunt natura,
id eſt, ex ſua natura ſunt præcipue cognoſcibilia, cum ex ſua natura ſint potiſſime
actualia atq; formalia. Eſt etiam inexhauſti vigoris, id eſt, inſuperabilis firmitatis
ac iugiter perſeuerans, quantum ad ea quæ demonſtratione in ipſa probantur. Sic
etenim eſt eoꝝ, quæ aliter nequeunt ſe habere. [Quamuis ita æui plena foret.] His

Philoſophiæ ætas. Philoſophia protoplaſtorum. Gene. 2 Philoſo. Ariſtotelis mendaciũ.

verbis Boethius deſcribit philoſophiã, quantũ ad eius durationẽ. Nã ab exordio E
mũdi cœpit philoſophia, imo reuera primo parẽti eſt cõcreata. Infuſa eñ & cõcrea
ta eſt primo homini ſciẽtia naturalis, per quã reꝝ naturas mox cõditus nouit, cun-
ctisq; animalibus impoſuit noĩa, vt in Gen. lib. habetur. Atq;, vt ait Philoſophus:
propter ammirari cœperũt hoĩes philoſophari. Imo ſecundũ eius opinionẽ philo-
ſophia fuit ab ęterno ſicut & mũdus. Propter quod dixit eaſdẽ opiniones infinities
iterari. Sed illa opinio abſolute eſt falſa. Itaq; ſenſus eſt, quod philoſophia eſt inex
hauſti vigoris, ſicut expoſitum eſt [quamuis]. i. nõ obſtante quod [foret ita æui ple
na]. i. perpetuæ ſeu antiquiſſimæ durationis [vt nullo modo crederetur eſſe noſtræ

Philoſophiam ineſſe animabus ſeparatis. Philoſophiam corrumpi.

ætatis]. i. tam breuis durationis, vt indiuidua quæq; ſunt apud nos. Nam & philo
ſophia in animabus permanet ſeparatis, nec corrũpitur niſi per accidens & in parti
culari, non autem in vniuerſali. Poteſt enim corrumpi in certo ſubiecto, & (vt ali-
qui dicunt) corrumpitur ebrietate, ſomno, nimia interruptione, & magna infirmi-
tate. Et certum eſt, quod iſta actum philoſophiæ impediunt, atque intantum excre
ſcere, continuariq; poſſent, quod habitum quoq; auferrent. Eſt etiam philoſophia
in intelligentijs æua, i. perpetua, quoniam omnis intelligẽtia plena eſt formis atq;

Liber Cauſarum.

ſcientijs, vt fertur in libro de cauſis. Deniq; his verbis de æuo philoſophiæ conſo-
nat, quod de ſapientia ait ſcriptura, imo quod in Eccleſiaſtico ait ſapientia ipſa:

Eccl. 24 Prouer. 8 Sapient. 6

Ab initio & ante ſecula creata ſum, &c. In Prouerbijs quoq;: Dominus poſſedit me F
in initio viaꝝ ſuarum. Et alibi quoq; dicitur: Clara eſt, & quę nunquam marceſcit
ſapientia. Conſequenter oſtendit ſtaturam mulieris huius ſeu philoſophiæ, hoc
eſt, ſpiritualem magnitudinẽ ſeu paruitatem ipſius [Statura diſcretionis ambigụ̈ę]
erat, id eſt, certo diſcerni & iudicari non potuit, quanta eſſet proceritas aut puſilli-
tas philoſophiæ. Quod conſequenter declarat, [Nam nunc quidem ad cõmunem
ſeſe hominum menſuram cohibebat,] id eſt, ipſa philoſophia interdum ſe cohibe-
bat, id eſt, retraxit ſe intra ſe, & coaptauit ſe ad cõmunem hominum menſurã, pro-
portionãdo ſuam doctrinã capacitati mediocri vulgariũ, docendo quę tales ſatis
faciliter intelligere queunt, vt quæ in libris Phyſicoꝝ & Ethicorum traduntur. Sic

1. Cor. 3

& Apoſtolus ſuis ſcribit diſcipulis: Non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed
tanquam carnalibus. Tanquam paruulis in Chriſto lac dedi non ſolidum cibum.

Proceritas Philoſophiæ.

[Nunc vero pulſare cœlum ſummi verticis cacumine videbatur]. i. philoſophia vi
debatur interdum pulſare cœlum. i. ſe tam alte extendere, quod cœleſtia corpora
tangere videbatur, tractando de Aſtronomia, & de naturis, motibus, viribus, influ
entijs orbium & planetaꝝ ac ſyderum: An epicycli & ecentrici ſint ponendi: An in-
ter orbem & orbem ſit aliquod intermediũ corpus: An planetæ ſuis motibus ſcin
dant ac diuidant ſuos orbes. Sic, inquam, cœlum pulſare ſeu attingere videbatur
cacumine verticis ſummi, id eſt, altitudine conſiderationis ſuæ valde ſublimis.
[Quæ cum altius caput extuliſſet]. i. dum philoſophia hæc cõſiderationem ſuam
adhuc



adhuc ad ſublimiora eleuaſſet, [ipſum etiam cœlum penetrabat.] Id eſt, vſq; ad per-
ſcrutationem & cognitionem immaterialium reꝝ peruenit, vtputa ſubſtantiaꝝ ſepa-
rataꝝ & intelligentiaꝝ, à quibus cœleſtia corpora moueri dicuntur. [Reſpiciẽtiumq;
ſeſe hominum fruſtrabatur intuitus,] Id eſt, ipſa philoſophia ſe erexit & volauit tam
alte, quod homines ſuo intellectuali viſu nequibant eam attingere, intelligere, penetra
re. Sicq; philoſophia fruſtrabatur, id eſt, ab effectu, vtputa viſione ſui, impediuit men
tes ſtudentiũ. Hoc fit, dum philoſophia pertingit vſq; ad ſpeculationem primę cauſę,
à cuius plena notitia oĩs creatura deficit infinite. Verũtamen quidam ſubtiliores tam
profunde de ea ſcrutati ſunt & loquuti, vt maior pars hominum capere nequeat. Itaq;
omnia iſta de ſublimitate ac varietate ſtaturæ ipſius philoſophiæ, ſpiritualiter ſunt ſu
mẽda: ita quod philoſophia aſſeritur ſe in altum & vſq; ad cœlos, ac ſupra cœlos ex-
tendere obiectiue, inquantum verſatur circa obiecta magis aut minus difficilia, ſubli-
mia ſeu diuina: ad quæ pertingit non reali aut materiali extenſione, ſed ſpiritali pro-
tenſione, tanq̃ ad terminos conſiderationũ ſuarum. Iuxta quem ſenſum ait Saluator: Matth. 6
Vbi eſt theſaurus tuus, ibi & cor tuum. Apoſtolus quoq;: Noſtra conuerſatio in cœ- Philip. 3
lis eſt. Sicq; Auguſtinus affirmat, ꝙ anima hominis verius eſt vbi amat, q̃ vbi animat. Auguſt.
Sic etiam vno modo intelligi poteſt q̃d in Eccõ. ſapientia proteſtatur: Ego in altiſſi- Eccl. 24
mis habitaui, & thronus meus in colũna nubis. Gyꝝ cœli circũiui, & profundũ abyſ-
ſi penetraui. Veꝝ hoc melius, literaliusq; de ſapientia increata exponitur, quæ ibidem
præmittit: Ego ex ore altiſſimi prodiui, primogenita ante omnẽ creaturam. Deniq; eti
am iuxta hunc modũ loquendi de ſimpliciſſimo incircũſcriptibili & immaterialiſſimo
deo in libro Iob perhibetur: Excelſior cœlo eſt & profundior inferno, longior terra Iob 11
mẽſura eius, & latior mari. Hinc deſcribit Boethius philoſophię ornatũ extrinſecum,
puta veſtitum, dicendo: [Veſtes] philoſophiæ [erant perfectæ]. i. formatæ & cõtextæ
tenuiſſimis filis, tanq̃ ex remota materia, [ſubtili artificio]. i. perita arte texendi, ſicut
à cauſa formali formante & quodammodo efficiente, [indiſſolubili materia,] velut ex
cauſa materiali proxima, [quas] veſtes [ipſa] philoſophia [texuerat manibus ſuis
vti poſt,] id eſt, poſtea [cognoui ipſa] philoſophia [prodente]. i. mihi hoc propalante

Veſtes philoſophiæ.

& exponente. ¶ Per veſtes philoſophiæ quidã intelligunt partes ſubiectiuas ſeu ſpe-
cies philoſophiæ, vz, VII. artes liberales. Quoꝝ expoſitioni obijci poteſt, q̃d ſpecies
philoſophiæ ſunt eſſentialiter idem cum ipſa, cum & ipſa prędicetur de illis quiddita
tiue, quemadmodũ genus de ſpeciebus. Veſtes vero ſunt extrinſecæ rei, nec idem cum
eius eſſentia. Alij per veſtes philoſophiæ intelligunt philoſophicos libros, in quibus
philoſophia tanq̃ in ſignis cõtinetur, ſicut veſtitus ſub veſtimẽtis. Aptius autẽ per ve-
ſtes philoſophiæ intelligẽdæ videntur laudabiles actiones, vtiles exercitationes & vir
tutes quas docet philoſophia. Expoſitiones quoque philoſophicoꝝ libroꝝ, quia his
omnibus ſpiritualiter operitur philoſophia ac decoratur. Nam ſciẽtia ſine virtute &
actibus bonis, eſt informis & nuda: ſicut materia ſine forma. Hinc apoſtolus Iacobus Iacobi 3
in ſua ait Canonica: Quis ſapiens & diſciplinatus inter vos? oſtẽdat ex bona cõuerſa
tione operationẽ ſuam. Veruntamen prætacta expoſitio illa poteſt defendi. Nam ſpe-
cies ſunt extra generis intellectũ, ſuperadduntq; generi eſſentiales perfectiones, quæ
non cõtinentur in genere niſi virtualiter atq; implicite: ſicq; ſpecies ſunt ornamẽta ge
neris ſui. ¶ Porro per tenuiſſima veſtium haꝝ fila, ſignãtur ſubtiliſſimæ cõſideratio-
nes, ex quibus habitus ſcientialis generatur in intellectu, vel circũſtantiæ virtuoſaꝝ
actionum acute cõſideratę. ¶ Artificium autem ſubtile, eſt vis inſtructiua ſeu habitus
ſcientiæ, quo quis edocet aliũ quæ ad philoſophicã pertinent veritatẽ. ¶ Indiſſolubi-
lis demũ materia veſtium haꝝ, ſunt obiecta ſcientiaꝝ ac virtutũ, ſeu potius formales
rationes obiectorũ huiuſmodi. Nam & variabilium reꝝ rationes formales inuaria-
biles ſunt. Hinc ſcientia inuariabiliũ, perpetuoꝝ ac neceſſarioꝝ dicitur eſſe. Etẽi q̃-
uis homo ſit corruptibilis, attamen hoĩem eſſe animal rationale, indiſſolubiliter veꝝ
eſt. Et ſiue homo actualiter & exiſtẽtialiter ſit, ſiue nõ, nihilominus ratio illa hoĩs ve-
ra eſt. Vnde Porphyrius dixit: Siue Socrates ſit, ſiue nõ ſit, Socrates ſemper eſt homo, Porphyr.
q̃uis quidã non intelligentes id negẽt. Has inſuper veſtes philoſophia proprijs mani-
bus format & texit, qm̃ ipſa eſt ad bene agendum, ad rite exercitãdum, ad vere expo-
nendum dirigens ac inducens, ſecũdum quod habitus eſt operandi principiũ. Manus

Manus phi loſophiæ. vero philoſophiæ, ſunt virtus & efficatia eius ad iſta agenda: ſeu regulæ directiuæ,
vt quod occaſiones peccãdi vitandæ ſint, quod exercitia ſcholaſtica ſint indefeſſe con
tinuanda, quod addiſcentẽ orporteat credere, & conſimilia. ¶Conſequẽter oſtendit
Boethius imperfectionem veſtium philoſophię. [Quarum] veſtium [ſpeciem] id eſt,
pulchritudinẽ [quædam caligo neglectę vetuſtatis, obduxerat,] id eſt, operuerat [ve-
luti] caligo [ſolet] obducere & fuſcare [fumoſas imagines] quæ primo ſunt ſpecioſæ,
ſed fumo adueniente eiſq; adhærente obſcurantur. Sic & veſtium philoſophiæ for-
moſitas obnubilatur caligine vetuſtatis neglectę, id eſt, tenebris ignorantiæ, admixti
one errorum imperfectione notitiæ veterum philoſophorum: quorum philoſophia
valde fuit imperfecta, & in multis erronea, pręſertim Epicureorum: quorum opinio-
Philoſo. nes Ariſtoteles in libris ſuis paſſim narrat ac improbat, puta Democriti, Zenonis,
Empedoclis & Leuſippi. Philoſophiam quoq; Platonis in multis impugnat. Nihilo
Auguſti. minus beatus Auguſtinus Platonem Ariſtoteli præfert lib. VIII. de Ciuitate dei, affir
mans: Plato cæteris philoſophis gentiũ longe ac late prælatus eſt. Sed & Ariſtotelis
Gulielmus Parrhiſi. philoſophia non caret erroribus, prout in libro de Vniuerſo declarat Gulielmus Par
rhiſienſis. Rurſus veſtitus & decor philoſophię comparatione veſtium ac decoris the
Philoſophię partitio. ologiæ tenebroſus cõſiſtit. Hic deſignat Boethius diuiſionẽ philoſophiæ in ſpeculati
uam & practicam, dignitatiſq; ordinem inter eas, vt ſit ſenſus [π Græcum,] id eſt, lite
ra illa π prout in Græco formatur ac ſcribitur, quæ ita deſignat ſcientiam practicam
vel vitam actiuã, [legebatur intextũ,] id eſt, exarata opere textrino [in extremo mar-
gine,] id eſt, infimo exterioriue parte veſtium harum: ad deſignandum quod quędam
partes ſeu ſpecies philoſophiæ ſunt practicæ, vt ſunt, Ethica, Oeconomica, Politica,
quæ & ſpeculatiuis ſcientijs ſunt inferiores. [θ vero] id eſt, litera illa θ, prout in Græ-
co ſonat ac ſcribitur, legebatur intextum [in ſupremo margine] veſtium pręfatarum.
Sic quippe ſignificat ſpeculatiuam ſcientiam cõtemplatiuamue vitã, puta theoricam,
quæ eminentiora ſunt ſcientijs practicis & vita actiua [atq; quidam gradus]. i. ſcala-
res aſcenſiones videbantur [inſigniti] id eſt, diſtincte diſpoſiti elegãterq; ordinati, in-
ter vtraſq; has literas, hoc eſt inter π & θ, ad inſinuandum quod paulatim ac ordinate
ſit aſcendendum ab inferiori ſciẽtia ac vita, ad ſuperiores, videlicet ab ethica ad the-
oricam, atq; à ſenſibilium ſcientia, ad inſenſibilium contẽplationem. Ideo ſubditur [in
modum ſcalarum] id eſt, ſicut in ſcalis eſt diſtinctio, & aſcenſus à gradu in gradum
[quibus ab inferiore litera] puta à π: [eſſet aſcenſus ad ſuperius elementum] puta θ li-
teram altiorem. Hic nil aliud deſignatur, niſi q̃d philoſophia in practicam & ſpecula-
tiuam diuiditur, & q̃d ſpeculatiua pręſtantior ſit ſcientia practica: ſicut & contẽplatio
actione, ſeu vita contẽplatiua, actiua. Et hoc verum eſt loquendo in genere. Non enĩ
incõueniens eſt quandã ſcientiam practicam nobiliorem eſſe quadam ſcientia ſpecula
tiua: vt Ethica, Oeconomica, & politica digniores dicuntur partibus Mathematicæ,
quæ tractant de quãtitate continua & diſcreta, hoc eſt de numero & magnitudine, vt
Arithmetica, & Geometria. Deniq; vitam contẽplatiuam nobiliorẽ eſſe actiua, multi-
Philoſo. pliciter probat philoſophus in Ethicis rationibus multis: Doctores quoq; ſup illud
Lucæ. 10 in Luca: Maria optimã partem elegit. Eſt enĩ diuinior & magis cõtinua, & circa ex-
cellẽtiora obiecta: ſed & magis ſibi ſufficiẽs & permanet in futuro. ¶Idẽ proportio-
Sciẽtia practica. nabiliter dici poteſt de ſciẽtia ſpeculatiua reſpectu practicę. Practicę nanq; ſciẽtię ſunt
de operabilibus per nos, ſpeculatiuæ vero de incorruptibilibus, Nec verũ eſt, q̃d ſola
Sciẽtia ſpeculatiua. moralis ſit practica, q̃uis Euſtratius ſuper Ethicã, & Algazel in ſua phyſica ſic fuerint
Euſtratius. opinati, cum & Medicina ſit practica, imo Auicẽna medicinã in ſpeculatiuã ſeu The-
Algazel. oricã, practicãq; partitur. Pręterea quęritur, cur in veſte philoſophiæ potius aſſerãtur
Auicenna. ſcripta fuiſſe ϖ & θ Græca, q̃ Latina aut linguę alterius. Ad q̃d quidam reſpõdent, q̃d
ideo, q̃m ſtudium philoſophiæ primo incœpit in Gręcia. Sed hoc falſum eſt aut incer
Auguſti. tum, imo vt habetur ex Chronicis, & in libro de Ciuitate dei inducitur, prius incœ-
Plato. pit aput Aegyptios. Vnde in primo Timæi refertur, ꝙ dum Solon ex Gręcia vnus de
ſeptẽ ſapiẽtibus intraſſet Aegyptũ atq; cum ſacerdotibus Mempheos cõtuliſſet, dixe
Auguſti. rũt: Nõ eſt in vobis, o Solon, vlla cana ſciẽtia. Verũ VIII. de Ciuitate dei recitat Au-
guſtinus, ꝙ ſtudiũ philoſophiæ fuit apud Græcos anteq̃ apud Latinos. Multum eti
am creuit & auctũ eſt inter Gręcos. Nam & Plato & Ariſtoteles philoſophoꝝ p̄cipui
Gręci



Græci fuerunt. Et quantũ ad hoc poteſt verificari, q̃d primo maiore volumine diſſe-
ruit Priſcianus: Omne eloquẽtię ac ſapiẽtię genus à Gręcoꝝ fontibus emanauit. Prę Priſcianus
terea Boethius reſpõdet obiectioni, qua quis ſic poſſet arguere: Iam dixiſti veſtes Phi
loſophiæ indiſſolubili eſſe contextas materia, ergo diſſolui non queunt: cuius tamen
oppoſitum cernimus. Itaq; ait: [Manus quorundam violentorum ſciderant eandem
veſtem, & quiſq; abſtulerat particulas] veſtis illius [quas potuit auferre.] Manus iſtæ
violentorum ſunt ſtudia & conatus carnalium hominum, qui nec intenti ſunt philo-
ſophię, nec eius acquieſcunt doctrinę: imo bonis moribus & exercitijs philoſophicis
ac ſapientialibus aduerſantur atq; pro poſſe impediunt ac deſtruunt ea, ſaltem in par
te: Quemadmodum iuuenis quidam laſciuus vidẽs vnum de magnis philoſophis le-
gentem ſuis diſcipulis, irriſit ac dixit: Mallem eſſe inter puellas, q̃ inter philoſophos.
Cui ille reſpondit: Nec mirum, q̃a et porci magis delectantur in luto cœno, q̃ in lympi-
dis aquis. Violenti quoq; poſſunt intelligi quidam curioſi & vani, qui perſuaſionum
ſuarum figmentis nituntur vera documenta ſubuertere, & ſuas nouitates ingerere.
Quaſi dicat Boethius: Quàmuis veſtis philoſophiæ ſit ex materia indiſſolubili facta
ex parte obiecti, nihilominus poteſt corrũpi, ſcindi, ac minui ex parte fragilis ſui ſub-
iecti, q̃d decipi poteſt & flecti. De talibus violentis in Prouerbijs habetur: Vſquequo Prouer. 1
ſtulti ea quæ ſibi nociua ſunt cupient, & imprudentes odibunt ſcientiam? ¶Sed quę-
ritur, cur hic ſingulariter dicat veſtem eãdem, cum nunc pluraliter dixerit, veſtes erãt.
Ad quod poteſt quis dicere, quod hoc loco per veſtem intelligit veſtium illarum con-
geriẽ, vel ſingulare ponitur pro plurali. [Et dextera] philoſophiæ [quidem]. i. pro cer
to [libellos gerebat: ſiniſtra vero] philoſophiæ geſtabat [ſceptrum.] Quia vt dictum
eſt, philoſophiæ eſt alios informare, ad quod deſignandum habebat libros in dexte-
ra: & eos etiam gubernare ad quod innuendum videbatur habere in manu ſiniſtra Dextera
ſceptrum. Per dexteram philoſophiæ intelligi poteſt vis ſeu efficacia inſtruendi. Per philoſophię.
ſiniſtram vis ac dignitas præſidendi. Cumq; ad gubernandum primo atq; potiſſime
neceſſaria ſit ipſa prudentia, & legum iuriumq; peritia, ex quibus dependet rectitudo Siniſtra phi
in diſponendo, regendo ac corrigendo, & omnis fructificatio præſidẽtialis officij: re- loſophię.
cte aſſeritur philoſophia libros habuiſſe in dextera. Nempe princeps illiteratus eſt ve Prĩceps indoctus q̃d.
lut aſinus coronatus. Hinc ſcriptum eſt in libro ſapientiæ: Diligite lumen ſapientiæ
omnes qui præeſtis populis. Per ſceptrum quoq; (quod eſt ſignum regiæ dignitatis) Sapien. 6
deſignatur iuſtitia authoritaſq; regalis. Nam & iuſtitia ad reges principes ac iudices Sceptrũ q̃d
præcipue ſpectat, iuxta illud libri ſapientiæ: Diligite iuſtitiam qui iudicatis terram, Sapien. 1
quia ipſorum eſt vnicuiq; quod ſuum eſt reddere, imo vt Ariſtoteles faſſus eſt, iudex Philoſop.
debet eſſe quaſi lex viua & animata iuſtitia, quia ad ipſum tanq̃ ad medium & velut
ad quandam iuſtitiam legiſq; executorem ac veritatis miniſtrum confugiunt ſubdi-
ti. Hinc Auguſtino teſtante ablata iuſtitia, princeps & rex eſt tyrannus, & regna ſunt Auguſti.
quaſi latrocinia magna. [Quæ vbi poeticas muſas vidit.] Per poeticas muſas intelli- Muſæ poeticæ.
guntur carmina poetarum, in quibus continentur multa laſciua, vana, conficta: q̃uis
& aliqua vera includantur ibidem, vt patẽt de libris Ouidij, aliorumq; poetarum.
Quæ etiam carmina nuncupantur meretriculæ. ¶Iam ſupra deſcripſit Boethius phi
loſophiam ſub ſimilitudine mulieris, & diſpoſitionẽ, originem, figurationem, ſtatu
ram, vigorem, veſtitum & apparatum ipſius. Hic recitat quid philoſophia egerit cir-
ca ipſum, dicendo: [Quę] philoſophia cum vidiſſet [poeticas muſas,] id eſt, conſidera-
tiones, delinitiones, conſolationeſq; adulatorias, quales in codicibus poetarum abun
dant, [aſſiſtentes noſtro thoro] id eſt, cubiculo noſtræ mentis ſeu intellectus ſe inge-
rentes ad conſolandum [fletibuſq; meis verba dictantes] id eſt, præbentes & admini-
ſtrantes fletibus meis verba, id eſt, ſermones & verſus cõgruentes lachrimis meis, ſeu
mihi lugẽti: & hoc ad conſolandum me conſolatione carnali, adulatoria, & inani per
hoc q̃d quibuſdã philoſophis ac poetis talia contigerunt, qualia mihi, qui per hoc fa-
mam celebremq; memoriam in hoc ſeculo ſunt ſortiti: & vt in aduerſitatibus meis ad
vanas & viles cõſolatiunculas me effundam pro poſſe atq; in poeticis magis q̃ in theo
logicis dictis cõſolationem requiram. Hinc philoſophia [pauliſper commota,] id eſt,
primo modice indignata, non ſubito repleta furore [ac toruis inflammata lumini-
bus] id eſt, deinde ſuccenſa iracundia grandi, quæ in vultu oculiſque apparuit, ita ꝙ
 diſtor-

diſtortis & ignitis oculis circumſpiciendo commotionem ſuam oſtendit: prout in li-
Eſther. 1 bro Eſther de Ahaſſuero legitur rege: Oculi quoq; lumina appellantur, vt in libro Iu-
Iudic. 16 dicum, vbi Samſon precatur: Domine deus meus, redde mihi nunc priſtinam fortitu-
dinem meam, vt pro duobus luminibus meis vnam de multitudine expetã vltionem.
Hæc autem commotio philoſophiæ fuit ira per zelum, quæ animum non brutaliter
præuenit, ſed ſponte aſſumitur, quatenus actum iuſtitiæ mens ſapientis efficacius exe
Eccẽs. 7 quatur, de qua in Eccleſiaſte legitur: Melior eſt ira riſu, quoniam per triſtitiam vul-
tus, corrigitur animus delinquẽtis. [Quis, inquit, permiſit has ſcenicas meretriculas?]
Id eſt, præfatas poeticas muſas, ad laſciuiam & conſolationem inanem inſtar meretri-
cularum trahentes, [accedere ad hunc ægrum,] puta Boethium in perſona afflicti ſe
præſentantem, ſpiritalem, debilem, paſſionibus triſtitiæ ac doloris oppreſſum prout
ſupra fuit expoſitum. [Quæ modo non fouent dolores eius remedijs,] id eſt, conſola-
tionibus vere ſalubribus ex ſacris ſcripturis: [verum inſuper alerent,] id eſt, vltra hoc
reficerent, aſſuefacerent, contrectarent, [dulcibus venenis,] id eſt, conſolationibus &
deceptorijs adulationibus mortiferis ac apparenter bonis, ſed vere nociuis, iuxta il-
Pſal. 139 lud in pſalmo: Venenum aſpidum ſub labijs ipſorum. ¶ Dicuntur autem hæ Muſæ
Scena quid meretriculę ſcenicæ, id eſt, theatrales ſiue theatricę à loco: quoniam ſcena dicitur thea
tri locus: quia in theatris & ſcenicis ludis decantabãtur, in quibus ſacra deorum & ge
ſta eorum plena laſciuijs canebantur ac ſimul cum cantilenis & cãtu, geſticulationibus
effigiabãtur corporeis ac varijs repręſentabantur motibus corporis inhoneſtis: ꝓpter
Plato. quod Plato aſſeruit, tales poetas ac geſticulatores & mimos ab vrbibus eſſe pellen-
Auguſtin. dos, neq; in vrbibus boni regiminis ſuſtineri, vt in libro de Ciuitate dei recitat Augu
ſtinus. ¶ Itaq; in hac proſa thorus ſpiritaliter ſumitur pro repauſatione, in qua æger
Thorus. vtcunque quieſcit ac recreatur. Sicq; alter eſt thorus hominis ſpiritalis ſeu philoſo-
phiæ, & alter hominis imperfecti, paſſionum motibus ægri. Thorus hominis ſpirita-
lis, id eſt, virtuoſi ac ſapientis, eſt conſcientia bona, pax cordis, mens deuota, conſide-
ratio ſcripturarum, imo & ipſa ſcriptura diuina, quæ vere vocatur hortus delitia-
Iohannes rum, vt primo libro diſſeruit Damaſcenus. De quo thoro ſponſa gratulatur in Can-
Damaſce. ticis: Lectulus noſter floridus. De quo & Origẽes pulchre exponit, quod cantat eccle
Cant. 1 ſia: Ante thorum huius virginis decantate nobis dulcia cantica dramatis. Thorus ve
Origenes. ro ægroti nondum curati, vocatur proprie ſenſualitas, & qualiſcunq; recreatio eius
in rebus vanis, caducis, carnalibus: quas deſpicit homo iã ſpiritualis, iuxta illud Pſal-
Pſal. 76 mi: Renuit conſolari anima mea. Talia quippe dulcia ſunt venena, quia vt ait Grego
Gregor. rius, dum carnem delectãt, ſpiritũ necant. In rebus nanq; creatis ac ſenſibilibus eſt ali
quid voluptatis, decoris & amabilitatis, quo carnalium & inſipientium hominum cor
Sapient. 14 da alliciuntur, falluntur, inficiuntur. Vnde in libro Sapientię recte aſſeritur: Creaturę
factæ ſunt in tentationem animæ hominum & in muſcipulam pedibus inſipientium.
Prouer. 1 Hinc Salomon ait: Fili mi, ſi te lactauerint peccatores, ne acquieſcas eis. ¶ Conſequen
ter ſubiungitur ratio reprobationis poeticarũ Muſarũ, videlicet multiplex nocumen-
tum earum, [Hæ,] id eſt, præfatæ poeticæ Muſæ, id eſt, adulationes fallaces, conſola
tiones adulterinæ, [ſunt quæ necant,] id eſt, impediunt ac deſtruunt [ſegetem ratio-
nis,] id eſt, ſapientiam veram, fœcundationemq; intellectus per conſiderationes ſalu-
bres, & illuminationes diuinas. Segetem, inquam, [huberem fructus,] id eſt, fructuo
ſam, quia ex habitibus virtuoſis ac veris ſcientijs oriuntur actiones bonæ in anima,
conſiderationes perutiles, puræ & ſanctæ affectiones, ex quibus deinceps procedunt
loquutiones exemplares & inſtructiuæ, correptiones iuſtæ, & charitatiuæ, opera quo
que exteriora laudabilia, vtilia & meritoria vitæ æternæ. [Infructuoſis ſpinis affectu
um,] id eſt, doloribus, ſolicitudinibus, anxietatibus inordinatarum affectionum, vide
Philoſo. licet cupiditatum, prauarumq; voluptatum atque triſtitiarum. Nam & animus inordi-
natus ſibi ipſi pœnalis eſt. Talia etiam remorſum conſcientiæ pariunt, & poſt ſe pœni
tudinem, amaritudinemq; relinquunt: imo in foueam trahunt damnationis perpetuę,
Prouer. 5 quemadmodum Salomon loquitur: Fauus diſtillans labia meretricis, nouiſſima vero
eius amara, ſicut abſynthium. [Et aſſuefaciunt,] id eſt, aſſuetas efficiunt mentes homi-
num [morbo,] id eſt, infectiuis ac peſtiferis documentis, blanditijs, oblectamẽtis poe-
ticarum narrationum. [Nec liberant] ab eiuſmodi morbo. Itaq; ſicut vnum cõtrario-
rum



rum expellit aliud, vt nigredo albedinem: ſic ſtultæ doctrinæ ſalubria documenta, Doctrinæ mundanæ quantũ noceãt homini.
deceptio veritatem, delectatio carnalis conſolationem diuinam, conſcientiæ bonæ
tranquillitatem occupatio vitioſa. Hoc eſt, quod apud Marcum ait Saluator: Ae-
rumnæ ſeculi & deceptio diuitiarum, & circa reliqua concupiſcentiæ introeuntes in
cor, ſuffocant verbum dei, & ſine fructu efficitur. Hinc ad Timotheum ſcribit Marci 4
Apoſtolus: Ineptas & aniles fabulas deuita, multum enim proficiunt ad impieta- 1. Tim. 4
tem, & ſermo eorum vt cancer ſerpit. Et alibi: Corrumpunt mores bonos col- 1. Cor. 15
loquia mala. ¶ Nunc ſequitur alia ratio confutationis poeticalium demulſionum.
[At] o poeticæ adulationes ac Muſæ dulciter, ſed deceptorie perſonantes, [ſi veſtræ
blãditiæ detraherent,] id eſt, auferrent [nobis quem prophanum,] id eſt, aliquem ſa-
crilegum, obſtinatum, blaſphemum, [vti vulgo ſolitum,] id eſt, ſicut communi plebi
conſuetum eſt eſſe prophanum, [putarem minus moleſte ferendum.] Nam talem mi-
nus diligo, & minus propinquus eſt mihi, & minoris eſt precioſitatis: imo iam perijt
ſuo demerito, quàmuis damnationis inflictio ſola ſummi iudicis miſericordia differa
tur. Hinc Ariſtoteles faſſus eſt, quod homo iniuſtus decies millies brutis eſt deterior. Philoſop.
[Quippe,] id eſt, pro certo, [noſtrę operæ,] id eſt, opera, ſtudia & ſubſidia noſtra, [ni-
hil læderentur in eo,] hoc eſt, de his quæ nos damus hominibus, puta de ſcientijs at-
que virtutibus, nil in ipſo deſtrueretur, quia nil habet de huiuſmodi bonis. Idcirco
non ſpectat ad nos de eius amiſſione ſpecialem dolorem habere: quàmuis eum diliga-
mus propter conformitatem naturæ, & quoniam beatitudinis capax eſt. Hinc quo-
que de eius perditione communi afficiamur dolore. Propterea & Saluator de impijs Matth. 15
Phariſæis loquutus eſt: Sinite illos, cæci ſunt & duces cæcorum. De vilitate item &
contemptibilitate cuiuslibet impij, in libro Sapientiæ ſcriptum eſt: Cor iniqui cinis Sapient. 16
eſt & terra ſuperuacua ſpes illius, & luto vilior vita ipſius. [Hunc vero] Boethium [no-
uimus enutritum,] id eſt, inſtructum, [ſtudijs,] id eſt, exercitationibus atque ſcientijs,
[Eleaticis,] id eſt, Peripateticis ſeu Ariſtotelicis, [atque Academicis,] id eſt, Platoni- Plato.
cis. ¶ Narratur equidem quod Plato cum quibuſdam ſuis diſcipulis, degere conſue-
uit frequenter extra Athenas, in villa propinqua, Academia nomine, frequenti terrę- Academia
motu, tempeſtatibusq; collapſa, in qua talia ſæpe fiebãt adhuc illis temporibus, qua-
tenus in loco tam periculoſo manentes, terrore circundati carnalia facilius aſpernarẽ-
tur, & quantum ad hoc Academici nuncupantur Platonici: quàmuis interdum Aca- Academi.
demici aliter capiantur, puta pro his qui elegerunt de omnibus dubitare, dicentes, ꝙ
in hac vita nil valeamus certo ſcire aut noſcere, vt in pluribus locis refert ac repro-
bat Auguſtinus. Quaſi dicat philoſophia. Valde ægre accipimus, quod virũ iſtum Auguſti.
in philoſophia tam Platonicorum quàm Ariſtotelicorum tam eruditum, ſubuerte-
re & nobis auferre conamini, cum ſit nobis chariſſimus, valde propinquus, confor-
mis & operis noſtris repletus. Similitudo nanque cauſa amoris, & quanto quid alteri Philoſo.
eſt ſimilius, tanto & charius cæteris paribus. Sic & benefaciens, naturaliter amat be-
neficiatum, parens prolem, cauſa effectum, magiſter diſcipulum, & econtrario. [Sed
abite potius Syrenes.] Id eſt, o vos Muſæ poeticæ, inſtar Syrenarum ſuauiter conci-
nentes, [vſque ad exitium,] id eſt, mortem aduertentium cantum [recedite, eumque,]
id eſt, virum iſtum Boethium [relinquite meis Muſis] id eſt, carminibus, conſolatio-
nibus, & doctrinis, [ſanandum [in corpore [& curandum] in corde. Porro Syrenæ Syrenæ.
ſunt piſces marini fortes & magni, vultum virgineum præferentes, quæ nauiganti-
bus propinquantibus eis accedunt atq; dulciſſime cantant: quarum concentum ſi na-
uigantes incaute aduerterint, confeſtim prę ſuauitate cantus obdormiunt: ſicque Syre
næ nauem protinus euertentes, deuorant nauigantes, quod eſt vnum de præcipuis
maris magni periculis. BOETHIVS. [His ille chorus.] Hoc eſt, chorus, id eſt, cœ
tus ille poeticarum Muſarum [increpitus,] id eſt, reprehenſus, ſeu increpatus [mœſti-
or] id eſt, valde triſtis effectus, de ſua reprehenſione & expulſione [deiecit humi] id eſt
in terram [vultum] ſuum [confeſſuſque rubore verecundiam] id eſt, ſuo rubore
oſtendit ſe confuſum ac verecundiam paſſum, vt moris eſt redargutis. Et ſic [limen
triſtis exceſſit] id eſt, mœrens exiuit domum. ¶ Conſequenter deſcribit Boethius,
quum ipſe hæc cernẽs ac audiens egit. [At ego] Boethius [cuius acies] id eſt, extremi-
tas acuminis oculi, [merſa] id eſt, circunfuſa humectaque [lachrymis caligauerat] id
 eſt,

eſt, clare videre non poterat[nec]pro ne, vel, nec, id eſt, & non [poſſem dinoſcere, quę nam eſſet hæc mulier tam imperioſæ authoritatis] id eſt, tam potentis iuriſdictionis, atq; tam magnæ reuerentiæ ac poteſtatis, quæ tam audacter increpauit adulterinas conſolatrices, & cui illę mox paruerunt[obſtupui]id eſt, vehementer mirabar. [Viſuque in terram defixo, quid nam deinceps eſſet actura, expectare tacitus cœpi. Tum illa propius accedens, in extrema lectuli mei parte conſedit: meumq; intuens vultũ luctu grauem, atq; in humũ mœrore deiectum, his verſibus de mentis noſtræ perturbatione conqueſta eſt.] In his nulla eſt difficultas. Seruat quippe Boethius inchoatam metaphoram, loquens de philoſophia quaſi de veneranda, pia ac ſapientiſſima muliere, quæ ex grandi compaſſione acceſſit, & ſedit in vltima parte lecti in qua Boethius tanq̃ infirmus ſcd'm iſtam imaginariam & excogitatam deſcriptionẽ decubuit. Eſt enim conſuetudo conſolantiũ fœminarũ ita ſe applicare ægroto. Nec obſtat metaphoræ, quod Boethius aſſerit ſe in lecto iacentem, deieciſſe vultum in terram. Nam & aliter iacens poteſt vultum verſus terram defigere, & eam inſpicere. Eſt quoq; deſolatis ac triſtibus conſuetudinarium faciem declinare deorſum, ſicut & mens eorum depreſſa eſt: vt exterior deiectio atque depreſſio, interiori ſit correſpondens. ¶Porro quod ait, de oculorum caligatione, & viſus defixione in terram, certum eſt de exterioribus & interioribus viſu & oculis poſſe exponi.

Cõſuetudo conſolantium mulierum quæ. Cõſuetudo deſolatorũ.

## Expoſitio allegorica & anagogica Proſę iſtius. ARTIC. VI.

HAec dum mecum tacitus ipſe reputarem. Quicquid in proſa hac de excellentia, pulchritudine, reuerentia, apparatu, veſtitu, conſolatione, imperio philoſophiæ prolatum eſt: multo præclarius de theologia poteſt enuntiari. Dum ergo vir bonus ac ſapiens impiorum perſecutionibus aggrauatus, de ſua moleſtatione mœrens affligitur, ac intra ſe pie conqueritur, protinus offert ſe ei ad conſolandum ſacra ſcriptura, hoc eſt theologia omnium ſcientiarum regina, ac imperatrix, ſtans ſuper verticem, id eſt, in apice mentis humanæ, & ipſius mentis capacitatem tranſcendens, ſicut canit Pſalmiſta: Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, confortata eſt, & non potero ad eam. Hæc theologicalis ſapientia eſt tanquàm mater fœcundiſſima & virgo, incorruptaque manens, concipit intra ambitum ſuum ac gremium, imo in vtero ſuo, id eſt, in ſuo intellectu vniuerſos, quos appetit deo regenerare & ſpiritaliter gignere perducendos eos ad ſupernaturale eſſe gratiæ & fidei ac virtutum, ſicut diſcipulis ſuis ſcripſit Apoſtolus: Per Euangelium ego in Chriſto vos genui. Itemque: Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. De hoc ſpiritali ventre mentis ac ſapientiæ ait apud Iohannem Chriſtus: Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hęc ſapientia vtputa theologia, innumerabiles filios parit, nutrit, cõfortat, & ad perfectam perducit menſuram, de quibus in Euangelio ait Saluator: Iuſtificata eſt ſapientia à filijs ſuis. Quæ & in Eccleſiaſtico fatetur: Ego ſapientia effudi flumina, dixi: Rigabo hortum plantationum, quoniam doctrinam quaſi antelucanum illumino omnibus, & enumerabo illam vſq; in longinquum: nec deſinam in progenies, vſq; in æuum ſanctum. Hæc theologia reuerendiſſimi vultus eſt, quoniam eius præſentia gratioſa & ſpecioſa eſt vehementer: cuius oculi ardentiſſimi ſplendidiſſimiq; cõſiſtunt, videlicet ſenſus literalis ac ſpiritalis, corda legentium inflammantes: vel ſcriptura noui ac veteris teſtamenti. Viuidus quoq; color theologiæ, eſt exemplaritas, quam cauſat in vita fidelium, ſcd'm tenorem præceptorum documentorum & conſiliorum Euangelicæ legis, ſicut prætactum eſt: quæ theologia tam inexhauſti eſt vigoris, vt in Euangelio Chriſtus aſſerat: Vnus apex de lege non peribit. Et rurſus: Cœlũ & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſient. ¶Certe tam inexhauſti vigoris eſt theologia, quod nec philoſophica argumenta, nec perſecutiones tyrannicæ nec magicæ artes, nec hæreticorum figmenta, neque quæcunque tormenta contra eam præualuerint: imo tam inexhauſti inſuperabiliſque vigoris ac firmitatis eſt ſacra ſcriptura ſeu Chriſtianę fidei theoria vt ad Galatas dicat Apoſtolus: Licet nos, aut angelus de cœlo euangelizet vobis præter id quod euangelizauimus, anathema ſit. ¶Denique vigor philoſophię rationi innititur naturali, quę multipliciter poteſt deficere & errare. Vigor autem theo-

Scriptura ſacra regina oim ſcientiarum. Pſal. 138 Theologia fœcũda & virgo. 1. Cor. 4 Gala. 4 Iohan. 7 Fœcũditas theologię. Matth. 11 Lucæ. 7 Eccle. 24 Vultus theologiæ. Oculi theologiæ. Color theologiæ. Vigor theologiæ. Matth. 5 Matth. 24 Matth. 13 Lucæ. 21 Gala. 1 Philoſophiæ naturalis fallacia.



theologiæ increatæ innititur veritati, ſupernaturalique lumini: quibus nec error nec falſitas poteſt miſceri. Hinc naturali phlioſophiæ multi errores ſunt mixti: Theologiæ vero penitus nulli. ¶Inſuper theologia à principio fuit mundi, & ſupernaturalis illa ſcientia angelis ſanctis ac primo parenti infuſa fuit & concreata. Cuius ſtatura diuerſa eſt, ſicut de philoſophia expreſſum eſt: imo eſt ea multo ſublimior, & de profundioribus ac incomprehenſibilioribus tractans. De qua apud Baruch legitur: Quis aſcendit in cœlum & accepit eam, & eduxit eam de nubibus? Quis transfretauit mare, & inuenit illam & attulit illam ſuper aurum electum? Non eſt qui poſſit ſcire vias ipſius, neque qui exquirat ſemitas eius. Amplius, veſtes theologiæ vocantur ornamenta virtutum, argumenta fidei Chriſtianæ, ſupernaturalium decor chariſmatum, quibus omnibus ſcriptura ornatur, atque à deo reuelata oſtenditur. Literalia quoque tegumenta & ſenſibilia ſigna, ſub quibus veritas theologiæ celatur. Nam & de hac omnium ſcientiarum regina accipi poteſt illud in Pſalmo: Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato circundata varietate. Et quod in Ezechiele ac Apocalypſi habetur, de multiplici decore, veſtitu, ſplendore ſynagogæ atque eccleſiæ. Verum veſtium harum ſplendorem obfuſcat neglectæ vetuſtatis caligo, hoc eſt, vitioſa credentium, imo & theologorum quorundam vita & error, ita quod obſcuratum eſt aurũ & mutatus eſt optimus color, de quibus dixit Apoſtolus: Dicunt ſe noſſe deum, factis autem negant. Et Eſaias ait: Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes. Quemadmodum etiam dictum eſt de philoſophia, quod partim ſit ſpeculatiua, partimque practica: ſic dici poteſt de theologia, cuius duæ ſunt partes, videlicet cognitio credendorum, & cognitio agendorum. Quarum prima eſt ſpeculatiua, alia practica. ¶At vero manus violentorum, quæ veſtem eccleſiæ ſcindunt, ſunt hæreticorum expoſitiones ac ſtudia, quorum quidam tollunt particulas veſtis iſtius, vt impij Manichæi, dicentes vetus teſtamentũ non eſſe à deo lucis, & Montanus qui mendoſe confinxit librum Actuum apoſtolorum non pertinere ad noui teſtamenti ſcripturam. ¶Theologia demum in dextera ſua tenet libros vtriuſque teſtamenti, in ſiniſtra vero ſceptrum regale. Nam eius eſt cunctis ſcientijs imperare, ipſaq; inſtruit vniuerſos, & regit fideles, ac omnibus vltro ſe offert, imo & paratiſſimam præbet, atque ad ſui amplexum, ſuſceptionem ac poſſeſſionem hortatur, inuitatque ſingulos. Vnde in libro Prouerbiorum Salomon loquitur: Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem ſuam. In capite turbarum clamitat, in foribus portarum vrbis profert verba ſua, dicens: Conuertimini ad correptionem meam. En proferam vobis ſpiritum meum. Hinc & in libro Sapientiæ inducitur: Sapientia facile videtur ab his, qui diligunt eam: & inuenitur ab his, qui quærunt & diligunt illam. Præoccupat eos, qui ſe concupiſcunt. Cumque theologia conſpexerit hominem in ſcripturis eruditum ac enutritum in ſuis afflictionibus, aduerſitatibus, tẽtationibus, conſolationem, conſiliumque quærentem in dictis & verbis poetarum, philoſophorum, hæreticorum potius, quàm in ſcripturis & dictis ſanctorum, dolet & indignatur, increpat, reprobat & expellit huiuſmodi dicta: ſicut & ſanctus Hieronymus in regula ſua teſtatur, ſe ab increata ſapientia increpatum, direque flagellatum, eo quod in libris Platonis & Ciceronis potius, quàm in diuinis occuparetur ac delectaretur ſcripturis. Hoc attendendum ac metuendum eſt multis, præſertim quibuſdam dialecticis ac ſophiſtis, qui in ſuis ſophiſmatibus ac curioſitatibus, poeſi ac vanitatibus inaniter delectantur intantum, quod diuina obliuiſcuntur implere præcepta, contra quod in Eccleſiaſtico docetur: Quæ præcepit tibi deus, illa cogita ſemper: & in ſuperuacuis rebus noli ſcrutari multipliciter, & in pluribus ne fueris curioſus. Tales cum adinuentionibus ſuis quaſi cum gentium idolis fornicantur. ¶Poſtremo, quę nunc dicta ſunt de theologia viatorum, excellentius queunt intelligi de theologia & ſupernaturali ſapientia comprehenſorum ſeu beatorum: ex cuius ſplendore & irradiatione angeli ſancti nos viatores ipſis commiſſos conſolantur, purgant, docent, cuſtodiunt. Et quàmuis ſapientia illa clarior ineffabiliter, eminentiorque conſiſtat omni ſapientia vitæ præſentis: nihilominus etiam ipſa, minima comprehendit, & de agendis nos inſtruit ac per hoc mira dignatione ſe capacitati coaptat humanæ. Huius ſapientiæ veſtes ſunt dotes beatorum & accidentalia præmia eorundem, duplexque ſtola, de qua in Apocalypſi

Theologiæ veritas. Theologiã fuiſſe ab initio mundi. Statura theologiæ. Baruch 3 Veſtes theologiæ. Pſal. 44 Ezech. 40 41. 42 Apoc. 21 Threno. 4 Tit. 1 Eſaiæ 5 Theologiæ partes. Manichæorũ inſanię. Montanus hæreſiar. Libri theologiæ. Prouer. 1 Sapient. 6 Hierony. In curioſitates dialecticorũ ac ſophiſtarũ. Ecci. 3 Theologia beatorum. Veſtes theologiæ beatorum. Apoc. 6

pſi habetur: Datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ. ¶Veruntamen veſtium illarum ſpeciem nulla obſcurat caligo, nulla vnquam vetuſtas minuit, diſcolorat, deornat, nulla violentia ſcindere poteſt, nec aliquid eius auferre, quoniam beatorum perfectio, felicitas, decor & gloria prorſus perpetua, incorruptibilis, inamiſſibiliſque conſiſtit. Horum ſapientia ſeu ſumma theologia, ardentiſſima charitate ornatur, perfectiſſima pietate formatur, pleniſſima humilitate fulcitur, ideo viatoribus condolet, & inſidiatoribus ac deceptoribus eos inique conſolantibus indignatur, ac ipſis excluſis ſalubriter intus irradiat, lætificat, roborat ac tuetur. Hanc expoſitionem ſufficit tetigiſſe, nam ex præhabitis ſatis elicitur.

Perfectio beatorum.

## METRVM. II.

Heu quam præcipiti merſa profundo
Mens hebet & propria luce relicta,
Tendit in externas ire tenebras.
Terrenis quoties flatibus acta,
Creſcit in immenſum noxia cura.
Hic quondam cœlo liber aperto,
Suetus in æthereos ire meatus,
Cernebat roſei lumina Solis,
Viſebat gelidæ ſydera lunæ,
Et quæcunq; uagos ſtella recurſus
Exercet, uarios flexa per orbes,
Cōprenſam numeris uictor habebat.
Quinetiam cauſas, unde ſonora
Flamina ſollicitent æquora Ponti,
Quis uoluat ſtabilē ſpiritus orbem,
Vel cur Heſperias ſydus in undas
Caſurum, rutilo ſurgat ab ortu,
Quis ueris placidas tēperet horas,
Vt terram roſeis floribus ornet,
Quis dedit ut pleno fertilis anno
Autumnus, grauidis influat uuis
Rimari ſolitus, atq; latentis,
Naturæ uarias reddere cauſas:
Nunc iacet effœto lumine mentis,
Et preſſus grauibus colla catenis,
Decliuemq; gerens pondere uultū,
Cogitur heu ſtolidā cernere terram.

### Elucidatio metri huius II. ARTIC. VII.

Deſolatis ac triſtibus conſolatorium eſt, ſi quem videant ex corde ſibi ſynceriter cōpati, ac eoꝝ priſtinam proſperitatem, excellētiamq; aduertere. Hinc philoſophia primo hoc genus remedij Boethio adhibet, metrice alloquens eum. Et appellatur hoc metrum Dactylicum, eo quod dactylus prædominetur in eo, in penultimo ſemper poſitus pede. Vocatur quoq; tetrametrū, quia ex IIII. pedibus cōſtat, & hypercatalecticum, qm̄ ſyllaba abundat in medio, quę nullius pedis pars dicitur. Ait ergo philoſophia: [Heu mens] huius Boethij [merſa]. i. obruta & demerſa [profundo quàm præcipiti]. i. valde celeri, impetuoſo ac præcipitante in vndantia ac abundantia aduerſitatum, afflictionum, doloꝝ, [hebet]. i. obtuſa eſt, & impedita ad cōſiderandum veritates ac rationes philoſophicæ facultatis: ex quaꝝ conſideratione poſſet, meritoq; deberet ſe conſolari, & in aduerſis gaudere aut ſaltem non deprimi, [& relicta propria luce,] id eſt, claritate naturalis ingenij, ſplendore ſapientiæ ac lumine rationis, quæ per abundantiam aduerſitatum & afflictionum ſunt obfuſcata, atque ab actuali, expedito ac libero rationis iudicio impedita, [tendit ire,] id eſt, præparat ſe ad eundum ſeu ire intēdit, [in tenebras externas,] id eſt, in maximas ignorantiarum, errorum ac vitiorum caligines, niſi ſapientialiter reuocetur. Triſtitia quippe, niſi refrenetur ac moderetur, vehementer nocet animæ & corpori, præſertim iſta quæ eſt ſenſitiui paſſio appetitus. De qua in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt: Triſtitiam longe expelle à te, multos enim occidit triſtitia, & non eſt vtilitas in ea. Paritque tædium vitæ, ex quo tandem conſequitur, iniectio manus ſacrilegæ in ſeipſum. Mens, inquam, [acta quoties,] id eſt, ſæpius agitata & mota hinc inde, [terrenis flatibus,] id eſt,

Triſtitia quantū nocumentum afferat. Ecci. 30



id eſt, varijs fortuitiſq; euētibus, ex mutationibus circa ſe factis, per ablationem temporalium reꝝ, opulentiæ, dignitatis, honoris, atq; multiplicis olim habitæ proſperitatis. Vnde [cura noxia] id eſt, ſolicitudo nociua ſuperflua de talibus recuperandis, [creſcit in immenſum]. i. ſine moderamine augetur, niſi per prudentiā & terrenorum contēptum frenetur. Ideo ſcriptum eſt in libro Prouerbioꝝ: Expectatio ſolicitoꝝ peribit. Et in Eccleſiaſtico: Auarus non impletur pecunia. Hinc in Prouerbijs ſuis diſſeruit Seneca: Pecuniæ imperare oportet non ſeruire. Pecunia non ſaciat, ſed auarum irritat. Talis quoq; eſt cura ambitioſi. Nam ſicut cupiditas, ita ambitio creſcit in infinitum. Et ſicut cupiditas varijs curis, ſuſpitionibus, anxietatibus, torquet auarū: ſic dæmoniaca ambitio ambitioſum. ¶Ex his docemur, ꝙ paſſiones & vitia niſi in principio vigilanter domētur & reprimātur, non ſolum deijciūt, ſed & præcipitāt mentem à celſitudine gratiæ ac virtutū in voraginem perditionis & culpę. De quo profundo Salomon loquitur: Impius cum in profundū venerit peccatorum contemnit, ſi ab his præſeruari cupis periculis, noli ad trāſitorias opes, neq; ad mundanos honores immoderanter inſipienterq; affici.

Prouer. 11
Eccle. 5
Seneca.
Cupiditas.
Ambitio.
Paſſiones in principio collidendæ.
Prouer. 18

¶Hinc pandit philoſophia, qualiter cōſueuerit Boethius curſum, proprietates, naturas cœleſtium corpoꝝ ſpeculari, impulſiones quoq; ventorum, diſtinctioneſq; tempoꝝ, & varia ſecreta naturæ. [Hic] Boethius [quondā liber] id eſt, olim ab exilio, curis, triſtitijs, diſfortunijſq; immunis, [ſuetus]. i. conſuetus ſeu ſolitus, [ire]. i. mentis ſuæ cōſiderationē extendere, ac leuare [in meatus æthereos] ad motus & curſus cæleſtium corpoꝝ, [cernebat cœlo aperto]. i. deſuper euidēter patente, & à nubibus diſcooperto, [lumina]. i. radios [ſolis roſei]. i. ſplēdidiſſimi ſolis inſtar albæ ac niueæ roſæ albeſcentis ac viſum dulciter demulcentis. i. quemadmodum roſa ſuo decore atq; odore delectat vidētem, iuxta illud Eccleſiaſtis: Dulce lumen, & delectabile oculis videre ſolē, [viſebat quoq;]. i. frequenter ac deſideranter videbat, [ſydera gelidæ]. i. frigidæ [lunę.] In quibus verbis ponitur plurale pro ſingulari, vz ſydera pro ſydere, vt ſit ſenſus: videbat ſydus lunæ intrāſitiue, hoc eſt lunā quæ vocatur ſydus: quemadmodū cæteri quoq; planetę. Vel dicit ſydera lunæ, qm̄ luna ſub diuerſis figuris apparet, nunc cornuta, nunc plena, nunc ſemiplena: ſeu propter diuerſitates radioꝝ & effectuum. Poſſunt item per ſydera lunæ intelligi ſtellæ Pleiades, quę cum luna cōmunicant in humido, habētes dominiū ſuper aquas, in quibus ſimul cum luna cauſant fluxum & refluxū ac alios varios motus, & alterationes q̄plures. Cernebat item [quæcunq; ſtella exercet vagos recurſus]. i. incertos, multiplices inſtabiles motus, gyrationes, retrogradationes, aſcenſiones, depreſſiones, q̄d non competit niſi ſtellis erraticis, quæ communiter dicuntur planetæ, [flexa]. i. reuertens [per orbes varios]. i. ſphęras diuerſas, quas ſucceſſiue intrat & exit, loquendo de ſphęris in ipſo orbe planetę imaginatis aut aſſignatis, vt mox dicetur, cū non ſit fixa in ſuo orbe, [compreſſam]. i. ipſe Boethius [victor] i. præualens in ſua aſtronomica inquiſitione, inueniēdo q̄d quærebat, habebat ſtellam huiuſmodi cōpreſſam. i. limitatam & determinatam [numeris]. i. proportionibus certis, quas habet reſpectu motuum aliorum planetaꝝ. Omnes enī in ſuis naturis, viribus, influētijs, motibus ſunt coordinati & cōproportionati: quemadmodum ſpecies numeroꝝ: ſicut & totus ordo vniuerſi, vt ait philoſophus VII. & XII. Metaphyſices.

Eccle. 11
Planetæ.
Philoſo.

¶Conſequenter philoſopia inſinuat Boethiū alijs multis fuiſſe peritū: attamen circa textum inductū aliqua inferius ſunt dicenda. [Quin etiam] id eſt, pro certo, Boethius iſte conſueuit videre atq; inquirere, [cauſas vnde]. i. ex quibus ſeu propter quas [flamina ſonora]. i. venti alte ſonantes [ſolicitēt]. i. moueant & agitent [æquora ponti] id eſt, aquas ſeu flumina maris. Solebat quoq; conſiderare [quis ſpiritus voluat] id eſt, circulariter moueat [ſtabilem orbem] id eſt, incorruptibilem ſphęram cœleſtem. Hoc eſt, vtrum ſphęrę cœleſtes moueantur immediate ab increato ſpiritu, vtputa deo an ab intelligentijs vel animabus nobilibus [vel cur ſydus,] id eſt, ſol qui antonomatice dicitur ſydus, tanquàm maximum aſtrum virtute & quantitate, [caſurum] ſecundum apparentiam [in vndas heſperias]. i. in aquas occidentales, ſeu in aquas oceani verſus occidentem [ſurgat] id eſt, oriatur mane [ab ortu rutilo] id eſt, orientali parte cœli tunc reſplendente ex ſolis acceſſu. Loquitur autem Boethius more poetico ſecundum vulgi opinionem, quoniam ſtantes in littore maris ſole occidente, ex tumore ſeu eleuatione fluctuum maris, priuantur

uantur intuitu radioꝝ ſolarium, ſicq; ipſis videtur quod ſol demergatur in mari, pu
tabantq; aliqui q̄d ibi lauaretur à ſordibus, quas ex vaporibus in aere aſcendentibus,
circumeundo contraxit. Verum hæc ex grandi imperitia prodierunt. Sol quippe in
ſua permanet ſphæra, quæ inter ſeptem ſphæras planetarum ſecundum Ptolomæum
eſt media, ſicque inter mare Oceanum & Solem mediant & conſiſtunt elementa aeris
& ignis, atque adhuc ſphæræ tres planetarum, qui ſunt Luna, Venus, Mercurius: nec
vapores tranſcendere poſſunt regionem elementarem, neq; cœleſtia corpora peregri-
naꝝ ſeu extraneaꝝ impreſſionum ſunt ſuſceptiua. ¶Præterea Boethius iſte conſueuit
perſpicere [quid temperet,] id eſt, quæ cauſa tēperatas efficiat, [horas placidas,] id eſt,
placētia & delectabilia tempora [veris]. i. illius partis anni, [vt] ver [ornet terram roſe
is floribus,] id eſt, floribus roſaꝝ, ſeu & alijs floribus inſtar roſaꝝ pulchris ac dulci-
bus. Quod ver facere dicitur, quoniam fit in vere ex influentia Solis & aliarum cau-
ſarum. [Quis dedit in pleno anno,] id eſt, in anno perfecto. Vel in anno pleno, id eſt,
abundanti, quia tunc fructus collecti abundant. [Fertilis alumnus,] id eſt, quod tem
pus illud autūnale fertile. i. huber & fructuoſum multis fructibus tunc maturis, [in-
fluat vuis] maturis depurationē terreſtritatis & humiditatis groſſioris ineptę, [atq; ſo
litus] fuit iſte Boethius [rimari & reddere,]. i. perſcrutari & aſſignare, [varias cauſas
naturæ latētis,]. i. occultaꝝ naturalium proprietatū ac virium, actionū atq; affectuū.
Gilbertus. E quibus ſcd'm Gilbertum libro ſex principiorum, natura operatur occulte, ex cuius
Hugo victo. ſinubus rationes trahūtur, & cauſę naſcuntur naturalium operum ſcd'm Richardum li
bro ſuo de Trinitate. ¶Deſcripto ſtatu iucundo, ſpeculatiuo, ſcholaſtico, in quo Boe
thius antea fuit: hic ſubiungit philoſophia ſtatū triſtem, deſolatū ac miſeꝝ, in quo eū
Philoſo. eſſe conſpexit. Facitq; exclamationē ex vehementia cōpaſſionis, quia oppoſita iuxta ſe
poſita euidētius cognoſcuntur. [Nunc iacet,]. i. Boethius qui olim tam ſapiēter ac ſpe
culatiue refloruit, iam decumbit deſolatus & æger, quaſi ignarus, [lumine mētis effœ
to,]. i. ſplendore ſapiētiæ & luce ſciētiæ deſtitutus [& preſſus colla,]. i. in collo circū-
datus & circūcinctus [catenis grauidis,]. i. grauantibus, q̄m moris eſt apud quoſdam
Bernardus ꝙ captis mittitur catena in collo, ſeu alia corporis parte. Imo vt tangit S. Bernardus,
ſcelerati Iudæi Chriſto capto miſerunt catenā in collo ipſius. In Ieremia quoq; habe-
Ieremi. 28 tur. Tulit Ananias catenam de collo Ieremiæ prophetę & fregit eam. Simili modo in
Acto. 28 Actis Paulus ait apoſtolus: Propter ſpem Iſraelis catena hac circūdatus ſum. [Gerēſ-
que] iſte Boethius [vultū] pondere triſtitiæ, vel ex onere catenæ, [decliuem,]. i. pronū
& declinatum ad terrā. [Heu cogitur cernere,]. i. inſpicere, [ſtolidam terrā,]. i. inani-
matam. Vel, ſtolidā, cauſaliter. i. materialiter hoīes ſtultificantē, qui amore terrenoꝝ
ſapientiam veram relinquunt: imo ſummum deſerūt bonum & creaturis tam vilibus
magis quàm creatori inhærent: quod prorſus ſtultiſſimum eſt. Et de taliter ſtultis Sa
Eccle. 1 lomon proteſtatur: Stultoꝝ infinitus eſt numerus. In quibus puerilitatis vitium re-
In mundanos hoīes. gnat, quod dono ſapientiæ prorſus contrariatur. Quemadmodum eñ pueri ratione
nondum vtētes, poma & pira præferunt auro obrizo, precioſiſq; gemmis: ſic excæca
ti, miſeriq; carnales fœda & vilia iſta carnalia ac terrena ſuperpræſtantiſſimo deo ac
ꝓtioſiſſimis eius donis, chariſmatibus gratiæ & gloriæ, ſtolidiſſimo corde præligūt
Iſaac philoſophus. ac pręponunt. Idcirco, vt Iſaac Iſraelita philoſophus proteſtatur, ſub triſtiſſimo orbe
terrę infimę retrudētur & cōcludentur, nec vnq̄ eis ad loca amœna patebit egreſſus.

## Dubiorum ac quæſtionum huius ſecundi metri propoſitio & expe-ditio breuis ARTIC. VIII.

IOHANNES.

Dubium I. CIrca hoc metrum multa mihi oriuntur dubia. Primum, an Sol ſit roſei colo
II. ris. Secundum, an Luna ſit frigida. Tertium, an Planetę habeant motus va
III. gos, incertos ac plures. Quartum, an idem Planeta moueatur per orbes di-
IIII. V. uerſos. Quintum, quid ſit ventus, & de diuerſitate ventorum, & de cauſa va
VI. riæ impulſionis ac vehementiæ eorum. Sextum, vtrum orbes cœleſtes ab
VII. aliquibus moueantur ſpiritibus. Septimum, quid ſit cauſa diuerſitatis temporum ac
variæ qualitatis eorum. DIONY. De his hic multa poſſent induci, quæ in libro de
cœlo & mundo, & ſuper ſecundum Sententiaꝝ, atq; in libro Meteororum potius ha-
bent



bent locum, propter q̄d hic ad hæc ſuccinctim ſine argumentis eſt reſpondendum.
¶Ex codē quoq; fundamēto ad duo prima datur reſpōſio, Nempe, vt aſſerit Tho Dubij I. & II. expeditio.
mas in prima parte Summæ, & ſuper ſecundum Sententiaꝝ: in ſumma etiam contra Thomas Aquinas.
Gentiles libro II. ac III. & idem ſcribit Albertus in ſcripto Secundi & libro de coęque Albertus.
uis tractatu de cœlo, Plato & Socrates, imo & omnes philoſophi Ariſtotelem præ- Plato.
cedentes, dixerunt cœleſtia corpora, vtputa orbes, ſydera & planetas eſſe naturæ ele- Socrates.
mentaris, & præſertim cōſtare ex aqua aut igne. Iuxta opinionem huiuſmodi poſſit
dici, quod qualitates elementares vt calor & frigus, qualitates quoq; ſecundæ ex va- Natura cœleſtium corporum.
ria primarum qualitatum commixtione reſultantes, ut calor, in cœleſtibus cōſiſtant
corporibus. ¶Ariſtoteles vero primo inuenit aliam viam, contrariamq; doctrinam, Philoſop.
videlicet quod cœleſtia corpora non ſint naturę elementaris, ita quod nec grauia ſint,
nec leuia, nec calida, nec frigida, nec ſicca, nec humida, nec colorata, nec proprie tangi-
bilia. Ideo nec alterari queunt, neque corrumpi, nec peregrinam valent impreſſionem
ſuſcipere. Hinc nec in orbe Lunæ, nec ſuper eundem dixit Ariſtoteles poſſe accidere
malum: propter quod ſenſit etiam corpora illa prorſus incorruptibilia eſſe. Plato au- Plato.
tem in primo Timæi cauſam incorruptibilitatis eorum dixit eſſe voluntatem ſuper-
glorioſiſſimi creatoris: quod & Damaſcenus libro ſecundo fatetur. Et ſicut doctor Iohannes Damaſce.
ſolēnis, puta Henricus in quodlibetis ſuis declarat, Plato in hoc multo melius quàm Henricus Gādauus.
Ariſtoteles philoſophatus eſt. Itaque iuxta Ariſtotelis viam, nec ſol coloratus eſt ro- Philoſop.
ſeiue coloris, proprie fando, ſed per ſimilitudinem & apparentiam quandam: quemad
modum quædam ſtellę rubei eſſe coloris vidētur. Vel niſi color ſumatur extenſe, pro
ut lucem includit: vt cum dicimus, quod color obiectū eſt viſus: ſic nec Luna eſt pro-
prie frigida. Vnde communiter dicitur, quod corpora illa cœleſtia ſunt calida, frigi-
da, ſicca aut humida, effectiue non formaliter, quoniam in inferioribus cauſant hu-
iuſmodi qualitates, non autem in ſeipſis eis afficiuntur aut informantur. Tripliciter Tale et quale ſumūtur tripharíā.
nanque vocatur aliquid tale aut quale. Primo formaliter, vt ſol dicitur lucidus, & i- I.
gnis calidus. Secundo effectiue: ſic Luna dicitur gelida, & vinum etiam congelatum II.
aſſeritur calidum. Tertio ſignificatiue, vt vrina dicitur ſana. ¶Quocirca penſan- III.
dum, quod quamuis Chriſtiani noſtri philoſophi Thomas, Albertus, Bonauentura,
Aegidius, Henricus ac alij præinductam Ariſtotelis doctrinam ſequantur de natura
cœleſtium corporum: nihilominus ſancti doctores & beatiſſimi patres, tam Latini
quàm Græci, primam opinionem tuentur, quod ſcilicet naturæ ſint elementaris. Hoc Auguſtin.
Auguſtinus ſuper Geneſim, Ambroſius in Hexameron, Gregorins ſuper Iob, Hiero- Ambro. Gregor.
nymus, Beda, Athanaſius, Gregorius Nazianzenus. Quibus duobus nemo fuit au- Hierony.
ſus cōtradicere, in ſcripturis Cyrillus, Theophilus, Chryſoſtomus, Gregoriuſq; Niſ- Beda.
ſenus ac Damaſcenus, cōcorditer ſunt teſtati. Propter quorum authoritatem potiſſi- Athana.
me quia ſcriptura canonica id ſatis euidenter inſinuare videtur. Ioſephus quoque cla- Gregorius Nazian.
re hoc ipſum primo capitulo primi ſui libri deprompſit: hinc, inquam, ſuper ſecun- Ioſephus libro. I. ca. I.
dum ſententiarum ſequutus ſum hanc ſanctorum poſitionem. Nec Ariſtotelis argu- Antiq. Iud.
menta quidquàm contra eam concludunt, prout ibi oſtendi. Philoſop.
¶Ad tertium dico, quod de hoc ſunt duæ opiniones ſolennes. Vna Ariſtotelis Dubij III.
& commentatoris, dicentium quod Planetæ ſunt fixi in orbibus ſuis, vnuſquiſq; in expeditio.
ſphæra ſua: quemadmodum ſtellæ in firmamento: & ita non haberent motus vagos,
incertos, erraticos, vt communiter fertur, & author in textu ſentire cenſetur. ¶Alij ve
ro vt Ptholomęus, Albumaſar, Albategni & plures aſtrologi longe aliter opinan- Ptholomę.
tur, dicentes Planetas non eſſe fixos in circulis ſuis, imo nec aſcendere nec deprimi in Albuma.
eiſdem & in epicyclis ecētriciſq; moueri, & iam eſſe ſtationarios, modo retrogrados. Albateg.
IOHAN. De his frequenter audiui, nec ea intelligo: ideo precor vt de his plenius
eloquaris. DIONY. Quamuis hoc ſpeculationis exiſtat alterius, compendioſius ta-
men quo potero reſpondebo. Itaque Bonauentura in ſcripto ſecundi ſententiarum. De Bonauent.
hac, inquit, quæſtione controuerſia eſt inter naturales & mathematicos, puta aſtrolo
gos. Mathematici nanque potiſſime attendentes ea quę apparent circa cœleſtia corpo
ra, vt illa queant ſaluari ſimul cum vniformitate & perpetuitate motus cœleſtis, epicy-
clos poſuerunt atq; ecētricos, Planetas quoq; proprijs motibus moueri in proprijs epi
cyclis: ſicq; ſalua motus ipſius ſphæræ vniformitate interdum cōtingit Planetam de-
primi

primi, aliquando eleuari ſecundum motum ipſius Planetæ in epicyclo, & epicycli in ecentrico, atq; ecentrici circa proprium centrum, quod eſt extra cẽtrum mundi. ℂPorro poſitio naturalium, vt Ariſtotelis & ſequacium eius, eſt, quod Planetę non moueantur niſi ſuorum orbium motu inſtar claui fixi in rota: quia, vt aſſerunt, corpus cœleſte ſeu orbis ſcindi non valet. Ponunt quoq; idem eſſe centrũ corporum ſuperiorum & inferiorum, videlicet centrum mundi, & hoc propter perfectam orbium rotunditatem qui circulariter ſic mouentur, quod vnus alterum non ſubintrat. Ponunt etiam velocitatem maiorem & minorem in motibus orbium, atq; ex hoc apparere nunc retrogradationes nunc progreſſiones in Planetis: quia dum vnus Planeta ſua velocitate alium multum præcedit, retrocedere alter videtur, quæ omnia videntur rationi conſona valde: quàmuis poſitio Aſtrologorum ſecundum iudicium ſenſuum verior videatur, quia ſecundum eam ſenſus circa cœleſtium motum non fallitur. Attamen prima illa poſitio verior eſſe videtur. Veruntamen huic poſitioni plures theologi cõtradicunt. Ait quippe Richardus de media villa ſuper ſecundum Sententiarum: Stellę quæ ſunt in ſphęra octaua, fixæ in ea ſunt, ideo proprijs motibus non mouentur, ſed motu tantummodo ſphæræ illius ſeu firmamenti, quod proprio motu mouetur ab occidente in orientem vno gradu in centum annis, per motum vero nonæ ſphæræ mouetur motu diurno ab oriẽte in occidentem. Quilibet demum Planeta, præter motum proprię ſphærę qui eſt ab oriente in occidens, & præter motum proprium ſphærę ſuę, qui eſt ab occidente in oriens, mouetur etiam motu deferentis. Inſuper vnuſquiſq; Planeta præter ſolem vltra motus præfatos mouetur motu epicycli ſui, ſolusq; ſol inter Planetas epicyclo caret. Nec putãdum quod epicyclus transferatur de vna parte deferentis ad aliam: ſed ſicut tota ſphæra mouetur motu circulari circa centrum ſuum, & deferens circa centrum ſuum: ita & epicyclus mouetur motu circulari circa ſuum centrum, quod habet inter conuexum & concauum deferentis. ℂDe Luna vero multis videtur, quod motu proprio circulariter moueatur circa centrum ſuum, quod habet inter epicycli concauum & conuexum, quoniam macula Lunæ nunquàm apparet nobis oppoſito modo ita vt pars maculæ quæ apparet ſuperius, appareat interdum inferius. Præterea dictis Richardi concordans Durandus: Communis, ait, opinio nunc eſt, quod Planetę ſunt ſtellæ erraticę & non fixæ. Ideo quàmquàm Ariſtoteles dicat ſecundo cœli, quod Planetæ moueantur ſolo ſuorum orbium motu: verius tamen dicunt Aſtronomi quod moueantur in epicyclis atq; ecentricis: quod de ecentricis patet, quĩ ſtella quæ mouetur duntaxat motu ſphærę, non poteſt quandoq; magis quandoq; minus terræ appropinquare, quoniam omnes ſphæræ ſunt concentricæ: Planetæ autem vno tempore plus propinquant ad terram quàm alio, ſicut per aſtrologica patet experimenta. Hinc aſtronomi ſunt coacti ponere motum Planetarum in ecentricis circulis, quorum vna pars maxime remouetur à terra, vt ax ſeu eleuatio eius: altera vero magis accedit ad terram. Idem patet de epicyclis, quoniam ſi Planetæ ſolum mouerentur motu ſphærarum, cum ſphæræ Planetarum moueantur ab occidente in orientem: ſic ſi Planeta aliqua nocte eſſet ex directo alicuius ſtellæ fixæ ſequente nocte præcederet ipſam verſus orientem: cuius oppoſitum in quibuſdam Planetis frequenter videmus. Ergo præter motum ſphęrarum, oportet in eis ponere motum retrogradationis. quod fit in epicyclis in quibus Planetæ cõſiſtunt retrogradi, ſtationarij vel directi. ℂVeruntamen non diuiditur ſphæra Planetæ. Ponitur quippe ecentricus circulus inter duas ſuperficies ſphæræ exiſtens, cuius vna medietas magis accedit ad ſuperficiem ſphærę concauæ: altera ad conuexam, & mouetur hic circulus infra ſphæram, cum ſit ſphæræ contiguus & motu eius mouetur Planeta, quaſi ſit pars eius. Planeta, inquam, habens ecentricum ſine epicyclo vt ſol: ſi vero habeat epicyclum cum ecentrico, tunc epicyclus poneretur moueri in ecentrico per modum quo ecentricus fertur moueri in ſphæra: quoniam epicyclus eſt ſphæricum corpus infra ecentricum comprehenſum, ideo poteſt in ecentrico proprium motum habere, cuius epicycli pars eſt Planeta. Hęc Durandus. IOHAN. Materia iſta difficilis eſt, confortata eſt & non potero ad eam. DIONY. Non ſolum difficilis, imo & pro magna parte certitudine carens: quod conſtat ex hoc, quod tot magni magiſtri tam vehementer diuerſificantur in ea. Nam & ſanctus Thomas affirmat poſitionẽ illam Ptholomęi

Philoſo. | Richardus Villa. | Diſt. 14 | Lunæ motus. | Durandus. | Philoſo. | Pſal. 138 | Thomas.



lomæi, de epicyclis atque ecentricis, demonſtratiuam rationem non habere, nec neceſſitatem concludere, ſed interim probabiliter ſic teneri, quia hucuſque non eſt inuentus aptior modus ſaluandi ea, quæ in motibus apparent cœleſtibus. Deniq; hoc quod ait Durandus: Planetam eſſe epicycli partem, inſtantiam patitur. Sic enim non poſſet ſeparari ab eo, nec egredi illum. Rurſus non ſolum Plato in Timæo, ſed etiam Ptholomęus aſſeruit ſtellas ſphæræ octauæ proprio motu moueri in ea, ſicut mouetur piſcis in aqua, & auis in aere. Quæ tamen opinio non ſolum naturalibus rationibus, ſed & authoritate ſcripturæ canonicæ improbatur, cum in libro Iob dicatur: Tu forſitan cum deo fabricatus es cœlos, qui ſolidiſſimi ſunt, quaſi ære fuſi. IOHAN. Si hoc de cœlis quoque ſeu orbibus Planetarum intelligatur, apparet quod Planetæ nequaquam proprio motu moueantur in ſphæris ſuis, nec in aliquo cœleſti corpore queant aſcendere, deſcendere, retrogredi, necnon ſtare, cum motus huiuſmodi ſine corporum illorum diuiſione & ſecatione nequeant fieri, ſed in ſuis fixi ſint circulis. DIONYSI. Iam ad hoc eſt tacta reſponſio. Verum, ſi hanc diſputationem diffuſe voluerimus proſequi, incidemus Oceanum. Hinc te remitto ad ſcripta mea ſuper ſecundum Sententiarum, in quibus de omnibus his dictum eſt ſatis prolixe ex Alberto, Thoma, Gulielmo, Richardo, Petro, Scoto, Vdalrico ac alijs multis, & introducta ſunt dicta Ptholomæi in Almegiſti, verba Alpetragij, Albategni, Aneualpetræ, Albumazar, Alfragani ac aliorum. In quibus ſunt multa vera & certa, aliqua nihilominus incerta, ne dicam erronea. Nam & inter ſe diſcrepant ſæpe, ita vt omnibus illis perlectis ac rite penſatis, non immerito fateamur nos experiri, q̃d vere ſcriptum ſit in Sapientiæ libro: Difficile inuenimus quæ in terra ſunt, &, quæ in proſpectu ſunt inuenimus cum labore. Quæ autem in cœlis ſunt, quis inueſtigabit? Hinc & Salomon proteſtatur in Eccleſiaſte: Cunctę res difficiles, non poteſt eas homo explicare ſermone. IOHAN. Ad aliorum, ſi placet, dubiorum ſolutionem procede. DIONYSIVS.

ℂQuarta quæſtio fuit: An idem Planeta moueatur per orbes diuerſos. Cuius ſolutio ex præhabitis pendet. Non eſt enim putandum, quod vnus Planeta exeat circulum ſuum ſeu orbem principalem, atque alterius Planetæ introeat ſphęram, eo modo quo ſeptem ponuntur eſſe orbes Planetarum. Porro ſeptem illis orbibus multi adijciunt alios orbes plures. Vnde Scotus in ſcripto Secundi poſt diſputationem prolixam concludit, oportet ponere epicyclos, qui non ſunt orbes terram circundantes, ſed parui orbes ſituati in determinatis partibus orbium circundantium terram. Attamen quicquid ſit de epicyclis, cœli ſeu orbes mobiles erunt ad minus vigintiquinque. Sicque loquendo de orbibus, dicitur idẽ Planeta moueri per orbes diuerſos. IOHAN. Materia iſta videtur mihi eſſe abyſſus multa, imo pelagus infinitum: & quo plures moueo quæſtiones, eo grauiores incido dubitationes, imo & admirationes. Nempe hucuſq; putaui, ſicut & ſæpius legi, non eſſe mobiles cœlos niſi nouem: vel vt aliqui dicunt decem: vz; ſeptem circulos Planetarum, firmamentum, & nonam ſphæram, quę dicitur cœlum cryſtallinum: vltra q̃d ponunt nonnulli decimum cœlum, q̃d primum mobile nominant. DIONY. Qualiter hoc verificetur, ex nunc tactis elicere potes, vt quod ſeptem dicantur ſphærę Planetarum principales. IOHAN. In his nihil reſpondes niſi recitatiue, aliorum videlicet reſponſa ponendo. DIONY. Quid neceſſe eſt, de incertis certo loqui, & incerta pro certis induci? Nonne, vt Ariſtoteles ait, ad pauca reſpicientes falluntur de facili? Denique vt quod verum eſt fatear, ad ponendum epicyclos & ecentricos atque auges non inclinor, imo per diuerſitatem motorum ac alijs modis videntur poſſe ſaluari quæ per epicyclos & ecentricos auges ſaluantur. IOHAN. Procedere cogimur. DIONYSIVS.

ℂQuæſtiones mouiſti ſecũdum ordinem textus & metri, quærendo quinto loco de ventis, & ſexto de cœleſtium corporum motoribus. Cumq; hęc quęſtio ſexta ad præcedẽtes magis depẽdeat, primo reſpondebo ad eam. Itaq; ſicut de præfatis materijs, ita de motoribus cœleſtium corporum ſunt multę ac variæ opiniões. Nempe, vt in ſumma ſua refert Vdalricus, Ptholomæus in Almageſti dicit intelligentias non mouere cœlos, ſed ſolam creatoris voluntatem: quod & multi mathematicorum affirmant, ſpecialiter vero Alpetragius in ſcientia ſecretorum aſtronomię quę ſibi aſſerit reuelata. Dicit nanque omnes cœlos immediate moueri virtute diuina: & quod diuerſimode mouentur

Ptholomę. | In Durandum. | Iob 37 | Diſt. 14: 15 | Eccẽs. 1 | Dubij IIII. expeditio. | Scotus. | Cœli mobiles quot. | Philoſo. | Dubij VI. expeditio. | Vdalric. | Ptholomę. | Alpetragi.

tur, hoc eſſe propter diſtantiæ gradus à primo, quoniã virtus primi motoris maior eſt in mobili immediato: illud ideo mouetur velocius. Hancque poſuit cauſam ꝙ ſtellæ videntur ſtantes ſiue retrogradi. Hæc Vdalricus: Damaſcenus quoq; videtur huius eſſe poſitionis in aliquibus ſcriptis. Porro Bonauentura in ſcripto ſecundi ſententiarum. In hac, inquit, quæſtione ſunt duæ poſitiones probabiles rationi ac ſcripturæ concordes. Vna, ꝙ cœlum mouetur à propria forma ſubſtantiali, quoniam habet quantitatem atq; figurã, per quam habile eſt ad huiuſmodi motum. Habet eñ perfectionem & formam lucis, quæ inter cæteras formas corporales eſt magis actiua, & quaſi medium tenens inter formas corporales ac ſpiritales: ſicq; virtute huius formæ mouentur cœleſtia corpora motu orbiculari multo fortius ac ſufficientius, q̃ elementa motu recto, nec ad motum cœleſtem adhibere oportet miniſterium intelligentiæ aut animæ: quemadmodum nec ad motum elementaris naturę. Nec obſtat ꝙ cœlum recedit ab eodem loco ad quem mouetur. Cœlum nanq; proprie non mouetur ad locum, ſed potius circa locum. Nec pars exiſtens in oriente mouetur ad occidentem quaſi ſitum illum determinate intendens, ſed quia intendit moueri orbiculariter, qui eſt motus naturæ ſuæ conueniens. ¶Alia poſitio eſt, ꝙ deus mouet cœlum intelligentia ſeu angelo mediante iuxta congruentiam ordinis vniuerſi, quo corporalia per ſpiritalia mouentur ac gubernantur. Vnde quemadmodum congruum eſt angelos deputari ad miniſterium hominum: ſic congruum eſt quoſdam angelos deputari ad motum regimenq; cœloꝝ. Iſta poſitio eſt magnorum in theologia & philoſophia, quoniam concors eſt fidei, pietati ac rationi. Ex pręcedẽti vero poſitione ſequi videtur, ꝙ quies eſſet cœleſtibus corporibus innaturalis ſeu violenta. ¶Tertia demũ opinio eſt dicentium corpora cœleſtia eſſe animata & ab animabus ſuis moueri, quę opinio eſt falſa. Propter q̃d Auguſtinus in libro de immortalitate aĩę retractat, ꝙ mundũ aſſeruit animatum, Sed q̃a prolixũ eſt ſinguloꝝ recitare opiniones, breuiter dico, ꝙ intẽtio Platõis ac Ariſtotelis fuit, corpora cœleſtia eſſe veraciter aĩata, & à proprijs aĩabus tanq̃ à motoribus intrinſecis & cõiunctis moueri. Quod in ſumma Thomas contra Gentiles III. libro atq; in prima parte ſummę, & in ſcripto ſcd'i Sententiaꝝ idonee probat. ¶Inſuper motus orbium non ſolũ eſſe dixerũt ab animabus, ſed etiam ab intelligentijs, ita ꝙ animæ illæ cœleſtium corpoꝝ in mouendo ab intelligentijs dirigerentur, prout iſtud in libro de cauſis exprimitur. ¶Origenes quoq; corpora cœleſtia dixit animata in libris Periarchon ac Stromatũ. Quod & ſanctus Hieronymus ſenſiſſe videtur, exponẽdo illud Eccleſiaſtis: Luſtrans vniuerſa in circuitu, pergit ſpiritus. Vbi per ſpũm intellexit Salomon ſolem: Vnde hoc exponendo ait Hieronymus, ipſum ſolem Salomon ſpũm nominauit, eo ꝙ ſol animalis ſit & ſpiret ac vigeat ac oẽs orbes ſuo expleat curſu. Hoc idem tenet Rabbi Moſes & author libri de Cauſis, qui fuit Iudæus philoſophus, multiq; alij Iſraelitę philoſophi: quod etiam dicunt ex lege & prophetis probari. Propter quod Rabbi Moſes loquitur, ꝙ ſunt animalia deo obedientia & apprehenſores ipſius & cãtant ei canticum grande ac laudẽ ſublimem. At vero beatus Auguſtinus de his in pluribus loquitur locis, vt ſuper Geneſim ad literam, & in Encheridio, in libro quoq; de immortalitate animę, atque in libris de Ciuitate dei, dubitatiue magis quàm aſſertiue. Sed ſanctus Baſilius & Damaſcenus libro ſecundo affirmant expreſſe contrarium. Hinc Albertus, Alexander, Thomas, Petrus, Bonauentura Richardus in ſuis ſcriptis ſuper ſecundum Sententiarum fatentur, quod abſolute loquendo cœli non ſunt proprie animati, imo vt addit Richardus, dicere cœleſtia corpora eſſe animata, eſt articulus Parrhiſijs condemnatus. Tamen vt Scotus affirmat, excommunicatio illa non extendit ſe extra diecœſim. ¶Itaque verius puto, quod corpora illa cœleſtia non ſunt vere ac proprie animata, & quod ab intelligentijs ſeu angelis moueantur, vel à proprijs formis iuxta inſtitutionem ac iuſſionem oĩpotentis ſuperdigniſſimi interminabilis dei. ¶Hinc ſuper ſcd'm Sententiaꝝ ſcribit Albertus. Quemadmodum aſſerit Damaſcenus, vniuerſa diuina iuſſione facta ſunt & firmata voluntatemque dei & eius conſilium pro inconcuſſibili fundamento ſortita ſunt. Hinc Ambroſius primo libro Hexameron: Ego, inquit, qui profundum orbis ac ſapientiæ dei comprehendere nequeo, non me diſputationum libramentis



Iohannes Damaſce.
Bonauẽtu. Diſt. 14
Auguſti.
Plato.
Ariſtote.
Thomas Aqui.
Origenes.
Hierony.
Eccleſi. 1
Author libri de cauſis quis.
Rabbi Moſes.
Auguſti.
Baſilius.
Iohannes Damaſce.
Richardus Villa.
Scotus.
Corpora cœleſtia nõ eſſe aĩata.
Albertus.
Iohannes Damaſce.
Ambroſi.



committo, ſed oĩa in dei poteſtate repoſita credo, cuius voluntas fundamẽtum eſt vniuerſorum: ideo illos ſuis contentionibus relinquamus, qui mutuis diſputationibus ſe refellunt. Nobis vero ſatis eſt ad ſalutem non diſputationum controuerſia, ſed veritatis præceptum: nec argumentationum aſtutia, ſed fides mentis. Poſtremo ſancti & deuotiſſimi patres Gregorius, Bernardus, Beda ac cæteri in ſcriptis ſuis ſentire videntur, quod nulla intellectualis ac rationalis creatura à deo ſit facta, niſi angelica & humana. Hieronymus etiam ſuper Eſaiam magis declinat ad hoc, quod corpora cœleſtia animata non ſunt. DIONYSIVS.

¶Reſtat iam reſpondendum ad quæſtionem de vento, & de cauſa diuerſitatis ac vehementiæ eorundem ventorum. De his Damaſcenus libro ſecundo teſtatur: Ventus eſt motus aeris. Et rurſus: Ventus eſt fluxus aeris à permutatione ſeu diſtinctione locorum, ex quibus fluit, denominationes alterans, id eſt, diuerſa nomina ſumens. Veruntamen ventus non eſt eſſentialiter ipſe motus ſeu motio aeris, qui motus eſt accidens ſucceſſiuum: ventus autem ſubſtantia ſicut & cæteræ meteoricæ impreſſiones. Seneca vero perhibuit ventum eſſe aerem agitatum ſeu motum: quod etiam probatur, cum aer ſit elementum. Ventus autem impreſſio facta in aere, ſumendo impreſſionem pro re impreſſa. Hinc alij melius dicunt, quod ventus eſt vapor terrenus ad aeris ſuperiora conſcendens aeremque fortiter percutiendo impellens. Ventus nanque ſecundum philoſophum libro meteoroꝝ, materialiter ſit ex vapore ſicco groſſo terreſtri: efficienter autem, ex calore ſolis eleuante non conſumente talem materiam. Hinc venti fortes præcipue ſunt in autumno ſole circa autumnale equinoctium exiſtente, quia tunc ſol comburendo, elemẽta exiccat, propter quod vapor eleuatus magis eſt ſiccus & terrenus. Hinc in autumno terrena complexio, vtputa melancholica dominatur, quæ eſt ſicca & frigida inſtar terræ. ¶Locus quoque generationis ventorum eſt media aeris regio, potiſſime frigida: ad quam aſcendit vapor terrenus, qui cum ex natura ſua ſit grauis & calidus, occurrit ei frigus regionis illius inſpiſſans & grauans illum vaporem facienſque illum parum deſcendere. Calor vero ſolis in ipſo vapore incluſus ab ipſo non valet faciliter ſeparari, quoniam calor vehementius roboratur in ſicco terreſtri, ideo iterum eleuat eum: ſicque cauſatur violenta impulſio aeris, quæ ventus vocatur ac iuxta incrementum & minorationem cauſę illius eſt maior & minor impulſio & vehementia. Hinc communiter fertur, quod ventus materialiter eſt exhalatio calida multũ & ſicca, naturaliter mota circa terram: & ita ad ventum requiritur & concurrit agitatio aeris.

¶Ad ſeptimam quæſtionem, quę eſt de cauſa diuerſitatis temporum, ac varię qualitatis eorum, Damaſcenus libro ſecundo breuiter reſpondens: Per ſolem, inquit, id eſt, ex motu ſolis aſcendentis & deſcendentis in zodiaco conſiſtunt quatuor verſiones, id eſt quatuor differentiæ ſeu variæ partes anni, quarum prima eſt Ver ſeu vernalis, in qua deus mundum creauit. Vnde in ea nunc vſque germinant flores, eſtq; multum conueniens, ſanguinis augmentatiua, calida exiſtens & humida. Conſequenter ortu ſolis eleuato ad partes aquilonis proximiores, ſuccedit verſio æſtiualis, ſicca & calida ac rubeam choleram cauſans. Cui verſioni ſeu parti ſuccedit autumnus, choleram nigram augmentans, quoniam medium quoddam habet frigoris & caloris, ſiccitatis & humiditatis. Cui hyems ſuccedit, quæ flegmatis eſt auctiua cũ frigida ſit & humida. Sic igitur conditor ſapienter prouidit, ne à ſumma caliditate, ad maximam frigiditatem deueniamus, vt non in maximas ęgritudines incidamus ex repentina permutatione contraria. Hæc Damaſcenus, qui eodem libro ſubiungit: per ortum & occaſum ſolis & Lunæ, atq; concurſum planetaꝝ ac ſyderum, dicunt Græci oĩa quę circa nos ſunt diſpenſari. Nos autẽ dicimus, ꝙ non ſunt cauſa eorum. Per quod Damaſcenus inſinuat, ꝙ non imprimunt actibus humanis fatalẽ neceſſitatem: nihilominus habẽt ſuos naturales effectus in inferioribus iſtis, non directe in ſuperioribus viribus animæ. Vnde dixit philoſophus: Oportet hunc mundũ contiguũ eſſe lationibus ſuperioꝝ, vt tota eius virtus inde gubernetur: ¶Propterea magnus & diuinus Dionyſius IIII. capitulo de diuinis nominibus de radio ſolis teſtatur, ꝙ ad generationẽ viſibilium confert, & ad vitã mouet, & eam auget, nutrit, ac perficit. Nam & experiẽtia pandit, ꝙ ſole accedente in circulo obliquo, puta zodiaco oĩa renouantur in terra ac ele-



Gregorius
Bernardus
Beda.
Hierony.
Dubij V. expeditio.
Iohannes Damaſce.
Vẽtus q̃d.
Senecæ q̃d ventus.
Philoſo.
Ventus vnde.
Melancholia q̃n magis dominetur.
Locus generationis ventoꝝ q̃s.
Dubij VII expeditio.
Iohannes Damaſce.
Partes anni quatuor.
Cholera rubea.
Cholera nigra.
Flegma.
Philoſo.
S. Diony.

mentis,& renouatur facies mũdi inferioris,arbores quodãmodo reuiuiſcunt,florent,
vireſcũt,fructificãt,tellus floribus varijs,herbis,graminibus decoratur,fragrat& qua
Venti principales IIII. ſi exhilarari videtur. Poſtremo de his in cõpendio dicitur: Quatuor ſunt venti princi-
pales,vz: Subſolanus,ab oriẽte tẽperatus,habẽs à dextris Vulturnũ deſiccãtem,& à ſi
niſtris Eurũ nubes generantẽ. Item à meridie eſt Auſter calidus, qui fulmina gignit &
pluuias largas,habẽs à dextris Africum calidũ,& à ſiniſtris Nothũ temperatũ & peſti-
lentias inducentẽ. ¶ Porro à ſeptentrione Aquilo frigidus, habẽs à dextris Corũ facië
tem niues & grandinẽ,à ſiniſtris Boreã nubes cõſtringentẽ & pluuias prohibentẽ. Ab
occidente aũt eſt Zephyrus flores ꝓducens, habẽs à dextris Circiũ tempeſtatẽ & pluui-
as atq; tonitrua ꝓducentem,à ſiniſtris Fauoniũ in oriẽte nubila, ſed ſerena parte aeris
Turbo. in media facientẽ. Turbo eſt vẽtus de nube egrediẽs in ſeipſum reflexus, vel duo vẽti ſi
Terræmotus. mul lateraliter occurrẽtes,ſeſeq; iuxta terrã orbiculariter inuoluentes. ¶ Terræmotus
vero cauſaliter eſt vapor groſſus de ꝓfundo terrę extractus,exire nõ valẽs,ꝓpter ſupfi
ciei terræ ſoliditatẽ,ſicq; coarctatus in interioribus cõcauitatibus cõcutit terrã. ¶ At
vero tẽpus in ſe vnum eſt, q̃d eſt mẽſura primi motus, per q̃d cætera menſurãtur: cuius
partes habere dicũtur varias qualitates quæ ex motu Lunæ & influẽtia Solis p̃ſertim
cauſantur,& inde varias denominationes ſortitur, tanq̃ ex his, quæ fiunt in eo.

## De ſpiritali & myſtica expoſitione II. metri iſtius. ARTIC. IX.

QVemadmodum Sol ſuo lumine ac vigore ſuperat Lunam, ita theologia
philoſophiam. Theologus quoq; veri nominis, vt talis, philoſophum.
Theologia ergo cõſpiciens verũ theologũ. i. theologus ſeipſum, aut aliũ
in theologia rite inſtructũ, philoſophicis cõſiderationibus aſſuetum, ſeu
cõtemplationibus aliquãdo deditum, atq; in vita contẽplatiua ac virtuo
ſa exercitatum, aduerſitatibus preſſum, perſequutionibus fatigatũ, aut certe tentatio-
nibus carnis, mundi ac dæmonum victum, in vitia lapſum, multo ſublimius deflet &
conſolatur eundem, dicendo: [Heu quàm præcipiti merſa profundo Mens hebet, ]
hoc eſt, mens huius theologi ſeu theologici contemplatiui, religioſi ſpiritaliſve viri
obruta & demerſa [profundo valde præcipiti] id eſt, ingenti aduerſitate, vehementi
tentatione, doloroſa afflictione, vt ſunt incarceratio, depauperatio, diffamatio, exili-
um, honoris, dignitatis, proſperitatis ablatio, percuſſio, mutilatio, læſio, ac dira & di
uturna infirmitas, criminatio falſa, oppreſſio violenta, imo etiam conſuetæ deuotio
nis ſubtractio, ariditas cordis, ſolitæ alacritatis atq; internæ conſolationis amiſſio,
ac ſpiritalis opulentiæ diſpenſatiua minoratio, aut realis perditio: quæ interdum di-
uinæ moderamine pietatis, interdum ex negligentia & incuſtodia mentis accidunt
pijs ac deuotis perſonis: quæ & inde valide affliguntur, dum cœleſtis ſponſi viſitatio
nibus, conſuetis amplexibus, interioribus ſuauiſſimis oſculis, ſolita gratioſa preuen-
tione, ſanctæ charitatis dulci incendio, infinitæque munificentiæ dei exuberanti in-
fluxu ſe experiuntur deſtitui aut priuari atque in deitatis obſequio tardas, deſides,
inſipidas fieri, & in ſpiritali deficere pugna, ita, vt cum Iob ſancto dicere habeant:
Iob. 29 Quis mihi det, vt ſim iuxta menſes priſtinos ſecundum dies priſtinos, quibus deus
cuſtodiebat me? quando ſplendebat lucerna eius ſuper caput meum, & ad lumen eius
ambulabam in tenebris, quãdo ſecreto erat altiſſimus in tabernaculo meo & omnipo
tens mecum? Hoc eſt, quando deuotus vir & homo vere ſpiritalis, ſeu religioſa perſo
na deſuper gratioſe præuenta, omnia agit cum ſapore interno, cum conſolatione ſu-
perna, cum gaudio ſpiritusſancti, ita quod per omnes huiuſcemodi dies ſpiritale
Haleluia decantat, & feſtiua imo ſolennia & ſerena ſunt vniuerſa in corde ipſius, & ex
Pſal. 118 ſententia pſallere poteſt altiſſimo: Viam mandatorum tuorum cucurri, imo tranſilij
ac volaui, dum ita dilataſti & viſitaſti cor meum. Tali, inquam, profundo repente,
aut valde præcipitanter merſa in parte ſiue totaliter mens hominis huius, qui paulo-
ante ſtetit in ſublimitate virtutum, contemplationiſq; arce ſeu deuotionis profectu
hebet, id eſt, caligat interius ad conſiderandum mirabilia legis diuinæ, ad intuen-
dum acute pertinentia ad ſalutem, ad contemplandum ſuauiter promiſſa cœleſtia, quę
Eſa. 64. nec oculus vidit, nec auris audiuit nec cor hominis comprehendere plene poteſt. Ta-
1. Cor. 2 lis dicere poteſt illud Pſalmograghi, in perſona intime pœnitentis: Quia cinerem
tanq̃



tanquàm panem manducabam, & poculum meum cum fletu miſcebam. A facie iræ Pſal. 101
indignationis tuæ quia eleuans alliſiſti me, Sic quippe nonnunq̃ ſuperſapientiſſimus
deus relinqnit hominem ſibijpſi ſeu propriæ fragilitati & aduerſitati ad tempus, vt ſe
ipſum clarius noſcat, profundius humiliet ac deploret, magiſq; anxie recurrat ad cre
atorem, de cętero quoq; ſollicitior ac cuſtoditior eſſe cõetur. [Et propria luce relicta] Iohan. 8
videlicet Chriſto, qui ait: Ego ſum lux mundi. De quo in Iohanne habetur: Erat Iohan. 1
lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Hanc lucem
omnino relinquit quicũq; mortaliter peccat, cui à Baruch dicitur: Dereliquiſti fontẽ Baruch. 3
ſapientiæ. Vnde de impijs conqueritur deus apud Hieremiam: Me dereliquerunt fon Hiere. 2
tem aquæ viuæ. Qui autem in aduerſitatibus, correptionibus, aſpernationibus ali-
quantulum contriſtatu, rpaululumque turbatur, quàmuis non prorſus ſuccumbat, re
linquit aliqualiter lucem iſtam, ſeu actualiter & complete non conſiderat eam, nec e-
am plenarie imitatur. Quam ſi ſatis ſapienter aſpiceret, ſatiſque fortiter ſequeretur,
gauderet vtique in aduerſis, ſicut in omnibus diuitijs, aduertens & implens quod ait
lux iſta apud Matthæum: Beati eſtis cum maledixerint vobis homines, & perſequu-
ti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos mentientes propter me. Gau- Matth. 5
dete in illa hora & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Mens ergo
relicta luce increata, qui Chriſtus eſt, & luce creata vtputa gratia eius ſeu ſacræ ſcri-
pturæ doctrina [tendit ire, ] id eſt, diſponit ſe cadere, [in externas tenebras, ] de qui-
bus in Euangelio loquitur iudex de vnoquoque iniquo, qui eſt rebellis lumini: Liga-
tis manibus eius & pedibus, mittite eum in tenebras exteriores. Hoc accidet menti Matth. 22
[quæ quoties] id eſt, quàm ſæpe [acta] id eſt, agitata eſt, [terrenis flatibus] id eſt, flu-
ctuationibus & inquietudinibus paſſionum impatientiæ & mœroris ex aduerſitate
terrena & temporali. Vnde & [noxia cura creſcit] in ea, [in immenſum, ] cum tamen
dicat Saluator: Nolite ſoliciti eſſe in craſtinum, atque Apoſtolus: Nihil ſoliciti ſitis. Matth. 6
Hoc euenit his, qui à ſpiritali feruore ac virtuoſo profectu tepentes ac corruentes, Philip. 4
rurſus mundanis curis & ſenſualitatis affectibus implicantur. Quibus ad Galatas a- Gala. 3
it Apoſtolus: Sic ſtulti eſtis, vt cum ſpiritu cœperitis, nunc carne conſummemini.
Quorum vnicuique dominus ait in Apocalypſi: Habeo aduerſum te, quod charita- Apoca. 2
tem tuam primam reliquiſti. Hæc eſt vana ſolicitudo & carnalis prudentia eius, qui
non confidit in deo. De quo in Eccleſiaſte fertur: Qui obſeruat ventum, non ſemi- Eccle. 11
nat, & qui conſiderat nubes, nunquàm metet. Denique taliter lapſum, & ita ſubuer-
ſum deplangit theologia, ſubdendo, [Hic quondam liber] à curis & vitijs iſtis, [aper
to cœlo] id eſt, patefacto ſibi aditu regni cœleſtis ſeu militãtis eccleſiæ. Vnde in Apo- Apoca. 4
calypſi ait Iohannes: Apertum eſt oſtium in cœlo. Et ipſemet oſtium Chriſtus eſt, ſi-
cut apud Iohannem proteſtatur: Ego ſum oſtium ouium. Qui etiam merito ſuæ ſa- Iohan. 10
cratiſſimæ paſſionis aperuit nobis ianuam regni cœleſtis, [ſuetus] id eſt, aſſuetus
[fuit ire in meatus æthereos, ] id eſt, per contemplationem aſcendere ad aſcenſiones
& deſcenſiones ſupernorum ſpirituum, ad actiones hierarchicas tam angelicæ quàm
eccleſiaſticæ hierarchiæ. De quibus in libro de hierarchia cœleſti, & in volumine de
hierarchia eccleſiaſtica diuinus Dionyſius cœliformiter tractat. Hoc eſt, ſpeculari
qualiter tam in triumphanti, quàm militanti eccleſia ſuperiorum ſit purgare, illumina
re, perficere inferiores: qualiter ſancti per varias ſpecies contemplationum habeant
erica ſuperpræſtantiſſimum deum, motum circularem, rectum & obliquum, prout
magnus Dionyſius docet: qualiter ſydera illa empyrei cœli, de quibus ad Iob domi- Iob. 38
nus ait: Vbi eras, quando ponebam fundamenta terræ? cum me laudarent aſtra matu
tina, & iubilarent omnes filij dei? Qualiter, inquam, ad imperium creatoris cum in-
æſtimabili reuerentia atque promptiſſima obedientia agant, moueantur & exequan-
tur quicquid placuerit illi, nec legem ſibi deſuper præfixam vlla ex parte vnquàm
tranſgredi audeant, imo nec velint. Qualiter etiam vultui ac gloriæ conditoris ar-
dentiſſime ac auidiſſime inauertibiliter ac delitioſiſſime ſint intenti. Sic item conſide-
rare ſolebat, qualiter vere fideles & ſancti in ſeculo iſto olim, præſertim in primi-
tiua eccleſia, domino ſaluatori ſuo, cum omni ſubiectione, promptitudine & feruore Sol roſeus quis.
huic ærumnoſæ vitæ poſſibili ſeruierunt. [Cernebat inſuper lumina roſei ſolis. ] Ro- Mala. 3
ſeus eſt dominus & Saluator noſter, de quo per Malachiam loquitur deus pater: Ori

C iij etur

etur timẽtibus nomen meũ Sol iuſtitiæ. De q̃ reprobi & iniuſti ſero dicturi ſunt illud
Sapient. 5 in libro Sapient. Errauimus in via veritatis, & iuſtitiæ lumẽ nõ luxit nobis, & Sol in-
telligẽtiæ nõ eſt ortus nobis, ſumma Solis huius ſunt ſapiẽtia & ſcientia eius, intelle-
ctus & ratio. Circa q̃d penſandũ, ꝙ Chriſto ſcd'm naturã diuinã atq; humanã cõpetit
roſeũ eſſe Solẽ, potiſſime tñ ſcd'm diuinã, qua in ſeipſo ſupſplendidiſſimus & ſuppul-
S. Diony. cherrimus ẽ, vt in lib. de diuinis noĩbus princeps theologoꝝ Dionyſius tractat. Imo,
Areopag. ſic eſt cãdor lucis æternę, & ſpeculũ ſine macula dei maieſtatis, ſplẽdor gloriæ & chara
Sapient. 7 cter ſubſtãtiæ patris, vt in libro Sapient. & ad Hebræ. aſſeritur. Et q̃uis hoc modo nõ
Heb. 1 ſint in Chriſto lumina plura, quemadmodũ nec in patre & ſpũ ſancto, ſed vnũ ſimpli-
ciſſimũ lumen q̃d eſt ipſe: nihilominus pluraliter dicuntur in eo lumina ꝑpter diuerſi
Pſal. 118 tatem effectuũ, ſicut dicũtur in eo miſericordiæ multæ. Sed & lumina eius ſunt creata
lumina vniuerſa ab ipſo deriuata, lumẽ naturæ, lumẽ gratiæ, lumẽq; gloriæ. Amplius
ſcd'm naturam aſſumptã Chriſtus ſol appellatur, ineffabiliter excellẽtius, q̃ quiſq̃ ſan
Iohan. 1 ctoꝝ. Nam & ita de plenitudine eius accepimus vniuerſi, & ipſe nõ ad menſurã accepit
Iohan. 3 ſpiritum ſctũ, prout apud Iohannem legitur: Sic quoq; ait de eo Pſalmiſta: Specioſus
Pſal. 44 forma ꝑ filijs hoĩm. Atq; vt S. Dionyſius cõteſtatur, Chriſtus nõ ſolum ſcd'm ſuæ dei
S. Diony. tatis naturã, ſed item ſcd'm ſuam aſſumptã humanitatem illuminat totam triumphan
tem ac militantẽ eccleſiam: ſicq; lumina huius roſei Solis ſunt vniuerſa chariſmata ſpi
ritus ſancti, oĩa dona gratiæ & gloriæ, quæ eminentiſſime in ipſo fuerunt & ſunt. In
Coloſſ. 2 quo, teſte Apoſtolo, ſunt omnes theſauri ſapiẽtię & ſcientiæ dei abſcõditi. Quicquid
etiam gratiæ & virtutis, quicquid ſapientiæ & perfectionis eſt in membris ipſius hoc
Iohan. 15 totum ab ipſo profluxit, & ei eſt aſcribendum, qui ait: Sine me nihil poteſtis facere.
1. Cor. 4 Nempe, quid habes, quod non accepiſti? Et vehementer dolendum, ꝙ homo qui ali-
quando adhuc ſpiritalis & cõtemplatiuus exiſtens, conſpexit per fidem & ſapientiæ lu
cem hunc delectabiliſſimũ Solem, iam ſubuerſus iucundius inſpicit aurum. Talis quo
que olim [viſebat ſydera gelidæ Lunæ,] per Lunam deſignatur eccleſia militans, quæ
quantum ad iniquos & reprobos, qui multo plus in ea abundant, gelida nominatur,
quia in illis extincta eſt charitas, & torpor regnat ignauiæ, atque acediæ frigus. De
1. Timo. 3 quibus dixit Apoſtolus: Erunt hoĩes ſine affectione. Itemq;, q̃a abundabit iniquitas
Matth. 24 refrigeſcet charitas multoꝝ. Sydera huius Lunæ vno modo intelligi poſſunt hoĩes
literati, q̃uis iniqui & ſpecietenus religioſi: prælati & clerici, q̃uis carnales ac fœdi de
Matth. 23 qualibus loquitur veritas: Væ vobis qui ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quę à foris
parent hominibus ſpecioſa, intus vero plena ſunt oſſibus mortuoꝝ & omni ſpurci-
tia. Sic & vos à foris apparetis hominibus iuſti, intus vero eſtis pleni hypocriſi & ini-
Apoca. 8 quitate. De vno huiuſmodi ſyderum in Apocalypſi aſſeritur: Stella magna cecidit de
cœlo, quod multi exponunt de Pelagio hæreſiarcha. Rurſus per Lunam intelligitur
eccleſia militans, quantum ad electos & virtuoſos: qui quamuis igne ferueant chari-
tatis, tamen reſpectu triumphantis eccleſiæ quaſi frigidi perhibentur, & ipſa eccleſia
militans reſpectu ciuium ſupernorum eſt frigida. Sydera huius Lunæ electæ ſunt ſa-
pientes & virtuoſi fideles, præſertim perfecti atque idonei aliorum doctores, de qui-
Dani. 12 bus in Daniele ſcirptum eſt: Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamen-
ti: & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Vnde
Ephe. 2 hortatur Apoſtolus ad Epheſios: Sitis ſine querela ſimplices filij dei, in medio natio
nis peruerſæ, inter quos lucetis ſicut luminaria mundi. Hæc ſydera intuemur, quoti-
es meliores perfectioreſque nobis attendimus, quatenus vitam, mores, prudentiam-
que eorum ſectemur. [Et quæcunque vagos ſtella recurſus exercet.] Per Planetas
non fixos, & varios motus habentes, exprimuntur prædicatores, viri cœleſtes &
boni prælati, ac homines miſericordiæ actibus deditis qui ad informandum, guber-
nandum, adiuuandumque alios hinc inde diſcurrunt per diuerſos gradus & ſtatus fi-
delium, tanquam per varios orbes cœli inferioris. Vnde vni talium ſcripſit Apoſto-
2. Timo. 4 lus: Prædica verbum, inſta opportune, importune: argue, obſecra, increpa in omni
patientia. Et certe vnicuique animarum curam habenti incumbit implere, quod in li-
Prouer. 6 bro Prouerbioꝝ Salomon exhortatur: Fac fili mi quod dico tibi, & temetipſum libe
ra: diſcurre, feſtina, ſuſcita proximum tuum: Ne dederis ſomnũ oculis tuis. Conſimi
liter homo talis adhuc ſpiritualiter viuẽs & contẽplatiue conuerſãs, intelligit cauſas,
vnde



[vnde ſonora flamina,] id eſt, ex quibus impetuoſę perſequutiones & impiorum com
motiones, [ſollicitent æquora Ponti,] id eſt, inquietent, infeſtent ac moueant plebem
dei, electos ac iuſtos, innocentes & pauperes. Hoc quippe diſponit, agit, permittitque
prouidentia creatoris ad purgationem, profectum, ſalutem electorum ſuorum:
reſpectu quorum, iniqui ſunt quaſi flagellum & virga dei. Hinc, teſte Gregorio, Gregorius
Abel eſſe renuit, quem Cain malitia non exercet. Hinc in Prouerbijs: inducitur: Prouer. 28
Leo rugiens & vrſus eſuriens, princeps impius ſuper populum pauperem. De talibus
ſcriptum eſt iterum in libro Prouerbiorum: Eſt generatio quæ pro dentibus gladios Prouer. 30
habet, & commandit molaribus ſuis, vt comedat inopes de terra, & pauperes ex homi
nibus. Contemplatur etiam quis ſpiritus voluat ſtabilem orbem. Stabilis orbis eſt ec
cleſia militans cõfirmata in gratia, quia in ea ſemper ſunt aliqui boni ac iuſti, & quàm
uis valeat concuti, tamen non poteſt ſubmergi. De qua Chriſtus Petro promiſit: Por Matth. 16
tæ inferi non præualebunt aduerſus eam, de qua ad Timotheum ſcribit Apoſtolus: 1. Tim. 3
Eccleſia dei viui columna eſt & firmamentum veritatis. Hunc orbem voluit, regit, tue
tur, conſeruat ſpiritus ſanctus, eam non ſinens errare in fide & moribus, ſaltem in to-
to, quàmuis in parte, imo & in parte maiore modo ſit deformata, ſicut & ſæpius fuit.
[Vel cur heſperias, & cætera.] Interdum iuſto dei permittente iudicio infideles & perfi
di in prælijs præualent Chriſtianis, ita quod Sol, vtputa Chriſtus, videtur quaſi ſuc-
cumbere dijs ſeu legislatoribus perfidorum, ſed ipſe ad libitum ſuum apparet poten-
tior, & præualet hoſtibus, ac reformat eccleſiam in parte aut toto. [Et ſurgat à rutilo
ortu] gratia coruſcante. Aduertit etiam homo talis: [Quid veris placidas temperat
horas,] hoc eſt, qualiter infinita ſapientia creatoris diſtinguat ac variet tẽpora, & par-
tibus anni proprias tribuat qualitates, cauſalitates atque effectus, ſicut cantamus in hy
mno: Rector potens verax deus, qui temperas rerum vices, ſplendore mane inſtruis, Ambroſ.
& ignibus meridiem. Quemadmodum enim philoſophia iſta reducit ad cauſas natu-
rales, ſic theologia ad primam & altiſſimam cauſam, quæ eſt ſapientia & prouidentia
omnipotentis, & ita in libro Iob ipſe creator de cauſa naturalium rerum inquirit di-
cendo: Quis concluſit oſtijs mare, quando erumpebat quaſi de ventre procedens? Iob 38
Nunquid poſt ortum tuum præcepiſti diluculo & oſtendiſti auroræ locum ſuum?
Quis eſt pluuiæ pater, aut quis genuit ſtellas roris? Hinc in eodem libro opera natu-
ræ aſcribuntur creatori, cum dicitur: Nonne ſicut lac mulſiſti me, & ſicut caſeum me Iob 10
coagulaſti? pelle & carnibus veſtiſti me, oſſibus & neruis compegiſti me. ¶ Denique
ver, ęſtas, autumnus & hyems ſpiritaliter accipi poſſunt in anima, iuxta ſimilitudinem
proprietatum harum quatuor partium anni, vt ver dicatur in anima, quando tran- Ver quid.
quilla eſt ab inquietudine paſſionum & fructum virtutum incipit parturire: Aeſtas ve Aeſtas qd.
ro, dum feruet in in ſpiritu ſancto: Autumnus, dum ſeminatur de nouo ſemine verbi Autumnus
cœleſtis: Hyems, dum aduerſis magis afficitur. [Nunc iacet effœto lumine mentis,] id Hyems.
eſt, homo iſte qui aliquando talis fuit ac tantus, tam ſublimis in vita, tam eleuatus in
contemplatione, tam diuinus & proximus deo, modo deiectus eſt & aduerſitatibus,
tentationibuſque depreſſus, terrenis intentus, iugo ſubditus vitiorum, & captiuitate
detentus ſpirituum malignorum, & qui nutriebatur in croceis, hæc ſtercora amplexa Threno. 4
tur, in quo illud verificatur Pſalmiſtæ: Homo cum in honore eſſet, non intellexit, cõ- Pſal. 48
paratus eſt iumentis inſipientibus. Contra quod in Prouerbiorum libro monetur: Prouer. 5
Ne des alienis honorem tuum & annos tuos crudeli, ne impleantur extranei viribus
tuis. Quod fit, dum dæmones tentando præualent homini, eumque meritis atq; vir-
tutibus ſuis diſpoliant, iuxta illud Oſee: Comederunt alieni robur eius, & ipſe ignora Oſee 7
uit. Dum ergo videmus hominem ſpiritalem collapſum, ferueutemque ſpiritu, tepi-
dum factum, & cuſtoditum ac timoratum, diſſolutum & negligentem effectum, inti-
me condoleamus, pro ipſo intime deprecemur, & ipſum pro viribus conſolemur. Si
autem viderimus quempiam temporali proſperitate priuatum, corporaliterque affli-
ctum, in promptu eſt talẽ multipliciter conſolari: quia electi dei ſolent in vita hac ad-
uerſitatibus viſitari, paterne flagellari, caſtigationibuſque purgari, atque per multas Actor. 14
tribulationes intrare in regnum cœlorum.

## PROSA II.

SEd medicinę,inquit,potius tempus eſt,quam querelæ.B. Tum
uero totis in me intenta luminibus. P. Tu ne es ille,ait, qui no-
ſtro quondam lacte nutritus,noſtris educatus alimentis,in uiri-
lis animi robur euaſeras? Atqui talia cõtuleramus arma,quæ ni
ſi prior abieciſſes, inuicta te firmitate tuerentur. Agnoſcis ne me? Quid ta-
ces? Pudore an ſtupore ſiluiſti? Mallem pudore. Sed te, ut uideo, ſtupor
oppreſſit. B. Cumq; me non modo tacitum,ſed elinguem potius,mutum-
que uidiſſet,admouit pectori meo leniter manum. P. Et nihil,inquit, peri-
culi eſt. Lethargum patitur,cõmunem illuſarũ mentiũ morbum,ſui pauli-
ſper oblitus eſt. Recordabit̃ facile ſui, ſiquidẽ nos ante cognouerit. Quod,
ut poſſit, pauliſper lumina eius mortalium rerꝝ nube caligantia,tergamus.
B.Hęc dixit,oculoſq; fletibus undantes,cõtracta in rugam ueſte ſiccauit.

Expoſitio proſæ huius II. ARTIC. X.

PRoſequitur philoſophia in proſa hac inchoatam conſolationem Boethij &
ſub eius perſona cuiuſcunq; philoſophici viri, ex aduerſitatibus ſibi infli-
ctis aut ſubortis deſolati:Nec eſt in proſa hac difficultas.[Sed medicinę, in
quit,plus tempus eſt q̃ querelæ].i.philoſophia quæ in metro iam introdu-
cto loquuta eſt per modũ piæ querimoniæ cõdolendo afflictionibus meis, & ea tan-
gendo,ex quibus innoteſcere poteſt,q̃ vehementer cõpatiendum ſit mihi, atq; ex qui-
bus indecẽs viſum eſt,ꝙ poſt tantã proſperitatẽ veni in tantã aduerſitatem. Hæc ergo
philoſophia,inquit:Sed tẽpus medicinæ.i.cõgrua hora cõſolandi eſt modo,potius q̃
querelæ,quæ frequẽter auget dolorẽ,cum tamen afflicto nõ ſit addenda afflictio, ſed
Ecci. 7 cõſolatio impendenda, iuxta illud Eccleſiaſtici:Non deſis plorãtibus in cõſolatione.
[Tum vero totis in me intẽta luminibus].i.philoſophia oculis ſuis in me diligẽter to
taliterq; directis, vtputa oculis ſuis exterioribus & interioribus, vt moris eſt medicis
pijs,ſolicitis ac peritis. Nam per exteriora cõijciunt medici, cæteriq; prudẽtes de inte-
Ecci. 19 riorꝝ diſpoſitione,quemadmodũ in Eccleſiaſtico ſcriptũ eſt:Ex viſu cognoſcitur vir,
& ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus. [Tu ne es ille?].i. philoſophia ait ad me:
Nõne tu es ille,qui quondã ſpiritaliter alitus es noſtro ſpiritali lacte, vz facilioribus
ſciẽtijs,boniſq; moribus,quibus inſtrui ac refici ſolent ſtudẽtes in exordijs ſtudij ſui?
Quaſi dicat philoſophia:Imo ſic eſt. Non enĩ interrogatio iſta ex ignorãtia venit,ſed
ex dilectione & pietate ad animandũ & cõſolãdum interrogatũ,quatenus ipſe fidu-
cialiter referet, qualiter ſecũ res agatur, agnita charitate philoſophiæ ad ipſum. Nam
Auguſtin. ut ſuper Iohannẽ aſſerit Auguſtinus,interdũ quærit homo vt diſcat q̃d neſcit,aut cla
rius noſcat quod quærit & ſcit, quandoque interrogat, vt ſciat an ille ſciat quẽ quæ-
rit,vel vt eum plus inſtruat: aliquãdo,vt illius ignorantiã pandat:nonnunq̃, vt iuxta
qualitatẽ reſponſi aliquid ſubiungat cõuenienter. [Noſtris educatus alimentis].i.etiã
altioribus ſcientijs atq; virtutibus legis naturalis,quas naturalis ratio poteſt docere
Virtus naturalis quæ ac obtinere. Vnde vocãtur virtutes naturales & acquiſitæ,quas habuerũt multi genti
les atq; philoſophi,intm̃, ꝙ quidam eorꝝ reputati fuerunt viri heroici.i.diuini,prout
Ariſtoteles in Ethicis Ariſtoteles refert de Hectore Troiæ,ꝙ potius videbatur filius dei immor
Labeo. talis,q̃ viri mortalis. Labeo q̃q; Platonẽ aſſeruit ſemideum, vt in II. de Ciuitate dei re
Auguſtin. citat Auguſtinus. Hinc cõſtat,ꝙ ſicut corpus ita & anima propria habet alimenta quę
Alimenta aiæ quæ. ſunt ſcientiæ & virtutes & actus earꝝ,quibus anima ſpiritaliter creſcit, grãdeſcit,robo
ratur ac delectatur. Et quo ipſę ſciẽtię fuerint altiores & virtutes perfectiores,eo ſunt
nobiliora,delicatiora & delectabiliora animæ nutrimenta,ita ꝙ qui talibus imbuun-
Threnor. 4 tur in croceis enutriti dicũtur.[In virilis animi robur euaſeras,]id eſt,infantiæ ac pue
ritiæ rudimenta, teneritudinemq; exiſti, pertingendo ad fortitudinem ſtabilis men-
tis, ſic quod inter proſpera & aduerſa, inter laudes & vituperia, conſtans manſiſti,à
virtutum medio non corruens nec recedens, ſaltem ad tempus. Sic etenim virtus eſt
quædam medietas, inter vitia duo extrema: ſicut liberalitas inter prodigalitatem
& te-



& tenacitatem, vt ait Macrobius. [At cui talia contuleramus arma,] id eſt, tu o Macrob.
Boethi cui donauimus arma talia, id eſt, ſpiritalia arma ad præualendum valde
idonea,puta ſcientias & virtutes acquiſitas: quas philoſophia præſtitit diſpoſitiue &
cooperatorie,ſicut diſcipulo confert magiſter virtutes,mores,ſcientias. Propter quod
ſecundum Philoſophum diſcipulus nequit magiſtro æquiualẽs reddere. Hinc Seneca Philoſop.
dixit:Educatio & diſciplina mores facit. Salomon quoq;: Virga,ait,& diſciplina tri Seneca.
buit ſapientiã, [quæ te tuerẽtur].i.ab iſtis inordinatis afflictionibus cordis pœniſq; Prouer. 29
corporis præſeruarent,[inuicta firmitate].i.incõcuſſo ac ſtabili robore. Sapiẽtia nan
que & virtus ſunt quaſi colũnæ mentis,eam in deo ſtabiliẽtes ac ſuſtentãtes, [niſi abie
ciſſes eas prius].i.ſi nõ ſpõte ſuccubuiſſes tẽtationi & culpæ. Nullus etenĩ peccat omni
no inuite, nec bona animæ queunt ei auferri prorſus nolenti, cum peccatum intãtum
ſit voluntariũ,ꝙ niſi voluntariũ eſſet,peccatum nõ eſſet, vt aſſerit Auguſtinus. Qui eti Auguſtin.
am in lib. de Ciuitat. dei & alibi frequẽter effatur,ea dũtaxat eſſe vera hoĩs bona, quæ Bona hoĩs
ei nõ volenti nõ valent auferri,qm̃ horum carẽtia ſeu priuatio nõ caret peccato. Itaq; vera quæ ſint.
ſapiẽtia,prudentia ac virtutes arma ſunt animę,veſtes & ornamẽta, munimẽta,robur
ac firmitas hoĩs interioris. Quæ nequaq̃ debemus abijcere, neq; permittere vt hoſtes
noſtræ ſalutis ipſis nos ſpolient. Propterea ſcriptum eſt:Sapientiam & diſciplinã qui Sapient. 3
abijcit infelix eſt. Sed cum dictũ iam ſit,medicinæ plus tempus eſt,cur philoſophia ſic
adhuc reprehẽdit Boethiũ,niſi quia reprehẽſio iſta charitatiua,pia & cõpaſſiua eſt me
dicina ſalubris atq; purgatio, medicinaq; purgatiua, qm̃ per correptionẽ purgantur
peccata? Propter quod fertur apud Iob:Beatus homo qui corripitur à dño,quoniam Iob 5
ipſe vulnerat & medetur. Hinc ſubditur:[Agnoſcis ne me?] Philoſophiam tuam con
ſolatricem ac dilectricem,quam tibi olim elegiſti in ſponſam?[Quid taces? pudore?]
Hoc eſt, noli intm̃ de tua deiectione & culpa verecundari, vt me aduertere,mihiq; re-
ſpondere poſtponas,quia hoc eſſet pudor immoderatus, de quo ſcriptũ eſt in Eccleſia Ecci. 4
ſtico:Pro anima tua nõ confundaris dicere verꝝ. Eſt enĩ confuſio adducens peccatum.
[An ſiluiſti ſtupore?].i. vehementi mentis admiratione, ita q̃d ex ea quẽdam mentis
ſtuporem, ſeu alienationẽ animi incurriſti. Qui ſtupor actum impedit rationis,iuxta
illud Eſaiæ:Tenebræ obſtupefecerunt me,& emarcuit cor meũ. Ideo ſubditur:[Mal- Eſaiæ 21
lem pudore].i.potius placeret mihi, ꝙ tacuiſſes ex erubeſcẽtia moderata,q̃ ex ſtupore
præfato. Hæc quippe eſt erubeſcentia ſapientialis, qua homo ex conſideratione enor-
mitatis, frequẽtiæ ac turpitudinis vitiorum ſuorꝝ inducitur ad deteſtationẽ,confeſſio
nem ac emendationem eorꝝ. Vnde in Eccleſiaſtico habetur:Non confundaris confite- Ecci. 4
ri peccata tua. Eſt enim confuſio adducens gratiam & gloriam.[Sed te(vt video)ſtu
por oppreſſit,] ita quod iaces velut exanimis, nec lumine veritatis perfunderis, nec
quæ tibi dicuntur aduertis: idcirco nec conſolationem ſuſcipis ex auditis. Prædomi-
nantes nanq; affectiones conſiderationem & acumen rationis obnubilant:ſicut & vni
uerſaliter anima vehementer intenta & occupata in actu vnius potentiæ debilior red-
ditur ad vacandum alterius potentiæ actioni. Vnde in Threnis dicitur: Subuerſum Threnor. 1
eſt cor meum, quoniam amaritudine plena ſum. [Cumq; me non modo tacitum, ſed
elinguem prorſus,mutumq; vidiſſet].i.dum philoſophia conſideraſſet me non ſolum
eſſe ſilentem, ſed item lingua priuatum & mutum, non per corporalem linguæ abſci-
ſionem,neq; per impotẽtiam, ineptitudinemq; loquendi, ſed per carentiam actualis lo-
quutionis tam magnã,ac ſi prorſus atq; realiter fuiſſem elinguis & mutus. Deniq; pu
dor & ſtupor inter ſe diſtinguuntur,quia vt ait Damaſcenus libro ſecũdo:Pudor ſeu Iohannes
verecundia eſt timor in re turpi,hoc eſt,timor ingloriationis ex facto aliquo inhone- Damaſce.
ſto,vel quod apprehenditur, vt confuſibile. Stupor eſt timor ex inſolita imaginatio- Pudor q̃d.
ne. Sicque vtrunque ſpecies eſt timoris. Atque(vt tactum eſt)communiter dicitur,ꝙ Stupor q̃d.
ſtupor eſt quædam alienatio ſpiritus ex admiratione ſeu imaginatione forti & incon-
ſueta cauſata,nõ cito pertrãſiens. Pudor vero celerius tranſit. Hinc apud Marcũ legi Marci 16
tur:Mulieres viderũt iuuenem ſedentẽ coopertum ſtola cãdida, vtputa angelũ ſanctũ
& obſtupuerũt. Ponitur quoq; differentia inter tacitũ,elinguẽ & mutũ. Nam tacitus Tacitus
dicitur, qui nõ faciliter loquitur nec frequenter,ſed ex cauſa prægnanti ac raro,iuxta quis ſit.
quod in Eccleſiaſtico legitur:Homo ſapiens tacebit vſq; ad tempus, laſciuus autem & Ecci. 20
imprudens non ſeruabit tempus. Elinguis vero vocatur, qui linguam habens, officio Elinguis
eius

quis. Secundus Philoſoph. Mutus qs.
eius nō vtitur recte:vel ad loquendū vix poteſt induci, vt legitur de Secundo philoſo
pho. Mutus autē, qui potentia caret loquendi. [admouit pectori meo leniter manū.]
Seruat author metaphorā, loquens de philoſophia tanq̃ de matrona benigna & medi
ca, quæ manum ſolet ægrotantis pectori dulciter applicare. Quod ſpiritualiter eſt in-
telligendum, ita ꝙ philoſophia admouit leniter. i. modeſte ac dulciter applicuit manū
. i. cōſolationis auxiliū, & doctrinam, [pectori]. i. cordi meo. Sic ſumitur pectus, cum
Pectus duplex. dicitur, triplex eſt pax, puta pax temporis, pax pectoris, pax æternitatis, hoc eſt, pectus
ſpirituale, aliud eſt pectus corporale, de quo in Euāgelio legitur: Publicanus percutie
Lucæ 18 bat pectus ſuum. [Et nihil, inquit, periculi eſt]. i. philoſophia ait: Non eſt infirmitas
iſta periculoſa neq; mortifera, [Lethargum patitur]. i. infirmus iſte incurrit ægritudi
nem quandā generalem, ac pluribus cōſuetam, vc; [cōmunem illuſaꝝ mentium mor-
bum. Sin pauliſper oblitus eſt] ex morbo præfato. [Recordabitur facile]. i. ad memo-
riam ſuam reducet ſeipſum, [ſiquidem nos ante cognouerit]. i. paulo ante habuit no-
Lethargia quid. ſtri notitiam. Porro Lethargia eſt paſſio ex flegmatis abundantia in poſteriori cere-
bri parte ligans, impediensq; memoriam, cuius organum ex tali materia diſtempera-
tur, & ſpecies quę ſunt in ea confunduntur. Vnde mens ipſa illuditur. i. decipitur, non
bene iudicādo de rebus aliquando notis: ideo Lethargia dicitur morbus communis
mentium illuſaꝝ, ex qua etiam infirmitate quidā ad tantam labuntur obliuionem, ꝙ
Lethe qd. quaſi dormiendo mori vidētur, & dicitur ἀπὸ τῆς λήθης, quod eſt obliuio. Vnde & Le-
the iuxta poetas fluuius dicitur infernalis: de quo animæ damnatoꝝ potare aſſerun-
tur, quatenus præteritoꝝ obliuiſcentes doloꝝ, acrius ſentiant pœnas eis præſentes:
qui morbus ex apoſtemate cauſatur flegmatico, poſtremā capitis cellulam perturban
te. Quem etiam morbū Boethius non vere & corporaliter, ſed ſimilitudinarie habuit.
Phreneſis quid. Phreneſis autē eſt paſſio capitis ex abundantia choleræ nigræ ſeu melancholicæ, na-
ſcens in parte cerebri anteriore, ligans imaginatiuam in eadem parte ſitam. Mania ve
Mania qd ro paſſio eſt cauſata ex abundantia ſanguinis impuri, ęſtimatiuam impediens, ſicut de
Galenus. his Galenus & Iohannicius ſcribunt diffuſius. [Quod vt poſſit]. i. quatenus Boethius
valeat hunc morbum abijcere & expedite recolere [pauliſper, lumina eius mortalium
rerum nube caligātia tergamus.] Ordo verborum eſt, [tergamus]. i. mundemus, ab-
ſtergamus & deſiccemus, [lumina]. i. oculos eius [caligantia]. i. cæcutientes & partim
obfuſcatos [nube]. i. lachrymaꝝ profluuio ac mœrore & velo mortalium. i. tēporali
um rerum. Hoc eſt, cauſato ex amiſſione eorum, in quibus terrena conſiſtit proſperi-
tas. Hæc dixit philoſophia, loquens ad ſe quaſi ad alterum. [Oculoſq; meos,] hoc eſt,
philoſophia ſiccauit oculos meos interiores & exteriores [fletibus inundantes]. i. af-
fluētes lachrymis corporalibus ſeu ſpiritualibus [veſte contracta in rugam,] id eſt, pli
Iob 29 cata. Et poteſt per veſtē pietatis cōpaſſio aut doctrinę effuſio deſignari, ſicut & S. Iob
Soph. 3 loquitur: Iuſtitia indutus ſum. Et alibi legitur: Induit me dn̄s veſtimento ſalutis.

## De ſpirituali & myſtica huius proſæ II. intelligētia. ARTIC. XIX.

THeologia viſceribus charitatis ac intimæ pietatis ineffabiliter plus, q̃ phi-
Ambroſi. loſophia, abundat: imo, vt ſanctus effatur Ambroſius, ſumma, id eſt, (ple-
nitudo) totius Chriſtianæ theoriæ ac religionis in charitate & pietate cō
Roma. 13 ſiſtit. Propter quod dixit Apoſtolus: Plenitudo legis eſt dilectio. Itemq;
1. Tim. 4 Pietas ad omnia vtilis eſt. Vnde in libro Prouerbioꝝ Salomon proteſta-
Prouer. 31 tur loquens de muliere forti. i. de militāte eccleſia, de beatiſſima virgine, de ſacra ſcri-
ptura. i. theologia: Aperuit os ſuum ſapiētæ & lex clemētiæ in lingua eius. Itaq; theo-
logia cōſpiciens perſonam catholicā eruditam ab altitudine exercitioꝝ ſpiritualiū, in
quandā aduerſitatum, afflictionū atq; tētationum abyſſum deiectā (iuxta illud pſal-
Pſal. 68 mi: Veni in altitudinē maris & tēpeſtas demerſit me) cōpatiens ait: Medicinę tēpus eſt.
Iere. 8 De qua loquitur Ieremias: Nunquid reſina non eſt in Galaad aut medicus non eſt ibi?
Eſaiæ 50 Quare nō aſcendit ſanitas plebi meæ? Talis plane medicus fuit Eſaias, qui faſſus eſt:
Iacob. 3 Dn̄s dedit mihi linguā eruditam, vt ſciam ſuſtentare eum, qui laſſus eſt, verbo. Deniq;
quia in multis offendimus omnes, & quotidie saltē in venialibus cadimus, quæ ſunt
quaſi vulnera parua: quemadmodum peccata mortalia ſunt vulnera magna: Hinc in-
ceſſabiliter tēpus medicinæ eſt nobis. Quemadmodū eſt pœnitētia de peccatis, cōſola
tio



tio pia & ſapiētialis cōtra triſtitiam inordinatā ac deprimentē, & contra vitiū vnum- Medicina aīæ quæ.
quodq; virtus cōtraria & actio eius. Non ergo vulneremus animas noſtras peccādo,
ſed inflicta vulnera, hoc eſt, peccata p̄terita curare conemur cordialiter pœnitendo. Tū
vero totis in me intēta luminibus. Sic vtiq; theologia diligētiſſime intuetur hominē
deſolatum, imo vnumquenq; fideliū, vt prouideat & ſuccurrat cuilibet iuxta capacita
tem & neceſſitudinē eius: Tu ne es ille, qui noſtro quondā lacte nutritus, noſtris edu-
catus alimētis in virilis animi robur euaſeras? Vnuſquiſq; virtuoſus dum erat in ſtatu
incipiētium, nutritus fuit lacte ſacræ ſcripturæ ac theologicæ facultatis, hoc eſt, faci-
lioribus documētis & purgatiuę exercitijs viæ, qualiter peccata ſua debeat deplorare,
cōfiteri, vitare & ſatisfacere pro eiſdē, atq; in moribus ſe habere, corpus ac ſenſualita-
tem rationi ſubijcere. De quo lacte ait ſcriptura: Tanq̃ paruulis in Chriſto lac vobis 1. Cor. 3
potum dedi non eſcā. Princeps quoq; apoſtolici agminis in I. ſua ſcripſit Canonica: Si 1. Pet. 2
cut modo geniti infantes rationabiles, ſine dolo, lac cōcupiſcite. i. ſyncerā, ſimplicemq;
inſtructionem ſcripturę ac gratiæ puritatē & bonam inſtitutionē in vita ſpirituali, vt
in eo creſcatis in ſalutē. ¶ Interdū demū lac in ſcripturis in malo accipitur, vtputa pro
voluptate carnali, vt dum Eſaias inducit: Quem docebit dn̄s ſcientiam, & quem intel- Eſaiæ 28
ligere faciet auditum? Ablactatos à lacte, auulſos ab vbere. i. eos, q à carnalibus deli-
tijs abſtinent. Porro alimenta theologiæ ſunt perfectiores doctrinæ, exercitia viæ il- Alimenta theologiæ quę.
luminatiuæ ac perfectiuæ, deguſtatio dulcedinis dei, perfectiones virtutum. De qui-
bus ad Hebræos aſſeritur: Perfectorum eſt ſolidus cibus, eorum qui pro conſuetudi- Hebræ. 5
ne exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni & mali. Vnde ad Corinthios de- 1. Cor. 2
prompſit Apoſtolus: Sapientiam loquimur inter perfectos. Quibus pretioſiſſimis ali
mentis, homo mēte refectus, in virilis animi robur ſurgit, in cedrum Libani creſcit,
& verticem mentis extendit vſque ad contemplationem & amplexum omnipotentis,
in throno gloriæ reſidentis, iuxta quod ait Pſalmiſta: Iuſtus vt palma florebit, ſicut Pſal. 91
cedrus Libani multiplicabitur. Vnde per Oſee dominus teſtatur: Ero quaſi ros, & Oſee 14
Iſrael. i. vir contemplatiuus, germinabit vt lilium. Ego quaſi abietem ponam eum.
At tu cui talia contuleramus arma, id eſt, tam fortia ac ſolida documenta, tam pręcla-
ra gratiarum chariſmata, tamq; ſublimes virtutum profectus, eccleſiaſtica quoque ſa
cramenta, crucis ſanctæ ſignaculum, orationes & lachrymas, quæ teſte Ambroſio ar- Ambroſ.
ma ſunt ſacerdotum ſanctoꝝ, quibus armis armauit Chriſtus eccleſiā & vnumquenq;
perfectum. Quæ niſi prius abieciſſes, tentationibus, cōcupiſcentijs, perſequutionibus,
motibus paſſionū, delectatiōibus vitioꝝ acquieſcēdo & ſuccūbendo, inuicta te firmi-
tate tuerentur. Hæc quippe ſunt arma fortiſſima omni acie vitioꝝ, omniq; rabie ten-
tationum robuſtiora ex ſua natura: q̃uis interdum vincantur, expugnentur aut colli-
dantur ex debilitate & fragilitate ſui ſubiecti, puta ex imbecillitate & vertibilitate ra-
tionis humanę, liberiq; arbitrij procliuis ad mala, quemadmodū ſcriptū eſt in Geneſi: Gene. 8
Senſus & cogitatio cordis humani proni ſunt in malū ab adoleſcētia ſua. Quēadmo-
dū etiā homo fortis p̄ſternitur ex debilitate equi, q̊ vtitur ac defertur. Nēpe, vt aſſerit
Auguſt. lib. arbit. cōparatur ad gratiā, ſicut ſeſſor ad equū. Ad hoꝝ aſſumptionē ar- Auguſtin.
moꝝ hortatur Apoſt. ad Ephe. Accipite, inquiens armaturā dei, vt poſſitis reſiſtere in Ephe. 6
die malo, induti loricā iuſtitię in oībus ſumētes ſcutū fidei, in q̊ poſſitis oīa tela neq̄ſſi
mi ignea extinguere, & galeā ſalutis aſſumite & gladiū ſp̄us, q̊d eſt verbū dei. Ampli
us, arma hęc ſunt etiā animaꝝ noſtraꝝ veſtes ac ornamēta, q̄bus eaꝝ tegitur nuditas
& ornatur informitas, ipſęq; aīę tā cœliformiter decorātur, ꝙ cœleſti cōplacēt ſp̄ōſo,
& ad thalamū gl̄ię æternaliū nuptiaꝝ introducūtur. De q̄bus veſtibus in Apoc. loqui Apocal. 3
tur ſp̄ōſus ac iudex: Qui nō inq̄nauerunt veſtimēta ſua, ambulabūt mecū in albis, q̄a
digni ſunt. Itaq; ſpiritalia dona iſta diuerſis ratiōibus atq; reſpectibus appellātur ali-
mēta, lac, ſolidus cibus, potus, arma, veſtes ac ornamēta. Propter q̊d ait Grego. Sacra Gregor.
ſcriptura aliq̄n nobis cibus ē, aliq̄n potus. Cibus ē in locis obſcurioribus, in q̄bus ex-
ponēdo quodammodo frāgitur. Potus vero in locis apertioribus, q̄m ibi faciliter ſu-
mitur ſecundum quod inuenitur. Hinc ait Hieronymus: Pinguiſſimus eſt ſermo diui- Hierony.
nus, oēs in ſe habet delicias. Ex ſcripturis quicquid volueris naſcitur, quemadmodum
māna ad vniuſcuiuſq; ſapuit voluntatem. De hoc Hugo de ſancto Victore recte diſſe- Hugo Victo.
ruit: Nihil in hac vita dulcius ſentitur, nihil auidius ſumitur, nihil mentem ab amore
mundi

mundi ſic ſeparat, nihil contra tentationẽ animum ſic confortat, nil ad omne bonum
ſic adiuuat, vt ſcriptura & ſtudium eius. His ergo bonis homo nutritus, armatus, ve-
ſtitus, in virilis animi robur excreſcit. Et vere virilis ac vir nuncupatur, quia vt Caſſi-
odorus fatetur, vir à viribus nomen ſortitur, qui aduerſa tolerando non deficit, neq;
in proſperis aliqua elatione ſe iactat, ſed ſtabili corde defixus & cœleſtium cõtempla-
tione firmatus, in omni euentu permanet ſtabilitus. Hæc igitur arma nunquam abij-
ciamus, nulli ſuggeſtioni iniquæ conſentiamus, nec ab infernalibus prædonibus pa-
tiamur nobis hæc ornamenta auferri: imo contra aduerſarios noſtræ ſalutis infatiga
2. Tim. 2 biliter præliemur, quia nõ coronatur à deo, niſi legitime certans, teſte Apoſtolo. Non
Apoc. 3 fugiamus ab huiuſcemodi prælio, quoniã Chriſtus pollicetur in Apocalypſi: Qui vi-
cerit, dabo ei ſedere mecũ in throno meo, ſicut & ego vici & ſedi cũ patre meo in thro
no eius. Agnoſcis ne me? Quid taces pudore? Ecce quàm pie nos conſolatur diuina
ſcriptura & in ea ac per eam ſapiẽtia increata, victum, auerſum, confuſum, reuocat ad
ſui notitiam & à pudore prauo, à diffidẽtia, ab inordinata erubeſcentia retrahit eum,
quatenus lumen veritatis intueatur, peccata ſua confiteatur ac dignos pœnitẽtię agat
Iere. 3 fructus, quemadmodum per Ieremiam admonet: Reuertere ad me, & non auertam fa-
ciem meam. Tamen ſcito iniquitatem tuam, quoniam in dominum deum tuum pecca
ſti. Erubeſce ergo de tuarum fœditate culparum. Non tamen ſic, vt à confeſſione &
imploratione diuinæ pietatis deſiſtas: imo cum verecundia bona hoc age, dicendo il-
1. Eſdræ 9 lud Eſdræ: Deus meus confundor & erubeſco leuare faciem meam ad te, quoniam ini
quitates noſtræ multiplicatæ ſunt ſuper caput noſtrum, & delicta noſtra creuerũt vſ-
que ad cœlum. Sed te (vt video) ſtupor mentis oppreſſit. Si profunde ac lucide perpẽ
damus mirabilia legis ac fidei Chriſtianæ, beneficia dei in nobis & miſericordiam
eius ſuper nos, ingratitudines noſtras ac ſcelera noſtra, & qualiter homines fidem ha
bentes audent omnipotentem tam dire ac indeſinenter offendere, non obſtante vitæ
præſentis incertitudine ac breuitate, diuini iudicij diſtrictione, æternæ damnationis
Pſal. 54 acerbitate: non immerito ſtupor mentis nos opprimet, & dicemus: Timor & tremor
venerunt ſuper me, & contexerunt me tenebræ: imo quaſi elingues reddemur, igno-
Iob 9 rantes quid reſpondere poterimus, iuxta quod legitur in libro Iob: Deus cuius irę reſi
ſtere nemo poteſt, ſub quo curuantur qui portant orbem. Quantus ergo ego ſum, vt
reſpondeam ei & loquar verbis meis cum eo? Præterea dum theologia, ſeu ſacra ſcri-
ptura, ſeu Chriſtus ſapiẽtia patris cernit nos taliter ſtupidos, admouet pectori noſtro
manum ſuæ clemẽtiæ infundens ſpem veniæ & affirmans nil eſſe periculi, dummodo
Roma. 5 vere conuerti, pœnitere & ſatisfacere enitamur: præſertim, quoniam vbi abundauit
iniquitas, ſuperabundare gratia ſolet. Lethargum patitur. Hoc cõtingit, dum homo
ex conſuetudine peccandi enormiter ſic induratur, tamq; inſenſibilis fit ad ea quæ dei
ſunt ac ſuę ſalutis, vt animæ ſuæ læſiones non ſentiat, neq; grauiſſima ſibi imminentia
Prouer. 18 aduertat pericula, prout in Prouerbiorũ libro profertur: Impius cum in profundum
peccatorum venerit, contemnit. Talis obliuiſcitur ſuiipſius, quoniã immemor eſt ſuæ
ſalutis: ſicq; morbus iſte communis eſt mentium illuſarum, quia, vt Salomon ait: Im-
pius illudit peccatum, quoniam delectatione, complacentia, impulſioneve ſua allicit,
Iere. 5 decipit & excæcat mentem ipſorum. De quibus apud Ieremiam loquitur deus: Indura-
Sapient. 14 uerunt facies ſuas ſupra petram, & noluerunt reuerti. Vnde & in libro Sapientiæ legi-
tur: Creaturæ factæ ſunt in muſcipulam pedibus inſipientium. Recordabitur facile.
Hoc aliquando accidit, vt hi qui ad tempus fuerunt deuoti ac magno gratiæ culmi-
ne decorati, ex admonitione eis facta celeriter conuertãtur, recolentes quales aliquan-
Threnor. 3 do fuerint, dicentes illud Threnorum: Nos inique egimus, & ad iracundiam prouoca
uimus deum. Scrutemur vias noſtras & reuertamur ad dominum. Deniq; vt peccator
hoc poſſit ac impleat, theologia tergit interiores oculos eius caligantes ab inordina-
tis triſtitijs, ac prauis affectibus circa carnalia & terrena, inſtruendo ac prędicãdo ei-
dem, quàm iniquum atque damnabile ſit rebus iſtis vanis ac vilibus, magis quàm im-
menſo & ſuperdigniſſimo creatori eſſentialiter bono ac ſancto adhærere ac deſerui-
Threnorũ 5 re. Nec hoc poteſt peccator ſine gratia præueniente, propter quod deprecatus eſt Iere-
Roma. 9 mias: Conuerte nos domine ad te, & cõuertemur. Vnde & Apoſtolus loquitur: Non
eſt volentis, neque currentis, ſed miſerentis dei.





## METRVM III.

TVnc me diſcuſſa liquerunt nocte tenebræ,
Luminibuſq; prior redijt uigor:
Vt cum præcipiti glomerantur ſydera coro
Nimboſiſq; polus ſtetit imbribus,
Sol latet, ac nondum cœlo uenientibus aſtris
Deſuper in terram nox funditur
Hanc ſi Thraicio boreas emiſſus ab antro
Verberet, & clauſum reſeret diem,
Emicat, & ſubito uibratus lumine phœbus
Mirantes oculos radijs ferit.

## Elucidatio huius metri III. ARTIC. XII.

HIc deſcribit Boethius prædictæ conſolationis effectum. Vtitur autem Boe
thius in hoc libro multiplici ſpecie verſuum iuxta veterem modum, quæ
ſpecies iam pro magna parte ceſſarunt: Nam & modi quibus nunc vtimur,
aptiores videntur. Vocatur demum hoc metrum Alemanicum ab inuento Metri hu-
re, dactylicũ à dactylo. Tetrametrum à τέτρας quod eſt quatuor, quia ex quatuor da- ius quali-
ctylis conſtat: attamen ſpondeum pro dactylo recipit: acatalecticum quoniam ſine a- tas.
bundantia & defectu clauditur fine legitimo. Itaq; ait: [Tunc me diſcuſſa liquerunt
nocte tenebræ.] Ordo ac ſenſus eſt. [Tenebræ] id eſt, priuationes lucidarum ac ſapi-
entialium conſiderationum, [liquerunt] id eſt, dereliquerunt [me tunc] dum Philoſo-
phia me ita tractauit ac informauit, vt præcedenti tangitur proſa, [nocte] id eſt, gra-
ui mœrore & obſcuratione mẽtis, [diſcuſſa] id eſt, excuſſa & repulſa ab anima mea, ſe
cundum quod vnum oppoſitorũ expellit & abijcit aliud, & nox atq; caligo exterior
depelluntur radio ſolis aerem illuſtrante, [que] pro & [vigor prior]. i. priſtina vis vi-
ſiua, ſeu lux viſualis in pupilla exiſtens, per quam fit viſio actualis [redijt luminibus]
id eſt reſtitutus eſt oculis, quantum ad vſum. Non eñ realiter perditus fuit ille vigor,
ſed ab actu ſuo ad tempus ſuſpenſus ac impeditus. Eſtq; modus loquendi, vt aliquid
dicatur fieri aut redire, dum poſt ceſſationem ab actu denuo operatur, aut quod latu
it manifeſtatur, ſicut cum dicimus: Iſte accepit pedem ſuum & truſit illum. Qui mo-
dus loquendi etiam in ſcripturis eſt frequens, vt dum ait Saluator: Data eſt mihi oĩs Matth. 18
poteſtas in cœlo & in terra. Quæ vtique poteſtas non eſt Chriſto data primum poſt
reſurrectionem, quando hæc protulit verba: imo ſecundum naturam diuinam data
eſt ei ab æterno per generationem diuinam ad intra. Secundum vero naturam aſſum
ptam data eſt ei per creationem à primo incarnationis inſtanti, vt Damaſcenus teſta- Iohannes
tur tertio libro. Etenim eo ipſo quo verbum æternum aſſumpſit naturam humanam Damaſce.
in vnitatem perſonæ prætulit eam omni creaturæ, & poteſtatem contulit ei ſuper vni
uerſa creata, vt tertio libro docet Magiſter ſentẽtiarum, Alexander quoq;, Thomas, Petrus Lũ
Bonauentura, & alij ibi declarant quod poſt Chriſti reſurrectionem mox cœpit vn- bardus. Alexander
diq; diuulgari. Inſuper iuxta hunc modum loquẽdi ſcriptum eſt in Apocalypſi: Gra- Halen.
tias agimus tibi domine deus omnipotens, qui accepiſti virtutem tuam magnam & re Thomas
gnaſti. Apte etiam oculi lumina appellantur, quoniam lumen eſt quo aliquid manife Aqui. Bonauẽtu.
ſtatur. Propter quod dixit Apoſtolus: Omne quod manifeſtatur, lumen eſt. Oculi Apoca. 11
autem manifeſtant & repræſentant homini viſibilia iſta. Sicq; in libro Iudicum Sam Lumẽ qd.
ſon precatus eſt: Domine deus meus redde mihi nunc priſtinam fortitudinem meam, Ephe. 5
vt pro amiſſione duorũ luminum vnam de multitudine recipiam vltionem. [Vt cum] Iudic. 19
id eſt, ſic contigit mihi ante hanc tenebrarum harum expulſionem, ſicut ſydera glome
rantur, id eſt copioſe teguntur & obducuntur, [nubibus coro]. i. vento ſic dicto [præ
cipiti]. i. precipitanter & celeriter flante ac nubes adducente. Corus quippe hic ſumi- Corus ven
tur pro vento collaterali ad ſiniſtram partem venti fauonij, verſus ſeptentrionem ma- tus.
gis declinans. Qui ventus adducit coaceruatq; nubes ac nubila. Eſt enim ventus iſte

humidus ac frigidus, cuius flatus conglomerat nubes ſpiſſas, quæ inter viſum no-
ſtrum ac ſydera poſitæ cauſant obſcuritatem quæ vocatur nox accidentalis, & inde
fit aura nebuloſa & dies vmbroſus, nec ſol poteſt videri à nobis. [Que] pro &, [po-
lus] id eſt, cœlum, [ſtetit] id eſt, fuit, ſicut communiter dicitur. Steti ibi tot annis, id
eſt, fui, vel quaſi quieſcere videbatur, dum motus luminarium] cœli percipi nequit,
[imbribus] id eſt, pluuijs [nimboſis] id eſt, denſis, nebuloſis ſeu ventoſis, ex quarum de
ſcenſu cœlũ videtur ſic ſtare vel ita ſe habere, quo facto ſol latet viſum noſtrum [&
nox] quædam accidentalis, puta præfata [obſcuritas funditur in terram. Aſtris
nondum venientibus] id eſt, necdum apparentibus [cœlo] id eſt, in cœlo ſtellato, iux-
Iob. 9 ta quem modum ſcriptum eſt: Deus præcipit ſoli & non oritur & ſtellas claudit ſub
ſignaculo. Hi autem naturales effectus quos Philoſophia naturalibus cauſis aſcri-
Amos. 4 bit. Theologia, id eſt, ſacra ſcriptura deo attribuit, vt cum dicitur per Amos: Ecce
formans montes & creans terram & enuntians homini eloquium ſuum, faciens ma-
tutinam nebulam: dominus exercituum nomen eius. De quo in eodem propheta dici-
tur: Qui vocat aquas maris & effundit eas ſuper faciem terræ. Apud Iob quoque di
Iob. 36 citur: Ecce deus magnus, qui affert ſtellas pluuiæ & effundit imbres ad inſtar gurgi-
tum, qui de nubibus fluunt, quæ pretexunt cuncta deſuper. Si voluerit extendere nu-
bes quaſi tentorium ſuum, & fulgurare lumine ſuo deſuper, cardines quoque maris
operiet. ¶ Hinc declarat Boethius qualiter in mente ſua incorporaliter cõtigit, quod
in exterioribus ſenſibiliter agitur. [Si boreas] id eſt, ventus ſic dictus, [emiſſus] id eſt,
flans & exiens [ab antro Thraicio] id eſt, per foramina & cauernas regionis Thrai-
ciæ [verberet] id eſt, repellat & repercutiat [hanc] noctem ſeu nubem præfatam, ob-
ſcuram, & oſcurantem, [& referet] id eſt, apparere faciat, [diem clauſum] id eſt, cla-
ritatem ſolarem, quæ apparere hominibus non valebat propter interpoſitos præ-
dictos nebuloſos vapores [& phœbus] id eſt, Titan ſeu ſol, [emicat] id eſt, clare ap-
paret [vibratus] id eſt, quaſi munitus atque exuberans [lumine] ſibi inhærente, ob cu-
ius abundantiam vibrare & ſuo lumine iaculare videtur. Et [ferit] id eſt, reuerberat
[radijs] ſuis lucifluis, [mirantes oculos] id eſt, viſum hominum admirantium de tam
repentina aeris clarificatione ac ſolis apparitione. ¶ Pro horum intelligentia opor-
Boreas. tet aduertere, quod Boreas dicitur ventus ſeptentrionalis ſiccus & frigidus, frequen-
tius flans circa tropicum autumnalem, quemadmodnm Corus circa tropicos hyema-
les. Hinc boreas vehementer deſiccat aeremque depurat, quoniam flatu ſuo diſgregat
nubes & agitat aerem, ita quod repente clarificatur. Quod ſimplices intuentes & cau-
ſam ac modum ignorantes, mirantur. Denique Boethius loquitur hic iuxta dogma-
Thraicia. ta poetarum. Thraicia nanque eſt regio ſita verſus ſeptentrionem in qua ſunt mon-
tes valde ſublimes, ex quorum foraminibus & cauernis opinantur poetæ ventum e-
gredi borealem. Qualiter autem & ex quibus materijs venti in veritate naſcantur, in
Philoſo. expoſitione metri ſecundi expreſſum eſt, iuxta traditionem philoſophi. Quàmuis eti-
am polus proprie nominetur pars cœli ſeu punctus in extremitate axis, ſicq; duo di-
cantur poli videlicet articus atq; antarticus: hic tamen per ſynecdochen pro ipſo cœ-
Ambro. lo accipitur, ſicut in hymno: Deus creator oĩm poliq; rector veſtiẽs. At vero de produ-
ctione ventorum præhabitis addi poteſt, quod aliqui antiquorum ac etiam moder-
norum affirmant, quod creator omnipotens videns in inferioribus ſine caliditate &
Sol. humiditate nil viuere poſſe, collocauit in medio circuli obliqui fontem caloris ſolem
atque Planetas, proter quod ibi dicitur eſſe torrida zona, inter duos tropicos com-
prehenſa. Videns quoque ignem cuncta conſumere, niſi humido reprimatur, conſtitu-
Mare. it ſub ipſa zona in terra fontem totius humoris, vtputa mare: quod per medium tor-
ridæ zonæ, & ex omni parte circumit terram, ex quo tam omnia particularia maria
quàm aquæ dulces egrediuntur, iuxta illud Eccleſiaſtis: Ad locum vnde exeunt flu-
Eccle. 1 mina reuertuntur, vt iterum fluant. Omnia flumina intrant mare, & mare non redun
dat. Cumque ad occidentem peruenerit mare duas facit refluxiones, quarum vna ad
auſtrum, alia vero vertitur ad ſeptentrionem. Conformiter in oriente duæ refluxio-
nes ad eoſdem terminos fiunt. Quæ autem tendunt ad ſeptentrionem, vna ab orien-
te, alia ab occidente, dum concurrunt in medio ſe elidunt: & inde cauſatur famoſa illa
acceſſio & receſſio quæ fluxus dicitur & reflexus. Ibique ex ipſo concurſu aer impe-
tuoſe



tuoſe motus ac pulſus generat Boream. Similiter duę illæ, quę vertuntur ad auſtrum Boreas vnde.
ſiue meridiem. Ex hac etiam refluxione, quæ ab occidente tendit in ſeptentrionem,
fit mare noſtrum mediterraneum. Cum enĩ illa refluxio totam tranſierit Aphricam Mare mediterraneũ.
inter duos montes magnos, Atlantem & Talpen, vna pars illius ſubtrahitur quę in- Atlas mõs
ter Hiſpaniam Aphricamq; diſcurrens vſq; ad medium terrę venit & mediterraneum
mare vocatur, atq; ex adiacẽtibus regionibus noĩa diuerſa ſortitur, ſcilicet Ionicum,
Egæum, Hadriaticum. In oriente autem ex dictis maribus fit grandis motus ex quo
gignitur ventus nomine Eurus. Simili modo in occidẽte vnde producitur zephyrus. Eurus ventus.
Cum vero præfatæ refluxiones extra pręfactos terminos, vna aliam præueniunt ven
tus generant collaterales. Veruntamen poſitio philoſophi in expoſitione ſecundi me
tri narrata rationabilior reputatur. Poſtremo per has metaphoricas deſcriptiones e-
orum quæ apparent aut fiunt in regione cœleſtium corporum & elementorum inten
dit Boethius quod pariformiter in ipſo facta ſit ingens ſerenitas ac diſpoſitio lucida
per philoſophiæ acceſſum poſt nubiloſam ſui animi qualitatem.

## De myſtico intellectu tertij metri iſtius ARTIC. XIII.

TVnc me diſcuſſa liquerunt nocte tenebræ.] Quemadmodum Theologia
vehementer ſpendidior eſt, delectabilior ac dignior philoſophia, ſicut do-
mina ſua ancilla: Sic theologia illuminatione radiante in anima mox fu-
gantur ac fugiunt caligo ignorãtię, nox peccati ac vetuſtatis antiquę, ſug
geſtio ſpirituum malignorum, diſtractio mentis, inquietudo apprehenſio-
nis phantaſticæ, ac perſtrepentium tumultus vitiorum ac paſſionum, Sicque lumini- Roma. 13
bus, id eſt, oculis cordis redit ac redditur gratiæ vigor. Vnde dixit Apoſtolus: Nox 1. Teſſa. 5
præceſſit dies autem appropinquauit. Et rurſus: Non ſumus noctis neque tenebrarũ. Ephe. 5
Hinc per theologiam illuminatis & à priſtinis tenebris expurgatis ſcribit ad Epheſi-
os: Eratis aliquando tenebræ, nunc autẽ lux in domino, vt filij lucis ambulate. Hinc
fons theologicæ veritatis Chriſtus, dei virtus & ſapientia apud Iohannem nos hor- 1. Cor. 1
tatur: Ambulate dum lucem habetis vt non tenebræ vos comprehendãt. Dum lucem Iohan. 12
habetis credite in lucem vt filij lucis ſitis. Hæc eſt via ſalutis ſemita electorum, theolo Prouer. 4
giæ conſolatio & doctrina, de qua in Prouerbiorum dicitur libro: Iuſtorum ſemita
quaſi lux ſplendens procedit & creſcit vſq; ad perfectum diem. Vt cum præcipiti glo
merantur ſydera coro. Sydera cœli ſunt filij militantis eccleſiæ quæ in Euangelio &
Apocalypſi frequenter regnum cœlorum vocantur. Super hæc ſydera princeps tene- Iob. 41.
brarum primus ille apoſtata rex omnium filiorum ſuperbię ſedem ſui imperij nititur
collocare, ipſiſque præſidere ac dominari, prout apud Eſaiam præſumptuoſe effatur: Eſa. 14
Supra aſtra cœli exaltabo ſolium meum. Hæc ſydera in hoc mundo aliquando glo-
merantur & inuoluuntur nebulis tentationum, caliginibus ſuggeſtionum angelorum
ſatanæ, inundationibus turbationum, in tantum, quod polus ſtare videtur, id eſt, ec-
cleſia in talibus ſuis membris à proceſſu virtutum quieſcere, imo & tunc ſol iuſtitiæ
Chriſtus dominus eos latet. i. ab ipſis lucide non videtur, quàmdiu in tali ſunt tribu
latione. Ita quoque nox in terram diffunditur, id eſt, obſcuratio quędam in cordibus 2. Cor. 1
fidelium in hac terra degentium, in tantum quod & ipſe Paulus vas electionis aſſeru- Pſal. 65
it: Supra modum grauati ſumus, ſupra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere. In-
terdum nanque oportet nos tranſire per ignem & aquam, antequàm inducamur in re
frigerium, quod fit aſtris nondum venientibus cœlo, id eſt, anteq̃ ipſi fideles per con-
templationem & ſpem cœleſtium premiorum exhilarentur, ſeu antequàm angeli ſan-
cti qui ſunt aſtra triumphantis eccleſiæ ſuccurrendo expugnẽt ac proſternant tentan-
tes nos angelos tenebrarum: à quibus permittunt nos multoties infeſtari, quatenus
reſiſtendo mereamur in donis gratiæ creſcere ac firmari, & diademate gloriæ felicius
coronari. Porro hanc noctem ſpiritualem expellit ventus borealis ſiccus & frigidus,
fortiter mouens & impetu flans, id eſt, afflatus & inſpiratio ſpitituſſancti qui vbi
vult ſpirat. Qui quàmuis ignis & calor vocetur, attamen quoniam à calore nociuo Iohan. 3
concupiſcentiæ, atque profluuijs deſideriorum ignitorum mundi & carnis ac dæ-
monum ſiccat atque refrigerat, poteſt per boream deſignari tam ipſe quàm afflatus
& inſpiratio eius. De quo in Canticis dicitur: Surge aquilo & veni auſter, perfla hor

tum meum. Denique boreas hic exit ab antro Thraicio, id eſt, ex vulneribus Chriſti,
qui in huius mundi preſſuris ac pœnis tanquàm in frigoribus duriſſimis eſt verſatus
ſuaque beatiſſima paſſione nobis promeruit chariſmata gratiarum, iuxta illud Io-
Iohan. 1 hannis: De plenitudine eius accepimus omnes, gratiam pro gratia. Antrum rurſus
Thraicium, eſt deuotio ſanctæ matris eccleſiæ tribulationibus & multis frigoribus
nunc ſubiectæ, quæ meritis ſuis ac precibus impetrat filijs ſuis gratioſa deitatis auxi-
lia, ita quod à tentationibus afflictionibuſque erepti ſaltem ad tempus, denuo cer-
nant diem ſerenitatis internæ, diem gratię ac dulcoris & ſolem ſapientiæ in ſe ſuper-
ſplendidiſſimum ac inuiſibilem pro modulo ſuo, per fidem illuminatam ac ſapientiæ
donum perlucidum dulciter contemplentur, ita vt grata mente cum Apoſtolo dice-
2. Cor. 3 re queant. Nos autē reuelata facie gloriam dei ſpeculantes in eādem imaginem tranſ-
formamur à claritate in claritatem, tanquàm à domini ſpiritu, in tantum vt admiren
tur tam gratioſam ac celerem mutationem in ſe ſubito factam, dicentes: Hæc mutatio
Pſal. 76 Tobiæ. 3 dexteræ excelſi. Cuius ſplendor interiores eorum reuerberat oculos. De quo in libro
Matth. 11 Tobiæ fertur: Qui poſt tempeſtatem tranquillum facit, & poſt fletum exultationem
infundit, qui in Euāgelio loquitur: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis.
IOHANNES. Diu ſubticui, & modum tuum procedendi aduerti. Qui, fateor,
placet mihi, ſed prolixus videtur, nec pro ſimplicibus ſcolaribus videtur multum de-
ſeruiens. DIONYSIVS. Expoſitiones talibus deſeruientes aliunde ſatis multas ha
bes in promptu. Iſta quoque ad literam ſatis breuis, mediocribus apta apparet &
quæ in exordijs diſciplinæ capere nequeunt, tempore procedente proficientes facilius
capient. Eſtque expediens vt in pueritia aliquid de ſcripturis ac theologicis documen
tis incipiant diſcere, & aſſueſcant audire atque virtutibus adhærere. Nec textus in ſe
ſententioſus poteſt nimia breuitate clare ac plene elucidari. IOHANNES. Iuxta
conceptum tuum proſequere quod cœpiſti. DIONYSIVS. Ita agam & nihilomi-
nus breuitati pro poſſe ſtudebo.

## PROSA III.

HAud aliter triſtitiæ nebulis diſſolutis hauſi cœlum, & ad co-
gnoſcendum medicantis faciem mentem recepi. Itaque ubi in
eam deduxi oculos intuitumque defixi, reſpicio nutricem me-
am, in cuius ab adoleſcentia laribus obuerſatus fueram, phi-
loſophiam. Et quid, inquam, tu in has exilij noſtri ſolitudines o omni-
um magiſtra uirtutum ſuperno cardine delapſa ueniſti? An ut tu quo-
que mecum rea falſis criminationibus agiteris? P. An illa (inquit) te o alu-
mnē deſererem nec ſarcinam (quam mei nominis inuidia ſuſtuliſti) com-
municato tecum labore partirer. Atqui philoſophiæ fas non erat inco-
mitatum relinquere iter innocentis, meam ſcilicet criminationem uere-
rer, & quaſi nouum aliquid acciderit perhorreſcerem? Nunc enim pri-
mum cenſes apud improbos mores laceſſitam periculis eſſe ſapientiam?
Nonne apud ueteres quoque ante noſtri Platonis ætatem magnum ſæ-
pe certamen cum ſtulticiæ temeritate certauimus? Eodemque ſuperſti-
te præceptor eius Socrates iniuſte uictoriam mortis me aſtante prome-
ruit? cuius hæreditatem cum deinceps Epicureum uulgus ac Stoicum,
cæterique pro ſua quiſque parte raptum ire molirentur, meque reclaman-
tem renitentemque uelut in partem prædæ traherent, ueſtem quam me-
is texueram manibus diſciderunt: abreptiſque ab ea panniculis totam
me ſibi ceſſiſſe credentes abiere. In quibus quoniam quædam noſtri
habitus ueſtigia uidebantur, meos eſſe familiares imprudentia rata,
non-



nonnullos eorum profanæ multitudinis errore peruertit. Quod ſi nec Ana
xagoræ fugam, nec Socratis uenenum, nec Zenonis tormenta (quoniam
ſunt peregrina) nouiſti: at Canios, at Senecas at Soranos quorum nec per-
uetuſta nec incelebris memoria eſt, ſcire potuiſti. Quos nihil aliud in cla-
dem detraxit niſi quod noſtris moribus inſtituti ſtudijs improborum diſſi
millimi uidebantur. Itaque nihil eſt quod admireris, ſi in hoc uitæ ſalo cir
cunflantibus agitemur procellis, quibus hoc maxime propoſitum eſt peſ-
ſimis diſplicere. Quorum quidem tametſi numeroſus exercitus, ſpernen-
dus tamen eſt: quoniam nullo duce regitur, ſed errore tantum temere ac paſ-
ſim lymphante raptatur. Qui ſi quando contra nos aciem ſtruens ualentior
incubuerit, noſtra quidem dux copias ſuas in arcem contrahit. Illi uero cir-
ca diripiendas inutiles ſarcinulas occupantur. Ac nos deſuper irridemus ui
liſſima rerum queque rapientes ſecuri totius furioſi tumultus, eoque uallo
muniti, quo graſſanti ſtultitię aſpirare fas non ſit.

## Expoſitio proſæ huius III. ARTIC. XIIII.

IN hac proſa tertia primi huius voluminis, deſcribit Boëthius qualiter inter
philoſophiam & ipſum collocutio eſt incœpta & conſolatio ſibi adhibita
dicens: [Haud aliter triſtitiæ nebulis diſſolutis hauſi cœlum] id eſt, ego Boe
thius, hauſi [cœlum] id eſt, cœleſtem orbem inſpexi & habitantem in cœlo
omnibus præſidentem conſideraui, ac ſuperiorum notitiam inde traxi, ſicut ex puteo
hauritur & trahitur aqua. Contra quod in libro ſcriptū eſt Danielis de iniquis: Euer Dani. 13
terunt ſenſum ſuum ne aſpicerent cœlum, [nebulis] ignorantiæ, mœroris, erroris,
[diſſolutis] id eſt, fugatis ex irradiatione luminis philoſophicæ veritatis, quemad-
modum nebulæ aeris effugantur ex diffuſione & receptione luminis ſolis. [Haud ali-
ter,] id eſt, non alio modo. Nam ſicut oportet ſecūdum ordinem generationis primo
declinare à vitijs & deinde actum exercere virtutis, (iuxta illud Pſalmi: Declina à ma-
lo & fac bonum,) ſic oportet primo ab errore & falſitate recedere, ſicq; veritatē agno- Pſal. 36
ſcere, [mentem recepi,] id eſt, vſum ſeu actum intellectus aſſumpſi, [ad cognoſcendam
faciem, [id eſt, præſentiam ſeu doctrinam, imo perſonam medicantis, id eſt, philoſo-
phiæ ſpiritaliter me curantis, & mihi in perſona medicæ apparentis. [Itaq; vbi in eam
deduxi oculos, intuitumq; defixi, [id eſt, mox vt oculos cordis ad intuendum philo-
ſophiam direxi, & mentis intuitum ſtabiliter ac intente conuerſum, tenui in eandem
ad diſcernendum certo ac diſtincte quę eſſet, [reſpicio nutricem meam,] id eſt, inſp ice
re & videre me aduerto ac certo ſcio philoſophiam, cuius doctrinis nutritus ſum pe-
ne ab infantiæ annis. Hoc eſt, cuius philoſophiæ ſcholis ſeu domibus cuſtoditus fui
à magiſtris & pædagogis ab adoleſcentia, quæ ætas ad ſtudendum & proficiendum
eſt apta, quia tunc viget natura, & mens nondum aſſuefacta eſt aut infecta verſutijs,
erroribus, trufis. Hinc ſecundūm philoſophum in Ethicis, nō modicum refert ſic aut Philoſop:
ſic aſſuefieri à iuuentute. Propter quod communiter dicitur: Quod noua teſta capit,
inueterata ſapit. Salomon quoque teſtatur: Prouerbium eſt, Adoleſcens iuxta viam Prouer. 22
ſuam, etiā cum ſenuerit, non recedet ab ea. Organa etiam ſenſuum interiorum in ado
leſcentia ſunt ſatis humida adhuc ad ſuſcipiendum faciliter ſimilitudines rerum & cō
petenter ſiccata ad retinendum. Hinc Eccleſiaſticus dixit: Fili, à iuuentute excipe diſci Eccl. 6
plinam & vſque ad canos inuenies ſapientiam. Hinc Seneca in ſuis fatur prouerbijs: Seneca.
Facile eſt teneros adhuc animos componere ad virtutes. Et in epiſtola: Id ſapit quiſ-
que quod didicit. ¶Conſequenter Boethius dignitatem philoſophiæ conſiderans de
eius dignatione circa ſe admiratur, dicens: [O tu] philoſophia [magiſtra omnium vir
tutum, delapſa,] id eſt, deſcendens atque demiſſa, [cardine ſupremo,] id eſt, à ſummo


oſtio.

oſtio. Omnis nanque veritas atque ſcientia fontaliter ac principaliter à prima cauſa
Liber cauſarum. profluxit. Vnde in libro de Cauſis habetur: Cauſa prima eſt creans ſcientias. Et in li-
Iob. 35 bro Iob habetur: Deus dedit carmina in nocte, qui docet nos ſuper iumenta terræ, &
ſuper volucres cœli erudit nos. Nam & naturale lumen mentis humanæ, quo ſcien-
tiæ naturales inuentæ ſunt, participatio quædã eſt & effectus luminis increati. Iuxta
Pſal. 4 illud Pſalmiſtæ: Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui domine. Quod autem eſt
Philoſo. cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati. Atq; vt dictũ eſt ſupra, philoſophia vera ac nulli erro-
ri permixta primo parenti deſuper fuit infuſa, & ita deſcendit à cardine ſummo, id
eſt, à primo principio deo altiſſimo, qui in cœlo ſupremo ſpecialiter habitare ac eſſe
aſſeritur. [Quid] id eſt, cur & ad quid [veniſti in has ſolitudines exilij noſtri?] id eſt,
in angulos iſtos carceris & captiuitatis quibus detineor? Quaſi dicat: Admiranda eſt
iſta dilectio, humilitas ac dignatio tua, quæ innocens & iuſta eſſe cognoſceris. [An]
idcirco veniſti huc, vt [tu quoque agiteris] id eſt, multipliciter ac frequenter accuſeris
ac mouearis mecum. [Tanquàm rea criminationibus] id eſt, accuſationibus iniuſtis?
Loquitur autem Boethius de philoſophia iuxta præinductam metaphoram, quaſi
de honeſtiſſima domicella. Et ipſa in veritate eſt qualitas & accidens intellectus, &
in intellectu Boethij manens ſimul cum illo deuenit ad loca in quibus ſuum ſubie-
Philoſophia cur magiſtra virtutũ. ctum. ¶ Denique philoſophia eſt virtutum magiſtra, quoniam ethica ſeu moralis ſci-
tia, quæ philoſophię pars eſt, docet vitia euitare, virtutes acquirere, & qualiter acqui-
rantur. Ad quod etiam confert præcipue diſcretio, quæ eſt actus prudentiæ. Vnde
Philoſo. ſecundo Ethicorum docet philoſophus, quod ex actibus bonis ex genere, ſæpe reite-
Plato. ratis virtus generetur. Plato quoq; in Phædone ſublimiter docet qualiter carnalia
Seneca. ſint ſpernenda & ſpiritualiter conuerſandum. Hinc Seneca in libro de copia verbo-
rum diſſeruit: Scio neminem viuere poſſe beate ſine ſtudio ſapientiæ, id eſt, philoſo-
phiæ. Hæc animum format & fabricat, vitam diſponit, actiones regit, agenda & o-
mittenda demonſtrat. Hæc tueri nos debet, hæc te docebit, vt deum ſequaris. Hæc
quidam dixiſſe allegant Senecã in epiſtola ad Lucilium, ſed non ibi, imo in libro nũc
dicto reperi ea. Recte demũ ait Boethius ad philoſophiã, An vt tu quoq; mecũ tanq̃
falſis criminationibus agiteris, rea. At quia qui peccat non ſolum dehoneſtat ſeipſum,
ſed & religioni & legi ac fidei (quaꝝ profeſſor eſt) cõtradicit. ¶ Ideo ſeculares viden-
tes inexemplariter atq; carnaliter viuere ſacerdotes aut religioſos, interdum etiam ſa
cerdotium ipſum contẽnunt religioniq; detrahunt. ¶ Conſequenter prætactæ admi-
rationi ſeu quæſtioni Boethij philoſophia reſpondet & ipſum dulciter conſolatur,
commemorando aliquas rationes cur iniuſtum ac indecẽs eſſet, quod ipſum relinque
ret. Prima eſt, quia ipſa eſt mater & nutrix Boethij. Hinc ſequitur. An illa, inquit, te o
alũne deſerem? id eſt, [illa] vtputa philoſophia [inquit]. i. mihi reſpondit. [An]. i. v-
trum hoc condecẽs eſſet quod [ego relinquerem te o alumne]. i. o fili atq; diſcipule à
me ſpiritualiter enutrite omni ſcientia ac virtute? [Nec] idem, non [partirer]. i. diuide-
rem [ſarcinam] id eſt, onus aduerſitatis [quam ſuſtuliſti] id eſt, ſuſtinuiſti ac pertuliſti
[inuidia noĩs mei]. i. ex inuidia tyranni, qui tibi aduerſitates has intulit ex rancore
quem contra te concepit, eo ꝙ veram philoſophiam ſequutus es, quęrendo actuendo
pro poſſe Rempublicã, veritati & æquitati firmiter adhærendo ſicut te docui. Et hoc
dico, [labore cõmunicato tecum] id eſt, labore iſto quo fatigaris facto communi mi-
hi & tibi, ita quod ego tecum laborem & partem ſarcinæ tuæ portem, prout amicitia
vera requirit: imo & ipſa iuſtitia, quia qui ſcit alium propter ſe pati debet illum foue-
re, iuuare, conſolari ſicut ſeipſum, vicẽ quoq; & remunerationẽ illi rependere, prout de-
cet & valet. Hæc eſt amicitia atq; ſocietas virtuoſoꝝ, quoꝝ vnus alium nequaq̃ in ad
Cicero. uerſis, relinquit. Propter q̃d libro de Offitijs Tullius loquitur: Nulla amicitiaꝝ, nulla
ſocietatum pręſtantior ac firmior, quam dum boni virtutũ moribus ſimiles familiari
tate coiuncti ſunt. Nihil eñ amabilius nihil copulatius q̃ morũ ſimilitudo bonoꝝ:
in q̃bus eadẽ ſtudia & eædẽ ſunt voluntates. In his alter altero delectatur, vt ſeipſo, &
contriſtatur eidem portãs onus cum illo. Deinde ponitur ratio ſcd'a ad idem. [Atqui
philoſophię fas non erat]. i. non cõpetebat neq; licebat philoſophiæ [incomitatum re
linquere iter innocẽtis]. i. viã tuã qui innocẽs es quantũ ad hoc ꝙ hãc perſequutionẽ
non meruiſti, deſerere ſine aſſociatiõe mei tecũ. Hoc eſt, non decuit vt tecum non irem
& ti-



& tibi non adeſſem in iſto itinere ad iſtud exilium, qm̃ innocenti potiſſime pium & ra
tionabile eſt cõdolere, aſtare, adeſſe. Hoc modo innocentes dicuntur oẽs virtuoſi, qui
propter iuſtitiã patiuntur perſequutionẽ quos in ſuis afflictionibus ſapiẽtia nõ relin- Matth. 5
quit, ſicut ait in pſalmo: Cum ipſo ſum in tribulatione. Et rurſus: In via hac qua gra- Pſal. 90
dieris firmabo ſuper te oculos meos. ¶ Subditur ad idem tertia ratio: [Meam ſcilicet Pſal. 31
criminationem vererer? & quaſi nouum aliquid acciderit perhorreſcerem?] Id eſt, ſi te
innocentem relinquerem, ſcias hoc, quod falſam mei accuſationem & diffamationem
inordinate timerem & vehementer expaueſcerem eam, tanquam inſolitum aliquid,
cum tamen ab antiquis temporibus paſſa ſim talia in profeſſoribus meis bonis philo-
ſophis, qui ab iniquis multa perpeſſi ſunt. ¶ Denique fortitudo eſt virtus moralis in- Fortitudo.
ter paſſionem timoris, atque audaciam medium ſeruans, ita quod timorem refrenat
ac moderatur, ne quis timeat vbi & in quibus timendum non eſt. Imo amore iuſtitiæ
& pro ſalute æquanimiter patiatur criminationes, detractiones, rapinam, vulnera,
mortem. Ideo Salomon in Prouerbijs ait: Iuſtus quaſi leo confidens abſque terrore Prouer. 28
erit. Et rurſus ſapientia ait ibidem: Qui me audierit, abſque terrore quieſcit. Vile nan Prouer. 1
que & miſerum eſt paſſioni timoris ſuccumbere & vndique inordinate pauere, cum
hoc mentis ſecuritatem, alacritatem, libertatemque impediat, quæ multum ſunt appe Prouer. 15
tendæ, cum Salomon proteſtetur: Secura mens quaſi iuge conuiuium. Ideo Seneca lo- Seneca.
quitur: O quàm miſerum eſt metuendo fieri ſenem. Hinc quoque Pythagoras docuit Pythagor.
non eſſe timendum propter incerta quæ poſſunt prouenire aduerſa. Alioqui nũquam
eſſet pax cordi.

IOHANNES.

¶ Circa hæc mihi dubia oriuntur: Primo de eo quod dictum eſt, philoſophiam Quæſtio I.
eſſe omnium virtutum magiſtram. Non enim ſupernaturalium virtutum eſt magi-
ſtra, imo potius fidem Chriſtianam impugnat & expugnare conatur, vt conſtat ex li
bris & ſcriptis Peripateticorum, Auicennæ, Algazelis, Auerrois, Alexandri, Alkin-
dij: Platonicorum quoque, Porphyrij, Apulei ac aliorum, quæ contra fidem ædide-
runt catholicam. Et tu noſti quemadmodum in Actibus apoſtolorum legatur, quod
ſancto Paulo apoſtolo primo pręddicante Athenis Euangelium Chriſti, quidam Stoi
ci atq; Epicurei dixerunt philoſophi: Quid vult ſeminiuerbius iſte? Nouorum dæmo Actoꝝ 17
niorum videtur annutiator exiſtere.

¶ Secũdo, de eo quod dictum eſt, philoſophiam à ſummo cardine eſſe delapſam. Quæſtio II.
Hoc enim videtur theologiæ proprium eſſe. De qua ſanctus apoſtolus Iacobus prote Iacobi 1
ſtatur: De ſurſum eſt ſapientia. Nam hæc per reuelationem habetur, & de philoſophia
apparet dictum illud Apoſtoli: Stultam fecit deus ſapientiam huius mundi. 1. Cor. 1

¶ Tertio, de hoc quod philoſophia aſſerit ſe non vereri falſam ſui criminatio- Quæſt. III.
nem, quod (ni fallor) eſt contra illud in Eccleſiaſtico ſcriptum: Curam habe de bono Eccl. 41.
nomine. Vnde eſt illud Auguſtini: Qui negligit famam crudelis eſt, & exemplares eſ- Auguſtin.
ſe tenemur. Ad q̃d bona fama requiritur. Nam & Seneca in ſuis fatetur Prouerbijs: Seneca.
Bona fama hominum tutior eſt pecunia. Itemque: Bona fama in tenebris proprium
habet ſplendorem.

DIONYSIVS.

¶ Ad primum horum reſpõdeo, quod philoſophia naturalium & acquiſitarum Queſtionis primæ expeditio.
virtutum perhibetur magiſtra. Theologia vero ſupernaturalium infuſarum. Rur-
ſus, ſicut ex philoſophia ſumuntur inſtantiæ contra fidem, ita et perſuaſiones pro fi-
de, vt ex libris theologorum oſtenditur. Quarum neutræ demonſtratiuæ conſi-
ſtunt.

¶ Ad ſecundum reſpondeo, quod quàmuis theologiæ eminentius competat de- Reſponſio
ſuper deſcendiſſe quàm philoſophiæ, ) propter quod ſuper Iohannem aſſerit Augu- ad II.
ſtinus: Cœlum tonat, ranæ taceant, ) nihilominus philoſophia quoq; à ſummo vni- Auguſtin.
uerſorum principio profluxit, à quo & naturale lumen effluxit ſicut expoſitum eſt.
Vnde in Eccleſiaſtico habetur: Omnis ſapientia à domino deo eſt. Sicque affirmat Am Eccl. 1
broſius: Omnis cognitio veritatis à ſpiritu ſancto eſt. Imo & Paulus apoſtolus ad Ro Ambroſ.
manos primo, de philoſophis loquens: Deus, inquit, illis reuelauit. Roma. 1

¶ Ad tertiũ reſpõdetur, ꝙ homo quantũ in ſe eſt, ex conſideratione ſuaꝝ culpaꝝ Reſponſio
& ob alias cauſas debet velle contẽni, tñ inquantũ eſt membrũ eccleſiæ poſitus in eadẽ ad III.
vt pro-

vt proximis exempla præſtet virtutum, debet ſatagere vt bonæ ſit famæ ad dei hono-
Matth. 5 rem, nec quempiam ſcandalizet, imo impleat quod iubet Saluator: Sic luceat lux ve-
ſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum,
qui in cœlis eſt. Si autē quis mēdaciter accuſetur & diffametur intantum, vt inde ſcan
dalum oriatur, poteſt ſe expurgare, nec tamen ſic falſas criminationes horrere vt bo-
na omittat vel mala commitat. I O H A N N E S. Satisfeciſti quæſitis, expoſitionem
proſequere. Recte dixi nō me horreſcere falſam criminationem, quaſi aliquid nouum.
[Nunc enim cenſes primum,] id eſt, tu ita loqueris, ac ſi iudicares [ſapientiam] philo-
ſophicam [eſſe laceſſitam periculis,] id eſt, moleſtatam aduerſis [nunc primum,] id eſt,
iam primo non antea [apud improbos mores,] id eſt, ab immorigeratis, improbiſque
hominibus, qui contempſerunt philoſophos tanquam ſuperuacue occupatos, quaſi di
cat: Noli ſic iudicare nec ita ſentire. Vtiq; antequam natus eſt Plato magiſter præci-
puus, [certauimus,] id eſt, diſputando, docendo, patientiamque ſeruando & iuſte reſi
ſtendo, commiſimus [ſæpe magnum certamen, cum temeritate ſtultitiæ,] id eſt, contra
inſipientiam hominum fatuorum carnalia & terrena præferentium ſtudio ſapientiæ
ac virtutum. [Eodemque ſuperſtite,] id eſt, ipſo Platone adhuc viuente in corpore.
[Præceptor eius Socrates iniuſte victoriam mortis me aſtante promeruit.] Id eſt, [So
crates] magiſter Platonis [promeruit,] id eſt, ſua virtuoſitate [victoriam mortis in-
iuſte,] id eſt, triumphum mortis ſibi iniuſte illatę, quam virtuoſe, patienterq; ſuſtinens
vicit atq; præualuit, quoniam maluit laudabiliter mori quàm vituperabiliter viuere,
atq; mortem corporalem ſic tolerando vitam conſecutus eſt meliorem, puta beatam,
Philoſop. ſaltem ſecundum philoſophorum opinionē. Vnde & III. Ethicorum Ariſtoteles faſſus
eſt: Melius eſt mori quàm agere contra virtutem & veritatem. Primo quoque Ethi-
coꝝ teſtatus eſt: In infortunijs virtus refulget. Ex quibus probatur quod etiam natu
ralis ratio dictat, philoſophiaque docet vnumquemq; potius debere mortem eligere,
Seneca. quàm impie agere. Propter quod Seneca in ſuis deprompſit prouerbijs: Tolerabilior
eſt qui mori, quàm qui male viuere iubet. ¶ Deinde oſtenditur qualiter diſcipuli So-
cratis poſt mortem ipſius inter ſe diuerſificati ſunt, doctrinam Socratis diuerſimode
interpretando & exponendo. [Cuius,] videlicet Socratis, [hæreditatem,] id eſt, opu-
lentam doctrinam mortis ſuæ teſtimonio, tanquam firmiſſimo teſtamento confir-
matam, [cum deinceps,] hoc eſt, poſt obitum eius, [Epicureum vulgus ac Stoicum,]
id eſt, Epicurei, Stoicique philoſophi, inſtar vulgarium multi aut etiam in multis er-
rantes, [cæterique pro ſua quiſque parte raptum ire molirentur,] id eſt, conarentur ire
ad rapiendū & capiendū aliquid ex Socratis documētis, [vnuſquiſq; pro ſua parte,]
.i. pro ſua opinione ad confirmandū eam ex eloquijs Socratis, qui libros non ædidit,
ſed viuæ vocis oraculo ſuos inſtruxit. [Meque reclamantem, renitentemque velut in
partem prædæ traherent.] Id eſt, tam Epicurei quàm Stoici allegarent me pro ſuarum
confirmatione opinionum, & tanquam ſpolium quoddam me ſibi attraherent violen
ter, hoc eſt, erronee & extorte, verba Socratis ac veræ philoſophiæ intelligendo ſini-
ſtre. [Me,] inquam, [reclamantem,] id eſt, eis contradicentem, [& renitentem,] falſis
eorum doctrinis per authoritates & rationes idoneas. [Veſtem quam iam meis mani
bus texueram,] id eſt, philoſophicorum documentorum congeriem & connexionem
ac ſeriem à me compilatam, prout ſupra in elucidatione proſæ ſecundæ iſtud diffuſi-
us fuit expoſitum, [diſciderunt,] id eſt, diuerſimode ſciderunt ac diruperunt in varios
corruendo errores, [abreptiſque ab ea panniculis,] id eſt, quibuſdam particularibus
ſcientijs aut ſententijs, [Totam me ſibi ceſſiſſe credentes, abiere,] id eſt, à veris meis do
gmatibus receſſerunt, putantes ſinguli quod me totam & integram obtinuiſſent, quo
niam quælibet ſecta illorum, putauit ſe ſolam apprehendiſſe veræ philoſophiæ do-
ctrinas. [In quibus] philoſophis, [imprudentia] hominum, id eſt, homines impruden-
tes, carnales, feroces, [rata,] id eſt, in ſuis peruerſitatibus male firma. Vel potius, rata,
id eſt, opinata, ſeu firmiter reputans, illos philoſophos, [eſſe meos familiares, id eſt, ve
ros meos diſcipulos, [quoniam quædam veſtigia noſtri habitus,] id eſt, aliqua ſigna
& ſimilitudines quædam noſtræ doctrinæ ac conuerſationis, [videbantur in ipſis,]
quoniam aliquid veritatis & virtutis cōtinebatur & fuit in eis, [peruertit,] id eſt, pere
mit aut decepit, [nonnullos eorum errore profanæ multitudinis,] id eſt, credulitate
ſeu



ſeu falſa perſuaſione imperitorum & ſuperſtitioſorum vulgarium. Cum enim ſimili- Philoſop.
tudo ſit cauſa ſeu ratio vnionis, complacentiæ & amoris, diſſimilitudo vero diuiſio-
nis, diſplicentiæ ac rancoris vt Proclus tangit Platonicus & ante eum Empedocles, Proclus.
atque poſt eos Anſelmus impij illi vulgares, indocti, feroces, videntes vitam & doctri Empedoc.
nam philoſophorum ſuę conuerſationi & traditioni prorſus eſſe contrarias oderunt, Anſelmus.
deteſtati ſunt ac perſequuti non ſolum veros ac meliores philoſophos, ſed etiam il-
los qui aliquid ſimilitudinis habuerunt cum ipſis. [Quod ſi nec Anaxagoræ fu-
gam, nec Socratis venenum, nec Zenonis tormenta,] id eſt, ſi non agnouiſti qualiter
Anaxagoras philoſophus ab Athenis fugatus eſt, nec qualiter Socrates bibendo ve-
nenum expirauit, nec quomodo Zenon philoſophus fuit ſuſpenſus, quia hæc geſta
[ſunt peregrina,] id eſt, à memorijs hominum aliena vtputa diu elapſa. Vel, peregri-
na, id eſt, in terris remotis, puta in Græcia perpetrata. [At Canios ac Senecas ac Sora-
nos (quorum nec peruetuſta nec incelebris memoria eſt) ſcire potuiſti,] id eſt, tamen
& vtique cognoſcere potuiſti Canios & Senecas atque Soranos, hoc eſt, dicta & ge-
ſta ac perſecutiones iſtorum, qui fuerunt Italici ſeu Romani, intelligendo per Canios
virum nomine Canium, ſtudioſum ac eius diſcipulos, & per Senecas ipſum Senecam
Neronis magiſtrum, diſcipuloſque ipſius. Per Soranos quoque ipſum Soranum phi-
loſophum ac eius auditores ac imitatores, [quoꝝ memoria,] id eſt, recordatio de eiſdē,
[non eſt peruetuſta]. i. de rebus multum diu præteritis, [nec incelebris,] imo celebris
eſt & famoſa. [Quos nihil aliud in cladē]. i. in perſequutionē ac mortē, [detraxit]. i.
pertraxit & induxit, [niſi q̊d noſtris moribus inſtituti] . i. laudabilibus moribus atq;
virtutibus quos docemus, inſtructi & exercitati, [ſtudijs improboꝝ diſſimillimi vide
bantur,] id eſt, valde diſſimiles erant & apparebant conatibus ac moribus hominum
inhoneſtoꝝ. ¶ De hoꝝ expoſitione hiſtorica & completa, reſtant multa dicenda, ſed
textum primo percurram. [Itaq; nihil eſt quod admireris,] id eſt, ſi præ tacta & conſi-
lia, geſta rite perpendas, non habes cauſam mirandi tam vehementer, [ſi in hoc vitæ
ſalo,] id eſt, quod in mari ſeculi huius ſeu in terra peregrinationis præſentis inſtar ma-
ris ſpacioſa & amara, [circunflantibus agitemur procellis,] id eſt, diuerſimode con-
cutiamur ac impellamur aduerſitatibus & perſecutionibus vndique inſtar vento-
rum aduenientibus & irruentibus in nos, [quibus hoc maxime propoſitum eſt peſſi-
mis diſplicere,] id eſt, ea loqui & agere, vtpote vera, virtuoſa, ſalubria, communique
bono accommoda, per quæ ſcimus nos diſpliciturоs obſtinatis hominibus, cum &
Seneca dicat: Malis diſplicere eſt laudari. Non tamen formaliter ad hoc agimus illa, Seneca.
ſed potius vt peſſimi informentur & emendentur, ſuos errores ac vitia ponderando
ac euitando. Nec formidanda immoderate peſſimorum offenſa, propter innumerabi-
lem multitudinem eorundem. Vnde ſubiungitur: [Quorum quidam tametſi innu-
meroſus] eſt [exercitus,] id eſt, quàmuis exercitus peſſimorum, id eſt, valde prauorum
ex habitu vitioſo peccantium ſit tam innumeroſus, id eſt, valde innumerabilis ſi-
cut & Salomon conteſtatus eſt: Stultorum infinitus eſt numerus. [Spernendus eſt ta- Eccēs 1
men] non quantum ad id quod habet ex creatore, id eſt, non quantum ad ſuam natu-
ram, ſed quātum ad id q̊d habet ex propria voluntate & fomitis corruptione ac ſug-
geſtione diaboli, hoc eſt, quantum ad eſſe ſuæ malitiæ & peccati, penes quod incom-
parabiliter deteriores ac viliores ſunt brutis ſecundum Philoſophum primo Politi- Philoſop.
corum, qui & in libro Ethicorum iuxta hunc ſenſum diſſeruit, magnanimū eſſe aſper-
natiuum. Et de viro iuſto ait Pſalmographus: Ad nihilum deductus eſt in conſpectu Pſal. 14
eius malignus. [Quia nullo duce regitur,] Id eſt, nullo præſidente legitime dirigente,
quàmuis regatur tyranno atq; diabolo, qui eſt rex omnium filiorum ſuperbię, & qua Iob 41
dam vulpina calliditate ac leonina ferocitate, ſeu propria animoſitate dominatur eiſ-
dem. Ideo ſubditur: [Sed errore tātum temere ac paſſim lymphatice captatur], id eſt,
exercitus ille prauiſſimus aſſidue rapitur ac mouetur, [errore] id eſt, ex iniuſta commo
tione, [tantum temere,] id eſt, contra ordinationem ſapientiæ, cuius eſt ordi-
nare ac ordinate procedere, [ac paſſim lymphatice,] id eſt, communiter turbulentiſ-
ſime inſtar aquæ quæ iugiter fluit & refluit, iuxta illud E S A I AE: Impij quaſi Eſaiæ 57
mare feruens, quod quieſcere non poteſt. Nam impij ſuarum motibus paſſionum
inſtabiliſſime circunferuntur vt ait P S A L M I S T A: Non ſic impij non Pſal. 1
ſic

Pſal. 1 ſic, ſed tanquam puluis quem proijcit ventus à facie terræ. Hinc in ſuis ænigmatibus
Pythagor. dixit Pythagoras: Per publicam viam non ambules, id eſt, multorum errorem atq; pra-
Auguſtin. uorum inquietudinem nõ ſequaris. Hinc ſcd'm Auguſtinum in Homelia: Irrationabiliũ
hoim multitudo non eſt proprie appellanda exercitus, cum non ſit debite ordinata ad
vnum, ſed turba, i. multitudo turbata. [Qui] exercitus iniquorum [ſtruẽs], i. ſtatuẽs,
[aciem], i. bellicum apparatũ, [contra nos,] ſapientiæ ſtudio, virtutibusq; intentos.
[Si quando], i. ſi aliquando, [incubuerit], i. irruerit in nos, [valentior, i. corporaliter
fortior nobis. [Noſtra quidẽ dux copias ſuas in arcem contrahit], i. ratio & ſapientia
noſtra qua regimur, recolligit ſe intra ſe, & in ſuperiori parte ſua qua intendit rationi
Auguſtin. bus æternis cõſulendis ac contemplandis, ſcd'm Auguſtinum in libris de Trinitate &
Ciuitate, congregat ſuas diuitias, ſuamq; armaturam ad reſiſtendum ſpiritaliter ac di
Socrates. uine, i. ſcientias ac virtutes. Hinc Socrates & Seneca ſunt loquuti: Tunc præcipue in
Seneca. teipſum ſecede, dum cogeris eſſe in turba, & hoim improbitate vallaris. [Illi vero cir
ca diripiendas inutiles ſarcinulas occupantur], i. iniuſti illi intenti ſunt & inter ſe tra
ctant qualiter auferant nobis poſſeſſiunculas iſtas terrenas, quæ frequenter plus gra-
uant & impediunt à ſalute, quàm conferant. [Ac nos deſuper irridemus viliſſima rerum
quæq; rapientes], i. nos conſtituti in arce mentis, [irridemus deſuper], i. ex alta men-
tis conſideratione [rapientes quæq; viliſſima rerum], i. eos qui auferunt nobis terre-
na, quę comparatione ſpiritalium bonorum, quaſi nullius ſunt valoris. Ipſi enim in te
nebris vitiorum verſantur, nos in luce ſapientiæ contemplamur illorum inſaniam,
ſicq; eos irridemus, non ex ſuperbia, ſed zelo iuſtitiæ: imo & compatimur ex charitate
Prouer. 4 animabus ipſorum, quas vitijs perimunt, perdunt & damnant. Ideo in libro Prouer-
biorum habetur: Via impiorum tenebroſa, neſciunt vbi corruunt, id eſt, non aduer-
tunt quam grauiter peccent ac noceant ſibijpſis, quoniam vniuſcuiuſq; malum in pro
Eccles 10 prium redundat authorem, quemadmodum in Eccleſiaſte legitur: Qui fodit foueam
incidit in eam, & qui diſſipat ſepem, mordebit eum coluber. [Nos, inquam, ſecuri to-
tius furioſi tumultus.] Id eſt, tuti ac liberi exiſtentes à perſequutione ac rabie talium
Hierony. hominum paſſionibus iræ, impatientiæ ac furoris inſanientium. Vnde ait Hierony-
mus: Quid iracundo furor ſuus confert, quem ſeuiſſimis exagitat ſtimulis, & ita ab o-
mni ratione atque conſilio efficit alienum, vt dum iraſcitur inſanire credatur? Vnde &
Eccles 7 Salomon dixit: Ira in ſinu ſtulti requieſcit. Et in libro Iob dicitur: Virum ſtultum in-
Iob 5 terficit iracundia. [Eoq; vallo muniti.] Id eſt, tali munitione & libertate intus circun-
dati, vtputa contemplatione ac virtutum conſtantia, [quo graſſanti ſtultitiæ aſpira-
re fas non ſit.] Id eſt, ad quod vallum non liceat anhelare ſtultis ac impijs qui graſſan
tur, & malignantur aduerſus iuſtos ac ſapientes. Nam illi impij quàm diu in ſua per-
ſiſtunt malitia, aptitudinem nullam habent aſcendendi ac pertingendi ad præfatam
mentis ſecuritatem, contemplationem atq; perfectionem. Veruntamen poterunt pœ-
nitere, quàmuis id difficulter contingat, niſi quod deus omnipotens eſt ad conuerten
Prouer. 21 dum, in cuius manu ſunt omniũ corda & quocunq; voluerit vertit ea, aliter tales qua-
Iere. 13 ſi incurabiles reputantur. Quibus Ieremias dicit: Si mutare poteſt Aethiops pellem
ſuã, & pardus varietates ſuas, & vos poteritis benefacere. Vnde Ariſtoteles quoq; in
Ethicis quaſi inſanabiles aſſerit eos, qui ex habitu vitioſo & ex certa malitia peccãt.
Difficultatum huius proſæ diſcuſſio. ¶Præterea aliquid nunc tangendum de geſtis eorum, quos in hac proſa exprimit
philoſophia, & primo de Anaxagora, qui vt in libro de Ciuitate dei recitat Auguſti-
nus, ab Athenis expulſus fuit, & ab Athenienſibus prorſus abiectus, quoniam repre-
Auguſtin. hendit eos de adoratione Solis, perhibens Solem nõ eſſe animatum, ſed lampadē ar-
dentem, id eſt, corpus non viuum, ſed luminoſum, illuminans mundum, quemadmo-
dum lampas domum. Legitur quoque, quod fuit in exilium miſſus. Cui cum quidam
dixiſſet: Mortuus eſt filius tuus, reſpondit: Quid mirum aut nouum, ſi domus antiquæ
Socrates. cadant, & moriantur mortales? Porro de Socrate eſt nota hiſtoria, quod Athenis exi
ſtens, iuſſu regis Athenienſium veneno interijt, eo quod dixerit idola non eſſe colen-
da, nec deos gentium adorandos: Mallem, inquiens, adorare canem cum ſit opus na-
Auguſtin. turę q̃ idolum, cum ſit opus artis humanę. De hoc octauo de Ciuitate dei refert ſic Au
guſtinus: CIVITAS ATHENIENSIVM Socratem quem oc-
cidit luxit, & vnum de accuſatoribus eius occidit, alium perpetuo exilio cõdemnauit.
Erant



Erant enim duo ſacerdotes idololatræ, qui accuſauerant eum. De his in libro de vi-
Apuleius. ta philoſophorum multa leguntur. De hoc Socrate Apuleius Platonicus in libro de
deo Socratis ait: Propter hoc quod habuit ſpiritũ quendam, id eſt, angelum ſanctum
ſibi familiarem & contubernalem, hoc eſt, domeſticum, qui cuncta circa Socratem
ipſum diſpoſuit, cuncta quæ arcenda erant arcuit, cuncta cauenda præcauit, præmo-
Zenon philoſophus. nẽda pręmonuit, & in omnibus ipſum direxit. At vero Zenon philoſophus à tyrãno
quodam in equuleo eſt ſuſpenſus, propter quod ille tyrannus à proprio populo eſt oc
Seneca. ciſus. Canius vero & Seneca ac Soranus fuerunt Romani, & Senecam cõſtat à Nerone
peremptum, dicẽtem: O magiſter elige tibi genus mortis quod volueris, quoniam te ſu-
perſtite, ſine rubore & timore, quæ libent, agere nequeo. Nam ſicut te, puer exiſtens, ti
mere ſolebam, ita adhuc formido. Videns igitur Seneca, ſe mortem nõ poſſe euadere,
Canius. Soranus. elegit in balneo phlebotomari, ſicq; defluente ſanguine expirauit. Canius autem & So
ranus, etiam iniuſte fuerunt occiſi. IOHANNES.
Quæſtio. ¶Duo mihi occurrunt circa præhabita. Dictum eſt enim quod potius debeat ho-
mo mortem ſubire, quàm contra iuſtitiam agere ſeu peccare, ideo quæro, an homo
ſtans in lumine naturali, nec credens animam immortalem, debeat malle mori, quàm
agere contra legem. Videtur quod non, quia talis non credit eſſe mercedem iuſtitiæ in
futuro. Oppoſitum vero apparet, quoniam malum culpæ incomparabiliter peius, fu-
gibiliuſque conſiſtit, quàm malum pœnæ.
Quæſtio. ¶Secundum dubium eſt: An verum ſit quod quidam gloſſantes hic ſcribũt, quod
mortuo Socrate, diſſenſio inter eius diſcipulos orta eſt, in quo Socrates conſtituerit
ſummum hominis bonum, quibuſdam dicentibus, quod in delectatione: Alijs, quod
in ſapientia & virtute, ſicque duplex genus philoſophorum eſſe exortum, vtputa Epi-
cureos ac Stoicos. DIONYSIVS.
Reſpõſio. ¶Ad primum reſpondeo, quemadmodum & Henricus primo quodlibeto: Super
Henricus Gãdauus. hoc, inquiens, habemus expreſſam ſententiam Philoſophi aſſerentis in Ethicis, quod
homo magis debeat eligere mori, quàm viuere in peccato. Imo & potius velle mori in
actu virtutis maiori, quàm viuere in minori: præſertim, quoniam culpa eſt fugibilita
tis infinitæ & incomparabiliter abominabilior omni pœna. Veruntamen Scotus in
ſcripto quarti tenet contrarium, dicens: Non eſſe appetendam mortem propter ma-
lum culpæ vitandum, quia ſicut maximum peccatum eſt deum odire, ita poſt hoc, gra
uiſſimum eſt peccatum velle ſe non eſſe, ſeu velle ſe nolle eſſe. Et rurſus, quoniam velle
In Scotum. non eſſe, eſt velle ſe annihilare. Quæ reſponſio non videtur idonea, ideo dico, quod ſi
cut valde virtuoſum, meritoriumq; conſiſtit ſe dare in mortem temporalem pro deo
atq; iuſtitia ac fidei veritate, ſic licitum eſt velle non eſſe propter euadenda æternæ da-
mnationis ſupplicia, nec deus hoc reprobat, imo naturæ impreſſit abhorrere tam into
lerabile malum. Deniq; ſanctorum patrum doctrina concorditer proteſtatur, quod or-
do vniuerſitatis id exigit, quod homo deum ſuper oĩa toto corde incõparabiliter di-
ligat, idcirco de eius offenſione, amiſſione, iniuria, incõparabiliter debet dolere, prout
vera requirit cõtritio, ſicq; malle vniuerſa naturæ dona amittere, q̃ deum offendere.
Reſponſio ad II. ¶Ad ſecundum reſpondeo, quod dictum illorum gloſſantium non videtur in to-
Epicurus. to verum. Epicurei nanq; philoſophi cum Epicuro ſuo magiſtro, diu ante Socratem
Socrates. fuerunt. De quorum numero erat Democritus, Empedocles, multiq; tales, quorum in-
Democrit. terdum Ariſtoteles in ſuis meminit libris. Porro Stoicorum princeps quãtum ad phi
Empedoc. loſophiam moralem Socrates fuit, quãtum vero ad philoſophiam naturalem Plato,
Ariſtotel. vt in commẽtario ſuo ſuper librum de Cauſis ſcribit Albertus. Quę omnia ex dictis
Plato. Auguſtini III. libro de Ciuitate dei poſſent probari, qui & VIII. libro de Ciuitate dei
Albertus. Auguſtin. diſſeruit: Ariſtoteles Platonis diſcipulus, vir excellentis ingenij, Platoni eloquio im-
Peripatetice ſectæ quis author. par, multos facile ſuperans, Peripateticam cõdidit ſectam, eo quod deambulando di-
ſputare conſueuit. Verum, vt in textu innuitur, potuit eſſe, q̃d Socrate iam defuncto, eti-
am Epicurei quidam, niſi ſint Socratis aliqua documenta, ad confirmationem trahere
ſuæ ſectæ. Attamen certum fuit quod Socrates vir moraliſſimus felicitatem hominis
nequaquam cõſtituit in voluptatibus tactus & guſtus, imo & Epicurus, quàmuis tam
erroneæ fuerit opinionis, nihilominus ipſemet frugaliſſime vixit, id eſt, ſobrie valde
Hierony. leguminibus, holeribuſque contentus, vt etiam ſanctus narrat Hieronymus.
Expo-

## Expoſitio myſtica proſæ eiuſdem. ARTIC. XV.

HAud aliter triſtitiæ nebulis.] Vir Chriſtianus in ſcripturis inſtructus atq;
poſt proſpera & theologica ſtudia, in varias aduerſitates, deſolationes, per-
ſequutiones delapſus, omnino præclarius, efficacius, ſalubrius conſolatur
& exhilaratur à theologia, hoc eſt, ex verbis ſacræ ſcripturæ quàm à philo-
ſophia. Hinc expoſitio iſta eſt vehementer præſtantior, diuinior, magiſq;
conſolatiua quàm præinducta. Ait ergo vir talis: Haud aliter triſtitiæ nebulis diſſo-
lutis, id eſt, obſcurante inordinata triſtitia à corde meo ablata, non aliter quàm ex illu-
Philip. 4 minatione theologica ac diuina, & inſtructione ſcripturæ ſanctæ, quæ ait: Gaudete in
Iacobi 1 domino ſemper. Et denuo: Omne gaudium exiſtimate, cum in varias tentationes inci-
deritis. Vnde & theologia per apoſtolum Iacobum contra inordinatam triſtitiam præ-
Iacobi 5 ſtans remedium loquitur: Triſtatur aliquis veſtrum oret æquo animo & pſallat. Pau-
lus quoque dulciſſime conſolatur, omnem fidelem & omnem triſtitiæ nebulam pellit:
Roma. 8 Non ſunt, inquiens, condignæ paſſiones huius temporis, ad futuram gloriam, quæ re-
uelabitur in nobis. Et rurſus fructuoſitatem tribulationum vitę pręſentis atq; earum
modicitatem reſpectu conſolationis futuræ æternę in patria, tangit, dicendo in ſecun-
2. Cor. 4 da ſua epiſtola ad Corinthios: Id quod in præſenti eſt, momentaneum & leue tribula-
tionis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in no-
Hebræ. 4 bis. Sic demum & increata theologia, verbum & ſermo patris altiſſimi (de qua ad He-
bræos dicitur: Viuus eſt ſermo dei & efficax) Chriſtus dominus diſſoluit triſtitiæ ne-
Iohan. 16 bulas & optime conſolatur nos omnes, loquens: Et vos nunc quidem triſtitiam habe-
tis. Iterum autẽ videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tol-
let à vobis. Non igitur æſtimes te à diſtractionibus, perturbationibus, vaniſq; phanta-
ſijs tui cordis eripi poſſe ſalubriter, niſi ex illuminatione ſapientiæ dei & viſitatione
Ecci. 34 ſpiritus ſancti, cum ſcriptũ ſit in Eccleſiaſtico: Sicut parturientis cor tuum phantaſias
patitur, niſi fuerit ab altiſſimo viſitatio emiſſa. Sic itaq; diſſolutis nebulis triſtitiæ ſe-
2. Cor. 7 cularis, quæ mortem, teſte Apoſtolo, operatur. Hauſi, id eſt, cœleſtia & diuina cõtem-
platus ſum, & conſolationem ſpiritus ſancti ac ſcripturarum aduerti, ad quarum intel-
2. Cor. 6 ligentiam ac ſaporem mens perturbata & obſcurata nõ eſt diſpoſita. Nam, vt ait Apo-
Sapient. 8 ſtolus, quæ conuentio luci ad tenebras? In libro Sapientiæ quoq; pudicus ſapientiæ
ait amator: Intrans in domum meam conquieſcam cum illa, non enim habet amaritu-
dinem conuerſatio eius, nec tædium conuictus illius, ſed gaudium & lætitiam. Si er-
go vis pacem mentis habere, oportet te cogitationes vanas, inutiles, & apprehẽſiones
Prouerb. 8 phantaſticas deuitare, quoniam in libro Prouerbiorum ſapientia proteſtatur: Ego ſa-
pientia habito in conſilio, & eruditis interſum cogitationibus. Hinc in libro de qua-
Seneca. tuor virtutibus hortatus eſt Seneca: Cogitationes vagas, ſomnoq; ſimiles nõ admit-
tas, quibus ſi ablactaueris animum, cum diſpoſueris omnia, triſtis manebis. Et ad co-
gnoſcendam medicantis faciẽ mentem recepi. Theologia indeſinenter loquitur nobis
in ſcripturis, & per prædicantium ac exhortantium ora. Similiter ſapiẽtia ſumma per
inſpirationem internam, ſed mentes inſtabiles, extra fuſæ, viliter occupatæ non aduer-
tunt, niſi huiuſcemodi nebulis diſſipatis, quo facto, mentis cõſiderationem reſumunt
ad aduertendum doctrinam diuinæ ſcripturæ ac ſapientiæ ſalutaris, quæ vulnera ani-
mæ curat ſalubriter, & contra vnumquodq; vitium apta confert remedia. Propter q̃d
Sapient. 9 dicitur in libro Sapientiæ: Per ſapiẽtiam ſanati ſunt omnes qui tibi placuerunt domi-
Sapient. 10 ne ab initio. Itemq;: Sapientia hos qui ſe obſeruant à doloribus liberat. Reſpicio nutri-
cem meam. Dum ſcripturam ſacram aduertimus, vere cognoſcimus quod ipſa ſit ſpiri-
taliter nutrix noſtra, quæ & ſuis vberibus nos lactauit (ſicut præhabitũ eſt) lacte ſim-
plicium doctrinarum. In cuius laboribus, id eſt, eccleſijs, ſcholis, ſtudijs, libris ac con-
gregationibus ab adoleſcentia noſtra ſumus nutriti, & cuſtoditi, ſeu præſeruati à vi-
1. Theſſ. 2 tijs atq; periculis multis. Hinc magnus ille theologus Paulus Theſſalonicenſibus ſcri-
pſit: Tanq̃ ſi nutrix foueat filios ſuos, ita volebamus tradere vobis non ſolum Euan-
gelium Chriſti, ſed etiam animas veſtras. ¶ De his laboribus Sapientia monet in Ec-
Ecci. 51 cleſiaſtico: Congregate vos in domũ diſciplinæ. Et quid tu, inquam, o philoſophia,
Prouer. 8 veniſti in has ſolitudines exilij noſtri, o omnium virtutum magiſtra, à ſupremo car-
dine





dine deriuata? Tu enim vere ex ore prodiſti altiſſimi. De quo ſcriptum eſt in epiſto- Prouer. 8
la ſancti Iacobi: Si quis veſtrum indiget ſapientia, poſtulet à deo qui dat omnibus af-
fluenter, & dabitur ei. Nempe, vt idem ſanctus denuo conteſtatur: Omne datum op- Iaco. 1
timum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum. Theo-
logia vero omnium virtutum eſt magiſtra vehementer pręclarius q̃ philoſophia: Do-
cet nanq; non ſolum virtutes naturales (quibus non cõuenit perfecte ratio ipſa virtu-
tis quia non faciunt hominem deo acceptum ac meritorie operantem, imo ſimul ſtant
cum peccato mortali, cum & ab infidelibus poſſint haberi) ſed etiam docet ſuperna-
turales virtutes formatas, perfectam beatitudinem promerentes. Hæc theologica-
lis ſapientia, ſuos non deſerit amatores, imo aſſidue in aduerſitatibus viſitat eos, do-
cens in aduerſis gloriandum, deoq; gratias agere in omni euentu, ſicut ad Romanos Roma. 12
hortatur Apoſtolus: Spe gaudentes, in tribulationibus patientes. De qua aſſiſtentia
ſapientiæ ſcriptum eſt copioſe in libro Sapientiæ, vbi inter cætera legitur: Deſcendit Sapi. 10
cum iuſto in foueam (puta in carcerem) & in vinculis non dereliquit eum. Denique 1. Cor. 1
hoc ſuper omnia omni admiratione gratiarumque actione condignum, quod virtus
& ſapientia dei patris Chriſtus dominus in hanc vallem lachrimarum exilij noſtri
deſcendere dignatus eſt ex ſinu patris deſcendens in vterum ſacratiſſimæ virginis.
An vt tu quoque mecum tanquàm rea falſis criminationibus agiteris? Certe increa-
ta Sapientia ad hoc ad homines venit vt pro eis verbera, blaſphemias, opprobria, cru-
cemq; perferret, cui multas falſas criminationes non ſolum tempore paſſionis, ſed &
ante obiecerunt Iudæi, dicentes: Inſanit, dæmonium habet, homo vorax, ſeducit tur- Iohan. 10
bas. Sapientia quoque quam in Euangelio & ſcripturis edocuit non ſolum à perfidis Iohan. 8
ſed à multis quoque carnalibus excæcatis fidelibus irridetur. Quemadmodum in Ec- Matth. 11
cleſiaſtico ſcriptum eſt: Quàm aſpera nimis eſt indoctis hominibus ſapientia. Hinc Iohan. 7 Eccle. 6
ad Corinthios ait Apoſtolus: Verbum crucis pereuntibus ſtultitia eſt. Et rurſus: Car- 1. Cor. 1
nalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei. Stultitia enim eſt illi. O quanta eſt 1. Cor. 2
peruerſitas impiorum. Nam & in quarto Regum libro deſcribitur quemadmodum 4. Reg. 9
principes Iſrael dixerunt ad Iehu de adoleſcente diſcipulo prophetarum: Quid venit
inſanus iſte ad te? Sic & nunc quidam inſenſatiſſimi viros deuotos tanquam inſipien-
tes derident, qui in die iudicij ſunt dicturi: Nos inſenſati vitam illorum æſtimaba- Sapi. 5.
mus inſaniam. An, inquit, illa (videlicet ſapientia ſalutaris,) ego te o alumne deſe-
rerem: Quanto theologia preſertim increata ſapientia dignior eminentiorq; conſiſtit
quàm philoſophia, tanto fidelius atque ſalubrius ſuis aſſiſtit diſcipulis & alumnis
ſarcinamque afflictionum quam pro ipſa patiuntur portat cum eis, imo ſibi fieri ar-
bitratur quod ſuis membris infertur. Vnde ad Paulum nondum conuerſum dixit:
Quid me perſequeris? Et per Zachariam effatur: Qui tetigerit vos, tanget pupillam Acto. 9
oculi mei. Quibus item ſpopondit: Ecce ego vobiſcum ſum cunctis diebus vſque ad Zach. 2
conſummationem ſeculi. Itemq;: Ego dabo vobis os & ſapientiam, cui non poterunt Matth. 28 Lucæ. 21
reſiſtere & contradicere omnes aduerſarij veſtri. Hinc orat vir ſapiens: Da mihi domi- Sapien. 8
ne ſedium tuarum aſſiſtricẽ ſapientiam, vt mecum ſit & mecum laboret. Et quaſi no-
uum aliquid acciderit perhorreſcerem? Sapientia in ſuis profeſſoribus non veretur
quancunque pati aduerſitatem, tanquam inſolitum aliquid, imo ab exordio mundi
deriſi & paſſi ſunt electi ac iuſti à reprobis & iniquis, vt Abel à Cain. Propter quod in Gene. 4
prima ſua Canonica beatiſſimus Princeps apoſtolorum hortatur: Chariſſimi nolite 1. Petri. 4
peregrinari in feruore qui ad tentationem vobis ſit quaſi nouum aliquid contigerit.
Nunc enim primum cenſes apud improbos mores laceſſitam periculis eſſe ſapienti-
am? Hoc eſt, o tu Chriſti fidelis afflicte ac tribulate, noli mœſtus & puſillanimis eſſe,
nec ita deijciaris quibuſcunque aduerſis, quaſi putes iam primo veram & ſalubrem
ſapientiam viroſque ſapientes ac virtuoſos irrideri, contemni impugnariq; ab inſipi-
entibus & malignis: imo, percurrendo ſcripturas atque hiſtorias, ſcias hoc à mundi
principio tam in lege naturæ quàm lege ſcripta ita fuiſſe quemadmodum ad Hebræ-
os de ſanctis veteris teſtamenti ait Apoſtolus: Alij diſtenti ſunt, alij ludibria & ver- Hebræ. 11
bera experti, inſuper & vincula & carceres, lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in oc-
ciſione gladij mortui ſunt. Deniq; quàm immaniſſima ſupplicia pręclariſſimi ſeptem 2. Macch. 7
fratres Macchabæi pertulerunt in ſecundo libro Macchabæorum ſcribitur. Verum

in Euangelica lege de hoc innumerabilia geſta leguntur. Et conſtat in primis quàm ignominioſiſſimam ac amariſſimam pro mundi ſalute ſuſtinuit paſſionem ac mortem omnium dominus & Saluator. Deinde glorioſi Apoſtoli ac martyres benedicti: imo quod mirabilius eſt etiam puellæ tenerrimæ, cæteri quoq; ſancti, de quibus communiter verum eſt, quod quãto fuerint deo chariores, tanto plura & duriora perpeſſi ſunt. Horum facta & documenta, martyria, virtutes ac premia incomparabiliter efficatiora ſunt ad inſtruendum, conſolandum, confortandum, accẽdendum, vnumquemque credentem afflictum, tentatum, puſillanimem, contriſtatum, q̃ perſecutiones & geſta philoſophorum quæ in litera exprimuntur. Qui fide carentes nullam à deo be- Hebræ. 11 atitudinem ſunt ſortiti, ſed potius condemnati, niſi fidem ante obitum habuiſſe dicantur, ſine qua nemo vnq̃ placuit deo, q̃uis in memorijs hominum aliquid famæ retineant. Quantum vero honorem, præconium & triumphum, quam ineffabilem gratiam & gloriam, quãtam ſupernaturalium diuinorum exuberantiam excellentiamq; chariſmatum in hoc ſeculo & futuro pręfati ſancti adepti ſint, nulla valet lingua exprimere, nulla mens capere. Horum ergo conſideratione oẽm tribulationem & aduerſitatem, ſpoliationem, contemptũ, conculcationem cum ingenti alacritate & gaudio perferamus, Roma. 8 2. Cor. 1 certi quia ſi compatimur & conregnabimus. Et ſi ſocij ſumus temporalium, imo modicarum & breuium paſſionum, ſocij erimus ęternalium ineſtimabiliter grandium gaudiorum. Ad hanc conſolationem nullius momenti eſt omnis conſolatio philoſophiæ hic tradita. Hinc admiror quod Boethius vir catholicus & magnus theologus ad ſuipſius ac aliorum conſolationem non potius introduxit theologiam ſe conſolantem. Cuius hæreditatem cum deinceps Epicureum vulgus ac Stoicum cæteriſque, & cætera. Quemadmodũ defuncto Socrate diſcipuli eius, documenta ipſius diuerſimode interpretati ſunt, atque in plures ſectas diuiſi & magis aut minus decepti, ita poſt Chriſti reſurrectionem, eius euangelium diuerſi diuerſimode expoſuerunt. Quidam catholice, qui omnes in fidei vnitate manſerunt, alij hæretice qui per diuerſas hęreſes ſunt partiti, neque ad inuicem neque catholice concordantes, vt Manichęi Ariani, Sabelliani & alij multi, contra quos clamauit Theologia per ſanctos doctores eccleſiæ, quos illi audire ſpernentes, veſtem theologiæ ſciderunt vt ſupra quoq; expoſitum eſt. ¶ Præterea tantus fuit perſequutorum rancor & rabies in Chriſtum & Chriſtianos, quod non ſolum catholicos, ſed & multos occiderunt hæreticos, eo quod aliquid Chriſtianæ religionis ac fidei in ipſis conſiſtere videbatur. ¶ Quod ſi nec Anaxagoræ fugam, & cætera. Iuxta expoſitionem præhabitam poteſt theologia hoc dicere ſuis alumnis hoc modo: Si ignoras perſequutiones atq; martyrium electorum, qui fuerunt ac paſſi ſunt in lege naturali ac ſcripta: attamen geſta & immaniſſima tormenta ac glorioſiſſima premia ſanctorum Euangelicæ legis noſti, quorum innumerabilia milia in ſola Roma ſunt coronata, non ob aliud, niſi quoniam Euangelicis diſciplinis moribuſque imbuti diſſimillimi erant Paganis, de quibus Chriſtus Lucæ. 21 1. Petri. 4 Sapien. 2 prædixit: Eritis odio omnibus hominibus, propter nomen meum. Vnde Petrus aſſerit: Ambulauerunt in luxurijs, vinolentijs, deſiderijs, comeſſationibus, in quo admirantur non concurrentibus vobis in eãdem luxuriæ confuſionem. Sic & in libro Sapientiæ impij leguntur dixiſſe de Chriſto: Grauis eſt nobis etiam ad videndum, quoniam diſſimilis eſt alijs vita illius, tanquam nugaces æſtimati ſumus ab illo, & abſtinet ſe à vijs noſtris tanquam ab immunditijs. Contumelijs & tormentis interrogemus eum & morte turpiſſima condemnemus eum. ¶ Itaque nihil eſt quod admireris ſi in hoc vitæ ſalo circunflantibus agitemur procellis. Interdum puſilli & in ſcripturis nondum exercitati mirãtur non modice, & ſua imperita admiratione quaſi deijciuntur, dum cernunt ſapientes, iuſtos & timoratos in hoc ſeculo nequam, tanquam in procelloſiſſimo mari à prauiſſimis opprimi, diffamari, irrideri, ſpoliari, atrociterq; occidi, non aduertentes quoniam paterne ac miſericordiſſime omnipotens ſuperſapientiſſimus deus in hoc agat cum ſuis electis, quos per aduerſa huiuſmodi à ſuis purgat peccatis, ac potioribus implet gratiæ donis, atque à purgatorij pœnis ineffabiliter grauioribus ac diuturnioribus præſeruat & eruit: Chriſti etiam paſſioni conformat, & pleniori felicitate in æternum coronat. Gregorius. Hinc recte dixit Gregorius. Quàmuis mirabilia videantur dei iuditia dum electis & bonis in hac vita contingunt aduerſa,

repro-



reprobis & impijs proſpera: multo tamen mirabiliora ſunt, quando econtrario electis & iuſtis in hoc mundo accidunt proſpera, reprobis vero aduerſa. Hinc in Actis Acto. 14 Iudith. 8 aſſerit Paulus: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. Iudith quoque notabiliter dixit: Pater noſter Abraham tentatus eſt, & per multas tribulatiões probatus, amicus dei effectus eſt. Sic Iſaac, ſic Iacob, ſic Moſes & omnes qui deo placuerunt per multas tribulationes tranſierunt fideles. ¶ Quorum quidem & ſi innumeroſus eſt exercitus, & cætera. Sicut enim in Euangelio ait Saluator: Multi ſunt Math. 20 Lucæ. 12 Math. 10 vocati, pauci vero electi. Imo in tantum excedit numerus reproborum numerum electorum vt alibi dixerit ipſe iudex: Nolite timere puſillus grex, quoniam complacuit patri veſtro dare vobis regnum. Non tamen inordinate timenda eſt tanta malignantium turba, cum dicat Saluator: Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non poſſunt occidere. Imo ſpernendi ſunt in quantum iniqui & violenti. Vnde & Iob. 31 Pſal. 3 ſanctus Iob ait: Si expaui ad multitudinem nimiam. Et Pſalmiſta: Non timebo milia populi circundantis me. Nam & iniquorum turba nullo regitur duce. Non quod ſemper careat præſidente, ſed quoniam duces eorum communiter non ſunt veri nominis Iohan. 10 rectores ac duces neque paſtores, ſed potius ſeductores ac lupi rapaces ſeipſos ac ſubditos in foueam infernalis perditionis præcipitantes. Idcirco dum aciem producunt contra electos ac iuſtos, ipſi iuſti deſuper illuſtrati atq; à ſpirituſancto adiuti ſpiritaliter ſe armantes miſerantur illorum inſaniam, rabiemque derident, certi quod iniqui flagellum ſint & virga dei, per illorum perſequutionem corrigentis ac ſaluantis ſuos electos. Sic glorioſiſſimi martyres vtriuſque ſexus Dionyſius, Laurentius, Vincentius Catharina, Barbara, Agatha in immaniſſimis ſuis tormentis deriſerunt tyrannos, aſſumpti à ſpirituſancto in arcem libertatis, ac rore conſolationis diuinæ perfuſi, lumine quoque ſapientiæ dei gratioſiſſima largitate repleti: in quo actualiter ac dulciter contemplabantur, quam indicibiliter perſequutores ſibiipſis nocuerunt, & eis profuerunt. Etenim ſibiipſis grauiſſima ęternę damnationis ſupplitia, martyribus vero compendioſiſſimum regni cœleſtis ingreſſum martyrijque aureolam & ſalutem pleniſſimam æternaliter permanſuram procurarunt.

## METRVM IIII.

QVisquis compoſito ſerenus æuo
Fatum ſub pedibus dedit ſuperbum
Fortunamq; tuens utranq; rectus
Inuictum potuit tenere uultum:
Non illum rabies minæq; ponti
Verſum funditus excitantis æſtum
Nec ruptis quoties uagus caminis
Torquet fumificos Veſeuus ignes:
Aut celſas ſoliti ferire turres
Ardentis uia fulminis mouebit
Quid tantum miſeri feros tyrannos
Mirantur ſine uiribus furentes?
Nec ſperes aliquid nec extimeſcas
Exarmaueris impotentis iram
At quiſquis trepidus pauet uel optat
Quod non ſit ſtabilis ſuiq; iuris
Abiecit clypeum, locoq; motus
Nectit, qua ualeat, trahi catenam.

### Expoſitio metri huius IIII. ARTIC. XVI.

 In hoc

IN hoc huius primi codicis metro philoſophia planius docet atq; proſequi
tur qualiter verus philoſophus inter ſeculi huius procellas, tanquàm inter
inquietiſſimi maris fluctus & vndas poſſit ac debeat tranquillus perſiſtere.
Itaque ait. [Quiſquis] id eſt, quicunque vir bonus & ſapiens [ſerenus] id
eſt, tranquillus [æuo compoſito] id eſt, ætate ſua tranquille diſpoſita, ita quod in-
duratione & curſu vitę ſuę non fuit varijs modis mente turbatus, ſed tranquille con
uerſans, quàmuis interdum habuit quoſdam motus turbationum aliquantularum
non prædominantes, ſine quibus non agitur vita præſens, [egit] id eſt ſubegit & cal-
cauit [ſub pedibus] ſuis. [Fatum ſuperbum] id eſt, euentum quemcunq; proſperum ad
ſuperbiam occaſionaliter excitantem (qui fato ſeu fatali influentiæ ſolet aſſcribi) ita
quod ex tali euentu non fuit ſuperbiens [que] pro & [rectus] id eſt, mente ad deum e-
rectus, & firmus [tuens [id eſt, intuens ſeu à peccato præſeruans [vtranque fortunam]
id eſt, ſeipſum in vtroq; effectu fortuito, puta in proſperis & aduerſis: ſic quod nec in
proſperis ſuperbiuit, neq; in aduerſis deiectus, mœſtus aut puſillanimus fuit. Talis v-
tiq; [potuit tenere vultum inuictum] id eſt, vniformiter diſpoſitum, ita quod non eſt
innaturaliter alteratus nec male diſpoſitus ex inordinatis motibus apprehenſionum
ac paſſionum, ſicut qui intra ſe portant paſſionem inuidiæ, habent inconuenientem
diſpoſitionem in vultu & oculis: Similiter qui iraſcuntur aut plurimum timent, [ra-
bies [id eſt furor ſeu tyrãnis hominum iniquorum [non torquet illum] id eſt, non per
terret nec deijcit eum [que] pro & [minæ ponti] id eſt, cõminationes fluctusq; perſtre-
pentes maris [agitantis] id eſt, commouentis [æſtum] id eſt, ebullitionem & aquæ fer
uorem [funditus] id eſt, à fundo [verſum] id eſt, aſcendentem & tractum ſuperius,
quia à fundo erumpunt tales commotiones, ſupple, non torquent talem. [Nec Veſe-
uus] id eſt, mons ſic appellatus, ſupple, exufflans ſeu emittens ex ſe [ignes fumificos]
.i. flammas quaſi fumoſas ſeu fumo admixtas. [Vagus] id eſt, inſtabilis in talibus e-
miſſionibus ignium [quoties] id eſt, quàm ſæpe, & hoc [ruptis caminis] id eſt, apertis
in ipſo monte quibuſdam foraminibus, per quæ tanquàm per os camini ſeu fornacis
ipſa flamma egreditur. [Aut via] id eſt, deſcenſus [fulminis ardentis ſoliti ferire] id
eſt, lædere aut incendere. [Turres celſas] id eſt, ſublimes [mouebit] id eſt, non moue-
Rabies. bit nec deijciet mentem huiuſmodi hominis. ¶Oportet ſcire quod per rabiem deſi-
gnatur ira, indignatio perſequutioque tyrannica principum & magnatum, ac omni-
um ſuperborũ, aut etiam ferocia beſtiarum, qui irrationabili impetu tanq̃ rabie qua-
Prouer. 27 dam aguntur. Propter quod Salomon loquitur: Ira non habet miſericordiam, nec e-
rumpens furor: & impetum cõcitati ſpiritus ſufferre quis poterit? Per minas ponti ac-
cipitur comminatio violentorum, & iniuriatio omnium, qui ex amaritudine animi
Eccleſi. 28 ad vindicandum ſunt proni. Contra quos Eccleſiaſticus inducit: Homo homini ſer-
uat iram & à deo quærit medelam? In hominem ſibi ſimilem non habet miſericordi-
am, & de peccatis ſuis deprecatur altiſſimum? Ipſe cum caro ſit ſeruat iram, & propiti
Veſeuus. atione petit à deo? Quis exorabit pro delictis illius? Per Veſeuum Apuliæ ſeu Ligu
riæ montem, exprimitur concupiſcentiæ ardor omnia ſpiritualia bona conſumens,
& per verba oris libidinoſa erumpens, & per foramina oculorum. (De quibus in Ec-
Eccleſi. 12 cleſiaſte legitur: Tenebreſcent videntes per foramina) atque per alia ſigna. Qui
Gene. 19 ignis prorſus fumoſus & fœtidus eſt, ſicut ignis ſulphureus, quem dominus deus
Oſeæ. 7 omnipotens pluit ſuper Pentapolim. Inde Oſeæ fertur: Omnes adulterantes qua-
ſi clibanus ſuccenſus à coquente. Per fulmen autem intelligi poteſt repentina ten-
tatio ſuggeſtioque diaboli, ſeu quæcunque inuaſio ſpirituum malignorum. De
Ephe. 5 quibus ad Epheſios ſcribit Apoſtolus: Non eſt nobis colluctatio aduerſus car-
nem & ſanguinem, ſed contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Nam & fulmen de
cœlo aereo venit, atque ex ſicca & calida exhalatione ſurſum leuata cauſatur, & ex in-
cuſſu deorſum deprimitur, atque venti impulſu in obliquum mouetur. De his infra-
dicetur. ¶Conſequenter philoſophia imperfectos paſſionibus ſubditos, præfata trã-
quillitate carentes, increpat inſtruit & hortatur ſubinferens. [Quid] id eſt, cur, ſeu ad
quid [miſeri] homines infelices miſerijs culpę ac pœnæ ſubiecti [mirantur] .i. in cordi
bus ſuis magnificant ſeu mirando inſpiciunt, [tm̃] .i. tam multum. [Sęuos tyrannos]
id eſt, principes ſeu ſuperiores feroces furentes commotione iræ, indignationis, impa
tien-



tientiæ, iuxta illud Oſeæ prophetæ: Cœperũt principes furere à vino. [Sine viribus]
quoniam inſtar aliorum ex ſua natura ſunt imbecilles ac fragiles, nec poteſtatem ha- Oſeæ. 7
bent niſi ab alio, & frequenter attentant pręſumuntq; agere quod nequeunt adimple
re: Propter quod loquitur Auguſtinus: Quid ſe extẽdit in honore inflatior poteſtas
in carne æqualis infirmitas? Sed contra iſtud ſubiungitur aptum remedium & con- Auguſti.
gruum documẽtum. [Nec ſperes aliquid] id eſt, tu Boethi ſeu quicũq; catholice, [non
cupias aliquid] adipiſci ab illis niſi ad quod obtinendum ius habeas, [nec extimeſcas]
id eſt, nec inordinate paueas illos. Nihilominus quamdiu in offitijs ſunt & iuriſdicti-
one vtuntur, obediendum eſt ipſis in licitis & honeſtis, in quantum ſe extendit eo-
rum authoritas cum in prima Petri epiſtola dicatur: Serui ſubditi eſtote in omni ti-
more dominis, non tantum bonis & modeſtis, ſed etiam dyſcolis. Ex quibus verbis 1. Petri. 2
oſtenditur, quod etiam ſint timendi ordinato timore, hoc eſt, per reſpectum ad deum,
cuius aliquo modo miniſtri vicarijque conſiſtunt vt ad Romanos docet Apoſtolus.
[Exarmaueris] id eſt, ſi ſic egeris exarmas, id eſt, armis ſuis priuas [iram impotentis] Roma. 13
id eſt, ipſum tyrannum pronum ad iram [iuxta ſenſum iam tactum] impotentem. Ty-
rannus quippe cõtra bonos armatur non ratione neq; virtutibus ſed motibus paſſio-
num. Quos qui non metuit immoderate, armatus fortitudine animi atq; conſtantia, Tyrãnus.
fortior eſt tyranno: imo & dominus dominorum illius. Nempe vt dixit Diogenes: paſſi-
ones & vitia ſunt domini iniquorum, quoniam præualent rationi ipſorum, & impij Diogenes.
paſſionibus ac vitijs obſequuntur. Sapientes vero ac virtuoſi vitijs & paſſionibus
dominantur. [At quiſq; trepidus pauet] id eſt, quicunq; inordinata, carnali, mundana
formidine metuit tyrannos aut alios aut optat eorum fauorem etiam contra iuſtiti-
am, vel terrenam proſperitatem. [Qui non ſit ſtabilis] id eſt, firmus in iudicio ratio
nis medioq; virtutis, iuxta ilud Eccleſiaſtici: Eſto firmus in via domini, & in veritate
ſenſus tui, [ſuiq; iuris] id eſt, tyrannidi ſubiectus, ac iugo iniquitatis aut demonum
ſubditus, non iuri diuino ſibi præfixo, & legi naturali ſibi impreſſæ. [Abiecit clype- Eccle. 5
um] id eſt, propria voluntate deſeruit ſeu deiecit armaturam virtutum præfatam, per
quam contra vitia homo munitur & tentamentis renititur. Poteſt quoque per clype-
um patientia ſpecialiter deſignari. De qua ad Hebræos ſcribitur: Patientia vobis ne-
ceſſaria eſt, vt voluntatẽ dei facientes reportetis promiſſionem. [Que] pro & [motus Hebræ. 10
loco] .i. à loco aĩæ ſuę detruſus. Hoc eſt, à ſede & tranquillitate rationis, imo ab incor
poratione, congregatione & ſocietate iuſtorum. Vnde in Eccleſiaſte Salomon loqui-
tur: Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, tu locum tuum ne dimiſeris.
[Nectit] id eſt, conſtruit & componit [catenam] .i. vitiorum cõgeriem ſeu nexuram, Eccleſi. 9
vc; inordinatum timorem & carnalem ſuipſius amorẽ, ex quo naſcũtur deſideriũ fa-
uoris aliorum ad ſe, & ſpes proprij cõmodi ac honoris: ex qbus deinceps innumerabilia
oriuntur peccata, quibus infelix innectitur, captiuatur & trahitur ad infernum. Sicut
& Salomon proteſtatur: Statim ſequitur eam quaſi bos ad victimam, & neſcit ſtultus
quod ad vincula trahatur. Hinc in libro Prouerbiorum dicitur: Iniquitates ſuæ capient
impium, & funibus peccatorum ſuorum conſtringetur. Hęc catena eſt rethe perditionis. Prouer. 7
De quo & Plato diſſeruit in Phędone, quod anima illo irretita, & voluptatibus fœ- Prouer. 5
dis capta, trahitur in auernum. In hoc metro philoſophia ad literam, ſpiritualiter ve- Catena. Plato.
ro theologia ſpecialiter nos hortatur ad grandem perfectionem, ad inconcuſſam
mentis conſtantiã, ad fortitudinem cordis inuictam, vt in omni euentu perſeueremus
in lumine ratiõis, in ſapientia ſalutari, in diuino amore, in immobili ſpe in deo, in ſan
ctæ humilitatis radice, in ſinceriſſimo zelo iuſtitiæ, parati ſemper ad mortẽ, nec mor-
tis pericula viliter formidantes, cum & Varro doctiſſimus Romanorum teſtatus ſit:
Qui moleſte fert mori, litigat cum natura. Ad hoc totum hortatur Apoſtolus: Stabi Varro.
les, inquiens, & immobiles eſtote, abundantes in opere dñi ſemper. ¶Præterea circa 1. Cor. 15
primos illos duos verſiculos. Quid tantũ miſeri, &c. aduertendum, q̃ miſeria duplex
eſt. Vna culpæ, cui miſerię opponitur beatitudo virtutis. Vnde in libro Prouerbiorum
legitur: Iuſtitia eleuat gentem, miſeros facit populos peccatum. Alia eſt miſeria pœnę Miſeria duplex.
ſecundum illud Iacobi: Agite nunc diuites plorate vlulantes in miſerijs quæ adueni- Prouer. 14
ent vobis. Docemur quoq; ex eiſdem verſiculis eos miſeros eſſe, qui mundanã proſpe Iaco. 5
ritatem, terrenum principatum, tyrannorum præſidentiam appretiantur atq; magni-

 ficant

ficant in cordibus ſuis, cum talia ſint ſpernenda tanquam itinera ad gehennam. Idcir-
co qui talia reputat & tanq̃ magnalia arbitratur, dono caret ſcientiæ, quo per conna-
turalitatem affectus veraciter iudicamus tranſitoria & caduca in ſeipſis eſſe inania &
Eccle. 1 vilipendenda tanq̃ æternæ beatitudinis impeditiua. Sicq; illud Eccleſiaſtis: Vanitas
vanitatum & oĩa vanitas, ex corde proferimus. Porro qui per donum ſapientiæ ad
contemplationẽ attigit, & ſummum illud proſus incõparabile donum deum incircun-
ſciptibilem & immenſum aſſuetus eſt cõtemplari, omnia vana hæc aſpernatur, vt ſter-
Pſal. 36 cora. Ideo ſanctus vir ait: Vidi impium ſuperexaltatum & eleuatum ſicut cedros Li-
bani. Et tranſiui, & ecce non erat, & queſiui eum, & non eſt inuentus locus eius.

¶ Dicuntur demum tyranni ſine viribus, quia poteſtas eoꝝ ſita eſt in ſubiectione
voluntaria ſubditoꝝ & adiuuãtium eos, ſine quibus non plus poſſunt q̃ ſubditi vt in
libro de Trinitate Guilielmus Parrhiſienſis. At vero fatum vocatur ſuperbum vt ta-
Seneca. ctum eſt cum ſit ſuperbiendi incitamentum atq; occaſio. Nam vt Seneca dixit: Proſpe-
Innocẽtius Valerius. ritas fouet iram, opulentia elationem. Propter q̊d Innocentius Valeriuſq; fatẽtur: Di-
ues in ſuperfluitatẽ reſoluitur, iactãtia effrenatur, currit ad libitũ, corruit ad illicitũ.
1. Timo. 6 Recte ergo ait Apoſtolus: Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationẽ & laqueum
diaboli. Quod ne accidat nobis, ſic vtranq; tueamur ac moderemur fortunã, vt vul-
S. Marti. tum teneamus inuictũ, qualis fuit ſanctiſſimus ille Martinus, quem teſte Sulpitio, ne-
mo vnq̃ vidit ridentem, nec diſſolutum, nec triſtem, aut deſolatum: ſed iugiter vno e-
odemq; apparatu quaſi angelicã diſpoſitionem monſtrauit. Talis fuit & Anna cuius
1. Reg. 1 vultus non ſunt amplius in diuerſa mutati vt legitur I. Regũ. Talis quoq; eſt vnuſ-
Gregorius quiſq;, qui iuxta Gregoriũ, inter biformes fortunę aſpectus inoffenſo graditur pede
nec proſperis eleuatur, nec aduerſis deprimitur: qui in omni euẽtu in dei perſiſtit timo-
re, in mentis cuſtodia, in gratiarum actione aſſidua. Amplius ad intelligenda hęc ple-
Timor naturalis. nius poſſent hic plura induci de timore multiplici. Eſt etenĩ timor naturalis, qui in ſe
nec laudatur nec vituperatur: qui etiam fuit in Chriſto, qui paſſione inſtante cœpit
Mar. 14 Timor carnalis. pauere & tedere. Alius eſt timor humanus ſeu carnalis, quo incommoda carnis & na-
turæ immoderanter horrentur. De quo in Eſaia habetur: Quis tu vt timeas ab hoĩe
Eſai. 51 Matth. 10 mortali, & à filio hominis, qui quaſi fœnum areſcet? Et Chriſtus: Nolite, inquit, time-
Timor mũdanus. re eos qui corpus occidunt. Tertius eſt timor mundanus quo exceſſiue quis refugit
temporalia damna & proprię amiſſionem excellentię ac honoris. Qui timor viget in
ambitioſis & cupidis, ideo timores ſunt vitioſi, de quibus loquitur hic philoſophia.
Timor ſeruilis. Quartus eſt timor ſeruilis, quo culpa vitatur non amore iuſtitiæ ſed formidine pœ-
næ. Qui timor eſt bonus in quantum timor, non in quantum ſeruilis vt tertio libro
3. Senten. dict. 34 pa. Et quia. Sententiarum ait Magiſter. Quintus eſt timor initialis, quo vitatur peccatum, par-
tim horrore ſupplitij, partim, imo & principaliter, affectu virtutis, & de vtroq; iſto ti-
1. Iohan. 4 more verificatur illud primæ Iohãnis: Perfecta charitas foras mittit timorem. Et rur-
Ibidem. ſus: Qui timet non eſt perfectus in charitate. IOHANNES.

Dubioꝝ huius metri propoſito atq; ſolutio. ¶ Dubitatio mihi oritur circa nunc dicta, an ſcilicet homo ex documentis philoſo-
phiæ, ad nunc tactam valeat perfectionem attingere. Et videtur quod non, quia phi-
loſophia non niſi naturales docet virtutes, quæ non ſufficiunt ad ſalutem, nec poteſt
homo ex philoſophia & naturalibus vitare peccata mortalia. DIONYSIVS. Phi-
Philoſophia. loſophia niſi per theologiam perficiatur eſt imperfecta atque in quibuſdam erronea,
putans hominem ex naturalibus poſſe fieri veraciter virtuoſum, nec hominem eſſe
creatum ad ſupernaturalem felicitatem. Hinc maiores & meliores philoſophi do-
cuerunt, & in ſcriptis ſuis reliquerunt, hominem ex exercitijs & ſtudijs natura-
libus fieri poſſe non ſolum virtuoſum ſed etiam heroicum, id eſt, diuinum at-
que perfectum: imo & tantæ perfectionis vt de cætero aut vix aut non poſſit peccare
Macrob. vt conſtat ex dictis Macrobij Platonici ſuper ſomnium Scipionis, vbi de virtutibus
purgati animi tractans aſſerit mentem humanam virtutibus illis ornatam non poſſe
à deo deflecti: Prudentiæ, dicens, purgati animi defecatique & ab omni mundi hu-
Prudentia. ius aſpergine pure deterſi, eſt ſola diuina noſſe, & ea tanquam nihil ſit aliud intue-
Tẽperãtia. ri. Temperantiæ vero talis animi eſt terrenas cupiditates non reprimere, ſed pe-
Fortitudo. nitus obliuiſci. Fortitudinis, paſſiones ignorare non vincere. Iuſtitiæ ita cum ſu-
Iuſtitia. perna diuinaque mente ſociari, vt ſeruet cum ea fœdus perpetuum. Et ita ſcripſit
Ploti-



Plotinus inter philoſophiæ profeſſores cum Platone princeps. Sic & Seneca dixit: Vi- Plotinus.
rum eſſe beatum qui eo vſq; profecit, vt iam non ſolum nõ velit, ſed etiam non poſſit Seneca.
peccare. ¶ Verũtamen in his dictis philoſophi iſti, quàmuis in ſuo genere magni, gra-
uiter tamen noſcuntur decepti. Nec enim ſimpliciter loquendo verum eſt, aliquem ex
ſolis naturalibus poſſe huiuſmodi fieri, niſi forſan per figuratiuum & tropicum mo-
dum loquendi, præſertim per hyperbolen, & loquendo ſolum de virtutibus & vitijs
quæ naturalis ratio ſine fidei lumine nouit. Sacratiſſima autem theologia de his mul- Theologia
to verius, multoq; altius docet, & ſupernaturales ponit virtutes ac vitia illis cõtraria.
De quibus puri philoſophi nil nouerunt. Hinc ſicut in quodlibetis ſuis Henricus & Henricus Gandauus
Alexander ac alij tradunt, quamuis homo ad aliquantulum tempus, non tamen diu Alexander Halẽ.
ſine gratia gratum faciente poteſt viuere ſine peccato mortali: Attamẽ ſine gratia val-
de pręcipua (qualis in apoſtolis fuit) nemo in vita hac ſit ita perfectus, vt ſit abſolute
in gratia confirmatus, ita quod peccare nõ queat mortaliter. IOHANNES. Mul-
ta hic pulchra protuliſti, tamen, vt dixi, expoſitio iſta multũ fuit prolixa. DIONY-
SIVS. Quid de prolixitate cauſaris? Ego hæc pro religioſis, viriſque eruditis poti-
us, quàm pro ſcholaribus pueris ſcribo. Nam & in ſtudijs priuilegiatis iſte liber Boe-
thij extraordinarie legi ſolet. ¶ Poſtremo iuxta nunc introducta ſtet inflexibilis men-
tis noſtræ ſtatus, nec propter iniurias contriſtemur, neque de noſtris honoribus ex-
tollamur, per filialem timorem ſtemus fixi in deo, quia vt Salomon ait: Qui timet de- Eccẽs 7
um nihil negligit, qui autem timet hominem (humano aut mũdano timore & non in
deo nec propter deum) cito corruet. Hinc & Seneca eſt loquutus: Tutiſſima res eſt nil Seneca.
timere præter deum. IOHANNES. Non expreſſiſti quale ſit metrum iſtud. DIO-
NYSIVS. Nec multum confert hoc dicere. Vocatur autem Phaleucium ab inuento-
re, Pentametrum, quia ex V. pedibus conſtat. Primo ſpondeo, ſecundoque dactylo &
vltimis tribus trocheis. Hinc appellatur Trochaicũ à trocheo prędominãte in ipſo.

## PROSA IIII.

SEntis ne, inquit, hæc atq; animo illabuntur tuo? Es ne ὄνος πρὸς Id eſt, Aſinus ad lyrã adhibitus.
λύραν, Quid fles? q̊d lachrymis manas? ἐξαύδα μὴ κεῦθε νόῳ. Si ope- Id eſt, Eloquere, ne cela animũ.
rã medicantis expectas, oportet ut uulnus detegas tuũ. B. Tum
ego collecto in uires animo. An ne adhuc eget admonitione, nec
per ſe ſatis eminet fortunæ in nos ſeuiẽtis aſperitas? Nihil ne te ipſa facies lo-
ci mouet. Hęccine eſt bibliotheca quam certiſſimã tibi ſedem in noſtris lari-
bus ipſe delegeras, in qua mecũ ſæpe reſidẽs de humanaꝝ, diuinaꝝq; reꝝ
ſcientia diſſerebas? Talis habitus, taliſq; uultus erat cum tecũ naturæ ſecre-
ta rimarer, cum mihi ſyderꝝ uias radio deſcriberes, cum mores noſtros, toti-
uſq; uitæ rationẽ ad cœleſtis ordinis exemplar formares? Hæccine pręmia
referimus tibi obſequẽtes? Atqui tu hãc ſententiã Platonis ore ſanxiſti. Bea-
tas fore Reſpub. ſi eas uel ſtudioſi ſapiẽtiæ regerẽt, uel eaꝝ rectores ſtude-
re ſapiẽtię cõtigiſſet. Tu eiuſdẽ uiri ore hãc ſapiẽtibus capeſſundę Reipub.
neceſſariam cauſam eſſe monuiſti, ne improbis, flagitioſiſq; ciuibus urbiũ
relicta gubernacula, peſtem bonis ac perniciẽ inferrent. Hanc igitur autho-
ritatem ſecutus, q̊d a te inter ſecreta otia didicerã transferre in actũ publicæ
adminiſtratiõis optaui. Tu mihi & qui te ſapiẽtium mẽtibus inſeruit deus,
eſtis cõſcij nullũ me ad magiſtratum niſi cõmune bonoꝝ oĩm ſtudiũ detu-
liſſe. Inde cum improbis graues, inexorabileſq; diſcordię fuere, & (q̊d cõſci-
entię libertas habet) pro tuẽdo iure, ſpreta potẽtioꝝ ſemper offenſio. Quo-
ties ego Conigaſtũ in imbecillis cuiuſq; fortunas impetũ facientem obuius
excepi? Quoties Triguillam regiæ præpoſitũ domus ab incœpta & per-

petrata iam prorſus iniuria deieci? Quoties miſeros quos infinitis calūnijs impunita barbarorꝝ ſemper auaritia uexabat obiecta periculis authoritate protexi? Nunq̄ me a iure ad iniuriam quiſq̄ detraxit. Prouincialium fortunas, tum priuatis rapinis, tum publicis uectigalibus peſſundari, non aliter quam qui patiebantur indolui. Cum acerbæ famis tempore grauis atque inexplicabilis indicta coemptio profligatura inopia Campaniam prouinciam uideretur, certamen aduerſus præfectum prætorij communis commodi ratione ſuſcepi, rege cognoſcente cōtendi. Et ne coemptio exigeretur, euici. Paulinum conſularem uirum cuius opes Palatini canes iam ſpe atque ambitione deuoraſſent, ab ipſis hiantum faucibus retraxi. Ne Albinum conſularem uirum pręiudicatę accuſationis pœna corriperet, odijs me Cypriani delatoris oppoſui. Satis ne in me magnas uideor exacerbaſſe diſcordias? Sed eſſe apud cæteros tutior debui, qui mihi amore iuſtitiæ nihil apud aulicos, quo magis eſſem tutior reſeruaui. Quibus autem deferentibus perculſi ſumus? Quorum Baſilius olim regio miniſterio depulſus, in delationem noſtri nominis alieni æris neceſſitate compulſus eſt. Opilionem uero atq; Gaudētium cum ob innumeras atq; multiplices fraudes ire in exilium regia cenſura decreuiſſet, cumque illi parere nolentes ſacrarum ſeſe ædium defenſione tuerentur, compertumq; id regi foret, edixit, ut niſi intra pręſcriptum diem a Rauenna urbe decederent, notas inſigniti frontibus pellerentur. Quid huic ſeueritati poſſe aſtrui uidetur? Atqui eodem die deferentibus eiſdem nominis noſtri delatio ſuſcepta eſt. Quid igitur? Noſtræ ne artes ita meruerunt? An illos accuſatores iuſtos fecit præmiſſa damnatio? Ita ne nihil fortunam puduit, ſi minus accuſatæ innocentię, at accuſantium uilitatis? At cuius criminis arguimur? ſummā quæris? Senatum dicimur ſaluum eſſe uoluiſſe.. Modum deſideras? Delatorem ne documenta deferret, quibus ſenatum lęſæ maieſtatis reum faceret, impediſſe criminamur. Quid igit̄ o magiſtra cēſes? Inficiabimur crimen, ne tibi pudori ſimus? At uolui, nec unquam uelle deſiſtam, fatebimur? ſed impediendi delatoris opera ceſſabit. An optaſſe illius ordinis ſalutem nefas uocabo? Ille quidem ſuis de me decretis uti hoc nefas eſſet effecerat. Sed ſibi ſemper mentiens imprudentia, rerum merita non poteſt immutare. Nec mihi Socratico decreto fas eſſe arbitror, uel occuluiſſe ueritatē uel conceſſiſſe mendacium. Verum hoc quoquo modo ſit, tuo ſapientumq; iudicio æſtimandum relinquo, Cuius rei ſeriem atq; ueritatem, ne latere poſteros queat, ſtylo etiam memoriæq; mandaui. Nam de compoſitis falſis literis, quibus libertatē arguor ſperaſſe Romanam, quid attinet dicere? Quarum fraus aperte patuiſſet, ſi nobis ipſorꝝ confeſſione delatorꝝ (quod in omnibus negotijs maximas uires habet) uti licuiſſet. Nam quæ ſperari reliqua libertas poteſt? atq; utinā poſſet ulla. Reſpondiſſem Canij uerbo, qui cum a Caio Cæſare Germanici filio conſcius cōtra ſe coniurationis factę fuiſſe diceretur. Si ego, inquit, ſciſſem, tu neſciſſes. Qua in re non ita ſenſus noſtros mœror hebetauit, ut impios ſcelerata

contra



contra uirtutem querar molitos, ſed quæ ſperauerint effeciſſe, uehementer admiror. Nam deteriora uelle noſtri fuerit fortaſſe defectus. Perficere autē poſſe contra innocentiam quæ quiſq; ſceleratus conceperit inſpectante deo monſtri ſimile eſt. Vnde haud iniuria tuorꝝ quidam familiarium quæſiuit. Siquidem deus, inquit, eſt unde mala? bona uero unde ſi non eſt? Sed fas fuerit nefarios hoīes, qui bonorꝝ omnium, totiuſq; ſenatus ſanguinem petunt, nos etiam (quos propugnare bonis, ſenatuiq; uiderant) perditū ire uoluiſſe. Sed num idem de patribus quoq; merebamur? Meminiſti (ut opinor) q̧ me dicturꝝ quid facturꝝ ve præſens ſemper ipſa dirigebas. Meminiſti, inquam, uero ne cum rex auidus exitij cōmunis maieſtatis crimen in Albinū delatū ad cunctū ſenatus ordinē transferre moliretur, uniuerſi innocentiam ſenatus, quāta mei periculi ſecuritate defenderim. Scis me hæc & uera proferre & in nulla unq̄ mei laude iactaſſe. Minuit em̄ quodā modo ſe probantis cōſcientiæ ſecretum q̄ties oſtentādo quis factū recipit famæ pretiū. Sed innocētiam noſtrā quis exceperit euētus, uides: pro uerę uirtutis p̄mijs falſi ſceleris pœnas ſubimus. Et cuius unq̄ facinoris manifeſta confeſſio ita iudices habuit in ſeueritate cōcordes, ut nō aliq̄s uel ipſe ingenij error humani, uel fortunæ cōditio cūctis mortalibus incerta ſubmitteret? Si inflāmare ſacras ædes uoluiſſe, ſi ſacerdotes impio iugulare gladio, ſi bonis omnibus necem ſtruxiſſe diceremur, p̄ſentem tamen ſententia cōfeſſum, conuictū ve puniſſet. Nunc uero quingentis fere paſſuum milibus procul moti atq; indefenſi ob ſtudium propenſius in ſenatū, morti proſcriptioniq; damnamur. O meritos de ſimili crimine neminem poſſe conuinci. Cuius dignitatē reatus ipſi etiam qui detulere uiderunt. Quam uti alicuius ſceleris admixtione fuſcarent, ob ambitum dignitatis ſacrilegio me conſciētiam meam polluiſſe mentiti ſunt. Atqui & tu inſita nobis, omnem rerum mortalium cupiditatem de noſtri animi ſede pellebas. Et ſub tuis oculis ſacrilegio fas locum eſſe non erat. Inſtillabas enim auribus, cogitationibuſque meis quotidie Pythagoricum illud ἕπου θεῷ. Nec conueniebat uiliſſimorum me ſpirituum prę ſidia captare quem tu in hanc excellentiam componebas ut conſimilem deo faceres. Præterea penetral innocens domus, honeſtiſſimorꝝq; cœtus amicorum, ſocer etiam ſanctus & æquo ac tu ipſe reuerendus ab omni nos criminis huius ſuſpicione defendunt. Sed o nefas: Illi uero de te tanti criminis capiunt fidem. Atque hoc ipſo uidemur affines fuiſſe maleficio, q̄d tuis inſtituti moribus, tuis imbuti diſciplinis ſumus. Itaq; nō eſt ſatis nihil mihi profuiſſe tuam reuerentiam, niſi ultro tu mea potius offenſione lacereris. At uero hic etiam noſtris malis cumulus accedit, quod exiſtimatio plurimorum non rerum merita, ſed fortunæ ſpectat euentum, eaque tantum iudicat eſſe prouiſa quæ felicitas commendauerit. Quo fit, ut exiſtimatio bona prima omnium deſerat infelices. Qui nūc populi rumores, quam diſſonę multipliceſq; ſententiæ piget reminiſci. Hoc tantum dixerim ultimam eſſe aduerſę fortunę ſarcinā, q̧ dum miſeris aliquod crimē affigitur, quę perferūt

Id eſt, ſequere deum.

meruiſſe

meruiſſe credũtur. Et ego quidem bonis omnibus pulſus, dignitatibus exu-
tus, exiſtimatione fœdatus, ob beneficiũ ſuppliciũ tuli. Videre autẽ uideor
nefarias ſceleratoꝝ officinas, gaudio lętitiaq; fluitãtes, perditiſſimũ quen-
que nouis delationũ fraudibus imminẽtem, iacere bonos noſtri diſcriminis
terrore proſtratos, flagitioſum quenq; ad audẽdum quidem facinus impu
nitate, ad efficiendum uero præmijs incitari, inſontes autem non modo ſecu
ritate uerum ipſa etiam defenſione priuatos. Itaq; libet exclamare.

## Declaratio proſæ huius IIII. ARTIC. XVII.

HAec eſt proſa quarta primi iſtius libri, in qua philoſophia diligentius atq;
diſtinctius perſcrutatur Boethij mentem & cauſas ſuæ mœſtitiæ. Ponũtur
autẽ hic aliqua verba Gręca, quoꝝ ſignificatio in aliquibus libris inſeritur
textui. Itaq; philoſophia, inquit, o Boethi [ſentis ne hæc?]. i. vtrũ iſta intel
ligis, atq; illabũtur animo tuo?]. i. an ſenſus hoꝝ verboꝝ cadit in intellectum tuum.
Græcũ vero q̊d ſubditur: Es ne ὄνος πρὸς λύραν? tm̃ valet: [Es ne ad lyrã aſinus?] hoc
apud Græcos fuit prouerbiũ, dum aliq̊d legebatur aut dicebatur alicui præ alia occu
patione aut diſtractione nõ aduertenti, aut præ hebetudine mentis nõ intelligẽti, vt ſit
ſenſus: An habes te ad ea quæ dico ſicut aſinus habet ſe ad lyrã aut citharã, ita q̊d ſicut
aſinus audit ſonũ muſici inſtrumenti, harmoniã vero cõſonantiamq; nõ aduertit, nec
capit, nec delectatur in ea? Ita nec tu verboꝝ meoꝝ ſententiam aduertis, intelligis, nec
mentẽ tuam ſenſus eoꝝ oblectat. [Quid fles? quid lachrymis manas?]. i. cur immode
Mich. 4 rate triſtaris & luges, quaſi conſiliarius nõ ſit tibi nec cõſolator? Porro verba Græca
ἐξαύδα μὴ κεῦθε νόῳ taliter exponũtur: Cõfitearis mihi. i. cauſam tuæ ægritudinis non
occultes. Quæ verba in quibuſdã textibus ſunt inſerta. Vnde ſubiungitur: [Si operã
medicãtis expectas]. i. ſi ſapienter & fructuoſe præſtolaris tibi impendi medicinale re
mediũ à me. [Oportet vt vulnus tuũ]. i. interiorẽ indiſpoſitionẽ te lædentẽ præſertim
Prouer: 25 triſtitiã, [detegas,] vtputa qualis ſit, & ex quibus cauſis ſit orta, quæ ſicut tinea nocet
Ecci. 30 veſtimento & vermis ligno, ſic ipſa nocet cordi, imo (vt patuit) multos occidit. Nam
Galenus. & Galenus fatetur quod dolor & fœtor ſunt de numero maxime corrumpentium &
proſternẽtium vitam. Deniq; certum eſt quod ſicut corporali medico neceſſe ſit corpo
ralia vulnera pandere, ſi debeat ab eo curari, & indiſcretũ eſſet ex verecũdia ea nõ vel-
le monſtrare, q̃uis in locis & membris eſſent pudibundis ac circa: ſic ſpiritali medico
oportet interiora ac ſpiritualia vulnera reſerare, ac plene oſtendere, ſi per eum curabun
tur. Nempe ſecundum diuerſitatem, differentiamq; morborum ſpecialia ſunt medica-
mina adhibenda, eſtque neceſſe cognitionem præcedere curam. Propter quod in libro
Iob 34 Iob aſſeritur: Nunquid qui non amat iudicium (.i. diſcretionem,) ſanari poteſt? Et Se
Seneca. neca loquitur: Hoc ipſum argumentum eſt animi in melius commutati, quod vitia ſua
Idem. quæ antea non penſauit nec prodidit, nunc ponderat & fatetur: Et rurſus in prouer-
bijs ſuis: Proximũ innocentiæ locum habet verecunda peccati confeſſio. ¶ Cõſequẽ
nter ſubditur Boethij reſponſio: [Tum ego,] inquam. i. dixi, [collecto in uires ani-
mo,] id eſt, intellectu meo recollecto ad vtendum viribus & habitibus ſuis, per quos
Idem. ea quæ ante habitualiter nouit, nunc actualiter cœpit attendere. Vnde & Seneca ait:
Philoſop. Rem maximam promittit tibi ſapientia vt reducat te tibi. Nam vt teſtatur philoſo-
phus libro de ſomno & vigilia: Motus maiores impediunt minores. Ideo homo vehe
menter afflictus nõ eſt bene idoneus ad conſiderandũ in actu quæ nouit per habitũ.
[An ne]. i. vtrum nõ, [ſeueritas fortunę ſęuientis in nos]. i. incarceratio & vinculatio
mea in carcere, quæ violẽter & iniuſte inflicta eſt mihi, & à multis reputatur quaſi ca-
ſus fortuitus, q̃uis reuera ex prouidẽtia dei proceſſerit ſaltẽ permiſſiue, imo & aliq̊ mo
do effectiue, vt infra dicetur, [eminet]. i. clare videtur ac innoteſcit, [ſatis per ſe,] cum
ſit effectus exterior apertiſſime differẽs & valde contrarius à ſtatu meo priori. [An ad-
huc eget admonitiõe?]. i. inquiſitione, vt ꝓbetur eſſe res digna mœrore ac lachrymis.
[Nihil ne te ipſa loci facies mouet?]. i. nõne exterior diſpoſitio apparatus & apparẽtia
principalis, carceris huius horror, ſqualor, caligo ipſius, te incitat ad penſandum cur
lugeo,



lugeo, atq; ad compaſſionem mei, quem ſcis iſta non meruiſſe?] Hæccine eſt biblio-
theca,] id eſt: Eſt ne locus iſte repoſitorium librorum, [quam certiſſimam tibi ſedem
noſtris in laribus ipſa delegeras?] id eſt, tu ipſa elegeras ad tuam quietem in ſedem ca-
thedralem, [in laribus,] id eſt, in habitaculis [noſtris.] Vel, vt aliqui textus habent, in
laboribus, id eſt, ſtudijs noſtris. [In qua] ſede ſeu bibliotheca, [mecum ſępe reſidens,]
id eſt, in corde meo quieſcens, [de humanaꝝ, diuinaꝝq; rerum ſcientia diſſerebas,] id
eſt, eloquenter tractabas de notitijs dei & intelligentiaꝝ ac hoĩm, rerumq; & actuum
ad ipſos ſpectantiũ. [Talis habitus, taliſq; vultus erat,] id eſt, nũquid ita fui in vultu
diſpoſitus ac corpore veſtitus, aut in domo huiuſmodi degens? [cum tecũ naturæ ſe-
creta rimarer,] id eſt, dum à te & tecum, teq; inſtruẽte inquirerẽ & ſcrutarer occultas re
rum proprietates, differentias, vires, habitudines, actiones, [cum mihi ſydeꝝ vias,] id
eſt, curſus, inceſſus, choreas ſtellaꝝ, [radio deſcriberes,] id eſt, cum inſtrumento aſtro
logoꝝ ſic dicto, hoc eſt, per mathematicas oſtẽſiones etiam in rebus, materijſq; depi-
ctas. Sicq; ſumitur radius pro virgula aſtronomoꝝ, qua talia lineaꝝ protractione fi- Radius.
gurabant atq; monſtrabant. Poteſt quoq; per radium deſignari claritas Solis per fo-
ramina tranſiens tabulaꝝ in huiuſcemodi inſtrumentis. Per ſydera etiam videntur hic Sydera.
potiſſime planetæ accipiendi, quoꝝ via eſt zodiacus ſeu lineæ proceſſionũ in eo, [cum
mores noſtros, totiuſq; vitę ordinem ad cœleſtis ordinis exemplar formares?] id eſt,
dum deſcriberes ac doceres qualiter virtutes, mores, actuſque hominum & ordinatio
vitæ eorum dirigi debeant, regulari ac regi iuxta exemplarem formam gubernatio-
nis cœleſtium corporum: quatenus ſicut illa conuenienter, obedienter ac prompte mo
uentur à ſuis motoribus, intelligentijs ſeu angelis, & inter ſe proportionem perpetuę
ſeruant cõcordię, & agunt ac influunt in inferiora lumine, motu, multipliciq; influxu,
non ob ſuam indigentiã ac perfectionem adipiſcendam, imo potius vt ſuas bonitates
inferioribus rebus cõmunicent: Sic in hominibus corpora iuxta imperiũ rationis, ſpi
rituumq; bonoꝝ ſunt regẽda, & animæ ab angelis, ſubditi à prælatis, adinuicẽ etiam
pacifice cõuerſari, atq; à Sole ſapientiæ Chriſto omnes & ſinguli illuſtrari, quemadmo
dum oĩa aſtra à Sole materiali. Iſtud quoq; ex Platone ſumptum videtur, dicente: Ad Plato.
exemplar ſydeꝝ mores ac rationem vitæ humanæ ſapiẽtia ſumma inſtituit ac forma-
uit. Hinc & ad Iob loquitur deus: Nunquid noſti ordinẽ cœli, aut pones rationẽ eius in Iob 38
terra? ¶ Iſtud adhuc ſublimius poteſt exponi, ſicut patebit in expoſitione ſpirituali ac
myſtica. Hinc vt Tullius cõteſtatur: Natura illa altiſſima vniuerſa naturãs, homini de Cicero.
dit ſtaturã erectã, vt contẽplans cœleſtia, inde erudiatur ad ordinẽ vitę ac mores venu
ſtos. Hoc eſt, ꝙ de oculoꝝ vtilitate diſſeruit Plato: Ad hoc in hominibus eleuati ſunt Plato.
oculi, quatenus motus cœleſtiũ intuẽtes, redigerẽt eos in vſum, imitationemq; mentis.
Nõne in cœleſtibus oĩa ordinatiſſime progrediũtur? nec eſt ibi malũ culpę nec pœnę.
Et q̃uis in elemẽtis variæ fiant tẽpeſtates, impreſſiones, cõpugnationes & corruptiões,
in cœleſtibus tamẽ corporibus perpetua manet trãquillitas, ita eſſe debet in nobis, vt
q̃uis in ſenſualitate & carne, inferioriq; aĩę parte varij oriãtur motus paſſionũ & inqe
tudinum ac rebellionũ aduerſus rectę rationis iudiciũ: imo & legis diuinę imperiũ, ni
hilominus ſuperior pars animæ, in qua ſuperbeatiſſimæ Trinitatis reſplendet imago
permanere debet quieta, creatori ſubiecta, & inferioribus dominãs, nõ ſuccũbens. Po
ſtremo ex hoc q̊d cernimus maxima illa cœleſtia corpora ad ſupergloriosſimi cõdito
ris p̃ceptum indeſinẽter moueri celerrime, inſtrui nos puſillos oportet, q̃ prompte, per-
ſeuerãter, cõcorditerq; exequi debeamus, qcq̊d nobis deſuper eſt iniunctũ. Ad quã cõſi
derationem ſalubrẽ mouemur per Eſaiã dicentem: Leuate in excelſum oculos veſtros Eſaiæ 40
& videte, quis creauit hæc, qui educit in numero militiã eoꝝ, & oĩa ex noĩe vocat, prę
multitudine fortitudinis ſuæ. [Hæccine præmia referimus tibi obſequentes?] id eſt, o
philoſophia, eſt iſta merces & gratia, quas reportauimus pro actibus ſtudioſis, q̃bus ti
bi obtẽperando intenti fuimus? Quaſi dicat: Nõ videtur hæc remuneratio decẽs, ergo
nec miꝝ ꝙ lugeo, p̃ſertim cum agnoſcã Rempub. male regi, & tyrannũ in Italia præ-
ſidere regem Theodericum, hæreticũ & ferocem. Hinc ſubditur: [Atqui]. i. certe, [tu
hãc ſententiã Platonis ore ſanxiſti]. i. cõfirmaſti, ac tanti philoſophi authoritate cor
roboraſti, vtputa, [Beatas fore Reſpub.]. i. cõmunitates ſeu politias, [ſi eas vel ſtudio
ſi ſapientiæ regerent], i. hi qui ſtudioſe vacant ſapiẽtiæ, & iuxta eius cenſurã iudicãdo
ac gu-

ac gubernando procederent, [vel earum rectores ſtudere ſapientiæ contigiſſet.] Ta-
les nanq; rectores intendunt, quærunt & pro poſſe procurant vtilitates cõmunes non
proprias, vitia extirpare conantur,& ciues ad virtutes inducere, ac pacem in commu-
nitate ſeruare. Sicq; ſubditi ſuperiorũ ſuorum exemplis ad virtutes trahuntur. Cum-
que voluntati ſuperiorum ſe ſoleant cõformare & eam implere, fiunt tales quales ſunt
Eccle. 10 ipſi rectores. Propter quod ſcriptum eſt in Eccleſiaſtico: Principatus ſenſati ſtabilis e-
rit. Et ſubditur ibi: Secundum iudicem populi, ſic & miniſtri eius. Et: Qualis eſt re-
Ibidem ctor ciuitatis, tales habitantes in ea. Sapientis quippe eſt ordinare, inſtruere & ad opti
Sapientis mum finem deducere. [Tu eiuſdem viri ore hanc ſapientibus capeſſundæ Reipublicę
officium neceſſariam cauſam eſſe innotuiſti,] id eſt, Tu philoſophia inſinuaſti ore eiuſdem Pla
quod. tonis hanc eſſe neceſſariam cauſam Reipublicæ capeſſundæ, id eſt aſſumendæ ſeu affe-
ctuoſe & frequenter capiendæ, ſapientibus, id eſt, ab ipſis ſapientibus viris, ita ꝙ ipſi
aſſumunt curam & officium regendi Rempublicam ob hanc cauſam, [ne improbis, fla-
gitioſiſq; ciuibus vrbium relicta gubernacula,] id eſt, ne regimina ciuitatum dimiſſa
& commiſſa immorigeratis & vitioſis oppidanis, [peſtem bonis ac perniciem infer-
rent,] id eſt, inducerẽt corruptionem morum, infectiua exempla ac grauia damna bo
nis hominibus, qui frequenter falluntur, opprimuntur, nocumentaq; patiuntur ab ini
quis qui præſunt. [Hanc igitur authoritatem ſequutus,] conſentiendo ei & ſecundum
eam agendo, [quod à te inter ſecreta otia didiceram,] id eſt, tempore ſtudij ſcientialis,
quo in locis quietis & abſtractis ab exterioribus eram vacans & ceſſans, [transferre
in actum publicæ adminiſtrationis optaui,] id eſt, opere adimplere cupiebam regẽdo
ac diſponendo communitatem, [tu nihil,] id eſt, o tu philoſophia & deus qui te inſe-
ruit, id eſt, contulit & impreſſit mentibus ſapientium, quia ab ipſo originaliter tanq̃ à
prima, fontaliq; cauſa eſt omnis ſapiẽtia, imo & omnis cognitio veritatis mediate aut
immediate, [cõſcij eſtis,] id eſt, cognoſcitis & teſtes mihi eſtis, [nullum,] id eſt, nullam
rem, detuliſſe, id eſt, excitaſſe & dixiſſe, me ad magiſtratum,] id eſt, gubernatiuum of-
ficium ratione Reipublicę, [niſi ſtudium commune omnium bonorum, id eſt, conatus
mentis, quo cupiebam bonum commune in omnibus promouere, & cunctis homini-
bus bonis prodeſſe ac deſeruire, non meum quærens honorem, ſed illorum profectũ.
Prelatus Hinc boni rectores ſunt ſubditorum miniſtri, quia eorum præſidentia ad inferiorum
quis dica- ordinatur commodum ac ſalutem & qui aliter præeſt cenſetur tyrannus, & recte voca
tur verus. tur ambitioſus. ¶ Deniq; doctrina iſta concernens Rempublicam & eius rectores, ab
Philoſoph. Ariſtotele q̊q; & Tullio ac Seneca eſt prolata. Nã in Rhetorica ſcribit Philoſophus:
Felix eſt ciuitas in qua philoſophus præſidet, Imo & III. Politicorum fatetur: Melius
Idem eſt ciuitatem regi optimo viro, quàm optima lege. Etenim iure diuino ac naturali ve-
re ſapientibus, id eſt, eruditis & virtuoſis, qui animo ac paſſionibus dominantur, qui
morigerati & exẽplares conſiſtunt, conuenit alijs præfici ac præeſſe. Vnde primo Po
Idem liticorum Ariſtoteles loquitur: Homines ratione & intellectu vigẽtes, naturaliter alio
rum ſunt domini ac rectores. Idem libro de Officijs Tullius docet vbi & addit: In hoc
Cicero. naturam ducem ſequi debemus, vt communes vtilitates adferamus in medium. Pri-
mum iuſtitiæ fundamentum eſt nulli nocere, deinde communi vtilitati ſeruire. In pro-
Idem. logo quoq; ſuæ Rhetoricæ ait: Reipublicę commoda plura proueniunt, ſi moderatrix
omnium ſapientia eis adſit. Etenim hinc ipſis ſapientibus laus, honor & dignitas con
fluit, & amicis eorum certiſſimum, tutiſſimumq; refugium comparatur. Verum hæc o-
Eccles. 10 mnia Salomon in Eccleſiaſte diu ante præallegatos philoſophos compendio protulit,
Sapiẽtiæ. 6 Væ, inquiens, tibi terra, cuius rex puer eſt, et principes mane comedunt. Beata terra,
Ibidem. cuius rex nobilis eſt, id eſt, ſapientia et virtutibus nobilitatus, cuius principes veſcun-
tur in tempore ſuo, ad reficiendum & non ad luxuriam, Idcirco & in ſapientiæ libro aſ
ſeritur. Rex ſapiens, populi ſtabilimentum eſt. Itemq;: Multitudo ſapientum, ſanitas,
eſt orbis terrarum. Deinde oſtendit Boethius quantas perſequutiones et tribulatio-
nes ex zelo ſuæ iuſtitiæ ſit perpeſſus [Inde] id eſt, ex pædicto zelo iuſtitiæ [cum impro
bis] id eſt, contra iniquos et flagitioſos [graues inexorabileſq; diſcordiæ fuere] id eſt,
magnæ et implacabiles diſſenſiones fuerunt inter me et illos, quia nec illi acquieſcere
aut cedere voluerunt iuſtitiæ meæ, vtputa obſtinati, nec ego eis volui aſſentire aut de-
Eccle. 4 ferre in derogationem veritatis & æquitatis, implens illud Eccleſiaſtici: Pro iuſtitia
ago



agonizare pro anima tua, & vſque ad mortem certa pro iuſtitia & deus expugnabit
pro te [Et (quod conſcientię libertas habet) pro tuendo iure, ſpreta potentum ſemper
offenſio] id eſt, offenſionem ſeu indignationẽ & iram magnatum ac regis ſemper par
uipendi, ſeu non curaui [pro tuendo iure], i. quatenus ipſum ius defenſarem, [quod
libertas conſcientiæ habet] id eſt, requirit, quę libertas conſiſtit in hoc, vt homo (pre
ſertim qui præeſt) nullo timore, nulla cupiditate, nulla perſuaſione contra conſcienti
am agat. Quidquid enim contra conſcientiam agitur ædificat ad gehennam. Hæc
eſt libertas ſalubris & optima, à ſeruitute peccati & ſubiugatione diaboli libera. Vn
de apud Iohannem filius dei teſtatur: Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati. Si autem Iohan. 8
filius vos liberauerit, vere liberi eritis. ¶ Ex his innoteſcit q̃ magnãimis, conſtans &
iuſtus fuerit iſte ſanctus Boethius, in magiſtratu pręſidentiæ ſuæ implens illud quod
in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt: Non extimeſcas à facie potentis. Veruntamen vitanda Eccle. 7
eſt potentiorum offenſa & metuenda ira regum & principum, vbi iuſtitia non requi- Seneca.
rit oppoſitum, cum & Seneca proteſtetur: Inimicitiæ potentium graues ſunt. Et rur-
ſus: Fulmẽ eſt, vbi cum poteſtate habitat ira. Vnde & Salomon in libro Prouerbio- Prouer. 27
rum dixit: Fremitus leonis ira regis, qui prouocat eum, peccat in animam ſuam. At-
tamen pro tuenda Republica, pro conſeruanda iuſtitia abijciendus eſt timor carna-
lis, & potentum ira ſpernenda, ſicut & Tullius loquitur: Quanto indignius rem ho- Cicero.
neſtiſſimam atque rectiſſimam violat improborum temeritas cum ſummo Reipubli-
cæ detrimento, eo ſtudioſius illis eſt reſiſtendum atque Reipublicæ conſulendum.
¶ Conſequenter Boethius ad laudem & gloriam dei ædificationemque proximo-
rum recitat quædam ſua geſta magnifice virtuoſa. [Quoties ego Conigaſtum in im
becillis cuiuſq; fortunas impetum facientem, obuius excepi?] id eſt, ego Boethius val
de ſępe excepi obuius, id eſt, renitens occurri, atq; à mali propoſiti executione impedi
ui [Conigaſtum] id eſt, virum ſic nuncupatum Theodorici regis officiatum, [facien-
tem impetum in fortunas] id eſt, contra proſperos euentus cuiuſq; imbecillis, id eſt,
cuiuſcunq; pauperis & infirmi. Iſte quippe fuit vnus de miniſtris impijſſimi illius Ty-
ranni, vexans & ſpolians ſæpe pauperes in Italia, quãdo arridente fortuna aliquid ha
buerunt. [Quoties Triguillam regiæ præpoſitum domus, ab incepta & perpetrata
iam prorſus iniuria deieci?] id eſt, valde frequẽter per viam iuris conuici Triguillam
præpoſitum regiæ domus, id eſt, aulę ſeu palatij Theodorici, compeſcendo præpoſi-
tum illum ab inchoata violentia in inferiores, eumq; iuridice compellendo ad reſti-
tuendum ablata, atq; ad ſatisfaciendum pro illata iniuria. In his Boethius imitatus
eſt deum, de quo fertur in libro Iob: Deus diſſipat cogitationes malignorum ne poſ- Iob. 5
ſint implere manus eorum quæ cœperant. Impleuit quoq; quod apud Eſaiam domi- Eſai. 1
nus iuſſit: Subuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduam. [Quoties miſeros
quos infinitis calumnijs impunita barbarorum ſemper auaritia vexabat, obiecta peri
culis authoritate protexi?] id eſt, valde ſæpe protexi miſeros, id eſt, pauperes & op-
preſſos authoritate mea obiecta periculis, id eſt, meipſum authoritatem conſularem
habentem exponẽs incõmodis quæ incurri, puta exilio, incarcerationi, &c. quos aua
ritia barbarorum puta Gotthorum impunita, quoniam impius ille Theodoricus a-
uarus & ferox, non puniuit miniſtrorum ſuorum auaritias & rapinas, In quo imple Prouer. 29
tum eſt quod Salomon in Prouerbijs aſſerit: Rex impius omnes miniſtros habet ini
quos. [Vexabat calumnijs infinitis] id eſt, multis & magnis ſupra modum, de quali-
bus per Micheam dominus loquitur: Comedunt carnem populi mei, & pellem eo- Mich. 3
rum deſuper excoriauerunt. ¶ Porro barbari appellantur omnes gentes præter tres Barbari qui.
linguas, vc; præter Hebræos, Græcos, Latinos, ſolentq; barbari eſſe crudeles, & tales
precipue extiterunt Huni, Vandali, Gotthi. [Nunquàm me à iure ad iniuriam detra-
xit quiſquàm] id eſt, nemo me vnquàm trahere quiuit aut traxit ab obſeruatione iu-
ris & æquitatis ad tranſgreſſionem iuris atque iuſtitiæ. Ecce verbum abbreuiatum
maximam continẽs perfectionẽ Boethij, qui in tanta poteſtate tam immobiliter man
ſit in omnibus conſtans & iuſtus. Poteſt tamen verbum iſtud dupliciter accipi. Pri-
mo, quod nemo traxit Boethium tẽpore ſui offitij ad agendum contra leges ciuiles.
Secundo, quod toto vitæ ſuæ tempore ad agendum contra ius diuinum nunq̃ detra-
ctus ſit, id eſt, contra dei præcepta. Quo dato, nunquàm peccaſſet mortaliter, quod


pror-

prorſus incertum eſt. Ideo primam expoſitionẽ æſtimo veriorem. Triplex quippe eſt
Ius triplex ius, vtputa naturale & diuinum ac poſitiuum quod tranſgrediũtur iniqui iuxta illud
Eſaiæ.24 Eſaiæ: Tranſgreſſi ſunt leges, mutauerunt ius, diſſparunt fœdus ſempiternum. Ex
verbo demum, iam tacto videtur Boethius comparari poſſe Moſi, qui de ſeipſo in Nu
Nume.16 meris ait ad dominum: Tu ſcis quod nec aſellum quidem acceperim vnquàm ab eis,
1.Reg.12 nec afflixerim quemquàm illorum. Samueli quoque qui primo Regum libro de ſe lo
quitur filijs Iſrael: Loquimini de me ſi bouem alterius tulerim aut aſinum, ſi quempi-
am calumniatus ſum, ſi oppreſſi aliquem, ſi de manu cuiuſquam munus accepi. ¶Con
ſequenter teſtatur Boethius ſe viſceribus miſericordiæ abundaſſe. [Prouintialium
fortunas tum priuatis rapinis, tum publicis vectigalibus peſſundari non aliter quàm
qui patiebantur, indolui] id eſt, ego Boethius intime dolui fortunas, id eſt, lucra, mer
ces & ſimilia temporalia, quæ ſubiacent fortunæ, [prouintialium] id eſt, hominum
commorantium in prouintijs in circuitu Romæ [peſſundari] id eſt, ſuppeditari, au-
ferri, diminui, tum rapinis priuatis quas ſatellites regis exercebant occulte pro pro-
prijs vſibus & expenſis: tum publicis vectigalibus quæ ex commiſſione regis exige-
bantur à ſubditis tamẽ immoderate & cupide. [Non aliter] id eſt, nõ minus doloroſe
ſuſtinui quàm ipſi quibus hæc auferebantur tam violenter. Sicque Boethius cum ſan
Iob.30 cto Iob dicere potuit: Flebam ſuper eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima
Vectigal. mea pauperi. Dicitur autem vectigal pretium ſeu pecunia quæ exigitur pro vectura.
Pedagiũ. Pedagium quæ exigitur à peditibus. Tributum quod à ſubiectis in recognitionem
Tributũ. ſubiugationis. Theloneum quod pro vectura nauium, quæ omnia ſunt ſoluenda,
Theloneũ. quando legitime inſtituuntur & moderate exiguntur, iuxta illud Apoſtoli ad Roma
Roma.13 nos: Reddite omnibus debitum, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal. The-
odoricus vero tyrannus inſatiabiliter auarus iſta prorſus immoderanter auxit, peti-
uit & extorſit quærens commoda ſua ſine compaſſione, ſicut ſubiungitur. [Cum acer
bæ famis tempore grauis atque inexplicabilis indicta coemptio profligatura inopia
Campaniam prouintiã videretur] id eſt, dum tempore quodam famis acerbæ, id eſt,
amaræ cariſtiæ, coemptio, id eſt, emptio bladorum à diſpenſatoribus regis, grauis at-
que inexplicabilis, id eſt, moleſta valde pauperibus & ineffabili crudelitate ac peſſi-
ma practica cupiditatis concepta, indicta, id eſt, iuſſa ac confirmata à rege illo pra-
uiſſimo, videretur profligatura inopia, id eſt, multum afflictura per maioris inopiæ
inductionem, Campaniam prouinciam, vbi tunc maior fuit cariſtia. Nempe impius
ille tyrannus cupiens prouinciales in ſuam redigere ſeruitutem, inſtante cariſtia fecit
pro ſe vndique emi blada, atque in horreis ſuis reponi, præcipiens non emi blada, niſi
à ſuis, quatenus tandem neceſſitate cõpulſi ſeipſos traderent pro neceſſarijs vitæ in re
gis ſeruitutem. [Certamen aduerſus præfectum prætorij, communis commodi ratio
ne ſuſcepi, rege cognoſcente contendi, & ne coẽptio exigeretur, euici.] Ordo verborũ
eſt: Suſcepi, id eſt, aſſumpſi litem, id eſt, conflictũ in iure, aduerſus præfectum præto-
rij, id eſt, iudicem tribunalis ſeu domus in qua prætores ſeu præceptores ſedebant
ad diſponendum ac iudicandum, [ratione] id eſt, cauſa atque intuitu [commodi] id
eſt, vtilitatis [communis] ne vulgus totaliter opprimeretur, & litigaui, id eſt, diſcepta
ui via iuris contra præfectum rege cognoſcente, ita quod nec timore regis ſæuiſſimi
hoc dimiſi amore boni communis, [& euici] id eſt, in iure præualui atque obtinui ne
coemptio illa præfata exigeretur à plebe, ſed vnuſquiſque procuraret & emeret neceſ-
ſaria pro vt cõmodius poſſet. Forſan Theodoricus iſte ſumpſit practicæ huius occa-
ſionem ex his quæ leguntur in Geneſi de Pharaone rege Aegypti, qui cognita immi-
Gene.43 nente cariſtia fecit emi frumenta pro ſe & condi ſua ſub poteſtate, & cætera. ¶Dein-
ceps deſcribit Boethius qualiter & alios duos viros ſublimes adiuuit & ꝓtexit. [Pau-
linum conſularem virum, cuius opes Palatini canes iam ſpe atque ambitione deuo-
raſſent ab ipſis hiantium faucibus extraxi.] Extraxi, inquam, id eſt, eripui & redemi,
Paulinum virum conſularem, id eſt, conſulem Romanorum [ab ipſis faucibus] id eſt,
ore [hiantium] id eſt, regis & ſeruorum ipſius cupientium occidere eum & bona eius
conſumere, cuius opes [Palatini canes] id eſt, ſerui in palatio regis verſantes inſtar ca
num callidi ad nocendum ac deuorandum, vel blandi adulanteſq; regi, ſecundum ꝙ
canes maſculi ſolent dominis ſuis blandiri, aliqui autẽ habent & legunt canes Palati





A næ, quoniam canes fœmellæ nequiores dicuntur, feruentiores & proniores ad ma-
lum, quàm canes maſculi, ſicut & fœminæ quædam truculentiores ſunt viris, [deuo-
raſſent] id eſt, guloſe conſumpſiſſent [iam ſpe] impunitatis, quia pro hoc non time-
bant puniri à rege ſuo iniquo ac fraudulento, [atque ambitione] id eſt, deſiderio ma-
ioris honoris, quem conſequi cupiebant per diuitias ipſius Paulini. Vel, quia oppri-
mendo Paulinum virum bonum putabant ſe à rege ſuo amplius promouẽdos. Hinc
conſtat quod ſtantes in regum principumque palatijs communiter ſunt iniuſti, aut
ſectando iuſtitiam diſplicent & offenſam occurrunt. Propter quod Seneca in ſuis ſcri- Seneca.
pſit Prouerbijs: Si in clientelã potentis aut principis perueneris, aut veritas aut amici-
tia eſt perdenda. Rurſus ſicut canes latrando repellunt ignotos à domini ſui ingreſ-
ſu niſi aliquid cibi proiecerint ipſis: ſic familiares domeſtici principum alienos ab in-
troitu aulæ acceſſuque principis arcent, niſi per munera attrahantur. Sequitur aliud
factum pietate & æquitate conſpicuum. [Ne Albinum conſularem virum præiudica
tæ accuſationis pœna corriperet, odijs me Cypriani delatoris oppoſui.] Hoc eſt, ex
zelo iuſtitiæ oppoſui me & reſtiti [odijs] id eſt, rancoroſis machinationibus [Cypria-
ni delatoris] id eſt, falſi acuſatoris, [ne pœna accuſationis præiudicatæ] id eſt, in veri
tatis præiudicium factæ, [corriperet] id eſt, tanquàm reum affligeret. [Albinum vi-
B rum conſularem] quem Cyprianus ille vnus ſatellitum Theodorici accuſauit mẽdo
ſe. Vel, [oppoſui] id eſt, expoſui & obieci me [odijs Cypriani] qui ex reſiſtentia mea
concepit odium contra me. ¶Ex his infert Boethius. [Satiſne in me magnas videor
exacerbaſſe diſcordias?] id eſt, ô philoſophia nonne cõſtat ex dictis, quod [videor]
id eſt, vere agnoſcor [exacerbaſſe] id eſt, cum exacerbatione & amaritudine prouo-
caſſe [in me] id eſt, aduerſum me [diſcordias magnas] regis ac principum eius, quibus
ſic reſtiti. Ex quibus probatur quod magis dilexi æquitatem & veritatem, quàm pro
priam vitam, & bonum commune, quàm meipſius diuitias & honores. [Sed eſſe apud
cæteros tutior debui, qui mihi amore iuſtitiæ nihil apud aulicos quo magis eſſem tu
tior reſeruaui] id eſt, ego Boethius debui eſſe tutior, id eſt, à periculis aduerſitatibuſ-
que ſecurior [apud cæteros] id eſt, apud oppidanos & ſenatores ac conſules, quorum
iram cõtra me nõ excitaui: imo pro quorũ libertate & proſperitate laboraui contra ty
rannum ac eius miniſtros, [qui amore iuſtitiæ,] quã prætuli vitæ meæ, preſertim amo
re increatæ iuſtitiæ, quæ eſt deus, [nihil reſeruaui]. i. nullum fauorẽ aut gratiã obtinẽ
re curaui, [apud aulicos]. i. domeſticos regis in eius aula atq; palatio conuerſantes ſeu
bene viſos, [quo]. i. per quod [eſſem tutior] ab aduerſis [magis,] quàm ſum, ſi talia procurare
curaſſem. Per quæ verba tangit Boethius, ꝙ nec illi ſibi fideles & grati fuerũt, quibus
C beneficia multa & magna impendit, à quibus nõ fuit defenſus. ¶Deinde declarat quàm vi
les & omni fide indigni fuerunt, à quibus ipſe eſt accuſatus. [Quibus autẽ deferenti-
bus,] id eſt, quàm malignis hominibus accuſantibus & teſtificãtibus, [percuſſi ſumus?]. i.
diffamati, traditi, captiuati, tu o philoſophia, [agnoſcis?] Et exclamatorie dico: [Qui
bus?]. i. à qualibus? Quaſi dicam, à valde iniuſtis. [Quorum] vnus nomine [Baſilius
olim] à [regio miniſterio depulſus]. i. à rege priuatus officio, quo præfuit quibuſdam
negotijs regis, [in delationem noſtri nominis, alieni æris neceſſitate compulſus eſt,]
id eſt, coactus eſt, [neceſſitate alieni æris,] id eſt, neceſſitate ſoluendi pecunias, quas de-
buit alijs, [in delationem nominis noſtri]. i. ad proferendum accuſationẽ contra no-
ſtram perſonã. Iſte quippe Baſilius ſumptuoſe viuens & peſſimi exiſtens regiminis, fuit
multum indebitatus, propter quod cum ſatisfacere non valeret & aliũde criminoſus
exiſteret, à rege eſt ſuo officio deſtitutus. Qui videns ſe non melius poſſe regi reconci-
liari, niſi criminando hunc regis aduerſarium, accuſauit Boethium quem nouerat regi
odioſum. [Opilionem vero atq; Gaudẽtium cum ob innumeras atq; multiplices frau
des, ire in exilium regia cenſura decreuiſſet]. i. cum rex per ſuam cẽſuram ſeu proprio
ſuo iudicio [decreuiſſet Opilionem atq; Gaudentium,] qui, vt fertur, fuerunt præfecti
vrbis Rauennæ, ire in exilium, [ob innumeras atq; multiplices ſuas fraudes,] id eſt, do
los, iniurias, iniuſtitias, quibus tam regi quàm ciuibus nocuerunt, ſicq; doli illi fue-
runt innumerabiles numero, & multiplices ſpecie. [Cumq; illi parere nolentes, ſacra-
rum ſeſe ædium defenſione tuerentur,] id eſt, dum Opilio & Gaudentius non volentes
[parere]. i. obedire decreto regis præfati, [tuerẽtur ſeſe defenſione ædium ſacrarũ]. i.

eccleſiarum, in quas fugerunt, quarum priuilegio putabãt ſe ibi eſſe ſecuros. [Com D
pertumq; id regi foret].i. dum hoc regi innotuiſſet[edixit] id eſt, iuſſit[vt niſi intra
pręſcriptum diem].i.infra diem eis prædeterminatum[Rauenna vrbe].i. ab illa ciui-
tate[diſcederent,notas inſigniti frontibus pellerentur].i.expellerentur violenter non
obſtante eccleſię libertate[inſigniti frontibus]id eſt, in frõtibus ſuis characteriati &
vſti[notas].i.per quaſdam figuras quę frontibus imprimebantur per applicationem
ferri igniti, per quas figuras ita notati agnoſcebantur ſcelerati vbicunq; venerunt ac
videbãtur, quemadmodum nunc fures per auris abciſionem. ¶Conſequenter probat
Boethius immanitatem ſceleris, quod.ſ. tam criminoſe admiſſi ſunt ad eius accuſatio
nem.[Quid huic ſeueritati poſſe aſtrui videretur?]id eſt, quid videtur poſſe aſtrui.i.
aſſimilari ſeueritati huic quæ ſequitur? [Atqui eodem die deferentibus eiſdem, no-
minis noſtri delatio ſuſcepta eſt]Atqui.i.pro certo[delatio nominis noſtri]id eſt, ac-
Eccleſi.41 cuſatio noſtræ perſonæ, vel famę noſtræ (iuxta illud: Curam habe de bono nomine)
facta ab impijs illis, [ſuſcepta eſt].i. accepta à rege eodem die quo erant ſignandi in
frontibus niſi exiſſent[deferẽtibus].i.accuſantibus nos[eiſdem] quod fuit contra le
Teſtifican dis VII. ſo re requiren da. ges ciuiles, ſecundum quas aſſignantur ſeptem proprietates requiſitæ ad idoneita-
tem teſtificandi de alio, præſertim in cauſa & crimine capitali quæ tanguntur his ver
ſibus: Aetas, cõditio, ſexus, diſcretio, fama. Et fortuna, fides, in teſtibus iſta requires. E
Primo ergo requiritur ætas ſufficiens & adulta, in qua homo bene ſit compos mẽtis.
Secundo, conditio libera, non ſeruilis. Tertio, ſexus virilis. Quarto diſcretio, id eſt,
expeditus vſus rationis excluſis omni dementia, phreneſi, alienationeq; animi. Quin-
to, bona fama, quę defuit iſtis duobus, qui fuerunt infames, proſcripti exilioq; dam-
nati. Sexto fortuna, id eſt, ſufficientia rerum. Nam pauperes præ inopia corrumpi fa
ciliter poſſent pecunia. Septimo, fides. Infideles nanq; & hęretici cõtra Catholicos nõ
recipiuntur in teſtes. Et forſan ſicut iſti & Theodoricus fuerunt Arriani. Deniq; aliq
per Rauennam dicunt hic intelligi Romam, quam aſſerunt olim appellatam Rauen-
nam, quod non recolo alibi me legiſſe. Et ſi recurratur ad nominis interpretationem,
Rauenna. 1. Petri. 5 Babylon. quia Rauenna dicitur quaſi rodens omnia, quemadmodum in prima beatiſſimi Petri
epiſtola Roma dicitur Babylon, quia vitijs prorſus confuſa: Babylon nanq; interpre
tatur confuſio, adhuc non habet apparentiam magnam, quia præhabitum eſt, quod
abſente Boethio, Theodoricus apud ſenatores accuſauerit eum primo. ¶Ex præin-
ductis exclamat Boethius, tãquàm euidenter atq; enormiter iniuriam paſſus. [Quid
igitur?]id eſt, quid hic videtur dicendum in tanto abuſu? [Noſtræne artes]id eſt, v-
trum ne doctrinæ & ſcientiæ noſtræ non informes, ſed virtutibus & actibus iuſtis
formatæ[ita meruerunt]tractari? non vtiq;. Scientia tamen informis ſępe grauat pec E
Lucæ. 17 catum, cum ſcriptum ſit: Seruus qui cognouit volũtatem domini ſui, & non fecit, pla-
gis vapulabit multis [an illos] accuſatores[iuſtos fecit præmiſſa damnatio].i. dam-
natio qua duo accuſatores præfati fuerunt à rege exilio adiudicati, non fecit nec oſtẽ
dit eos eſſe iuſtos, & ad accuſandum quemq̃ idoneos, imo potius econtrario fecit eos
inidoneos ad hoc, nec etiam[præmiſſa].i. prædicta dãnatio, qua ipſi me dãnarunt.i.
damnatione dignum eſſe teſtati ſunt, cõſtituit eos dignos, ſed grauius criminoſos &
Exo. 20 præuaricatores diuini pręcepti illius: Nõ dices cõtra proximũ tuũ falſum teſtimoniũ.
[Itane fortunam nihil puduit?].i. vtrumne ipſa fortuna inde erubuit, ꝙ ego talis ita
tractatus ſum? Ex quo putari poſſet, ꝙ ipſa fortuna ſit prorſus iniuſta. Loquitur au-
tem Boethius inſtar afflicti de fortuna quaſi de ente rationalis naturę, in quo ſolo eſt
proprie pudor. [An minus accuſatæ innocentiæ].i. ſi fortunã non puduit de eo quo
dictum eſt, ſaltem ad minus debuit ei eſſe pudor de ipſa innocentia tam inclemẽter cõ
fuſa crudeliterq; afflicta. [At ſaltẽ accuſantium vilitatis].i. ſceleratæ indignitatis ad
accuſandum virũ tam literatum ac virtuoſum, ſupple, debuiſſet pudere de ſua peruer-
ſitate. Ipſa quoq; fortuna debuit inde pudorẽ habere, iuxta ſenſum prætactũ. Et loq-
tur hic Boethius iuxta modum loquendi eoꝝ qui in magnis affectionibus aut dolori
bus ſunt cõſtituti, in quibus affectionis ſeu doloris exceſſus, verba abrũpit, ſicq; defe
ctiua, & quaſi truncata loquutione vtuntur, vt dum Chriſtus in Euãgelio loqtur ci-
Lucæ. 19 Canti. 2 uitati Hieruſalem: Quia ſi cognouiſſes, ſupple, ea quæ imminẽt tibi aduerſa, & tu, ſup
ple fleres. Similiter dum ſpõſa ait in Cãticis: Ego dilecto meo et dilectus meus mihi.
¶Con-



A ¶Conſequenter accedit Boethius ad reſpondendum formaliter prætactæ quæſti
oni philoſophiæ, quæ diligentiſſime inueſtigauit cauſam originalem doloris ac mœ
roris Boethij. [At cuius criminis arguimur? ſummam quęris?].i. ſi tu o philoſophia,
ſummam.i. breuem atq; ſummariam ſeu ſententioſam narrationem ac reſponſionem
cuius criminis arguimur, id eſt, de quo crimine reprehendamur. Reſpondeo. [Sena-
tum dicimur ſaluum eſſe voluiſſe]id eſt, fertur de nobis, & pro culpa nobis à rege im
ponitur, quod collegium ſenatorum voluimus ab infeſtatione & regis reprobatione
præſeruare, quod quis non fuiſſet protinus malum, ſecundũ quod ſonat, tamen prout
hoc nobis à rege imponitur, reprehẽſibile foret. Ideo ſubditur: [Modũ deſideras?].i.
ſcire cupis per quem modum nobis id imputatur? Reſpondeo[Delatorẽ, ne documẽta
deferret, quibus ſenatum læſæ maieſtatis reum faceret, impediſſe criminamur,]id eſt,
accuſamur & falſe nobis imponitur, [impediſſe]id eſt, impediuiſſe[delatorem] id eſt,
nuntium literarum [ne deferret]ad regem[documenta] id eſt, literas continentes cau
ſas & probationes, [quibus faceret]id eſt declararet [ſenatum]id eſt, cœtum ſenato-
rum, [reum lęſæ maieſtatis]id eſt, reum criminis læſæ maieſtatis, ita quod ſenatus in
Theodoricum regem dire peccaſſet. Hic nanq; delator redegit in ſcriptis aut in ſcri-
ptis redacta habebat aliqua verba & facta ſenatorum derogantia regi, quæ voluit re
B gi oſtendere, eumq; contra ſenatores accẽdere. [Quid igitur o magiſtra cenſes?]id
eſt, quid iudicas de his o philoſophia mea magiſtra? [inficiabimur crimina]id eſt, an
negabimus culpam nobis impoſitam [ne tibi pudori ſimus?]id eſt, ne tu confunda-
ris in nobis, eo quod tam culpabilem habeas profeſſorem, diſcipulum, & alumnum?
quoniam culpa diſcipuli interdum in magiſtrum redundat, vt ſupra expoſitum eſt. Et
ad iſtud reſponſio ſequitur. [At volui].i. vtiq; volui ſalutem ſenatus [nec vnq̃ velle
deſiſtam]hoc ipſum. [Fatebimur?]hoc ita ſe habere. [Sed impediendi delatoris ope-
ra ceſſabit]id eſt, negabo in me fuiſſe operam.i. diligentiam & conatum [delatoris
impediendi].i. ad impediendum ipſum delatorem ac nuntium ab exequutione depor
tandi literas ſuas ad regem. [An optaſſe illius ordinis ſalutẽ nefas vocabo].i. nequaq̃
fatebor hoc eſſe nefas ſeu crimen, optaſſe ſalutem illius ordinis.i. proſperitatem ſena
torum. [Ille quidem]vc; ordo ſenatorũ: vel, vt alij exponunt. Ille, vtputa rex, & re-
dit ſenſus in idem, [ſuis de me decretis, vti hoc eſſet nefas, effecerat].i. decretis ſeu ſen
tentijs ſuis cõtra me editis[effecerat].i. determinauit & iudicauit [vti hoc eſſet nefas]
.i. ac ſi eſſet illicitum, optaſſe ſenatus ſalutem.i. id quod ego in veritate optaui proſpe
ritatem ſenatoꝝ. Hoc rex ille dixit & determinauit me inordinate feciſſe, vtputa impe
diendo nuntium eius à deportatione literaꝝ ad ipſum. Idem quoq; rex ſua callidita-
C te ſic circũuenit, ꝙ ipſe ſenatus determinauit primo in generali, ꝙ ille qui hoc feciſſet
proſcriptionem aut exilium mortemue meruiſſet. Quo prolato mox produxit rex te-
ſtes proteſtantes me hoc ipſum egiſſe: tumq; ſenatus ſuam nequiuit ſentẽtiam reuoca-
re, vt ſupra circa principium huius libri expreſſum eſt. Sed in hoc conſolor meipſum
his verbis: [Sed ſibi ſemper mentiens imprudentia].i. verſutia, confictio, falſitas ſe-
ipſam & ſuum authorem peccando ac mentiendo decipiens, [rerũ merita non poteſt
immutare].i. opera bene geſta non valet falſificare, neq; à debita mercede euacuare.
Imo actui virtuoſo mendaciter reprobato, duplex pręmium tribuetur, dum & ipſe &
patientia ei adiũcta ſimul plenarie remunerabuntur. [Nec mihi Socratico decreto fas
eſſe arbitror].i. hoc arbitror ſeu iudico ex decreto Socratis, q̃d mihi fas non eſt[vel Socrates.
occuluiſſe].i. celaſſe[veritatem]loco & tẽpore opportuno[vel conſenſiſſe].i. tacẽdo
approbaſſe ſeu conſenſiſſe[mendatium.] Nam hoꝝ vtrunq; Socrates decreuit & do
cuit eſſe illicitum. [Verũ id quoquo modo ſit].i. qualitercunq; id ſe habeat q̃d mihi
obijcitur[tuo ſapiẽtumq; iudicio ęſtimandũ].i. iudicandum[relinquo]ne videar im
moderate iuſtificare meipſum, & propriã cauſam tueri, quia cõmune verbũ eſt & com-
muniter ita ſe habet, ꝙ homo in ꝓpria cauſa nõ eſt idoneus iudex, quẽadmodum nec
in cauſa aduerſarij ſui, qm̃ nimis afficitur ad ſeipſum & aduerſariũ deteſtatur. Amor
autem & odiũ peruertunt iudicium. Veruntñ iſtud de hoĩe animali adhuc paſſionabi
li veritatẽ ſortitur: in quo impetus paſſionũ lumẽ obruũt rationis. Spiritualis autẽ ho
mo, teſte Apoſtolo, omnia iudicat neq; inordinate ſe diligit ſed in deo. Deniq; hoc 1. Cor. 2
ipſum eſt bonæ cõſcientię ac innocentiæ, vel ſaltẽ verę ac magnę pœnitentię ſignum,

 quod

quodaccuſatus cōmittit cauſæ ſuæ iuditium ſapientiæ atq; cuilibet ſapienti. Nempe D
Philoſo. ſcd'm philoſophum, virtus cōſiſtit in medio, prout determinat ſapiens, qui vero ſub-
Seneca. terfugit iuditium ſuſpectum ſe reddit de crimine. Propter q̄d Seneca in prouerbijs,
Cicero. Tulliusq; libro de officijs faſſi ſunt: Crimē fatetur qui fugit iuditiū. Hinc in libro Iob
Iob. 34 aſſeritur: Nunq̄d qui nō amat iuditiū, ſanari poteſt? [Cuius rei ſeriem atq; veritatē, ne
latere queat poſteros, ſtylo etiam memoriæq; mādaui]. i. accuſationis meæ modū ac
ordinem idcirco deſcribo tam diligenter vt poſteris innoteſcat, & mei exēplo ad dei
honorem animentur ad patientiæ firmitatē, & ne ſcandalizentur in me, ęſtimādo tan
tæ famæ atq; prudentię virū fuiſſe clam practicū, callidū & iniquum. Hac etiā ratio-
ne poteſt ſe homo imo et debet expurgare de falſa criminatione, cū ſcriptū ſit: Curā
Eſai. 41 habe de bono nomine. Auguſtinoq; teſte: Qui negligit famā ſuam crudelis eſt. Nam
Auguſti. quantū in ſe eſt, alios ſcandelizat & perimit. Quod de grauibus culpis veritatē ſorti
tur. Hinc conſequenter ſe purgat Boethius de falſis obiectis, [Nam de cōpoſitis fal-
ſo literis, quibus libertatē arguor ſperaſſe Romanā, quid attinet dicere? ]. i. non mul-
tum pertinet ad propoſitum reſpōdere ad hoc q̄d mihi obijcitur de epiſtolis falſis, ꝙ
ſcilicet ſcripſerim & miſerim ſecrete epiſtolas Græcis cōtra Theodoricū [quibus]. i.
ex quibus epiſtolis [arguor]. i. reprehendor [ſperaſſe libertatē Romanā]. i. ciuiū Ro-
manoꝝ. Vt enī dictū eſt circa libri huius exordium, Theodoricus tyrānus imputauit E
Boethio, ꝙ ipſe Boethius cōpoſuiſſet in græco epiſtolas aſſerens in eiſdem, ꝙ Theo-
doricus tyrannice deuaſtaret Italiā atq; Romanam læderet libertatē. Has quoq; epi-
ſtolas deſtinaſſet cuidā potenti Græcoꝝ principi, hortans atq; rogans illum, quate-
nus cum exercitu veniēs intraret Italiā & expugnaret Theodoricum Romanis odibi
lem, certus quod Romani reciperēt adiuuarentq; eum, & ita expugnato Theodorico,
Romani libertatē recuperarent. Verum epiſtolas has ipſe impius Theodoricus fecit
ſub perſona Boethij in Græco dictari & ſophiſticato eius ſigillo ſignari, quia ſciebat
Boethium Grēcæ linguæ peritum. Quaꝝ literaꝝ falſitatem ac fraudem faciliter pro
baſſet Boethius ſi prēſens fuiſſet & teſtes ſeorſum examinare potuiſſet, dum Theodo
ricus literas prēſentauit ſenatui, & teſtes falſos adduxit. Hinc ſubditur, [Quaꝝ] vc;
literarum fraus [aperte patuiſſet]. i. aperte probaſſem literas fuiſſe frandulentas [ſi no
bis ipſorum cōfeſſione delatorum (quod in omnibus negotijs maximas vires habet)
vti licuiſſet,] id eſt, ſi mihi fuiſſet conceſſum [vti confeſſione,] id eſt, atteſtatione [ipſo
rum delatorum,] id eſt, teſtium accuſantium, [quod], id eſt, quæ examinatio teſtium
[habet in omnibus negotijs maximas vires,] ad agnoſcendum vtrum verum ſit teſti-
Daniel. 13 monium eorundē, an ſcilicet concordant in circūſtantijs rei, quantū ad locum & tem
pus & in conſimilibus. Sic quippe Daniel ſanctus cōuicit ſenes prauiſſimos falſum pro F
tuliſſe teſtimonium contra Suſannam. Sic examinandi ſunt teſtes ſeorſum à iudice in
prēſentia aliquorum, dum iudici conſtat quod accuſatus ſit innocēs aut æſtimat hoc.
Accuſatus quoque poteſt talem teſtium examinationem expetere, [Nam quæ ſperari
reliqua libertas poteſt?] Hoc interrogatiue prolatum eſt, vt ſit ſenſus: Iam tanta mala
exurgunt, & Romanum imperium intātum declinat, vt potius metuenda ſit maior de-
preſſio, & in ſeruitutem redactio, q̄ maior libertas. Ideo ſubditur: [Atq; vtinā poſſet
vlla] ſupple, maior libertas ſperari, in Romano imperio, quaſi dicat: Vix poteſt. Nam
Mahumeti & cito poſt Boethium fuit B. Gregorius Papa, cuius tēpore cœpit imperare Eraclius,
rabies. ſub quo cœpit inſurgere doloſiſſimus Mahumetus, qui vehementius cæteris expugna
uit Romanorum imperium. [Reſpōdiſſem Canij verbo]. i. reſpondendo pro me vſus
fuiſſem eloquio cuiuſdā philoſophi nomine Canius, [qui cum à Caio Cæſare Germa
nici filio cōſcius contra ſe factæ coniurationis fuiſſe diceretur]. i. qui Canius [cū dice
retur]. i. accuſaretur à Caio Cæſare filio Germanici. i. viri ſic appellati, vel cognomi-
nati à Germanis, quos fertur viciſſe, [cōſcius]. i. ꝙ reus & cōſcius eſſet [coniurationis
Cōiuratio. cōtra ſe]. i. cōtra Caium ipſum [factę,] qui etiam Caius ob ſuas crudelitates legitur oc
2. Reg. 15 ciſus à ſenatu. Eſt autē coniuratio, cōſpiratio aliquoꝝ in mortē alicuius magni, cōcor-
di cōſenſu firmata, quemadmodū II. Regum habetur: Facta eſt cōtra Dauid cōiuratio
valida. [Si ego, inquit, ſciſſem, tu neſciſſes,] hoc eſt, verbum reſpōſiuum Canij ſubtili
ter dictum. [Inquit]. i. Canius dixit o Caie, [ſi ego ſciſſem]. i. aliquid cognouiſſem de
coniuratione cōtra te facta vt dicis tanq̄ author & cōſcius conſpirationis huiuſmodi
[tu neſciſſes]. i. tam ſecrete & callide hoc egiſſem, ꝙ non perueniſſet ad tuā notitiam.
¶Con-



A ¶Conſequēter Boethius in perſona puſilloꝝ exponit ſuæ mētis fluctuationē & admi
rationem ex cōſideratione diuini iudicij, ꝙ deus frequēter impios prēualere permittat
aduerſus iuſtos ac ſapiētes ac implere q̄d peſſime cōceperūt. [Quia in te]. i. in iſta ad-
uerſitate & cauſa, [nō ita ſenſus noſtros mœror hebetauit]. i. triſtitia nō tā intēſe ob-
fuſcauit ſenſus noſtros interiores, vc; intellectū ſpeculatiuū, & practicū, ſeu intellectū
& rationē, vel habitus ſciētiales, [vt impios ſcelerata cōtra virtutem eſſe querar moli-
tos]. i. vt querar, cauſer & cōquerar impios eſſe molitos. i. mēte conatos ac aīo conce-
piſſe aut perpetraſſe [ſcelerata cōtra virtutē]. i. oppreſſiones iuſtoꝝ contrarias actibus
habitibusq; virtutū. [Sed q̄ ſperauerunt effeciſſe, vehemēter admiror]. i. valde obſtu-
peo, ꝙ impleuerūt hæc ipſa, & pmiſit deus ordinās hæc oīa ipſos tā peſſimas volunta
tes effectibus mācipare, pſertim cū oīs effectus cauſæ ſecūdæ atq; creatæ principaliter
originaliterq; ſit effectus cauſæ primæ: imo, vt in exordio libri de cauſis habetur: Pri- Liber cauſarum.
ma cauſa in omni effectu plus influit, q̄ quæcunq; cauſa ſecunda. Oīs quoq; cauſalitas
& poteſtas cauſæ ſecūdæ eſt a cauſa prima. Ergo ſecūda cauſa nō agit niſi virtute pri
mæ cauſę. Ergo videtur cauſa prima cooperari vitioſe agētibus, q̄d cum impie ſonet,
merito miror q̄d iniqui implēt & implere ſinūtur q̄ ſperauerunt. i. praua opera q̄ opta-
uerunt. [Nam deteriora velle noſtri fuit fortaſſe defectus]. i. ex volūtate humana, in-
B quantū eſt defectiua, fragilis & creata, procedit mala & peiora optare. [Perficere autē
poſſe cōtra innocentiā, q̄ ſceleratus qſq; cōceperit inſpectāte deo mōſtri ſimile eſt]. i.
incōueniens valde, & diuina puidentia indecēs eſſe apparet, ꝙ ſceleratus quiſq; poteſt
opere ppetrare, q̄ cōtra innocentē ac innocentiā excogitauit: ita ꝙ ſicut mōſtrū eſt pec-
catū in natura, & effectus ſuæ incōueniens ſpeciei, ſic iſtud videtur eſſe pctm̄ in proui-
dentia, & opus deturpans efficientiā primæ cauſę. [Vnde haud iniuria]. i. non iniurio
ſe, nec ex iniurioſa ſeu irratiōabili cauſa, [tuoꝝ quidā familiariū]. i. vnus philoſopho
rum tibi familiariter cognitoꝝ atq; charoꝝ quæſiuit. [Siquidē eſt deus, inquit, vnde
mala?]. i. ſi p certo eſt deus, qui oīs boni eſt cauſa, vt vniuerſoꝝ prouidentiā habens,
[vnde mala?]. i. ex qua cauſa, & qualiter proueniūt mala culpæ? [Bona vero vnde, ſi
non eſt?]. i. ſi non eſt verus & ſummus deus, vnde fluxerunt, & ſunt bona tam multa
& magna, in qbus eſt multiplex ordo? Ad iſta infra plenarie reſpōdetur. Et nūc pauli
ſper tangendo, ſciendum ꝙ Boethius in perſona imperfectoꝝ ſeu infirmoꝝ hæc pro-
fert, & argumētatio ſua per propriā imperitiam cōfundit ſeipſam. Nēpe cum interior
actio vere ſit actio, & ex poſitiua virtute ſeu reali poteſtate procedēs, eadē eſt difficul-
tas de actione interiori & opere exteriori, qualiter fiant aut fieri poſſint, deo ſpectāte
& cooperāte. Ideo aduertēdum, q̄d in actu vitioſo tam interiori q̄ exteriori ſunt duo, In omni actione duo conſideranda.
C vnum, materiale, quod eſt ſubſtantia actus, & hoc eſt à deo & à cauſa ſecunda in vir-
tute dei agente, eſtq; à deo etiam effectiue, & à virtute creata, inquantum eſt quædam
participatio, ac quidam effectus poteſtatis increatæ. Aliud eſt formale, quod eſt deor I.
dinatio ipſa & auerſio à ſummo bono, & hoc eſt à deo permiſſiue, qui iuſto iudicio II.
permittit rationalem creaturam errare, deficere & peccare. Eſt quoq; à volūtate & po
teſtate creata, inquantū ex nihilo eſt, & defectuoſa ac labilis. Et iſtud doctores in di-
uerſis locis concorditer aſſerunt in ſcriptis ſuis ſuper primum, ſecundū ac tertium Sen
tentiaꝝ, Auguſtinus quoq; in libris de Ciuitate dei. i. de eccleſia militāte, q̄uis & ini Auguſtin.
bi aliqua tangat de eccleſia triumphāte. Deniq; q̄uis Boethius multum miretur quod
deus omnia cernens tam multa & magna permittat fieri mala, tamen de hoc in ſcriptu
ris copioſæ & rationabiliſſimæ cauſæ traduntur. Et ſumme mirandum, quod pater
æternus vnigenitum filium ſuum permiſit à ſceleratiſſimis ſic tractari. Deinde ſan-
ctos Apoſtolos & electiſſimos martyres. Nec iſtud eſt ſimile monſtro referendo to-
tum hoc ad prouidentiam creatoris, quàmuis in ſe & ſecundum ſe ſumptum, videatur
mirabile. Siquidem electos & pios deus omnipotens exercet & purgat, ditat, ſubli-
mat, probat & ſaluat per reprobos. Amplius ſicut Boethius in perſona puſillorum
mouet hanc opinionem: ita & ſancti prophetæ eam frequenter mouerunt, vt dum
IEREMIAS ait: Iuſtus quidem tu es domine, ſi diſputem tecum. Veruntamen Iere. 12
iuſta loquar ad te: Quare via impiorum proſperatur, & bene eſt omnibus qui prę-
uaricantur? Et HABACVC: Vſquequo clamabo domine, & non exaudi- Habac. 1
es? Quare non reſpicis contemptores, & taces conculcante impio iuſtiorem ſe?

Quia impius præualet aduerſus iuſtum, propterea egreditur iudicium peruerſum. De D
his infra multa dicentur. ¶Conſequenter oſtendit Boethius ſuarum tribulationum
acerbitatem ex hoc, quod etiam ab amicis, propinquis, familiaribus & beneficiatis à
ſe, id eſt, quibus ipſe exhibuit multa bona, perpeſſus eſt. [Sed fas fuerit,] id eſt, ſi licuit,
& dato quod licuiſſet, [nefarios homines,] id eſt, Theodoricum tyrannum & eius mi
niſtros] qui bonorum omnium, totiusq; ſenatus ſanguinem petunt,] id eſt, optant &
exquirunt effuſionem ſanguinis vniuerſorum iuſtorum & catholicorum, vt Arriani
prefati. [Nos etiam (quos propugnare bonis, ſenatuiq; viderant) perditũ ire voluiſſe,]
.i. voluiſſe etiam ire perditũ. i. perire atq; interfici nos Boethium, [quos viderãt pro-
pugnare], i. inſtar propugnatoꝝ defenſionem impendere ac prodeſſe [bonis] homini
bus, atq; ſenatui. [Sed num idem quoq; de patribus merebamur?]. i. non meruimus
à ſenioribus ac ſenatoribus diiudicari, nec etiã ſenatores fecerunt hoc ex propoſito &
ſcienter, ſed ex circũuentione tyranni & in generali, vt patuit. Attamen ſi imo voluiſ-
ſent bene potuiſſent ſuum iudicium incaute prolatum cognito eius errore reuocaſſe,
quod ex timore tyranni facere omiſerunt. [Meminiſti,] o philophia, [vt opinor,] id
eſt, probabiliter puto, [ꝙ me dictuꝝ facturumve preſens ſemper ipſa dirigebas]. i. qa
tu mihi ſemper præſens fuiſti, & direxiſti me, [dictuꝝ quid & factuꝝ]. i. dum aliquid
eram dicturus aut facturus. [Meminiſti, inquam, Veronæ cum rex auidus exitij com- E
munis] .i. memor es cum rex Theodoricus exiſtens Veronæ. i. in Verona vrbe Italię,
[auidus]. i. cupidus [exitij cõmunis]. i. generalis occiſionis omniũ ſenatoꝝ, [maieſta-
tis crimen]. i. crimen læſæ maieſtatis, [in Albinum delatum]. i. Albino ſenatori falſe
impoſitum, vt patuit in hac proſa, [ad cunctum ſenatus ordinem transferre molire-
tur]. i. conaretur imponere ſenatoribus vniuerſis inter ſe ordinatis, ordinemq; ſeu ha-
bitudinem habentibus tam ad ſuperiores eis, Papam & Imperatorem, q̃ ad inferiores
[vniuerſi innocentiã ſenatus quanta mei ſecuritate periculi]. i. cum quanta intimidita
te de meo periculo [defenderim]. i. cõprobauerim [innocẽtiam vniuerſi ſenatus]. i. o-
mnium ſenatoꝝ, quantũ ad crimen læſæ maieſtatis, q̊d tyrannus eis imponere niteba-
tur, qui ſapiẽtiæ & ſermonibus Boethij reſiſtere nõ valebat. Sciebat eñ Boethius ſibi
ex his imminere periculũ mortis apud tyrannũ hæreticum: nihilominus timorẽ mor-
tis fortitudine animi reprimẽs, amore virtutũ cum mentis ſecuritate defendit iuſtitiã,
Prouer. 28 innocẽtes excuſans, & implens q̊d Salomon dixit: Iuſtus quaſi leo confidens abſq; ter-
rore erit. [Scis me ꝓferre hæc & vera]. i. tu o philoſophia ſcis vera eſſe iſta quæ pro-
fero, ita ꝙ non ſolum ſcis me iſta proferre, ſed etiam ſcis vera eſſe quæ profero, [& in
nulla vnquam mei laude iactaſſe]. i. laudibus quas de me ſcripſi, ſeu in operibus lauda
bilibus quæ peregi, nunquam me quæſiſſe aut intendiſſe meijpſius publicationem, va F
nam ve gloriam aut extollentiam in meipſo. Et ſi Boethius intẽdit aſſerere quod nun
quam in tota vita ſua iactauit ſeipſum, præclarum valde hoc fuit, poteſt tamen expo
ni coarctando ad iſtam materiam, ita quod in horum deſcriptione nullam vanitatem
quæſiuit. [Minuit enim quodammodo ſe probantis conſcientiæ ſecretum,] id eſt, oc
cultum iudicium conſcientiæ [probantis,] id eſt, approbantis & collaudantis ſeipſam
inaniter ſeu iactanter, [minuit quodammodo] meritum ſuum, [quoties oſtentando
quis factum,] id eſt, inaniter publicando opus ſuum bonum, [recipit famæ pretium,]
id eſt, pro mercede ſua cõſequitur ab hominibus famam pretioſam ſeu magnam: imo
talis publicatio ſeu iactatio proprij operis meritorij frequenter nõ ſolum minuit, ſed
& totaliter tollit & perimit meritum ac præmium boni operis præcedentis, inſuper-
que meretur damnationem æternam: quando videlicet tanta eſt, quod plus quæritur
laus humana, quàm honor dei, & fama temporalis, quàm gloria æternalis, quod dire
cte repugnat charitati & æquitati. Idcirco de talibus Chriſtus in Euangelio ſæpe te-
Matth. 6.7 ſtatus eſt: Amen amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. Et rurſus: Dilexerunt
Iohan. 12 hominum gloriam magis quàm gloriam dei. Si autem quæratur propria fama aut
laus humana citra dei honorem & gloriam, hoc eſt, minus quàm honor dei & ſalus
æterna, veniale peccatum eſt, & minuit meritum ac præmium operis virtuoſi, & hoc
veniale eſt valde vitandum, quia ſtultitia quædam eſt, & diſpoſitio ad mortale. [Sed
innocentiam noſtrã quis exceperit euentus, vides,] id eſt, o tu philoſophia, [vides]. i.
cognoſcis, [quis euẽtus,] id eſt, qualis caſus ſeu merces, [exceperit,] id eſt, concomita-
tus ſit



A tus ſit & remunerauerit [innocentiam noſtram,] id eſt, immunitatem à ſceleribus no-
bis impoſitis. Et hoc poſſit ſic planius exprimi: Vides qualem retributionem accepit
innocentia noſtra, [pro verę virtutis pręmijs,] id eſt, pro mercedibus actuum vere vir
tuoſorum [falſi criminis pœnas ſubimus,] id eſt, recipimus exilium, incarcerationem,
confuſionem, diffamationem criminum nobis mendaciter impoſitorum. Quæ ſcili-
cet pœnæ debentur criminibus vere commiſſis, quæ nobis imputantur mendoſe. Iſta
loquitur Boethius more hominum valide afflictorum, qui interdum impellente do-
lore loquuntur aliqualiter exceſſiue & ſatis extreme. Non enim in vita hac eſt merces
finalis ac principalis actuum meritorioꝝ. Nec mirum, quod electi in ſeculo iſto pro-
pter iuſtitiam perſequutiones ſuſtineant, & tamen iuxta hũc modum loquendi etiam
ſanctus Iob frequenter loquutus eſt in diuerſis libri ſui locis: Ad omnipotentem, in- Iob 13
quiens, loquor, & cum deo diſputare cupio. Saltem nunc intelligite, quia deus non
æquo iudicio afflixerit me, & flagellis ſuis me cinxerit. Nunquid contra hominem di Iob 21
ſputatio mea, vt nõ merito debeam cõtriſtari? Expectabã bona, & venerunt mihi ma Iob 30
la, præſtolabar lucem & eruperunt tenebræ. Iuxta hunc modum etiam loquitur Iere-
mias: Expectauimus pacem, & non venit: quæſiuimus bona, & ecce turbatio. ¶Con- Iere. 8
ſequenter Boethius tangit, quaſi incomparabilem atrocitatem & aduerſitatem ſibi in-
B flictam. [Et cuius vnquam facinoris manifeſta confeſſio ita iudices habuit in ſeueri-
tate cõcordes?] Hoc eſt, [cuius facinoris,] id eſt, enormis iniquitatis, [manifeſta con-
feſſio] id eſt, euidens propalatio facta ab ipſo facinoroſo, habuit vnquam iudices
ita concordes in ſeueritate, id eſt, quod crimen aperte confeſſum ab ipſo reo, vn-
quam tam crudeliter à iudicibus eſt punitum, [vt non aliquos vel ipſe ingenij error
humani, vel fortunæ conditio cunctis mortalibus incerta ſubmitteret?] Hoc eſt, [vt
error,] id eſt, ignorantia ſeu obliuio vel deceptio [humani ingenij, vel conditio,] id
eſt, proprietas ſeu varietas [fortunæ, incerta cunctis mortalibus,] id eſt, dubioſa ho-
minibus omnibus, [non ſubmitteret,] id eſt, ad clementiam non moueret, vel diſcor-
dantes non faceret [aliquos,] id eſt, quoſdam ex ipſis iudicibus? Quaſi dicat, raro aut
nunquã id accidit. Diuerſa etenim capita communiter in talibus diuerſimode ſentiũt,
& vt ait Apoſtolus: Vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundat, & nunc iſtud, nunc illud ali- Roma. 14
quem iudicum flectit ad pietatem, & tamen in Boethio non eſt taliter factum, quia ty
rannus & iudices ei aſſidentes vnanimiter crudeliſſimi in Boethium extiterunt. Verun
tamen iſtud Boethius dicit iuxta conſuetudinem grauiter afflictorum, quorum vni-
cuique ſolet videri, quod afflictio, id eſt, aduerſitas ſua ſit maxima. Attamen conſtat,
quod multi martyres ſancti, etiam abſque ſuo demerito, multo grauiora ſunt paſſi,
C quam venerabilis & electus iſte Boethius, qui nihilominus ſi rite penſetur, valde mul-
ta & magna perpeſſus eſt, quia cum eſſet literatiſſimus & famoſiſſimus omnium con-
ſulum Romanorum, omni ſuo honore, & opulentia rerum, proſperitate terrena, præ
cipua ſocietate, bonæ atque chariſſimæ conthoralis, clariſſimorumque filiorum ſine
demerito ſuo priuatus eſt, incarceratus & voluntati crudeliſſimi aduerſarij traditus,
ac tãdem ab eo occiſus. Et certe, vt Seneca loquitur: Bis mori eſt arbitrio alterius mo Seneca.
ri, quanto magis arbitrio hoſtis? Hoc itidem auxit non parum eius dolorem, quod
patres & ſenatores Romani, quibus ipſe tot bona impendit, eum ſic iudicauerunt, re-
liquerunt, nec repetere auſi fuerunt, recognoſcendo ſe ſententiaſſe incaute, nec diligen-
tius teſtes examinando, imo cedendo humano timori. Huic Boethio dici potuit illud
Iob ſancti: Cauſa tua quaſi impij iudicata eſt, cauſam, iudiciumque recipies. ¶Dein- Iob 36
ceps Boethius adhuc clarius probat, quàm iniuſte fuerit accuſatus, iudicatus atque pu
nitus. [Si inflammare ſacras ædes voluiſſe, ſi ſacerdotes impio iugulare gladio, ſi bo-
nis omnibus necem ſtruxiſſe diceremur,] hoc eſt, [ſi diceremur,] id eſt, accuſaremur,
[voluiſſe] voluntate imperatiua & efficaci procedente in opus pro poſſe, [inflammare
ſacras ædes,] id eſt, incendere templa, [ſi] etiam diceremur voluiſſe [iugulare,] id eſt,
trucidare, [ſacerdotes gladio impio]. i. vitioſo gladij vſu. [Si] itẽ diceremur [ſtruxiſ-
ſe]. i. preparaſſe [necẽ omnibus bonis]. i. iuſtis hominibus, eos tradẽdo aut mẽdaciter
accuſando, ſeu eis laqueos mortis procurãdo, [præſentẽ tamen ſententia cõfeſſum, cõ-
uictũq; puniſſet]. i. q̃uis tam horrẽda ſcelera, vt ſunt eccleſias incẽdere, ſacerdotes occi
dere, q ſunt caſus papales, & oĩbus iuſtis mortẽ moliri, q̊d eſſet cõmuni bono inſidiari
nimi-

nimiumq́; enormetattamen non fuiſſem abſens damnandus,ſed præſens,& proprium D
facinus faſſus ſaltẽ per pœnas atq; conuictus per teſtes aut rationes aut euidentiam fa-
cti. Seruandus eſt eñ proceſſus & ordo iuris,in iudicando, potiſſime in ſanguinis cau
Actoꝝ 25 ſa,vt in decreto diffuſe deducitur. Vnde & in Actis habetur:Non eſt cõſuetudo Roma
nis damnari aliquẽ hominem,priusꝗ is,qui accuſatur, præſentes habeat accuſatores,
locumq́; defendendi accipiat ad abluenda crimina.[Nunc vero quingentis fere paſſu-
um millibus procul moti] .i.per tm̃ ſpatium à Roma diſtantes [atq; indefenſi] .i.nec
propria expurgatione,nec alioꝝ excuſatione protecti,[ob ſtudium propenſius in ſena
tum,morti proſcriptioniq́; dãnamur,] id eſt, adiudicamur morti ciuili & corporali &
proſcriptioni, [ob ſtudium].i.affectum & conatum exhibitum,[propenſius].i.copio
ſius,[in ſenatum].i.ad cõmune bonum ſenatus,& ad eius defenſionem. Ob hoc enim
Proſcriptio. Boethius fuit tunc in vrbe remota à Roma . Porro proſcriptio vocatur interdum ex-
pulſio alicuius ex patria,ita ꝙ ei de rebus proprijs adminiſtratio non fit. Relegatio au
Relegatio. tem dicitur expulſio alicuius à patria,ita quod ei adminiſtratio fit bonoꝝ ſuoꝝ. Alij
aſſerunt,ꝙ proſcriptioni dãnatus fertur is,contra quẽ lata eſt ſententia Romæ , cuius
nomẽ deletur de ſcriptura æneæ tabulæ. Cõſuetudo etenim extitit Romanoꝝ, ꝙ no-
mina ſenatoꝝ,quoꝝ conſilio Vrbs regebatur,literis aureis in tabulis ęneis ſcribeban
tur,propter quod ſenatores vocati ſunt patres conſcripti. Cumq́; propter ſua demeri- E
ta deponebantur,nomina delebantur,tuncq́; appellabantur proſcripti,quaſi procul à
conſcriptione huiuſmodi.[O meritos,]id eſt, cæteros ſenatores recte ſeu ironice dixe
rim meritos, [de ſimili crimine neminem poſſe cõuinci] .i.nullum ſenatoꝝ pręter me
poſſe probari reum grauis exceſſus , ſicut ego probatus ſum per literas falſas . Et per
hoc Boethius implicite tangit innocentiã ſuam, cum nõ ſit veriſimile, ꝙ ipſe tale quid
attẽtaſſet cõtra Theodoricum regem duriſſimum,ſine aſſiſtentia ſenatoꝝ,ſaltem quo
rundam. Cumq́; iam dixerit ſe à ſenatoribus adiudicatum, nũc quaſi ironice dicit eos
meritos,id eſt,iuſtos ſeu meritis commẽdabiles. [Cuius dignitatem reatus,etiam ipſi
qui detulere viderunt,]id eſt, ipſi accuſatores mei, [qui me detulere,]id eſt, accuſaue-
runt, [viderunt,]id eſt,cognouerunt dignitatem ſenatoriam,[reatus,]id eſt, facti, ꝙd
mihi pro crimine imputatur : quod tamen iuſtum fuit , & pro ſenatoribus militans,
pro quorum defenſione loquebar & laborabam . Vel, dignitatem reatus, id eſt, rea-
tum mei in dignitate conſtituti,quaſi dicat:ſciebant me non eſſe reum,quanquam mi
hi imputabant,reatum,id eſt,crimen ſeu obligationem ad pœnã pro culpa. [Quam]
meam dignitatem,[vti]id eſt, vt,[alicuius ſceleris admixtione fuſcarent,]id eſt, deni-
grarent,& me impium comprobarent, [ob ambitum dignitatis ſacrilegio me cõſcien
tiam meam polluiſſe mentiti ſunt,]id eſt,accuſatores præfati,[mentiti ſunt,]id eſt,mẽ F
doſe mihi impoſuerunt,[me polluiſſe].i.ꝙ ego maculaui,[conſcientiam meam,ſacri-
legio,]id eſt , abuſu rei ſacræ magicis artibus vtendo,aut dæmones conſulendo,[ob
ambitum dignitatis].i.ex cupiditate adipiſcendi ſenatoriam dignitatem. [Atqui].i.
pro certo,[& tu]o philoſophia,[inſita nobis] .i.menti noſtræ impreſſa, [omnem re-
rum mortalium cupidinem de noſtri animi ſede pellebas,]id eſt,expellebas de habita-
culo cordis noſtri, & de noſtra vi affectiua omnem inordinatũ affectum ad iſta mor-
talia & terrena. Nam & hoc docet philoſophia,& quidam philoſophi naturali ratio-
Plato. ne inducti, omnem principatum terrenum ſpreuerunt, quemadmodũ etiam Plato no-
luit aſſumere primatum ſuper Athenienſes,quàmuis rogatus ab eis. [Et ſub tuis ocu-
lis,]id eſt, te pręſente & inſpiciente,[ſacrilegio locum fas eſſe non erat,]id eſt,licitum,
[non erat locum eſſe ſacrilegio,]id eſt, in anima mea , aut in aliqua eius potentia eſſe
Sacrilegiũ. ſacrilegij crimen . Sacrilegium autem proprie eſt abuſus rei ſacræ, & ſunt multæ ſpe-
cies eius. [Inſtillabas enim,] id eſt, immittebas,[auribus,]interioribus,[cogitationi-
busq́; meis quotidie Pythagoricum illud,].i. doctrinam illam Pythagorę,[ἕπου θεῷ,]
ꝙd ſonat in Latino, deum ſequere.i. vni vero & ſummo deo,eiq́; ſoli cultũ latrię exhi
beto, nõ idolis nec alicui purę creaturæ. Poſuerunt autẽ gentiles diuerſum atq; multi
plicem ordinem deoꝝ,& nihilominus vnũ veꝝ altiſſimũ deum,quem,vt ait Porphy
rius, polus, tellus, pontusq́; contremunt,& ipſa numina perhorreſcunt. Quem deum
nõ colũt ſynceriter,qui deoꝝ quærũt pręſidia,qui nicromãtijs ſtudent,qui ſacrilegijs
vacant, aut dæmones cõſulunt. Vnde ſubiũgitur:[Nec cõueniebat me viliſſimoꝝ ſpi-
rituum



rituum præſidia captare,]id eſt, nequaquam congruum fuit,[me captare,[id eſt , fre-
quenter aut vnquam capere, [præſidia,]id eſt,auxilia, cõſultationes, cooperationesq́;
dæmonum,[quem tu in hanc excellentiam componebas,]id eſt, ornabas & perduce-
bas,in hanc excellentiam,id eſt,ad hanc perfectionem præcipuam,[vt]me[cõſimilem
deo faceres,]ſimilitudine imitationis,id eſt,ad præclaram ſapientiam & dei amorem,
cæteraſq́; virtutes atq; multiplicem & eminentem ſciẽtiam mihi donaſti, hortando &
inſtruẽdo me ad hoꝝ naturalium adeptionem habituum. Eſt quippe in homine quid
diuinum ſecundum philoſophos, vtputa pars intellectiua, in qua eſt creatoris ſimilitu-
do aliqua naturalis,quæ tanto plus perficitur,ornatur ac deiformis efficitur,quanto
in habitibus & actibus ſcientiarum ac virtutum, præſertim ſapientiæ ac diuini amo-
ris,vehementius creſcit & conſummatur. Vnde & Plato ait in primo Timęi,quod ho Plato.
minibus cum deo & diuinis ſubſtantijs eſt naturæ conſortium & appellationis parili
tas. Septimo etiam Ethicorum Ariſtoteles proteſtatur: Homines per virtutum excel- Philoſoph.
lentiam dij dicuntur. Et rurſus decimo Ethicorum:Homo ſecũdum intellectum ope- Idem.
rans,id eſt,cõtemplationi deditus,& hunc curans,id eſt,perficere,cuſtodireq́; ſatagẽs,
optime diſpoſitus & deo amãtiſſimus eſſe videtur. Deinde idem probatur teſtimonio
domeſticoꝝ & familiariũ. [Præterea penetral].i.penetrale ſeu ſecretior camera mea,
[innocens].i.nihil in ſe continẽs ſuperſtitioſum nec idola,[domus].i.catholica & ho
neſta familia mea,[honeſtiſſimoꝝq́; cœtus amicoꝝ].i.copioſa amicoꝝ meoꝝ multi-
tudo,probitate moꝝ ornata,exemplaris & bonis honeſtis potius ꝗ vtilibus,delecta-
bilibuſve intẽta. Honeſtas quippe dicitur quaſi honoris ſtatus: honor vero virtuti de Honeſtas.
betur, idcirco honeſti ſunt qui ſunt virtutibus dediti. Bonum quoq; honeſtum voca- Bonum honeſtum.
tur, quod per ſe appetibile exiſtit & propria vi ac dignitate nos allicit, vt virtutes & a-
ctus earũ, potiſſime vltimus finis. [Socer etiam ſanctus,]Symmachus ſcilicet, id eſt,
ſanctus vir nomine Symmachus pater meæ vxoris, [& æquo actu ipſo reuerendus,]
id eſt,qui ſicut ſanctus eſt,quantum ad mentis puritatẽ, ita & in exterioribus actibus
ſuis reuerenter ſe habet & ſine querela . De quo Symmacho alibi ſcribit Boethius , ꝙ Libri II. proſa IIII.
tam virtuoſus ac ſapiens erat, vt ex ſapientia atq; virtutibus videretur eſſe cõpoſitus,
ꝙd & de ipſo Boethio veraciter dici poteſt, [ab omni nos huius criminis ſuſpitione de
fendunt,]id eſt,immunes nos probant à ſacrilegij crimine,ita quod nemo poſſit hoc
de nobis rationabiliter ſuſpicari. Poteſt autem per penetral intelligi vxor Boethij, &
ſoboles eius qui cum ipſo in ſecretioribus domus ſuæ locis conuerſabantur , potiſſi-
me vxor,ſicq́; ponitur continens pro cõtento,ſeu locus pro locato. Deniq; omnes iſti
defendebant Boethium à crimine tanto, dupliciter. Primo, materialiter,quoniam ex
qualitate & conſideratione ipſorum patuit ipſum Boethium eſſe virtuoſum ac ſapien
tem. Vnumquodq; enim ſuo ſimili ſolet libẽter coniungi,iuxta illud: Similis ſimilem
ſibi quærit. Vnde in Eccleſiaſtico ſcribitur : Omnis caro ad ſimilem ſibi coniungetur, Ecci. 13
& omnis homo ſimili ſibi ſociabitur. Sic quoq; inanimata & irrationabilia, imo & cũ
cta creata laudant, benedicunt ac glorificant deum. Secundo, efficiẽter, quoniam teſti-
monium perhibebant vocaliter honeſtati, deuotioni, virtutibusq́; Boethij. ¶Conſe-
quẽter exclamat cum admiratione Boethius,propter enormitatem maloꝝ, quæ irrue
runt in ipſum.[Sed o nefas].i.o quàm grande malum, enormeq́; vitium eſt iſta ſenti-
ri de me, imo & de te. Nam ſubditur:[Illi vero,]vtputa accuſatores mei,[de te tanti cri
minis capiunt fidem,]id eſt,etiam tibi aſcribunt tantam impietatem, ſicq́; [capiunt fi-
dem,]id eſt,credunt de te facinus tantum,quod ſcilicet, tu doceas ſuperſtitioſa atque
ſacrilega. [Atque hoc ipſo videmur,]id eſt,iudicamur à prauis imperitis hominibus,
[affines,]id eſt conſcij,[fuiſſe maleficio,] id eſt,nicromantiæ ac ſacrilegio,[quod tu-
is inſtituti diſciplinis,tuis imbuti moribus ſumus].i.ex hoc ꝙd informati ſumus aſtro
nomia & ethica , & cæteris liberalibus artibus, & iuxta moralia documenta vitamus
vana conſortia , nociua colloquia , conuiuia quoque , & operam damus ſilentio at-
que quieti , ſecretioribuſque locis , vt ſtudio ſapientiæ ac virtutum liberius inten-
damus . Illi vero , arbitrantur nos in his ſacrilegijs & nicromantijs vacare . [ Ita-
que non eſt ſatis , ] id eſt , non ſufficit impijs illis , [nihil mihi tuam profuiſſe reue-
rentiam,]id eſt , tuam venerandam authoritatem ſeu profeſſionem qua ſtudijs tu-
is inhæreo mihi non profuiſſe apud iudicium iniquorum , qui & bona intrepre-
tantur

tantur in peius,& mei occaſione tibi etiam obloquũtur. Nam ſequitur: [Niſi vltro tu
mea potius offenſione lacereris,]hoc eſt,niſi vltro,hoc eſt,ſponte,ex irrefrenata illoꝝ
libertate tu innocens ſapiẽtia[lacereris].i. corrumparis & vitupereris, [potius].i. ma
gis quàm collauderis [offenſione mea].i. ex vitijs quæ mihi mendaciter imputantur,
quibus regem & Rempublicam iudicor offendiſſe. ¶Conſequenter pandit Boethius
ſuæ afflictionis acerbitatẽ ex multiplici malo ei annexo & conſequuto. [At vero hinc
etiam noſtris malis,]id eſt,aduerſitatibus[cumulus accedit,]id eſt augmentum accre-
ſcit,[quod exiſtimatio,]id eſt,incauta atq; erronea opinio[plurimorũ,]videlicet im-
peritorum & iniquorum, [non rerum merita, ſed fortunæ ſpectat euentum,] id eſt,ea
quæ accidunt, magis aſcribit fortunæ, quàm prouidentiæ dei ac meritis hominum.
Vel ſenſus eſt, quod populus vulgaris potius penſat ipſum euentum fortunæ ſubie-
ctum,hoc eſt,ipſam proſperitatem vel aduerſitatem, quàm hominum merita, [eaque
tantum iudicat eſſe prouiſa,]id eſt,à deo præcognita & diſpoſita,ſeu prouide facta ab
homine,[quæ felicitas commendauerit,]id eſt, ex temporali proſperitate ſequenti re
putãtur bona fuiſſe.[Quo fit,]id eſt,ex quo procedit ac ſequitur, [vt exiſtimatio bo
na prima omnium,]id eſt,bona fama quam omnes primo habuerunt de bonis homi-
nibus fortunatis, quando adhuc proſperabantur, homines[deſerat infelices,]id eſt,
infortunatos miſerijs pœnæ, vtputa aduerſitatibus ſubditos,quia dum taliter eis ſuc
cedit miſeri reputantur,& talia meruiſſe à vulgaribus perhibẽtur,quod & interdũ ſic
eſt, nec tamen ideo miſeri ſimpliciter ſunt cenſendi, ſed magis beati & electi atque di-
Apoc. 3 lecti à deo, dicente: Ego quos amo arguo & caſtigo. De quo item ait ſcriptura: Bea-
Iob 5 tus homo qui corripitur à domino. Interdũ vero non eſt ſic,quia nonnunquam electi
& iuſti grauiter affliguntur,non propter ſuos exceſſus,ſed vt probetur virtus eorum,
& creſcant in gratia per aduerſa,ſicq; glorioſius coronentur in cœlis, alijs quoque in
Iob 2 exemplum proponantur,vt patet in ſancto Iob & Tobia,immo communiter in glo-
Tobiæ 2 rioſis apoſtolis, itemque martyribus. Deniq; iſtud fuit radix & origo diſceptationis
inter Iob & eius amicos, quia amici eius putabant hominem in hac vita non ſubiacere
diſſortunijs,cladibus & tormentis, niſi pro ſuis exceſſibus. Cumque vidiſſent ipſum
Iob tam dire percuſſum,iudicabant eum non veraciter fuiſſe iuſtum, ſed magis hypo-
critam, cuius contrarium ipſe conſtanter, veraciterq; defendit. [Qui nunc populi ru-
mores, ]id eſt, o quàm multi rumores ſunt, modo in plebe de me, [quàm diſſonæ,
multipliceſque ſententiæ piget reminiſci,] id eſt, tædet me recordari aut mente reuol-
uere, quàm diuerſæ ac diſcordantes iudicationes iam proferantur à diuerſis homini-
bus de me, quibuſdam me excuſantibus, quibuſdam me accuſantibus. Nec inde fuit
Seneca. Boethio multum curandum, cum & Seneca dicat: A prauis vituperari laudari eſt. Et
2. Cor. 6 iuxta Apoſtolum: Oportet ſeruum dei per diffamiam & bonam famam tranſire, &
quàm impoſſibile eſt ventos à flatibus ſuis reprimere, tam impoſſibile eſt varia ac teme
raria hominũ iudicia impedire. [Hoc tantum dixerim,] quantum ad iſtum punctum,
[vltimam fore aduerſæ fortunæ ſarcinam,] id eſt, hoc eſt eſſe maximum pondus ſeu
grauamen diſſortunij,[quod dum miſeris aliquod crimen affigitur,id eſt, diſſortuna-
tis & afflictis imponitur aliquod crimen, [quæ perferunt,] id eſt, damna & aduerſa,
quæ pro crimine eis impoſita patiuntur, [meruiſſe creduntur] à multis. [Et ego qui-
dem bonis omnibus pulſus,]id eſt, cunctis opibus meis priuatus, domo, vrbe, patria
deſtitutus,[dignitatibus,]id eſt, officijs[exutus, exiſtimatione fœdatus,] id eſt, in cor
dibus hominum iam denigratus quantum ad famam,& vilis iam iudicatus,[ob bene-
ficium ſupplicium tuli,]id eſt, tormenta hæc patior propter beneficia, ſeu opera iuſta
atque benefica, quæ ſenatoribus, ac communitati impendi & quoniam iuſti & veri te-
Mala quæ ex D. Boethij damnatione iniuſta euenerunt. nax fui. ¶Poſtremo tangit Boethius ſuam afflictionem, quam habuit ex hoc quod
ex ſua oppreſſione & perſequutione corda plurimorum varia inciderũt incommoda.
Nam quidam inde fuerunt exterriti, puſillanimeſq; effecti, quidam inaniter gloriati,
atq; ad peccandum audaciores effecti. Vnde ſubiungit: [Videre autem videor,]id eſt,
videtur ſeu apparet mihi quod videam viſione mentali, ſeu etiã imaginaria qua viden
tur abſentia, qua etiam auis videt nidum ſuum dum colligit hinc inde materiam, ex
Malum primum. quibus compleat fabricam eius,[nefarias ſceleratorum officinas,]id eſt, domos ſeu tur
bas,[gaudio, lætitiaq; fluitantes,]id eſt, anima & corpore affluenter lætantes, ſeu ap-
petitu



A petitu intellectiuo ac ſenſitiuo gaudentes, iuxta illud: Tenent tympanum & citharam Iob. 21
& gaudent ad ſonitum organi. Iſtud eſt primum malum de quo dolebat, de quo ta-
men non eſt multum dolendum niſi in quantum eſt malum culpæ, cum dicat Pſalmi Pſal. 36
ſta: Noli æmulari in eo qui proſperatur in via ſua, in hoĩe faciente iniuſtitias. Porro
gaudium ſumitur hic pro quacunq; delectatione. Proprie vero gaudium non eſt niſi Gaudium.
bona & ordinata iucunditas, quoniam gaudium eſt diffuſio animi in conceptu boni.
Propter quod in homilia .i. ſermone loquitur Auguſtinus: Mali hoĩes non proprie Auguſti.
gaudere, ſed geſtire dicũtur. Sequitur malum II. [Peſſimũ quenq; nouis delationum Malum II.
fraudibus imminentem]id eſt, videtur mihi quod videam peſſimos quoſq; homines
inſiſtentes, [nouis fraudibus] deceptionibus nocumentis[delationum]id eſt, accuſati
onum falſarum. Nempe dum homines mali conſpiciunt fraudulentos proſperari, &
ſuis fraudulẽtijs præualere, principibuſq; placere, confortantur ad ſimilia perpetran-
da, atq; excogitant quibus fraudium laqueis inuoluant & opprimant bonos ac ſim- Eccẽs. 8
plices. Propter quod ſcriptum eſt in Eccleſiaſte: Quia non cito profertur iudicium
contra malos, abſq; vllo timore filij hominum perpetrant mala. Tales aduertant ac
paueant quod ait propheta: Virum ſanguinum & doloſum abominabitur dominus. Pſal. 5
Et Malachias: Maledictus, inquit, doloſus. Hoc totum apud Iſaiam exprimitur quo Mala. 1
B habetur: Fraudulenti vaſa peſſima ſunt, ipſe enim cogitationes cõcinnabit ad perden Iſai. 32
dos mites in ſermone mendatij. Sequitur tertium malum. Videor quoq; mihi videre. Malũ III.
[Iacere bonos, noſtri diſcriminis terrore proſtratos]id eſt, viros bonos ex conſidera
tione periculorum meoꝝ præ timore incidendi ſimilia eſſe puſillanimes & deiectos, ac
quaſi retrahi à via æquitatis ac veritatis. Ideo ſcriptum eſt: Propter hoc lacerata eſt Abac. 1
lex, quia impius præualet aduerſus iuſtum. Veruntamen tales boni eſſent adhuc valde
puſilli & imperfecti non implentes quod ſcriptũ eſt: Nolite timere eos qui corpus oc Matth. 10
cidunt. Propter quod princeps apoſtoloꝝ in prima ſua hortatur canonica: Quis eſt 1. Petri. 3
qui vobis noceat, ſi boni æmulatores fueritis? ſed & ſi quid patimini propter iuſtiti-
am beati. Timorẽ autem eorum ne timueritis, vt non conturbemini. ¶Subditur quar Malũ IIII.
tum malum. Videor mihi quoq; [flagitioſum quenq; ad audendum quidem facinus
impunitate, ad efficiendum vero præmijs incitari,] hoc eſt, cerno flagitioſos incitari
& prouocari ad concipiendum & proponendum audacter illicita ex ipſa impunitate,
quoniam vident multos impune peccare: imo, peſſime agendo florere ac proſperari,
& video eos incitari præmijs ad peccandũ, ad iniuriandum, ad falſum teſtimoniũ per-
hibendum, ad occidẽdum, iuxta illud in Pſalmo: Quoniam laudatur peccator in de- Pſal. 9
ſiderijs animæ ſuæ & iniquus benedicitur. Contra tales conqueritur deus per Mala- Malach. 3
C chiam: Inualuerunt ſuper me verba veſtra. Vanus eſt qui ſeruit deo, & quod emolumẽ
tum, quia cuſtodiuimus præcepta eius? Ergo beatos nunc dicimus arrogantes. Siqui
dem ædificati ſunt facientes impietatem. Verum inſipientes ac miſeri iſti non dirigũt
oculos niſi ad vitam præſentem, non ad nouiſſima ſua, nec aduertunt nihil periculo-
ſius, nihil terribilius eſſe, quàm in vita hac impune peccare. Taliter quippe peccantes
reſeruantur infernalibus ac æternalibus pœnis. De quibus teſtatur altiſſimus iudex
in Pſalmo: Dimiſi eos ſcd'm deſideria cordis eoꝝ, ibunt in adinuentionibus ſuis. Et Pſal. 80
in Oſee propheta: Gloriam eorum in ignominiam commutabo. Occurram eis quaſi Oſee 4
vrſa raptis catulis, dirumpam interiora eorum, & conſumam eos vt leo. ¶Sequitur
quintum malum. [Inſontes autem].i. innocentes. Video[non modo].i. non ſolum[ſe Malũ V.
curitate, verum ipſa etiam defenſione priuatos,]ita quod aduerſa imminent eis, quæ
& timent nec ab eis nunc proteguntur. Multæ enim tribulationes iuſtorum. Verunta Pſal. 33
men perfecti talia non verẽtur: imo omne gaudium reputant dum incidunt in ea, cum Iacobi 1
& Seneca in ſuis fateatur prouerbijs: Stultum eſt timere q̃d vitari nõ poteſt. Et Varro: Seneca.
Duplex, inquit, eſt malum, dum quod neceſſe eſt pati, moleſte ferimus. Faciamus ergo Varro.
de neceſſitate virtutem, atq; ex charitate libenter toleremus quæcunq; aduerſa, vt ca-
piti noſtro ac domino aliquãtulum conformemur. [Itaq; libet exclamare] ad domi-
num metrum ſequens, admirando, laudando & inuocando maieſtatem, ſapientiam, &
excellentiam eius. ¶Præterea mala hic à Boethio tacta, imo & alia plura tangit & Sa
lomon in Eccleſiaſte & alibi: Vidi, inquiens, calumnias quæ geruntur ſub Sole, lachry
mas innocentium & conſolatorem nullum, nec poſſe reſiſtere eorum violentiæ cun- Eccẽs 4

ctorum auxilio deſtitutos. Contemplatus ſum labores hominum & induſtrias, ani- D
Eccles. 5 maduerti patere inuidiæ proximi. Itemque: Si videris, ait, calumnias egenorum &
violenta iudicia & iuſtitiam ſubuerti in prouincia, ne mireris ſuper hoc negotio, quia
excelſo excelſior eſt alius, & ſuper hos quoque eminentiores ſunt alij, & inſuper vni-
uerſæ terræ rex imperat ſeruienti.

## Difficultatum huius quartæ proſæ propoſitio ac compendioſa abſolutio. ARTIC. XVIII.

### IOHANNES.

Dubiũ I. Circa contenta in proſa hac aliqua mihi dubia oriuntur. Primum, quali-
ter excuſetur, quod Boethius in hac proſa ſeipſum tam vehementer lauda-
uerit, affirmans quod ſeipſum nunquàm iactauerit laude, quod nulla vnq̃
ambitio fuit in eo, quod nulla terrena cupiditas, quod nec principũ timor,
nec aliquid aliud eum ab æquitate deflexit. In quibus exceſſiſſe videtur,
cum vix quiſquam ſanctorum legatur tanta ac talia de ſeipſo dixiſſe aut conſcripſiſ-
Philoſo. ſe, præſertim cum & Ariſtotele teſte in proprijs laudibus oportet potius declinare ad
II. minus. Secundum, quia videtur diuinæ prouidentiæ derogaſſe dicẽdo, hoc monſtro
ſimile eſſe quod ſcelerati innocentibus præualent, cum tamen hoc deus frequenter E
III. agat, aut ſaltem permittat iuſto iuditio, vt patet in millibus martyrum. Tertium,
quoniam ſi Boethius fuit perfectus in omni virtute, vt innuit in prædictis, non debu-
it taliter contriſtari tantaſq; querelas inducere de aduerſitatibus ſuis.

### DIONYSIVS.

Veritatem multifariã accipit. ¶ Veritas multipliciter ſumitur atq; diuiditur, cum ſit veritas entis, veritas propoſi-
tionis, veritas quoq; vitæ, veritas doctrinæ, veritaſq; iuſtitiæ. Eſt etiam virtus mo-
Virtus moralis. ralis, de qua nunc ſermo, quæ eſt pars iuſtitiæ, & virtus ei annexa voluntatem magis
quàm intellectum reſpiciens atq; perficiens. Ad quod ſecundum philoſophum perti-
Philoſo. net, vt homo nec maiora nec minora de ſe pronunciet quàm res ſe habet, quod vtiq;
Idem. commẽdabile eſt, & rationem ſpecialis bonitatis ſortitur. Hæc veritas vt IX. Ethico-
rum ait philoſophus, magis declinat ad minus quàm ad magis, quãdo quis propria
bona enuntiat: ſimiliter, quando mala alterius refert. Referendo autem bona alteri-
us ſeu propria mala, potius declinat ad plus, ſic tamen vt falſitatem ſemper deuitet.
Iſtud nanq; honeſtius eſt vt homo de donis dei ſibi conceſſis, & de bonis quæ latent
in eo manifeſtet minus, quàm vt dicat plus quàm eſt, potiuſque ſe oſtendat mino-
rem quàm maiorem, alias fieret alijs oneroſus tanquam volens eos excellere. Qui ve-
ro minora dicunt de ſe, fiunt alijs gratioſi, quia per quandam moderationis tempe- F
riem ipſis condeſcendunt quodammodo. ¶ Porro dicere de ſe ſupra id quod eſt in
Iactantia. veritate, eſt ſeipſum vane extollere, quod vocatur iactantia. Cui vitio repugnat iro-
Ironia. nia, quæ eſt vitium quo quis à veritate declinans dicit minora de ſe quàm eſt, vel
aliud vile ſibi aſſcribit, quod non cognoſcit eſſe in ſe, aut magnum aliquid negat
de ſe, quod ineſſe ſibi cognoſcit. Cur autem Boethius virtutes ſuas tam diligen-
ter deſcripſit, dictum eſt ſupra, & ſi videatur eas plus quàm decuit magnificaſſe, hoc
venit ex rationabilibus cauſis & prædominanti doloris affectu, atque vt veritas ſuæ
cauſæ ad laudem dei ædificationemque proximorum innoteſceret clarius vniuerſis.
Iob. 9. 10. 12. 13. 14. 16. 17. 28. 29. 30. 31. Sic quoque ſanctus Iob ſuas virtutes multo deſcribit diffuſius quàm in hoc libro Bo-
ethius, Paulus etiam in ſuis epiſtolis. Sic item Hezechias ait quarto libro regum:
Memento domine quoniam ambulauerim coram te in veritate & corde perfecto,
1. Cor. 11 12. & cætera. ¶ Ad ſecundum dicendum quod in hoc non derogauit prouidentiæ
neque iuſtitiæ dei, quia hoc dixit habendo reſpectum ſolum ad cauſas naturales ac
4. Reg. 20 inferiores, vel, in perſona viri nondum perfecti. ¶ Ad tertium ſimiliter eſt dicen-
dum, quod idem Boethius eſt, qui loquitur nunc in perſona viri perfecti ſeu philoſo-
phiæ, nunc in perſona viri puſilli: ſeu, nunc ſecundum ſuperiorem animæ partem,
nunc ſecundum animæ partem ſenſitiuam inferioremque rationem prout de hoc di-
ctum eſt clarius.

## Elucidatio ſpiritualis & myſtica eiuſdem proſæ. ARTIC. IX.

Sentis



A Sentiſne, inquit, hæc? &c. Sic theologia, ſic ſacra ſcriptura: imo & increata ſapi-
entia per authores ſcripturæ canonicæ, per apoſtolos ac prophetas, per Euan-
geliſtas ac ſapientes loquitur homini deſolato, afflicto ſeu animæ tribulatæ:
Sentiſne quæ tibi dico? Et hoc modo Apoſtolus loquitur ſæpe in ſecunda ad 2. Timo. 1
Timotheum epiſtola: Admoneo, inquiens, te vt reſuſcites gratiam dei in te. 2. Timo. 2
Et denuo: Intellige quæ dico, dabit enim tibi dominus de omnibus intellectum. Ad
hunc ſpiritualem ſenſum verborum cœleſtium, & aduertentiam eorundem atq; illa-
pſum eorũ in mentem theologia frequenter hortatur vnumquenq; fidelẽ, ſpecialiterq;
in ſapientialibus libris, vt dum in libro Prouerbiorũ ſapientia admonet: Audi fili mi Prouer. 4
& ſuſcipe verba mea, viam ſapientiæ mõſtrabo tibi: ducam te per ſemitas æquitatis.
Fili mi auſculta ſermones meos, & ad eloquia mea inclina aurẽ tuam. Ne recedant ab
oculis tuis, cuſtodi ea in medio cordis tui. Et iterũ: Scribe ea in tabulis tui cordis. [Es Prouer. 7
ne aſinus ad lyram?] Hoc optime dici poteſt homini carnali, indeuoto, negligẽti, ver-
ba ſalutis non aduertẽti: qui ſic audit ſacram ſcripturam, ſicut aſinus lyram. Vnde di-
ſcipulis adhuc rudibus dixit Saluator: Adhuc cæcatum habetis cor veſtrum? adhuc Marci. 7
& vos ſine intellectu eſtis? Et rurſus in Euangelio ait ad quoſdam: Quibus ſimiles Lucæ. 7
dicam homines generationis huius? Similes ſunt pueris ſedentibus in foro qui coæ-
B qualibus dicunt: Cecinimus vobis & non ſaltaſtis, lamentauimus vobis, & non plo-
raſtis. Tales ſunt qui verba dei audiẽdo, legendo, ſermocinando, nulla cõpunctione
mouentur, nullo feruore tanguntur, ſed in cordis ſui manẽt duritia. Quibus Sapien- Iohan. 8
tia dicit: Sermo meus non capit in vobis. Quo cõtra ſcriptum eſt in eccleſiaſtico: Au- Eccle. 3
ris bona cum omni concupiſcentia audiet ſapientiã. Hoc fac, cum ſapiẽtia proteſtetur: Iohan. 8
Qui ex deo eſt, verba dei audit. [Quid fles? qd lachrymis manas?] Hoc dicitur ei qui
immoderate inſipienterq; luget tẽporalia damna, aut corporalia mala, & abundãtio-
ri abſorbetur triſtitia: aut certe deflet ſua peccata, vt conſolationẽ accipere rẽnuat, nec
in ſpe miſerationis diuinæ reſpiret. Quem conſolatur theologia dicendo: Nunc qua-
re mœrore cõſumeris? Nunquid rex non eſt tibi, aut cõſiliarus tuus perijt, quia cõpre- Mich. 4
hendit te dolor ſicut parturientẽ? Saluabo te & liberabo te. Noli timere. Vnde & Iſa- Iſai. 40
ias effatur: Conſolamini, conſolamini popule meus dicit deus veſter. Sic conſolatur
theologia per Paulum loquens: Gaudete in domino ſemper, iterũ dico, gaudete: [Con Philip. 4
fitere mihi,] hoc eſt, breue, ſaluberrimumq; conſiliũ ſapiẽtiæ æternalis, vt cõfiteamur
ei, & eius vicarijs ſapientibus viris, qui idonei ſunt alios docere, conſolari, dirigere no-
ſtra peccata & cauſas afflictionũ noſtrarũ. Imo vt patres cõcorditer docuerũt, hoc eſt,
præcipuum in omni tentatione, in omni periculo, in omni anxietate & ambiguitate re-
C medium, vt homo tentatus, afflictus, incertus & fluctuans quid agere & qualiter de-
beat ſe habere, recurrat ad deum, & viris exercitatis, diſcretis cor ſuũ clare omnino,
humiliterq; aperiat, informationem requirat & informationi obtemperet. Sic quippe
vincitur angelus tenebrarũ, tentator, caliginis & deceptionis amator, dum ſuggeſtio-
nes eius & tenebrarũ latibula producuntur in lucẽ. Nempe, vt ait Chriſtus: Omnis, qui Iohan. 3
male agit odit lucem, & nõ venit ad lucem, vt nõ arguantur opera eius. Sic itaq; confi-
tere & nihil abſcondas, pręſertim in ſacramentali cõfeſſione. Hinc ſcriptũ eſt: Fili mi Ioſue 7
da gloriam deo, & confitere atq; indica mihi quid feceris. Hinc in libro Prouerbiorũ Prouer. 27
Salomon cõteſtatur: Qui abſcondit peccata ſua, non dirigetur, qui autẽ confeſſus fue-
rit & reliquerit ea miſericordiã conſequetur. [Si opem medicãtis expectas, oportet vt
vulnus detegas.] Sic plane, ſi à vulneribus vitiorũ, à languoribus paſſionũ, reliquiſq;
culparũ curari deſideras, à ſapientia dei & ab eccleſia eius, à ſacerdotibus & prælatis
oportet vt detegas eis plenarie & ſyncere ex contritione vel ſaltem attritione vulnera
animę tuæ: nõ quaſi deus ea ignoret, ſed vt te dolenter atq; humiliter accuſando, ſper-
nendo, deflendo ad remiſſionẽ & gratiam te diſponas exẽplo Pſalmiſtæ, dicentis: Di- Pſal. 31
xi, confitebor aduerſum me iniuſtitiã meam dño, & tu remiſiſti impietatẽ peccati mei.
Vnde & S. Iob ait: Vias meas in cõſpectu eius arguã, & ipſe erit ſaluator meus. [Tum Iob 13
ego, inquam, collecto in vires animo], i. ego æger, deſolatus, afflictus ex verbis tuis
o theologia, cõfortatus in domino tibi reſpondeo. [An ne adhuc eget admonitione,
nec per ſe ſatis eminet?] Homo catholicus ab altitudine cõtemplationis, ab exercitijs
theologicæ facultatis, à ſalute innocẽtię baptiſmalis: imo, à paradiſi delitijs in vallem


hanc

hanc lachrymaꝝ dilapſus, in tentationum & vitioꝝ quorundam voraginem merſus D
varijs aduerſitatibus obrutus ac ſolita mentis alacritate atq; deuotionis priſtinæ fer-
uore priuatus, recte hæc dicere valet, tanq̃ dicat: O theologia quæ es radius ſapien-
tiæ æternalis, nõne hæc tanta cõmutatio quam vides factam in me, per ſe ſatis teſta-
Iere. 9 tur ac pandit cur plorẽ, cur lachrymis fluam? Vtinã deducant oculi mei lachrymas p
Pſal. 118 diem & noctẽ & non taceant. Exitus aquaꝝ deducant oculi mei, qa tranſgreſſus ſum
legem tuam. Nonne Dauid & ſexcenti viri eius videntes vrbem ſuam ſuccenſam vxo
res & proles ſuas abductas captiuas, ſciderũt veſtes ſuas, & fleuerunt donec in eis defi
1. Reg. 30 cerent lachrymę? Quanto magis ego tot ſpirtualia dãna perpeſſus inconſolabiliter
plãgere habeo? [Nihil te ipſa loci facies mouet]. i. locus huius exilij, carcer huius mi-
Pſal. 141 ſeræ carnis, de quo orat vir ſanctus: Educ de cuſtodia aĩam meam ad confitendũ no
mini tuo, inhabitatio tot & tantaꝝ calamitatũ, ignorantiaꝝ, paſſionum, culpaꝝ, ten-
Sapien. 9 tationum atq; periculoꝝ? Nam & corpus hoc corruptibile aggrauat aĩam, & terre-
na inhabitatio iſta deprimit intellectum multa conſiderantẽ. [Hæccine eſt bibliothe-
ca]. i. locus ſtudioꝝ cœleſtium, diuinoꝝ voluminum, ſpiritualium exercitioꝝ, in qua
mecum reſidens (qñ adhuc ſpiritualis, feruens, alacer eram) de diuinaꝝ humanaꝝque
reꝝ ſcientia diſſerebas? Hoc eſt, de Chriſti deitate & humanitate, de ſuperbeatiſſima
Baruc. 3 Trinitate eiuſq; mutua intuitione, dilectione, ſuperdelitioſiſſima fruitione ac gloria E
prorſus immenſa, de Chriſti quoq; myſterijs, & qualiter ſuper terram eſt viſus & in-
Acto. 2 ter homines cõuerſatus, ac pro hominibus paſſus ipſiſq; ſuis diſcipulis ſpiritum ſan-
ctum gratioſiſſime miſit, exuberantiſſime infudit ac dedit, & per ipſos totũ, vt ita di-
cam, conuertit mundum. [Talis habitus erat taliſq; vultus cum tecum naturæ ſecre-
ta rimarer.] O quantum diſtat & intereſt, inter habitum & vultum ſeu apparatum vi-
ri contẽplatiui & virtuoſi, hoĩſq; carnalis, paſſionati, iniuſti. Certe illius anima ſpon
ſa eſt Chriſti, amica & filia Saluatoris, veſtita, ornata, munita virtutibus, donis, fru-
ctibus, beatitudinibus, & varijs ſupernaturalibus chariſmatibus ſpiritusſancti, & in
carne fragili adhuc degens eſt tanq̃ intelligentia aliqua ſeparata. Anima vero paſſio-
nata, turbata, inquieta, vitijs ſubdita, diaboli eſt adultera, cum quo impiæ voluntatis
miſcetur conſenſu, concipit prauum affectum, parit opus iniquum eſtq; ſerua peccati,
iugo vitioꝝ ſubiecta ac vilior brutis. Quæ cum cœperit deſuper illuſtrari, aduertit
qualis aliquando fuerit & qualis nunc eſt. Et hanc diſpoſitionem abhorrens grauiter
lamentatur, quæ dum bene fuerat ei [erat rimãs]. i. pie & ſobrie non curioſe neq; prę
ſumptuoſe ſcrutans [ſecreta naturæ.] Naturæ, inquam, naturantis diuinæ & increatę
oĩa producentis, qualiter illa ſit vna ſimpliciſſima, nullatenus multiplicabilis, ideo-
que vna numero in tribus ſupergorioſis perſonis. Rimarer quoq; ſecreta naturæ hu F
manæ in Chriſto, quomodo illa à primo ſuæ creationis inſtanti vnita fuit hypoſta-
tica vnione verbo æterno & ſuppoſitata in illo. Hoc eſt, in perſonali & increato illius
eſſe ſubſiſtens & ipſo verbo, imo ſumma trinitate beatifice fruens, tam plene vt mo-
do, quantum ad vires ſuas ſuperiotes ad increatum obiectum relatas & comparatas,
Quæ & in eodem inſtanti fuit omni plenitudine gratię, donorum, virtutum, & alio-
rum diuinorum chariſmatum imperfectionem tali eminentię derogantem non inclu
dentium quo ad totam ſuam capacitatem repleta. Pertinet item ad catholicũ virum
contemplatiuum, rimari ſecreta naturæ creatæ, naturalium proprietatem ac virium,
rerum, & ordinem vniuerſi per reſpectum ad creatorem. [Cum mihi ſyderum vias ra
dio deſcriberes.] Quæ ſyderum ſunt actus, motus, proceſſus & opera, purgationes, il
luminationes, perfectiones, intellectualium creaturarum, tam triumphantis q̃ mili-
tantis eccleſiæ ſupernaturaliter ſplendidarum atq; fulgentium, quibus ornatum eſt
cœlum empyreum, & regnum cœloꝝ adhuc peregrinans. i. eccleſia militans à domi-
Hebræ. 1 no, & pergẽs ad ipſum, vt dictum eſt ſupra. De quibus omnibus tractat & docet nos
theologia, loquẽs per Paulũ: Nonne oẽs ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium
Math. 18 miſſi propter eos, qui hęreditatem capiunt ſalutis? i. propter electos. Dominus quoq;
in Euangelio loquens: Angeli eorum in cœlis ſemper vident faciem patris mei. De
qbus in libris de angelica hierarchia & hierarchia eccleſiaſtica ſubtiliter ſcribit diui-
S. Dionyſi. nus Dionyſius, radio fidei ac ſapiẽtiæ copioſe perfuſus. [Cum mores noſtros totiuſ-
que vitæ rationem, ad cœleſtis ordinis exẽplar formares.] Hoc vtiq; agit theologia,
quæ



A quæ in ſcriptura docet & præcipit nos cœliformiter conuerſari, & conuerſationem Phil. 3
in cœlis habere, ſpiritualiter viuere, ac vitam in terris angelicã ducere. Quod viri ve
re religioſi adimplent, creatori ſuo in ſanctæ charitatis feruore, in mutua iugi con-
cordia, cum pace interna continue obſequentes, contemplationi ac laudibus omni-
potentis fideliter omni hora vacantes, indefeſſe ſtudentes ſpiritali profectui. Deniq;
inſtar triumphantis eccleſiæ ſapientia dei Chriſtus dominus ordinatiſſime atq; pul-
cherrime inſtituit ac diſtinxit eccleſiã militantem. Cuius regimen voluit eſſe monar-
chicum. Propter quod in Apocalypſi ſanctus dixit Iohannes: Vidi ciuitatem ſan- Apoca. 21
ctam deſcendentem de cœlo à deo ornatam. In cuius etiam rei ſignum dominus ait
ad Moſen: Inſpice & fac ſecundum exemplar, quod tibi in monte mõſtratum eſt. Sic Exo. 26
itaq; ſapientia increata in ſcriptura theologicæ veritatis format mores noſtros, toti Hebræ. 8
uſq; vitæ noſtræ rationem ac ordinem ad ordinis cœleſtis exemplar. Ad quod im-
plendum hortatur nos Paulus: Omnia, dicens, honeſte & ſecundum ordinem fiant in 1. Cor. 14
vobis. Vnde rurſus ad Hebręos profundiſſime ſcripſit: Acceſſiſtis ad montẽ Syon, & Hebræ. 12
ciuitatem dei viuentis, & Hieruſalem cœleſtem, & multoꝝ milium angeloꝝ frequen
tiam, & eccleſiam primitiuoꝝ qui conſcripti ſunt in cœlis, & iudicem omnium deum.
Poſtremo poſſet iſtud exponi etiam de vijs & motibus ſydeꝝ materialiũ cœleſtium
B orbium, de quoꝝ naturis, officijs, motibus, aliqua docet theologia in ſacris ſcriptu-
ris, vt cum Ieremias aſſerit: Hæc dicit dominus qui dat ſolem in lumen diei, ordinem Iere. 31
lunæ atq; ſtellaꝝ in lumine noctis. In Geneſi quoq; habetur, ꝙ creauit deus ſolem & Gene. 1
lunam & ſtellas vt eſſent in ſigna, & tempora, & dies, & annos, & præeſſent diei, ac no
cti. In libro Iob item: Nunquid coniungere valebis micantes ſtellas, pleiades, aut gy- Iob. 38
rum arcturi poteris diſſipare? [Hæccine pręmia referimus obſequẽtes tibi?]. i. an iſta
erunt pręmia obedientium tibi o theologia, videlicet tot aduerſa? Ad quod infra the
ologia reſpondet, non vtique ſed gloria ſempiterna. Imo ex hoc euidenter probatur
quod ſit alia vita poſt præſentem, in qua erit retributio finalis & plena bonoꝝ oĩm
ac malorum, ꝙ plurimi iuſti in hac vita vſq; ad mortem premuntur aduerſis & pro
ipſa moriuntur iuſtitia. Iniqui vero proſperantur frequenter vſq; ad obitum. Aut er-
go omnino negare oportet prouidentiam atque iuſtitiam dei, aut concedere aliam vi
tam, in qua recipiat vnuſquiſque quod meruit. Ad quod inſinuãdum Salomon ait: Eccẽs. 8
Peccator ex eo quod centies operatur malum, & per patientiam ſuſtentatur, ego co-
gnoui quod erit bene timentibus deum, qui quęrunt faciem eius. (Tu qui hanc ſen-
tentiam ore Platonis ſanxiſti: Beatas fore Reſpublicas, ſi eas ſtudioſi ſapientiæ rege-
rent.) Hoc multo præclarius ſapientia ſumma atq; fontalis theologia per authores
C ſcripturę diſſeruit, cũ in Eccleſiaſte faſſuſ ſit Salomon: Vę tibi terra cuius rex puer eſt Eccle. 10
& cuius principes mane comedũt. Beata terra cuius rex nobilis eſt. Nobilis plane ſa- Præſidens
pientia & virtute. Hinc pręcipuum dei donum eſt & beneficiũ maximum habere ido- idoneus
neum. i. ſapientem & virtuoſum præſidentem, quia in hoc ſubditorũ ſalus conſiſtit, quale donũ dei.
proſperitas, pax & profectus. Hinc rurſus in Prouerbijs dicitur: Cum defecerit pro- Prouer. 29
pheta corruet populus. Et item: Regnãtibus impijs, ruinæ hominum. Sed & in Sapi- Prouer. 28
entiæ libro monetur: Diligite lumen ſapientiæ omnes qui præeſtis populis. Rex ſapi- Sapien. 6
ens, populi ſtabilimẽtum eſt. Multitudo autem ſapientũ ſanitas eſt orbis terrarum.
Itaq; ſicut ex efficaci & digno prælato ſeu principe ſalus atq; proſperitas populi ſunt
pendentes, ita ex vitioſo indiſcretoque præſidente ſubditi ſcandalizãtur ac pereunt,
quemadmodum apud Ieremiam legitur: Quia ſtulte egerunt paſtores & dominum Iere. 10
non exquiſierunt, ideo omnis grex eorum diſſipatus eſt. Præſidentis enim eſt ſubdi- Præſidenti
tos verbis exempliſq; dirigere, vitia extirpare, ordinate ac diſcrete conuerſari cum il- quæ nã ne-
lis. Quod totum ad ſapientiam pertinet, prout ſapientia includit prudentiam, cuius ceſſaria.
actus eſt diſcretio, & ſicut in Ethicis philoſophus preſtatur: Solis virtuoſis ineſt pru Philoſo.
dẽtia, nec ſolũ libros legendo ac audiendo, ſed & intra ſe diſcutiendo & conſiderãdo
atq; in actibus virtuoſis ſe occupando, orando, & geſta ſanctorum ſequendo, ſapien-
tiæ eſt ſtudendum. [Tu eiuſdem ore viri, &c.] Ex his verbis iam ſatis expoſitis oſten Præſidẽtia
ditur neminem debere curam Reipublicæ, regimen animaꝝ, præſidendi officium lici- quo intuitu
te poſſe aſſumere niſi intuitu & amore vtilitatis communis, ſalutis & pacis ſubditoꝝ, capeſſenda
non proprij cõmodi aut honoris. Hinc auari, elati, ambitioſi, iniuſti, inconſultiſſime
 agunt

agunt ad prælaturas & officia ſe ingerendo. ¶Conſequente ex his quæ in textu de ſe ipſo refert Boethius, docentur prçlati ac principes, officiati, & iudices, & omn es qui præſunt, in promotione ſua ac præſidentia omnem ambitionem complacentiamque inanem vitare, ſua quoq; officia iuſte excluſa omni humana formidine exequi. Inferioribus item officiatis in eorum abuſionibus ordinate reſiſtere, præſertim ne pauperes iniuſte moleſtent: bonos tueri fouere & conſolari. Quod & aliqui reges ac principes Chriſtiani, plures quoq; prçſules ſancti ſtrennue peregerunt, quoꝝ nonnulli ſummos regum officiatos excōmunicauerunt, vt beatus Thomas Cantuarienſis Archiepiſcopus, & Hugo prçſul Linconienſis. Qui pro huiuſcemodi cauſis & obſeruatione iuſtitiæ erant ad mortem promptiſſimi. ¶Poſtremo, in ſubſequentibus proſæ huius verbis non video aliud de tropologia adijci oportere, niſi vt vigilantiſſime perpendamus quàm prudens, cōſtans & iuſtus fuerit in omni officio ſuo Boethius, q̃ feruens & indefeſſus diuini cultus zelator ac boni communis amator ac procurator, q̃ alienus ab ambitione, cupiditate, adulatione & inordinato carnali ac mundano timore. Tales etenim eſſe iugiter debent qui præſunt, quemadmodum in Exodo habetur: Prouide de omni plebe viros ſapientes & timentes deum in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam, & cōſtitue ex eis qui iudicent populum. Tales etiam debent quantum ſalua iuſtitia queunt, pauperibus eſſe benigni, quemadmodum ait beatus Iob: Cum ſederem quaſi rex circunſtante exercitu, eram tamen pauperum conſolator. Et denuo: Oculus, inquit, fui cæco & pes claudo: pater eram pauperum, & cauſam quam ignorabam diligentiſſime inueſtigabā. Hæc v tiq; inueſtigatio valde ſpectat ad iudices, nec dānare abſentes, ſed iuxta tenorem ac ordinē iuris procedere. Quod ſi aduerterint ſe in aliquo hoꝝ defeciſſe, aut iudicaſſe iniuſte, tenētur reuocare errorē, ſicq; diſponere vt ſatisfiat iniuriato. Exemplo demum Boethij diſcamus in omni perſequutione, detractione, diffamatione, ſpoliatione, captiuitate, oppreſſione, patientiā obſeruare, etiam ſi innocētes fuerimus, & multo plus ſi peccando meruimus talia. Vnde in prima ſua Canonica ſacratiſſimus Petrus hortatur: Hçc eſt gratia ſi propter conſcientiā dei ſuſtinet qs triſtitias patiēs iniuſte. Quç eñ eſt gratia, ſi peccātes & colaphizati ſuffertis? Si autē bene faciētes ſuſtinetis, hæc eſt gratia apud deū. In hoc eñ vocati eſtis.

Thomas martyr. Hugo epiſcopus Linconi.

Exo. 18 Iob. 29 Ibidem.

1. Petri. 2

D E

## METRVM V.

O Stelliferi conditor orbis
Qui perpetuo nixus ſolio
Rapido cœlum turbine uerſas
Legemq; pati ſydera cogis
Vt nunc pleno lucida cornu
Totis fratris & obuia flammis
Condat ſtellas luna minores
Nunc obſcuro pallida cornu
Phœbo propior lumina perdat
Et qui primæ tempore noctis
Agit algentes Heſperus ortus
Solitas iterum mutet habenas
Phœbi pallens lucifer ortu
Tu frondifluæ frigore brumæ
Stringis lucem breuiora mora
Tu, cum feruida uenerit æſtas
Agiles noctis diuidis horas
Tua uis uarium temperat annum
Vt quas Boreæ ſpiritus aufert
Reuehat mitis zephyrus frondes
Quæq; Arcturus ſemina uidit
Sirius altas urat ſegeets
Nihil antiqua lege ſolutum
Linquit propriæ ſtationis opus
Omnia certo fine gubernans
Hominum ſolos reſpuis actus
Merito rector cohibere modo
Nam cur tantas lubrica uerſat
Fortuna uices? premit inſontes
Debita ſceleri noxia pœna
At peruerſi reſident cœlo
Mores ſolio, ſanctaq; calcant
Iniuſta uice colla nocentes
Latet obſcuris condita uirtus

F





A Clara tenebris, iuſtuſq; tulit
Crimen iniqui
Nil periuria, nil nocet ipſis
Fraus mendacij compta colore,
Sed cum libuit uiribus uti,
Quos innumeri metuunt populi,
Summos gaudet ſubdere reges.
O iam miſeras reſpice terras
Quiſquis rerum fœdera nectis
Operis tanti pars non uilis
Homines, quatimur fortunæ ſalo.
Rapidos rector cōprime fluctus,
Et quo cœlum regis immenſum,
Firma ſtabiles fœdere terras.

### Explanatio metri huius V. ARTIC. XX.

IN hoc quinto libri huius primi metro Boethius in perſona hominis imperfecti exclamat ad deum, præ admiratione actuum humanorum, in quibus quçdam videntur tam inordinata, vt monſtro appareant eſſe ſimilia, vt q̃d iuſti, innocētes ac ſapiētes ab impijs & ignaris opprimūtur, atq; iniqui ſua deſideria praua permittuntur implere: imo & proſperantur. Exclamat ergo ad dominum, dicens: [O conditor orbis ſtelliferi,] id eſt, firmamenti, in quo feruntur ſeu mouentur ſtellæ ibidem fixæ, nec ſolum huius orbis ſeu ſphæræ, ſed omnium quoque ferarum ac rerum deus trinitas eſt creator. Specialiter vero nominat hoc cœlum ſtellatum, quoniam magis apparet & cernitur, & hoc vere aut apparēter, [qui nixus,] id eſt, reſidens ſeu quieſcens, [ſolio perpetuo,] id eſt, ſede cœleſti, quæ quàmuis incœpit ex tempore & ſimul cum tempore, propter quod proprie non eſt æterna, eſt tamen perpetua. Nam quantum ad ſuam ſubſtātiam nunquam deſinet eſſe. Et poteſt per cœlum ſpecialiter accipi cœlum empyreum immobile, quod eſt manſio beatorum, quod eſt ſedes, thronus & locus dei, non quod cœlo illo circumſcribatur aut diffiniatur aut ſitualiter ſedeat ibi, cum ſit infinitus ſuperſimpliciſſimus ſpiritus, ſed quia ibidem excellentius operatur, & euidentius ſe demonſtrat. Et hoc cœlum vocatur vnum de quatuor coæqueuis, quæ ſunt angelus, cœlum, materia, tempus. Hinc per Eſaiam dominus loquitur: Cœlum mihi ſedes eſt. Vnde ſecundum Philoſophum primo cœli: Cœlum eſt locus deorum. Rurſus ſedes dei ſeu perpetuum ſolium eius, eſt eccleſia militās ac triumphans. Similiter anima iuſti & vnuſquiſque ſpirituum beatorum, ſpecialiter quoque infimus chorus, ſupremæ ac tertiæ hierarchiç, prout diuinus Dionyſius libro de Hierarchia cœleſti teſtatur: Cuius chori perſonæ tanta firmantur quiete, & tanta tranquillitate ornantur & gaudent, quod in eis deus omnipotēs quieſcere ac per eos iudicia ſua diſponere perhibetur. Et breuiter, omnis mens creata, in qua eſt deus per dona gratiæ aut gloriæ, ſedes dei poteſt vocari. Tu o conditor, [verſas,] id eſt, aſſidue, imo continue vertis ac moues cœlum præfatum, imo omnes mobiles cœlos, [turbine rapido,] id eſt, impetu valde veloci: imo, motus primi mobilis, ſecundum philoſophos, eſt tam velox, vt nequeat per naturam velocior eſſe motus. Atque vt ait Gulielmus Parrhiſienſis libro de vniuerſo: Motus ille mobilis primi indicibiliter velox eſt, & tam velox, vt quaſi in ictu oculi percurrat multa miliarium milia. Quod facile eſt probare ex magnitudine corporis cœli illius & ſpacij quod infra diem vnum cœlum illud pertranſit. Nam & ſi in ictu oculi non plus pertranſiret quàm eſt dimenſio molis minimæ ſtellæ fixæ, adhuc in ictu oculi plus peruolaret de ſpatio quàm eſt longitudo terræ totius, cum minima ſtella dicatur maior quàm tota habitabilis terra. In quo demum genere cauſæ deus ſit motor cœli, dictum eſt in expoſitione metri ſecundi. Ex hoc autem ineffabili celeritate motus tam magni corporis refulget ineffabilis omnipotentia ſupergloriofiſſimi creatoris. Propter quod Plato & Auicenna dixerunt, cœlum eſſe animal magnū, deo obediens. [Que] pro & [cogis,] id eſt, per modum cogētis facis [ſydera] tam fixa quàm nō fixa, [pati] .i. implere & exequi [legem] .i. iuſſionem & imperiū conditoris. Et poteſt hæc lex intelligi lex diuina, exemplaris, increata, ad cuius cōſtitutionem atq; imperiū ſtellæ & cætera cuncta mouētur. Vel vis ſeu proprietas, aut naturalis inclinatio ſtellis à creatore impreſſa. Coactio quoq; proprie ſumpta, prout violentiā notat in cœleſtibus non eſt corporibus. Sed nunc extenſe

B C

Coæqueua IIII. Eſaiæ 6 Philoſoph. S. Dionyſ. Gulielmus Parrhiſiē. Plato. Auicenna. Coactio.

Eſther 13 ſuſcipitur pro inductione aut motione omnipotētis, cui nullus reſiſtere poteſt. Quan D
doq; etiam ſumitur pro vehemēti & quodammodo importuna inſtigatione alicuius
Gene. 19 ad aliquid, quemadmodum fertur in Geneſi de Lot, compulit illos, vc; angelos oppi
Lucæ 24 do. i. valde. Et in Luca: Coegerunt eum. Iuxta ſenſum hunc tactum deus ſublimis &
Prouer. 8 benedictus legem vniuerſis poſuit creaturis. Vnde in prouerbijs habetur: Certa lege
Iere. 31 & gyro vallauit abyſſos. Ieremias quoq; ait: Hæc dicit dominus, qui dat Solem in lu-
men diei, Lunam & ordinem ſtellarum in lumine noctis, ſi defecerint leges iſtæ corā me.
Iob 28 In Iob item dicitur: Qui fecit ventis pondus, & aquas appendit in menſura, ponebat
pluuijs legem, & viam procellis ſonantibus. Conſequenter declarat iſtud de ſtellis in
ſpeciali. De Luna ſic: O, inquam cogis ſydera pati, [vt Luna lucida cornu,] id eſt, cir-
culo [pleno,] quod eſt in plenilunio, quoniam globus Lunæ eſt ſphæricus, [obuia,]
id eſt, oppoſita, vt tempore oppoſitionis, [flammis totis]. i. integris radijs [fratris]. i.
Solis, qui dicitur frater Lunæ, vel quoniam ab eodem creatore ſunt conditi. (Vnde &
S. Franciſ. ſanctus Franciſcus Solem conſueuit fratrem vocare,) vel propter ſimilitudinem ſpecia
lem cum Sole, quo ad magnitudinē, & hoc quantum ad apparentiā potius, q̄ ſecundū
veritatem, cum vnaquæq; ſtella fixa, multo maior ſit Luna, quæ eſt infima inter pla-
netas, & quia poſt Solem clarius fulget. Hinc comparatione Solis vocatur luminare
Gene. 1 minus in Geneſi. Ratione quoque officij, quoniam præeſt nocti, quemadmodum Sol E
Eccl. 43 diei. De qua legitur in Eccleſiaſtico: Luna oſtenſio temporis & ſignum æui menſis ſe-
cundum nomen eſt eius, creſcens mirabiliter in conſummationem, vas caſtrorum in
excelſis, in firmamento cœli reſplēdens glorioſe. Porro radij Solis vocantur flamma,
quia per repercuſſionem & reflexionem calefaciunt & inflammant, [condit]. i. abſcon
dit, [ſtellas minores,] quarum quædam ſunt tam prauæ, quod nunquam videntur à
Philoſoph. nobis, & iuxta Philoſophum in libro de cœlo, galaxia eſt refulgentia ex innumerabi
Galaxia quid. li multitudine ſtellarum paruarum de proximo coniunctarum. Aliquæ vero ſtellæ mi
nores videri poſſunt atque interdum videntur de nocte, ſed offuſcantur lumine Lunæ
ſecundum quod lumen minus fuſcatur maiore. [Pallida nunc]. i. Luna diminutione
luminis ſui minus clara, [cornu obſcuro,] id eſt, parte ſui cornuta obſcuriore effecta,
[propior Phœbo]. i. Soli vicinior, [perdat lumina]. i. claritatem ſuam, quo ad partē
nos reſpicientem. Paulatim enim minuitur Lunæ lux, quam à Sole ſortitur, ſecūdum
quod magis Soli propinquat, cui cum directe ſupponitur omnino obſcurata aſſeri-
tur, quo ad partem inferius verſam. Tunc quoq; vocatur incenſio. Tamen in re ſem-
per dicitur Luna pro media parte clara, cum ſit inſtar globi rotunda & ſolida, & pars
eius Solem reſpiciens ab eodem participat lucem. ¶ Conſequenter idem declarat de
alio planeta vc; Venere. [Et Heſperus]. i. ſtella matutina, de qua in Ethicis ait Philo F
ſophus, q̄d nec Heſperus nec Lucifer eſt ita mirabilis & præclarus, ſicut iuſtitia. [Qui
primo tempore noctis,] id eſt, in initio noctis [agit ortus algentes]. i. exordia ſuæ ap
paritionis exercet & habet frigida, eo quod tunc Sol recedit & frigus augetur, [mu-
tat iterum habenas ſolitas]. i. rurſus variat curſus ſuos cōſuetos, [Lucifer pallens]. i.
effectus ſeu appellatus Lucifer qui pallet, id eſt, minus lucere videtur [ortu Phœbi]. i.
de mane quando Sol oritur, cuius luce tunc obfuſcari & quaſi pallere videtur, quan-
do & incipit diſparere. Hinc aliqui ſentiunt eundem numero eſſe planetam, qui de ſe-
ro ſequitur Solem & in aurora præcedit, qui Venus vocatur. Alij aſſerunt duos eſſe
planetas, videlicet Martem de mane, qui Lucifer appellatur: Venerem autem apparen-
Iſidorus. tem ad veſperam, Heſperum nuncupari. Vt III. Etymologiarum refert Iſidorus. Fuit
Philoſoph. autem Ariſtotelis opinio, quod Sol ſit proximus Lunæ in ordine planetarum, quod
Ptolomæus etiam aſſerit commentator, alias alter planeta quàm Luna Solem eclipſaret. Ptolomæ
Martianus us vero & Martianus alijq; aſtrologi communiter tenent Solem eſſe in medio plane-
tarum, quod per experimenta aſtronomica inuenerunt, per minores aſpectuum diuer
ſitates in Sole quàm in Luna Mercurio & in Marte. Hinc tangit effectum prouiden-
tiæ dei in diſpoſitione inferiorum ex mutatione duarum maiorum partium anni, quæ
ſunt æſtas & hyems. [Tu] o conditor, [ſtringis]. i. abbreuias, [lucem]. i. tempus lucis
diurnæ, vc; diē [breuiore mora]. i. duratione, ita q̄d dies eſt breuior, [frigore]. i. tēpo
re frigoris, [brumæ frōdifluæ,] id eſt, hyemis, in qua decidūt ſeu defluunt frōdes ſeu
frōdium folia. Tu etiam [diuidis,] id eſt, diſtinguis ac protrahis [horas agiles,] id eſt,
cito



A cito pertranſeuntes, [noctis,] id eſt, noctium æſtiualium, vnde ſubiungitur, [cum æ-
ſtas feruida,] id eſt, calida [venerit,] quia tūc dies creſcunt vſque ad æquinoctium &
noctes decreſcunt. Sol quippe ſicut & cæteri planetæ proprio motu mouetur ſub zo
diaco ab occidente in orientē. In quo zodiaco ſunt XII. ſigna, quorum vnum vocatur
Cācer, ad quod Sol perueniens incipit retrocedere ſeu declinare per viam qua iam an-
te aſcenderat, tuncque dies breuiantur & noctes prolongantur, quouſque Sol perue-
niat ad ſignum zodiaci, dictum Capricornum. In quo inferiora vt plantæ, arbuſta &
gramina velut capri cornu ſunt arida. Porro bruma ſignificat hyemem, & dicitur Bruma.
quaſi βρῶμα, quod eſt cibus, quia tunc frigus conſumit terræ naſcentia atque reſtrin
git humores, quibus arborum frondes aluntur, quibus ſubtractis nutriri nequeunt
frondes, ſed cadunt. Duplices quoque ſunt horæ dierum ac noctium: puta, æquales, Horæ dierum & noctiū duplices.
& inæquales. Horæ æquales ſunt vigintiquatuor horæ diei naturalis. Quæ horæ vo-
cantur æquales, quia duodecim ſunt horæ illius diei, & totidem noctis, & horæ vni- Horæ æquales quæ & quot.
us diei æquales horis alterius diei. Horæ vero inæquales ſunt horæ diei artificialis,
quoniam horæ diei huiuſmodi non adæquantur horis noctis quantum ad nume-
rum, nec horæ vnius diei horis alterius, quàmuis quælibet hora ſecundum ſe ſit æ- Horæ inæquales.
que longa.
B ¶ Deinde probatur prouidentia dei ex diuiſione anni in quatuor partes. O condi
tor, [vis,] id eſt, omnipotentia [tua] ſapientiſſima & prouidentiſſima, [temperat,] id
eſt, diſtinguit & diuidit [annum] in quatuor partes, quæ ſunt: Ver, Aeſtas, Autumnus,
& Hyems, quarum quælibet ſuas habet proprietates & qualitates, vt dictum eſt plenius
metro ſecundo. In cuius expoſitione inducta ſunt quæ hic dicenda eſſent, de his parti-
bus anni & ventis, de quibus hic agitur, ideo non eſt hic immorandum. [Vt mitis ze
phyrus,] id eſt, ventus ſic appellatus, qui leniter flat, propter quod mitis vocatur, [re-
uehat,] id eſt, reducat & de nouo producat [frondes,] non eaſdem numero, ſed ſpecie,
[quas ſpiritus,] id eſt, flatus Boreæ, hoc eſt, ventus Borealis, [aufert,] id eſt, areſacit &
cadere facit. Zephyrus quippe ſeu ventus Fauonius eſt humidus & calidus & per con- Zephyrus.
ſequens viuificus, quoniam ex calore & humore mixta naſcuntur. Sicq; ventus iſte di
ſponit atq; cooperatur ad frondium & plantarum productionem. Eſt etiam ventus iſte
occidentalis, tendens ad auſtrum, tempore flans vernali vt plurimum. Boreas autem, Boreas.
eſt ventus ſiccus ac frigidus & ex conſequenti mortificans & deijciens frōdes & folia.
Eſtq; ventus ſeptentrionalis, flans communius in Autumno, [que] pro &. [Sirius,] id Sirius.
eſt, conſtellatio ſic vocata, ſeu ſtella dicta canicula, iuxta quam Sole exiſtente mul-
tum intenditur calor. Vnde tunc dies nominantur Caniculares, [vrat ſegetes altas,] Dies Caniculares vnde.
C quæ tunc in altum creuerunt & maturantur Solis ardore, [quæ ſemina vidit Arctu-
rus,] hic eſt, relatio ad rem non ad dictionem præcedentem, vt ſit ſenſus: Quæ ſemi-
na, id eſt, quas ſegetes vidit Arcturus, id eſt, conſtellatio ſeu ſtella ſic dicta cum ſege-
tes nondum ſegetes eſſent, ſed ſemina, ſicque vidit ſegetes in ſua radice. Dicitur autem
Arcturus ſemina vidiſſe eo tropo quo mare fertur videre, iuxta illud Pſalmi: Mare vi Pſal. 113
dit & fugit. Vel, Arcturus vidit, id eſt, reſpexit, ſemina per influxum, quoniam ſtella
illa habet ſpecialiter vim & influentiam ſuper ſemina ſeminata aptificando ad fructi
ficationem: propter quod dicitur, ſtella ſeminaria, ſoletq; accipi pro quadriga, atque Arcturus.
vt aliqui opinantur hic potius ſumitur pro illius auriga. Ex prædictis particularibus
infert author hanc vniuerſalem. [Nihil,] id eſt, nullum ens [linquit,] id eſt, derelinquit
vel omittit [opus,] id eſt, curſum ſeu actum [propriæ ſtationis,] id eſt, ſuæ naturalis
ſubſiſtentiæ ſeu conditionis, qua in ſuo ſtat ordine & natura: nihilominus in operi-
bus miraculoſis per omnipotētiam creatoris, creatura ad tempus vel inſtans relinquit
quod naturæ ſuæ eſt intimo & in actibus violentis, vt dum lapis proijcitur ſurſum.
¶ Conſequenter reſumit Boethius quod frequenter iam tetigit, vtputa, quod res
humanæ & hominum actus non videntur diuina prouidentia gubernari, ordinate-
que dirigi. Quod dicit admirando non aſſerendo, & in perſona hominis imperfecti,
turbati, afflicti, non ſecundum cenſurā rationis ſuperioris, vt ſepius tactum eſt. Præ-
mittit tamen vnum verſiculum ſecundum rationis iudicium dicens: [Omnia certo fi-
ne gubernas.] Senſus eſt: O conditor tu [gubernas omnia certo fine]. i. dirigēdo ea ad
finem conuenientem ac certum, quem eis in tua ſapientia præfixiſti. Regere nam- Regere quid.
que

que eſt rem ad ſuum finem dirigere per media apta. Etenim superſapientiſſimus deus D
nil fruſtra creauit neque inſtituit, ſed ob congruum finem operatus eſt vniuerſa, & ad
ipſum obtinendum indidit eis naturalem inclinationem, quæ inclinatio eſt quædam
Philoſoph. ad finem tendentia. Hinc quoq; ſecundum Philoſophum, deus & natura nil faciunt
fruſtra. Et natura ab intelligentia regitur & hæc à prima cauſa. Quod & in libro de
Liber Cauſarum. Cauſis aſſeritur, quo habetur: Prima cauſa regit res omnes abſq; hoc quod cõmiſcea-
tur eis. Et rurſus: Cauſa prima omnia regit per finem decoris, id eſt, cum ſummo deco
Ibidem. re. Hinc apud Iob inducitur: Vniuerſorum finem ipſe conſiderat, & omnia quæ ſub
Iob 28 cœlo ſunt, reſpicit. Vnde de increata ſapientia in libro Sapientiæ conſcriptum eſt:
Sapient. 8 Attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. [Reſpuis,] id eſt,
abnuis & contemnis [cohibere,] id eſt, ſub certis limitibus coarctare ac moderare, [me
rito,] id eſt, iuſto ac debito [modo,] o omnium [rector ſolos hominum actus,] vt ſu-
perficialiter quibuſdam videtur, qui ordinem diuinæ prouidentiæ non aduertunt ſa
tis profunde, ſed ſolum attendunt facta hominum in ſe non conſiderãdo omnia quæ
circunſtant, nec modum atque perfectionẽ diuini regiminis, vltimatumq; finem vni-
uerſorum ac ſingulorum. Denique cum deus vnumquodque gubernet ſecundum exi-
gentiam ac diſpoſitionem ſuæ naturæ, ipſe quoq; homo liberi ſit arbitrij, decuit eum
aliter gubernari quàm naturalia & irrationalia: vtputa conſeruata arbitrij libertate, E
nec aliter hominum actus meritorij & demeritorij eſſent. Ideo in Eccleſiaſtico ſcri-
Eccl. 15 ptum eſt: Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit eum in manu conſilij ſui. Sic-
que deus ſanctus & iuſtus permittit iuſto ac ſapientiali iudicio fieri multa & magna,
quæ tamen ipſe non permittit inordinata: imo per pœnas ordinat ea, & in eis oſten-
dit iuſtitiam ſuam, imo & ſapientiam ſuam immenſam, eliciendo ex eis plurima bo-
Agũſtin. na. Propter quod in Enchiridio ſanctus aſſerit AVGVSTINVS: Tam bo-
nus & ſapiens eſt deus, quod non permitteret fieri mala, niſi poſſet & vellet ex eis eli-
cere bona.

¶ Conſequenter aliqua tangit author quæ videntur prouidentiæ derogare. [Nam
cur fortuna lubrica,] id eſt, incerta, vaga, nutans, inſtabilis, [verſat,] id eſt, aſſi-
due vertit ac variat [tantas vices,] id eſt, tot ac tantos euentus incertos, irrationa-
biles & iniuſtos in actibus hominum, vt apparet. [Quoniam noxia pœna,] id eſt, pœ-
na naturæ aliquo modo nociua, [debita ſceleri,] id eſt, peccato præcipue magno. Cul-
pæ etenim pœna debetur, vt quod inordinatum eſt per peccatum, ordinetur per iu-
ſtum ſupplicium. Sicque voluntas quæ peccando indulſit & acquieuit ſibijpſi contra
dei præceptum ſiue conſilium, ſuſtinendo tormentum ſubdatur voluntati diuinę con
tra propriam inclinationem & appetitionem, & refrenetur ac redigatur ſub iugo. F
Iob 28 Hinc ſcriptum eſt apud Iob. Deus inultum abire non patitur. In Apocalypſi quoque:
Apoc. 18 Quantum glorificauit ſe & in delitijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum,
[premit,] id eſt, grauat & opprimit [inſontes,] id eſt, innocentes, qui abſque ſuis de-
meritis puniuntur, non tamen ſine rationabilibus cauſis in ſapientia diuinæ prouiden-
Iob 16 tiæ comprehenſis. Et iuxta hoc beatus Iob loquitur: Hæc paſſus ſum abſque iniqui
Eſaiæ 57 tate mea cum mundas haberem ad deum preces. Vnde & per Eſaiam dicitur: Iuſtus
perit, & non eſt qui recogitet in corde ſuo, & viri miſericordiæ tolluntur, & non eſt
qui intelligat. [At mores peruerſi,] id eſt, peruerſorum morum homines, vtputa
immorigerati, paſſionati, iniqui, [reſident ſolio celſo,] id eſt, in ſede & authorita-
te ſublimi, vt ſunt reges, præſides, iudiceſque iniqui, & omnes qui præſunt indi-
gne. Veruntamen ſicut nunc dicam iſtud non derogat prouidentię atque iuſtitię dei,
[que] pro &, [nocentes calcant ſancta colla,] id eſt, impij tales ſuppeditant homines
ſanctos & virtuoſos actus eorum. Sacra quoque vt ſunt templa & vaſa cultus diuini,
quæ tempore BOETHII ab Arrianis conculcabantur, quemadmodum etiam
in veteri teſtamento gentiles prophanauerunt ſacra IVDAEORVM, iuxta illud:
1. Mac. 15 Sancta tua conculcauerunt, [vice iniuſta,] id eſt, retributione prorſus peruerſa,
Pſal. 34 reddendo mala pro bonis, iuxta illud in PSALMO: Retribuebant mihi mala
pro bonis, [claraque virtus], id eſt, quæcunque virtus in ſe clara, nobilis, ſplendida,
Philoſoph. & ſpecialiter iuſtitia, quæ, teſte Philoſopho, eſt præclariſſima virtus, [condita,] po-
ſita in conſcientia pura ſeu abſcondita, [latet obſcuris,] id eſt, ignota eſt per ſiniſtras
inter-



A interpretationes prauorum, qui recta peruertunt, & bona interpretãtur in peius. Qui
bus dicitur per Eſaiam: Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes lu Eſaiæ 5
cem tenebras, & tenebras lucem. [Latet] etiam iuſtitia innocentium [obſcuris,] id eſt,
per occulta munuſcula, ſuſurria & conficta teſtimonia iniquorum, per quæ iudices
corrumpuntur, & iuſtas cauſas ſubuertunt. Propterea in Exodo dominus iubet præ- Exodi 23
ſidenti ac iudici: Non accipias munera, quæ excæcant etiam prudentes, & ſubuertunt
verba iuſtorum. [Que] pro &, [iuſtus tulit crimen iniqui,] id eſt, crimen hominis vi-
tioſi ſæpe imponitur iuſto, & ſic ei infligitur pœna debita crimini ſeu crimino ſo, pro-
ut in prouerbijs Salomon proteſtatur: Impius operatus eſt malum & abſcondit ſe, in- Prouer. 29
nocentes & paruuli ſuſtinuerunt diſpendium. [Nil periuria] nocent periuris (vt appa-
ret) dum in præſenti non ſuſtinent pœnam pro ipſis. [Nil fraus mendacij compta
colore,] id eſt, apparatu alicuius veriſimilitudinis aut verborum ornatu [nocet men-
daci. Sed] ipſi iniqui multitudine ſua armati, [gaudent ſubdere reges ſummos,] id eſt,
valde ſublimes, [quos metuunt populi innumeri,] id eſt, numero copioſi & præ mul-
titudine quaſi innumerabiles, [cum libuit,] id eſt, dum placuit illis iniquis, [vti viri-
bus] pro iuſtitia. Quaſi dicat: Interdum intãtum inſaniunt impij, vitioſi, vt & contra
reges inſurgant. ¶ Circa hæc intuendum, quod vniuerſitatis creator ac dominus cun
B cta pulcherrime regit, attamen vnumquodque operari permittit ſecundum ſuam na-
turam, ita quod in inferioribus multa contingunt non de neceſſitate, neque vt ſem-
per, ſed vt frequenter aut etiam raro atque à caſu. Nihilominus omnia iſta cadunt &
continentur ſub ordine diuinæ prouidentiæ. Cumque genus humanum ſit fragile, ita
quod multum difficile eſt hominibus à rectitudine non deficere, neque peccare, præ-
ſtitit eis adiutorium multiplex & angelos ſanctos cuſtodes, quod non ſolum Chri- Matth. 18
ſtus & ſcriptura teſtantur, ſed & philoſophi quidã, præſertim Platonici, & Plato ipſe Hebræo. 1
in Phædone. Apuleius quoque in libro de deo Socratis tetigiſſe cenſetur, & vt ſcribit Plato. Apuleius.
Albertus in commentario ſuo ſuper librum de Cauſis, Ariſtoteles quoque in libro Albertus.
de natura Deorum, pro magna parte ipſis conſentire videtur: imo, vt in libro ſuo de Ariſtoteles
vniuerſo Gulielmus Parrhiſienſis frequenter inducit, ipſe Ariſtoteles gloriabatur ſi- Gulielmus Parrhiſiẽ.
bi aduenîſſe ſpiritum quendam de cœlo Veneris, & eum ſibi familiarem fuiſſe. Atta- Philoſoph.
men liberum hominis arbitrium permanet liberum, nec coartatur ad bona, ſed pec-
cat, deficitque multoties, ita quod multa fiunt illicita, inordinata, & contra ordi-
nem ſapientiæ atque iuſtitiæ particularem: quæ ſi referantur ad vniuerſalem ordinem
prouidentiæ, ſapientiæ ac iuſtitiæ dei, ſunt, fiunt aut permittuntur iuſte ac ſapienter,
atq; per dei prouidentiam emendantur ac ordinantur, nec ita caſu aut fortuna contin
C gunt, quin ex diuina prouidentia oriuntur ac moderantur, prout hoc infra in quarto
& quinto libro patebit. Sic ergo iniuſti ac reprobi ſæpe in ſeculo iſto exaltãtur & præ
ſunt, iuſtoſq; premunt, affligunt, occidunt ad electorũ purgationem, exercitationem,
profectum beatitudinemq; maiorem. Deniq; impij multa agunt quæ ſunt bona ex ge
nere, pro quibus in hac vita remunerantur per proſpera mundi, ſicut & iuſti aliquãdo
peccant, propter quod corrigi promerentur. Multi quoq; tam praui ſunt, quod iuſto
dei iudicio præficiuntur, indigni prælati & principes vitioſi, quemadmodum per
Oſee dominus loquitur: Dabo tibi regem in furore meo, & principes in indigna- Oſee 13
tione mea. Per Eſaiam quoque: Dabo pueros principes eorum, & effœminati do- Eſaiæ 3
minabuntur eorum. Vnde & in Iob apertiſſime dicitur: Deus regnare facit hypo- Iob 34
critam propter peccata populi. Hinc ſecundum iſtum reſpectum omnia ſecundum
tenorem ac ordinem vniuerſalis prouidentiæ dei ordinate procedunt, & iuſte ac ſa-
pienter deſuper diſponuntur, & vnicuique impio ineffabiliter nocet iniquitas ſua: imo
potiſſime eis, qui in hac vita non puniuntur. Quod totum in extremo iudicio pate-
bit ad oculum, & interim ſapientibus innoteſcit per fidem ac illuminationem ſupernã,
per conſiderationem quoq; frequentem. Idcirco per Malachiam dominus loquitur: Malach. 3
Videbitis quid ſit inter iuſtum & impium, & inter ſeruientem deo & non ſeruientem
ei: Ecce enim dies veniet ſuccenſa quaſi ignis, & erunt omnes ſuperbi & omnes Malach. 4
facientes impietatem ſtipula, & inflammabit eos dies veniens, quæ non relinquet
eis radicẽ. Præterea imperfectis, carnalibuſq; hominibus iſta non aduertẽtibus inter-
dum videtur quod actus humani reguntur fortuna magis quàm prouidentia dei. In
quorum

Ezech. 9 quorum perſona Boethius iſta expreſſit. De quibus Ezechiel ait propheta: Dixerunt, D
Iob 22 dereliquit dominus terram, & dominus nos non videt. Vnde & apud Iob dicit ſermo
diuinus: An cogitas quod deus excelſior cœlo ſit, nec noſtra conſiderat, & circa cardi
nes cœli perambulat. ¶ Poſtremo, in metro iſto fit inuocatio dei, vt actus humanos
dignetur gratioſius gubernare. [O quiſquis]. i. tu qui: vel, tu quicunq;, quoniam te
comprehendere & digne exprimere non valemus, [qui nectis fœdera]. i. coordinanti-
as & proportiones rerum adinuicem, ita quod omnia quantumcunq; diuerſa ac pluri
ma ſunt pulcherrime & ſapientiſſime coordinata, connexa, ac inuicem comproportio
S. Dionyſ. nata, ita quod teſte diuino Dionyſio, ordo eſt intimus rebus, & iuxta Philoſophum,
Philoſoph. ſpecies rerum ſe habent vt numeri. Vnde & Proclus Platonicus in Elementatione theo
Proclus. logica loquitur: Omnium diuinorum ornatuum infima ſuperiorum nectuntur ſupre
mis inferiorum. [Reſpice] oculo pietatis paternæ, prouidentialiſq; curæ, [terras miſe-
ras]. i. miſeros homines in terra degentes. Nempe per terram intelliguntur frequenter
Pſal. 65 habitantes in terra, ſicut in Pſalmo: Omnis terra adoret te, ſicut per domum familia,
& per locum locata. Nos [homines] exiſtentes, [pars non vilis operis tanti,] vtputa to-
tius vniuerſi, cuius digniſſimæ partes ſunt intellectuales creaturæ angeli & homines,
ſicq; præſtantiôr pars mundi inferioris eſt genus humanum. Propter quod in libro
Philoſoph. Phyſicorum ait Philoſophus, quod nos ſumus quodammodo omnium finis, [quati- E
mur]. i. concutimur, [ſalo]. i. mari, ſeu amaro euentu fortunę, quoniam caſualiter, for
tuite, valdeq; improuiſe multa aduerſa & aſpera nobis contingunt. O [rector] vniuer-
ſorum [comprime]. i. moderare & refrena [fluctus rapidos]. i. impetuoſas aduerſita-
tes & tribulationes inſtar fluctuum abundantes, [& firma terras ſtabiles]. i. habitan-
tes in terra iugiter permanente per ſciētias & virtutes corrobora [fœdere]. i. pacto pa
cis, [quo regis cœlum immenſum]. i. valde magnum & cōparatione terreſtrium quo-
dammodo infinitum, cum minima ſtella viſibilis, maior ſit tota terra, & per cœlum in-
Infinitū di telliguntur ſpiritus omnes cœleſtes ac triumphans eccleſia. Multipliciter autē aliquid
ci multifa- dicitur infinitum, videlicet actu, potentia, materialiter, formaliter, intenſiue, extēſiue,
riam. ſimpliciter & abſolute, multitudine & magnitudine, ſpiritualiter quoq; & corporali-
ter. Certumq; eſt, quod deus dumtaxat ſit vere & abſolute, actualiter & perfectionali
ter penitus infinitus, qui cætera cuncta conſtituit in numero, pondere & menſura, vt
Sapient. 11 in libro Sapientiæ ſcriptum eſt: Creatura ergo non eſt ſimpliciter infinita, ſed reſpecti
Eccl. 16 ue, & quātum ad aliquid. Et ita in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt: Quæ eſt vita mea, in tam
Baruch 3 immēſa creatura? Et Baruch ait: O Iſrael, q̃ magna eſt domus dei, & ingens locus poſ-
Terra ſta ſeſſionis eius, magnus & non habens finem, excelſus & immenſus. Inſuper terra dici-
bilis. tur ſtabilis duratione & loco, & qm̃ quo ad ſe totam nunq̃ mouetur. Vnde in Eccleſia F
Eccēs 1 ſte habetur: Generatio præterit & generatio aduenit, terra vero in æternum ſtat.

## De ſpirituali intelligentia huius metri V. ARTIC. XXI.

QVemadmodum metrum hoc quātum ad ſenſum literalem, multum coin
cidit & cōcordat cum metro II. ita & quantum ad myſticum intellectum,
iuxta quem per ſtelliferum orbem deſignatur tam militans quàm trium-
phans eccleſia, quarũ quælibet charitatis ſuæ magnitudine & feruore oīa
ambit, cōprehendit & cōtinet, ſicut cœlum oīa inferiora, atq; in vnaqua-
que earũ tot ſunt ſtellæ quot electæ & ſanctæ perſonæ, quę rabido turbine verſantur,
qm̃ indeſinenter charitatis ardore ac ſapientiæ cōtemplatione feruntur & tendunt in
creatorem quæ & legem ſibi à deo præfixam inuiolabiliter & vniformiter ſeruant,
Sapient. 2 præſertim in triumphanti eccleſia. Deniq; vtraq; eccleſia cōparatione Chriſti, qui eſt
ſol ſapientiæ, ſolq; iuſtitię luna vocatur & tendit obuiam totis flammis fratris ſui, id
eſt, illuminationibus inflammātibus, & inflammationibus illuminatiuis Chriſti, qui
eſt frater eccleſiæ, quantum ad aſſumptam humanitatem. Vtraq; item eccleſia tantæ
eſt perfectionis & gratiæ, tantæ copioſitatis & vniuerſalitatis in omni dono ſuperna-
turali, quod eius comparatione ſtellæ minores, id eſt, perſonæ minus perfectæ fuſcan
tur & parui fulgoris videntur. Verum comparatione Chriſti, præſertim ſecundum
quod deus eſt, lumina perdit, qua imperfecta & minus luminoſa conſiſtit. Inſuper per
Heſpe-



A Heſperum ſeu ſtellam matutinam poteſt intelligi ſacratiſſima virgo, quæ propin- Heſperus
quiſſime ſequitur ſolem ſapientiæ Chriſtum, & interdum ipſum præcedit reconcili- myſticus.
ando nos ei, noſtraque corda præparando ad ipſius aduentum ac gratiam. Per bru-
mam demum ſeu hyemē ſpiritualiter ſumitur tempus tentationis & tribulationis, in Bruma
quo noctes ſunt longiores, & dies breuiores, quia tunc minus experimur lucem miſe- myſtica.
rationis diuinæ, gratiam conſolationis, & ſpiritualem feruorem. In ęſtate vero, id eſt
tempore illuminationis, inflammationis & fœcūdationis internę, dies ſunt lōgiores,
quia tunc diuturnius & exuberantius experimur radios illuſtrationis, flammas de-
uotionis, rorem conſolationis vnigeniti filij dei. Amplius fideles & electi aliquan-
do tot tentationibus, fluctuationibus & ariditatibus implētur, & affliguntur in vita
hac, nec tam cito exaudiuntur à deo, vt eis quodammodo videatur quaſi ſint à deo re
licti, nec ipſe eorum habeat curam: attamen ſi non ceſſent clamare ad dominum, cito
exaudientur, nec inde commouebuntur ſi videant impios peccare impune, & per adu-
lationes, fraudes, mendacia adipiſci quæ cupiunt ac promoueri, imo eis potius con-
dolebunt, certi quod omnia quę fiunt adducet deus in iudicium. Ideo deprecabuntur Eccēs. 12
altiſſimum vt eccleſiam militantem & cunctos credentes dignetur per gratiam & vir
tutes infuſas ac copioſum profectum in eis conſtabilire, indeſinenterq; regere ad imi-
B tationē triumphantis eccleſiæ, vt fiat voluntas dei in terra ſicut in cœlo: nam & iuxta Matth. 6
Apoſtolum, optimum eſt cor gratia ſtabilire. Hanc expoſitionem tetigiſſe tantun- Hebr. 13
dem ſufficiat, quoniam ex præinductis plenius patet.

## PROSA V.

HAec ubi continuo dolore delatraui, illa uultu placido nihilque
meis queſtionibus mota. P. Cum te, inquit, mœſtū lachryman-
temq; uidiſſem, ilico miſerum exulemq; cognoui. Sed q̃ id lon
giſſimum eſſet exilium niſi tua prodidiſſet oratio, neſciebam.
Sed tu tam procul a patria non quidem pulſus es ſed aberraſti. At ſi te pul-
ſum exiſtimare mauis, te potius ipſe pepuliſti. Nam id quidem de te nunq̃
cuiq̃ fas fuiſſet. Si enim cuius oriundus ſis patrię reminiſcaris non (uti Athe
nienſium quondam) multitudinis imperio regitur ἀλλὰ εἷς βασιλεὺς ἐστὶν, εἷς κοίρανος .i. Sed rex vnus eſt vnus dn̄s.
qui frequentia ciuium non depulſione lætatur. Cuius agi frenis atq; obtem
perare iuſtitiæ ſumma libertas eſt. An ignoras illam tuę ciuitatis antiquiſ-
C ſimam legem qua ſancitum eſt, ei ius exulare non eſſe quiſquis in ea ſedem
fundare maluerit? Nam qui uallo eius ac munimine continetur nullus me-
tus eſt, ne exul eſſe mereatur. At quiſquis inhabitare eam uelle deſierit pa-
riter deſinit etiam mereri. Itaq; non tam me loci huius q̃ tua facies mouet.
Nec bibliothecæ potius comptos ebore ac uitro parietes q̃ tuæ mentis ſe-
dem requiro. In qua non libros ſed id quod libris precium facit: librorum
quondam meorum ſententias collocaui. Et tu quidem de tuis in commune
bonum meritis uera quidem, ſed pro multitudine geſtorum tibi pauca di-
xiſti. De obiectorum quidem tibi uel honeſtate uel falſitate cunctis nota me
moraſti. De ſceleribus fraudibuſq; delatorum recte tu quidem ſtrictim at-
tingendum putaſti, quod ea melius uberiuſq; recognoſcentis omnia uulgi
ore celebrentur. Increpuiſti etiam uehementer iniuſti factum ſenatus. De
noſtra etiam criminatione doluiſti, læſæq; opinionis damna fleuiſti. Poſtre
mo aduerſus fortunam dolor incāduit, conqueſtuſq; non ęqua meritis præ
mia penſari. In extremo muſæ ſæuientis, ut quæ cœlum, terras quoque
pax regeret uota poſuiſti. Sed quoniam plurimus tibi affectuum tumul-

tus incubuit. Diuerſumq; te dolor, ira, mœror te diſtrahũt, uti nunc mentis D
es, nondum te ualidiora remedia cotingunt. Itaq; leuioribus pauliſper ute-
mur, ut quæ in tumorem perturbationibus influentibus induruerunt, ad a-
crioris uim medicaminis recipiendam, tactu blandiori molleſcant.

## Explanatio quintæ proſæ huius. ARTIC. XX.

HVcuſq; Boethius ſuas affectiones, dolores triſtitiasq́; deſcripſit, & cauſas
aperuit earũdem. Hic recitat qualiter philoſophia oĩa hęc patienter ac tran
quille audiuit, atq; ad ea pertinenter reſpondit, & conſolationem, informa
tionem remediumq́; adhibuit. [Hæc vbi continuato dolore delatraui]. i.
poſtq̃ inſtar canis latrando protuli verba præcedentis metri ac proſę, in quibus proui
dentiæ atq; iuſtitię dei aliqualiter viſus ſum derogaſſe, dicendo quod opera dei eſſent
monſtro ſimilia, & ꝙ ipſe reſpueret curam habere actuum humanoꝝ: ſicq; vt canis la
traui. [Illa] vtputa philoſophia [vultu placido nihilq́; meis queſtionibus]. i. querimo
nijs [mota]. i. irrationabiliter non cõmota vt decuit probitatem & ſapientiam eius, ſi
1. Reg. 1 cut de Anna allegatum eſt ſupra, ꝙ vultus eius nõ ſunt amplius in diuerſum mutati. E
Attamen meo errori & inordinato modo loquendi fuit mente cõpaſſa, q̃uis hoc non
monſtrauit forinſecus, ne me afflictum magis affligeret, ſed ſuæ tranquillitatis exem
plo ad patientiam prouocaret. IOHAN. Videtur quod potius debuit mœrorẽ com
Eccẽs 7 paſſionemq́; cordis foris oſtendere, quia vt allegaſti in Eccleſiaſte ſcriptum eſt: Per tri
ſtitiam vultus, corrigitur animus delinquentis. DIONY. Hoc implendum eſt loco
Ibidem. & tempore opportuno, ſicut & illud quod verbis illis præmittitur: Melior eſt ira riſu.
Quibus verbis pro cauſa ſubiungitur, quia per triſtitiam vultus &c. quod intelligen-
dum eſt de ira per zelum. Si autem quis peccet cum diſſolutione & inani lætitia, repri-
mendus eſt per vultus triſtitiam. Si vero per puſillanimitatem, triſtitiamque offendat,
ædificandus eſt tranquillitate & patientia audientis. [Cum te] o Boethi, [inquit,] phi-
loſophia, [mœſtum] animo, [lachrymantemq́; vidiſſem.] Ex dolore etenim & mœro
Lachrymę vnde. re lachrymatio oritur, quoniam mœror & dolor ſunt paſſiones afflictiuę, facientes
compaſſionem in corpore, comprimuntq́; folliculos cerebri in quibus humor aqueus
continetur, & ita exprimitur ac defluit inde fletuum humor. IOHANNES. Non-
ne frequenter ex lætitia aliqui ſubito reſoluuntur in lachrymas? Quomodo igitur ex
mœrore? Et ſi paſſiones illæ comprimunt & reſtringunt, potius claudunt, nõ ergo la-
Lætitia. chrymas extorquerent. DIONYSIVS. Lętitia aperit & dilatat ac per hoc aqueum F
illum educit humorem, qui ex vaſculo molli non ſolum apertione, ſed & compreſſio-
ne educitur, vt cernis in ſpongia humectata, [ilico,] id eſt, ſtatim per lachrymas tuas,
[miſerum, exulemq́; cognoui,] id eſt, conſideraui te eſſe doloroſum & exulatum. Et
certe miſeꝝ recte te iudico, qui propter temporalia damna & corporalia aduerſa ad-
huc immoderate triſtaris, doles ac ploras, cum talia ſint intuitu & amore imitatione-
que Chriſti, & pro fructu multiplici æquanimiter toleranda. Cognoui ergo te exu-
lem eſſe, id eſt, exuli ſimilem, & ſpiritaliter exulem, id eſt, à rectę rationis iudicio & pe-
ctoris pace ac vera ſalute, in quibus vir virtuoſus ac ſapiens habitat & quieſcit, extra-
Plato. neum. Imo cum iuxta Platonem in primo Timæi ac Phædone, facta ſit anima rationa
lis, vt in ſtellarum contubernijs atque ſydereis manſionibus contemplationi vacet pri
mi ac ſummi opificis & ordinis vniuerſi, conſtat, quod in terris tanquam in exilio de-
tineatur. Sic quippe inducit Plato omnium patrem dijs deorum præcipientem vt fœ-
nus corpori accomodatum videlicet animam, poſt corporis diſſolutionem ac fœno-
Pythagor. ris purgationẽ rurſus recipiant ad ſe, quæ etiam fuit doctrina Pythagoræ, qui & infer
Philoſoph. num dixit eſſe in medio terræ, vt libro de cœlo & mũdo Ariſtoteles refert. [Sed quam
id lõginquum eſſet exilium, niſi tua prodidiſſet oratio, neſciebam,] id eſt, ignorabam,
quàm remotum à ſalute, quàm diuturnum duratione eſſet tuum ſpiritale exilium [niſi
oratio,] id eſt, ſermocinatio [tua id prodidiſſet,] id eſt, reſeraſſet, quia ex verbis tuis
præhabitis innoteſcit quod plurimum erres. [Sed tu quàm procul,] id eſt, valde remo
te [à patria] ſpiritali videlicet, à tranquillitate atq; iudicio rationis, [non quidem pul-
ſus



A ſus es, ſed aberraſti,] id eſt, non violenter & coacte, ſed propria libertate receſſiſti, con
ſentiendo iniquitati atque tentationibus inimici. Peccatum enim eſt voluntarium, & Peccatum.
hoſtes animæ poſſunt peccatum ſuggerere & ad peccandum inclinare non neceſſitare.
Hinc ſubditur: [At ſi te pulſum exiſtimari mauis,] id eſt, ſi potius vis putari quod de
patria tua expulſus ſis, [te potius ipſe pepuliſti,] id eſt, ad hoc dico ꝙ ipſe te inde eieci-
ſti libere conſentiendo illicitis & motibus paſſionum, magis quàm ſapientiæ ac lumi
ni rationis inhærendo, ſicque cum filio prodigo abiſti in regionem longinquam, in Lucæ 15
qua diſſipaſti ſubſtãtiam animæ tuæ, id eſt, gratiam ac virtutes amiſiſti. [Nam id qui
dem de te nunquam cuiquam fas fuiſſet,]. i. nunquã alicui licuiſſęt expellere te de ſpiri
tali patria tua nunc præfata omnino inuitum, quia voluntas abſolute cogi non valet. Voluntas.
Imo ſecundum Auguſtinum, nihil tam eſt in poteſtate voluntatis, vt ipſamet. Idcirco Auguſtin.
de his qui dicunt hominem neceſſitate peccare, vt ex fatali influxu, ſeu quia præſcitus
eſt, Pſalmiſta loquitur deo: Quoniam declinauerunt in te mala, cogitauerunt conſi- Pſal. 20
lia, quæ non potuerunt ſtabilire. [Si enim cuius oriundus ſis patriæ reminiſcaris,] id
eſt, ſi reminiſcaris ex qua patria natus ſis, [non vti Athenienſium quondam multitudi
nis imperio regitur,] id eſt, patria tua nõ gubernatur regimine plurimorum quo plu
res præſunt ac regunt, quemadmodum communitas Athenienſium. Deinde in textu
B ſequuntur aliqua verba Græca [ἀλλὰ ἕις βασιλεὺς ἐςὶν, ἕις κοίρανος.] Quorum ſenſus
eſt, vnus dominus eſt, vnus rex, ſupple, qui regit terram tuam. Quod ad literam forſi-
tan accipi poſſet de vrbe Roma atq; Italia, quæ à tempore Iulij Cæſaris gubernata eſt
regimine monarchico & regali, qua vnus præſidet toti multitudini reſiduæ ſibi com-
miſſæ, quanquam & aliter aptius exponatur, vt mox patebit, [qui frequentia ciuium,
non depulſione lętatur,] communiter enim reges Romanorum maluerunt Romam in-
habitari à multis, nec in expulſione atque exilio ciuium, ſed in eorum multitudine glo-
riabantur, niſi pro communi bono neceſſariũ fuerit quoſdam expelli. [Cuius agi fre-
nis,] id eſt, cuius regis prohibitionibus refrenari ac dirigi, [atque obtemperari iuſti-
tiæ,] id eſt, obedire præceptis affirmatiuis regis illius, quæ ſunt de actibus iuſtitię exe
quendis, præſertim prout iuſtitia eſt virtus communis, [ſumma libertas eſt,] id eſt, li-
bertas eſt valde magna ac nobilis. Nam ſicut viliſſima ſeruitus eſt vitijs ſubiace-
re ac deſeruire, ita clariſſima eſt libertas virtutibus inhærere & obſequi æquitati, ſicut
& deo ſeruire, regnare eſt. [An ignoras illam ciuitatis tuæ antiquiſſimam legem, qua
ſancitum eſt,] id eſt, firmiter ordinatum, [ei ius exulare,] id eſt, exilium pati, fas, id eſt,
licitum, [non eſſe quiſquis in ea ſedem fundare maluerit,] id eſt, quicunque magis vo-
luerit etiam per effectum, manſionem & domum in ea fundare, id eſt, ſtabiliter collo-
C care quàm alibi. Hoc nanque olim ſtatuerunt Romani, vt acquirerent habitatores
ſuæ prægrandis vrbis. Et de hoc & conſimilibus multa ſcribit Oroſius ad Auguſti- Oroſius.
num. [Nam qui vallo eius,] id eſt, muro vrbis Romanæ, [ac munimine,] id eſt, defen
ſione, auxilio, priuilegijs eiuſdem [continetur,] id eſt, gaudet ac cingitur, [nullus me-
tus eſt illi,] id eſt, formidare nõ habet, [ne exul eſſe mereatur,] quia vt dictum eſt, ab
hac pœna ratione inhabitationis ſecurus eſt. Quod ſi hoc ita literaliter accipiatur de
Roma, non eſſet obſeruatum in iſto Boethio, quem Theodoricus tyrannus contra il-
lud priuilegium exulauit. Scipionem quoque Africanum diu ante in exilium miſiſſe
leguntur Romani, ideo forſan non eſt iſtud ad literam capiendum de Roma, niſi cum
modificatione maiore. [At quiſquis eam inhabitare velle deſierit,] id eſt, quicunque
ceſſarit commorari in ea, quia de velle coniuncto effectui loquitur, [pariter deſinit eti
am mereri,] id eſt, de cætero indignum ſe facit priuilegio non exulandi, nec illud am-
plius promeretur. [Itaque non tam loci huius, quàm tua me facies mouet,] id eſt, ad
compatiendum tibi magis me excitant pallor & macies, triſtisq́; apparatus tui corpo-
rei vultus, ſeu etiam indiſpoſitio tui intellectus, quàm facies carceris huius, vtputa,
ſqualor & vilitas eius. [Nec bibliothecæ potius cõptos ebore ac vitro parietes, quàm
tuæ mentis ſedem requiro,] id eſt, non requiro, nec opto, nec exigo potius parietes [bi
bliothecæ,] id eſt, librariæ ſeu loci ſtudij, [comptos,] id eſt, decoratos [ebore ac vi-
tro,] id eſt, eburneis imaginibus & ſculpturis, vitreiſve feneſtris. Hoc dicit philoſo-
phia, quia iam ante deplanxit Boethius pulchritudinem ſuæ bibliothecæ ſibi eſſe ab-
latam. Hæccine, inquiens, eſt bibliotheca quam certiſſimam tibi ſedem delegeras, ad

D quod philoſophia plenius adhuc reſpondet, ſubdendo, [quàm tuæ mentis ſedem requiro,] id eſt, ornatum ſapientiæ, tranquillitatemq; animæ tuæ multo plus quæro & diligo quàm illa exteriora. [In qua non libros, ſed id quod libris precium facit, librorum quondam meorum ſententias collocaui,] in qua ſcilicet mente [collocaui,] nõ libros corporales eſſentialiter, ſed per ſimilitudines intelligibiles, quomodo iuxta Philoſophum lapis non eſt in anima, ſed ſpecies lapidis, [ſed id quod facit libris precium,] id eſt, valorẽ ac dignitatem puta [ſententias,] id eſt, ſcientias timo, & ſenſus ſublimes librorum materialium, in quibus continentur ſententiæ illæ ſicut ſignatum in ſigno, [quondam meorum,] id eſt, qui libri olim fuerunt philoſophorum, qui ſunt profeſſores atque alumni mei. [Et tu quidem de tuis incommune bonum meritis vera quidem, ſed pro multitudine geſtorũ tibi, pauca dixiſti,] id eſt, tu o Boethi, [dixiſti] in præcedentibus proſis ac metris [vera de tuis meritis,] id eſt, virtuoſis & meritorijs actibus tuis, [in cõmune bonum,] id eſt, quæ egiſti pro bono communi & proſpero Reipublicæ ſtatu, ſed iuxta exigentiam multitudinis huiuſmodi actuum pauca loquutus es ad defenſionem famæ tuæ, quoniam multo plura bona egiſti, quàm reciſtaſti. [De obiectorum tibi vel honeſtate vel falſitate, cunctis nota memoraſti,] id eſt, ea quæ memoraſti ſeu retuliſti atque ad continuandum præteritorum memoriam cõ- E ſcripſiſti de honeſtate, veritate aut falſitate accuſationum tibi impoſitarũ, nota ſunt cunctis hominibus, id eſt, quibuſdam de omnibus, vt ſit diſtributio pro generibus ſingulorum, non pro ſingulis generum. [De ſceleribus, fraudibuſq; delatorum,] id eſt, accuſatorum tuorum, qui tibi mendaciter impoſuerunt diuerſa obiecta. [recte tu quidem ſtrictim attingendum putaſti,] id eſt, rationabiliter intra te ſenſiſti & intantum tangendum putaſti, [quod ea melius vberiuſq; recognoſcentis omnia vulgi ore celebrentur,] id eſt, quod celebriter denuntientur ore vulgarium, qui melius & copioſius ſciunt qualiter iſta ſe habeant, ne videaris ex praua radice accuſatores tuos reaccuſare, & reddere mala pro malis. [Increpuiſti etiam vehementer iniuſti factum ſenatus,] id eſt, fortiter reprehendiſti incautum iudicium ſenatorum, qui te abſentem iudicauerunt, nec iniuſtam ſuam voluerunt reuocare ſententiam. [De noſtra etiam criminatione doluiſti.] Hoc eſt, de noſtra falſa accuſatione ac diffamatione, qua quidam nobis impoſuerũt, quod te magicis artibus & ſuperſtitioſis doctrinis informauerimus, [læſæque opinionis damna fleuiſti,] id eſt, diffamiam tuam atque incommoda & ſcandala inde ſequentia. [Poſtremo aduerſus fortunam dolor incanduit,] id eſt, feruide doluiſti contra fortunam, eo quod actus fortuiti diuinæ iuſtitiæ ac prouidentiæ derogare videntur, [conqueſtuſque non æqua meritis præmia penſari,] id eſt, de hoc F induxiſti querelam quod operibus non redditur iuſta merces, eo quod iuſti ac ſapientes ab iniuſtis & imperitis ac inſipientibus in vita hac opprimantur, quod tamen, ſicut oſtenſum eſt, non derogat prouidentiæ dei. [In extremo muſæ ſæuientis,] id eſt, in fine metri pręcedentis in qua vt faſſus es, contra prouidentiam ſeueriter viſus es loqui, dicendo quod deus reſpuat attendere actus humanos, [vt quæ cœlum terras quoque pax regeret poſuiſti vota,] id eſt, effudiſti preces ſeu deſideria, vt pax quæ regit cœlos, [regeret quoque terras,] id eſt, vt deus conformi concordia regat homines ac terrena, qua regit angelos ac ſuperna. Porro pax increata, quæ eſt pax æternitatis omnia regit efficienter. Pax vero creata regit formalitèr, ſic & pax angelorum cœlos mouentium, homineſque cuſtodientium regit corpora ſuperiora & inferiora. Pax autem & concordia regentium inter ſe multum confert ad ſalubrem & ſtabilem inferiorum diſpoſitionem.

Philoſoph.

Pax increata.
Pax creata.

¶ Conſequenter pandit philoſophia qualiter ad conſolationem & curam Boethij ſit tendendum. [Sed quoniam affectuum tibi plurimus tumultus incubuit,] id eſt, copioſus impetus paſſionũ te inuaſit, impugnat & inquietat, diuerſumq; dolor, ira, mœror diſtrahunt,] id eſt, paſſiones iracundiæ, triſtitiæ ac doloris te diſtrahunt ad diuerſa, & ab intellectuali conſideratione ac recollectione impediunt, [vti nunc mentis es,] id eſt, prout adhuc es in mente diſpoſitus, [te nõdum validiora remedia cõtingunt,] id eſt, nondum capax es perfectiorum ſpiritalium medicinarum, quæ ex ſapientia metaphyſicali accipi queunt, vt ſpeculationes ſunt diuinorum, quemadmodum Apoſtolus ſe lacte ait eos potaſſe, qui nondum ſolidũ cibum valebant accipere. Nam & actus acti-

1. Cor. 3



A actiuorum ſunt in patiẽtibus prædiſpoſitis, nec ſanat oculum quod ſanat calcaneum: imo, ſicut diuerſæ ægritudines corporales diuerſas exigunt medicinas, ſic & diuerſæ infirmitates ſpirituales. [Itaq; lenioribus pauliſper vtemur,] id eſt, ad aliquantulum tempus applicabimus tibi medelas facilius tolerandas, [vt ea quæ in tumorem perturbationibus influentibus induruerunt,] id eſt, quatenus motus paſſionum in te multoties iterati, & quaſi in habitũ verſi, recentibus affectionibus inordinatis ſæpe in appetitu ſurgentibus, [ad acrioris vim medicaminis recipiendam, tactu blandiore molleſcant,] id eſt, paulatim minuantur, ſedentur & expellãtur exhortatione paterna, pia, prudenti. Loquitur autem philoſophia de ſpiritali infirmitate per metaphoramà corporali inualitudine ſumptam, in qua humores ſuperflui, liberum exitum non habentes congregantur, atq; in hulcus ſeu apoſtema erumpunt ac indurantur. Ad cuius curationem primo adhibẽtur medicinalia reſoluentia, maturantia, mollificantia, deinde euacuantia: ita in curatione ſpiritalium infirmitatum grauiorum, ac inueteratarum oportet a facilioribus inchoare, cauſas earum excidere, incitamenta ad vitia ab inuicem ſeparare, ſicque mentem emollire ad pœnitendum, ad confitendum, ad ſatisfaciendum & emendandum. Non ergo ab aſpera & inuectiua reprehenſione eſt incipiendum, imo implendum eſt, quod libro de quatuor virtutibus Seneca loquitur: Seneca.
B Alienorum vitiorum nec curioſus ſis explorator, neque acerbus reprehenſor, nec cum exprobratione correctorꝫita vt admonitionem hilaritate præuenias. Et quamuis dicatur in textu, tactu blandiori, id eſt, applicatione charitatiua & compaſſiua vtẽdum, adulatio tamen qua quis in iniquitate ſua laudatur iuxta illud in pſalmo, quoniam laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, ſemper eſt fugienda: imo vt in libro de Amicitia aſſerit Tullius: Nulla maior eſt verę amicitiæ peſtis, quàm adulatio, quæ eſt omnium leuium atq; fallacium hominum vitium, cuncta ad voluntatem non ad veritatem loquentium, qui loquuntur vt placeant, non vt proſint. Cicero.

## Explanatio ſpiritalis eiuſdem quintæ proſæ. ARTIC. XXIII.

HAec vbi continuato dolore delatraui, & cætera. Quicunque ex impatientia, ira, triſtitia, ſeu dolore propter temporalia damna, corporalia nocumenta, infirmitates, perſequutiones aut ſimiles aduerſitates irrationabiliter loquitur, diuinæ prouidentiæ derogat, aut in verba prorumpit blaſphemiæ ſeu immoderate conqueritur, recte fertur latrare magis quàm lo-
C qui, cum non ex ratione, ſed iracundiæ commotione inſtar canis vociferetur, & competit ei quod in Eccleſiaſtico legitur: Sagitta infixa fœmori canis, ſic verbũ in corde viri impatiẽtis. Tales ſunt quoque qui impetu ad loquendum feruntur, & æſtuant intra ſe ad effundendum quod conceperunt, nec tempus congruum præſtolantur, qualem ſe prodit fuiſſe Elihu qui teſtatur: Reſpondebo & ego partem meam, & oſtẽdam ſcientiam meam. Plenus ſum enim ſermonibus, & coarctat me ſpiritus vteri mei. En venter meus quaſi muſtũ abſq; ſpiraculo q̃d lagunculas nouas diſrũpit. Quo cõtra ſcriptum eſt: Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram, quod vtique ſapientiæ ſignum eſt, cum Salomon proteſtetur: Qui moderatur labia ſua prudentiſſimus eſt. Itemque: Vidiſti hominem velocem ad loquendum, ſtultitia magis ſperanda eſt, quàm illius correctio. [Illa vultu placido.] Hoc ex charitate & pietate atque diſcretione procedit, quod homo virtuoſus ac ſapiens verba, querelas, geſtus & apparatus tentati, afflicti, deſolati, æquanimiter audiat nec turbetur, imo ad condolendum & conſolandum ac informandum exhibeat ſe paratum, quemadmodum ad Galatas hortatur Apoſtolus: Fratres, ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. Itaque theologia ſancta charitati præferuida, & viſceribus affluens pietatis, cum diſcretione omnia agens, cum ingenti charitate ac intima compaſſione audit & ſuſcipit lugubres voces tentati ac deſolati. Cum te, inquiens, mœſtum lachrymantemque vidiſſem, ilico miſerabilem exulemque cognoui. Sunt etenim quædam lachrymæ bonæ

Eccl. 19
Iob. 32
Iacobi. 1
Prouer. 10
Prouer. 14
Gala. 6

Lachrymę bonæ multiplices. & commendabiles valde, quarum quædam ex contritione naſcuntur, qua aliquis ſua D
aut proximoꝝ deflet peccata, quemadmodum Petrus egreſſus foras cum Chriſtum
negaſſet fleuit amare. Hinc peccatori lapſo dñs ait in Threnis: Deduc quaſi torrentē la
I. Matth.26 chrymas per diem & noctem, & nō des requiem tibi neq; taceat pupilla oculi tui. Quæ
Marci 14 dam vero oriūtur ex cōpaſſione ad proximos, potiſſime pauperes etiam propter coꝝ
Lucæ 22 corporales afflictiones, iuxta illud Iob: Flebam quondā ſuper eo, qui afflictus erat, &
Threno.2 cōpatiebatur anima mea pauperi. Quædā ex cōpaſſione paſſionis dominicæ: quia, vt
II. Iob 30 ait Apoſtolus: Si cōpatimur & cōregnabimus. Quędā ex deſiderio regni cœleſtis, iux
III. ta illud Pſalmiſtæ: Fuerunt mihi lachrymę meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi
Roma. 8 quotidie vbi eſt deus tuus? Quædā ex conſideratione propriæ fragilitatis & diſtātiæ
IIII. à vera perfectione, prout ait Propheta: Imperfectum meum viderunt oculi tui. Quæ
Pſal. 41 dam ex dulcedine contemplationis & complacentia ſuperpulcherrimæ deitatis. Qui
V. Pſal. 38 itaq; plorat his modis oſtendit ſe exulem eſſe, & peregrinum in ſeculo iſto, ſeq; miſe
VI. rum arbitratur & ex ſententia dicere poteſt: Heu mihi, quia incolatus meus prolonga
Pſal. 119 tus eſt. Et illud Apoſtoli ad Romanos: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpo
Roma. 7 re mortis huius? Qui vero immoderate deplorat temporalia damna atque incommo
da corporis & ad carnalia ac terrena magis quàm ad æterna & diuina afficitur, qui in
vanitatibus delectatur, & in carnalibus conſolationem exquirit, oſtendit ſe ciuem E
Hierony. conſiſtere Babylonis, amatorem ſeculi huius, ac filium perditionis: quia, vt ait Hiero
nymus: Impoſſibile eſt nunc gaudere cum ſeculo, & poſt vitam hanc regnare cum
Iacobi 4. CHRISTO. Vnde & ſcriptum eſt: Quicunque voluerit amicus huius mundi
Lucæ 6 fieri, inimicus dei conſtituetur. Hinc loquitur iudex cœleſtis: Væ vobis qui ridetis
nunc, quia lugebitis & flebitis. Væ vobis diuitibus, qui habetis hic conſolationem ve
Exiliū myſticum. ſtram. Sed quàm longinquum eſſet exilium. Exilium electorum in ſeculo iſto durat
vſque ad mortem, nec pertingere queunt ad patriam beatorum, niſi ab omni culpa &
pœna fuerint emundati ac abſoluti, quod niſi in præſenti efficiatur, exilium ineffabili
ter doloroſius in purgatorio patientur. Qui autem nunc indeſinenter ſuſpirant ad pa
radiſum cœleſtem, carnalia ac temporalia aſpernantes, tanto celerius proficiſcun
tur ad patriam, & tanto plus propinquāt ad eam, quanto plus appetunt eam, & quan
to ſyncerius diligunt regem cœlorum, ſuperbeatiſſimum creatorem, ſequentes ſancto
Heb. 11 rum veſtigia antiquorum, de quibus ad Hebræos legitur: Iuxta fidem defuncti ſunt
omnes iſti non acceptis repromiſſionibus, ſed à longe eas aſpicientes & ſalutantes &
confitentes, quia peregrini & hoſpites ſunt ſuper terram. Sed tu quàm procul à patria
Pulſio duplex. non pulſus es, ſed aberraſti. Quædam pulſio eſt pœnalis, quædam culpabilis. Pul
ſio quoque pœnalis interdum eſt à cauſa, cui pulſui nequaquam valet reſiſtere, ſicque F
I. primi parentis à deo per angelum de paradiſo expulſi ſunt, & de regno cœlorum ex
Iſaiæ 26 pulſi ſunt angeli tenebrarum, ac inde pellentur iniqui in die iudicij, iuxta illud Iſaiæ
prophetæ: Tollatur impius ne videat gloriam dei. Hæc expulſio fit contra volunta
II. tem expulſi. Alia eſt pulſio culpabilis, qua rationalis creatura expellitur de via ſalu
tis, de lumine rationis, de myſtico corpore Chriſti, de altitudine ſapientiæ & arce vir
tutum. Hanc pulſionem nemo patitur prorſus inuitus ſicut articulo patuit præceden
ti. ¶Verum qui tentationi conſentit, & peccat, ſeipſum à deo ac ſalute repellit: imo
ab vnione cum ſummo, infinitoque bono præcipitat ſe in viliſſimam ſcelerum ſerui
Matth. 7 tutem, & ita aberrat à via, de qua ait Saluator: Arcta eſt via quæ ducit ad vitam:
quæ via eſt adimpletio præceptorum ad vitam gloriæ æternalis præducens, de qua
Prouerb. 4 in Prouerbijs aſſeritur: Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit & creſcit vſ
Sapient. 5 que ad perfectum diem. De hac demum via & aberratione, impij in libro Sapientiæ
ſero fatentur: Ergo errauimus à via veritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit nobis.
Sed abſit à nobis iſta inſania, vt ita nos patiamur expelli à gratia & ſalute, nec ex
pellamus nos ipſos, non conſentiamus inuidioſiſſimis ac crudeliſſimis hoſtibus
noſtræ ſalutis. Si enim oriundus cuius ſis patriæ reminiſcaris. Certe ſi propri
am dignitatem penſemus, dedignabimur viliſſimis vitijs, turpiſſimis concupiſcen
tijs, iniquiſſimis dæmonibus ſubijci ac ſeruire, cum habeamus patriam in cœlis,
atque ad obtinendum patriam paradiſi cœleſtis conditi ſimus, & in primis noſtris
parentibus radicaliter facti ſumus in paradiſo terreſtri. Denique patriam iſtam
cœle



A cœleſtem nobis recuperauit vnigenitus dei pretio ſanguinis ſui: ſed heu homo cū in Pſalm.48.
honore eſſet non intellexit, nos vero ingrati, inſenſati, obtenebrati, toties eam amit
timus, quoties mortaliter omiſſione aut commiſſione peccamus. Oriūdi etiam ſumus
ex militanti eccleſia, in qua eſt monarchicum regimē, vnus dominus, vnus rex qui fre
quentia ciuium non depulſione lætatur, iuxta illud Sapientis: Deus mortem nō fecit, Sapien.1.
nec lætatur in perditione viuorum. In Tobiæ quoq; libro: Non delectaris domine in Tobiæ.3.
perditionibus noſtris. Qui, teſte Apoſtolo, vult omnes hoīes ſaluos fieri, & ad agniti 1.Tim.2.
onem veritatis venire. Vnde & per Ezechielem ait ſcriptura: Nunquid volūtatis meæ Ezechi.18
eſt mors impij dicit dominus, & nō vt conuertatur & viuat? Præterea iuxta Philoſo Philoſoph.
phum libro politicorum, triplex eſt regimen. Primum eſt monarchicum & regale, in Regimen
quo vnus dominatur ſecundum virtutem multitudini vniuerſæ. Secundum vocatur triplex.
ἀρισοκράτεια, quo plures dominantur ſecūdum virtutē, vt ſenatus. Tertiū dicitur δημο I.
κρατία, in quo populus dominatur ſecundum virtutem: hoc eſt, per prudentiam atque II.
iuſtitiam. Regimen autem eccleſiæ quamuis ſit monarchicum (quātum ad hoc, quod III.
vnus pontifex ſummus toti præeſt eccleſiæ) aliquid tamē habet adiunctum de ariſto
cratia & democratia, quia nō ſolum ſacrum collegium dominorum cardinalium tāq̄
ſenatus, ſed & ſynodus gñalis præſidio eſt domino papæ in gubernatione eccleſiæ.
B In regimine quoq; ciuili vnus præſidet Imperator cuncto populo ſeculari. Cuius agi Libertas
frenis, atq; obtemperare iuſtitiæ, ſumma libertas eſt. Libertas eccleſiæ ac populi Chri eccleſiæ.
ſtiani eſt, non ſubeſſe oneri legis Moſaicæ, quantum ad obſeruantiam ceremonialiū,
ac iudicialium præceptorum. Vnde Princeps ait apoſtolorum: Quid tentatis impone Actor.15.
re iugum ſuper ceruicem diſcipulorum, quod neq; patres noſtri neq; nos portare po
tuimus? Nec etiam ſubeſſe iugo peccati, nec ſeruituti & captiuitati diaboli. De hac ſa
lubri libertate loquitur Chriſtus: Si ipſe filius vos liberauerit, vere liberi eritis. Pau Iohan.8.
lus quoq;: Vos in libertatem vocati eſtis. Hæc eſt ſumma libertas cui nequaquam re Galat.5.
pugnat deo & eius prælatis, virtutibusq; ſubdi & obedire, imo vt ſancta Agatha di S.Agatha.
xit: Summa ingenuitas eſt, in qua Chriſti ſeruitus comprobatur. Nā & hæc ſeruitus
in triumphanti conſiſtit eccleſia, iuxta illud in Apocalypſi: Serui dei ſeruient illi, & vi Apoca.22.
debunt faciem eius, & regnabunt in ſecula ſeculorum, quibus de ſeruitute peccati ni
hil vnquam poteſt miſceri. An ignoras illam ciuitatis tuæ antiquiſſimam legem exu
lare fas non eſſe? Hoc in ciuitate ſuperna, ſumma ac cœleſti Ieruſalem (cuius fines om̄i Pſal.147.
potens poſuit pacem) excellētiſſime verificatur, ita ꝙ quicunq; ciuis eius fuerit per be
atificam viſionem, nunquam poterit fieri exul, nec habet metuere, ne contingat hoc
promereri, cum ſciat certiſſime ſe eſſe confirmatum in bono, & beatitudini illi æterna
C ſecuritas inſeparabiliter ſit annexa. Itaque nō tam loci huius, quàm tua me facies mo
uet. Certum eſt quod ſapientia ſumma (quæ Chriſtus eſt) interiora intuetur, ac pon
derat magis quàm exteriora, quod & Theologia docet eſſe agendum. Hinc primo li
bro Regum dicitur: Nō iuxta intuitum hominis ego iudico, homo enim videt ea quæ 1.Reg.16.
parent, deus autem intuetur cor. Propterea ſapientia ſumma in ſuis profeſſoribus, di
ſcipulis ac miniſtris internam amat & requirit munditiam & decorem, non pretioſos
in libris ornatus, neque externas pretioſitates in ædificijs & vaſis diuini cultus, aut
veſtimentis & ornamentis, imo vt vnus dixit ſanctorum: Auro eccleſia non conſtrui
tur, ſed deſtruitur. Exigit ergo in nobis mentis ſedem, in qua theologicorum libro
rum ſententias collocauit, quatenus quæ agenda cognouimus, ſtrenue impleamus,
quoniam ſeruus ſciens voluntatem domini ſui, nec faciens, plagis vapulabit multis. Lucæ.12.
Verum vt ait Pſalmiſta: Iudicium & iuſtitia præparatio ſedis eius. Si ergo vis DEO Pſal.100.
in mente tua ſedem parare ac manſionem, diſce teipſum veraciter iudicare, con
temnere, caſtigare, ſicque in teipſo exercere iuſtitiam, deinde deo exhibere conſcienti
am puram, proximos quoque ædificare, neque alicui inferre iniuriam. Poſtremo ad
uerſus fortunam dolor incanduit, conqueſtusque es non æqua meritis præmia penſa
ri, ſicut frequenter prætactum eſt. Iſta eſt antiqua quorundam inſipientiumquere
la, quod iuſtis proueniunt dura ac multa aduerſa, iniquis vero proſpera & iucun
da. Vnde habetur in pſalmo: Dixerunt quomodo ſcit DEVS, & ſi eſt ſcientia
in excelſo. Quibus improperatorie alibi loquitur deus: Inualuerunt ſuper me verba Pſalm.72.
veſtra, & dixiſtis: Vanus eſt qui ſeruit deo, & quod emolumentum, quia cuſtodiui Malach.3.
 mus

mus præcepta eius,& quia ambulauimus triſtes coram domino? Sed ad iſtud iam ſu- D
pra ſatis reſponſum eſt. Quoniam tibi plurimus affectuum tumultus incubuit,& cæ-
tera. Quidam de vno ſpecialiter peccato tentantur, ſeu de vna aduerſitate triſtantur,
aut circa vnam tantum ſolicitantur materiam: quibus facilius eſt conſiliũ & auxilium
adhibere, alij ſimul varijs tentationibus, tribulationibus, incommoditatibus affli-
guntur, fluctuant, deprimuntur, circa quos grandi valde diſcretione vti neceſſe eſt,&
eos pijſſime conſolari, oſtendendo eis quomodo electi dei in vita hac multis ſoleant
1.Cor.10 tribulationibus exerceri, & quod deus non permittit nos vltra vires tentari, q̊d item
in omni tentatione & tribulatione debeamus mox ad eum confugere, eius miſericor-
diam cum omni feruore & confidentia implorare, paſſionemque CHRISTI oculis
cordis proponere luculenter, aſſidue & compuncte. In meditationibus etiam nouiſſi-
2.Timo.2 morum noſtrorum fortiter exerceri, & quod non coronatur, niſi qui legitime certa-
Iacobi. 1 uerit, quod item beatus vir qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit ac-
Apo.2 cipiet coronam vitæ, atque quod dominus cohortatur vnumquemque in Apocalypſi:
Roma. 8 Eſto fidelis vſque ad mortem,& dabo tibi coronam vitæ, quod item non ſunt condi-
gnæ paſſiones huius breuiſſimi temporis, ad futuram gloriam æternalem, de qua in
Apo.3 Apocalypſi CHRISTVS dulciſſime repromittit: Qui vicerit dabo ei mecum ſede-
re in throno meo, ſicut & ego vici & ſedi cum patre meo in throno eius. Per iſta & con- E
ſimilia tentati, afflicti, deſolati ſunt aſſidue conſolandi, inſtruendi, corroborandi,
Iob. 5 quouſque tumultus & cumulus afflictionum quieſcat. Cumque ſcriptura dicat: Ad ali-
quem ſanctorum conuertere, conſulẽdum eſt omni tentato & afflicto, vt beatiſſimam
& miſericordiſſimã matrem ac virginem ſpecialiſſime inuocet omni hora, & cæteros
ſanctos ac ſanctas, ad quos maiorem habet deuotionis ac dilectionis affectum. Cha-
riſſimum etiam angelum ſanctum totius vitæ ſuæ cuſtodem, quem valde ſpecialiter
debet amare ac venerari.

## METRVM VI.

CVm Phœbi radijs graue
Cancri ſydus inæſtuat,
Tum q larga negantibus
Sulcis ſemina credidit,
Eluſus Cereris fide,
Quernas pergat ad arbores,
Nunquam purpureum nemus
Lecturus uiolas petas,
Cum ſæuis aquilonibus
Stridens campus inhorruit,
Nec quæras auida manu
Vernos ſtringere palmites,
Vuis ſi libeat frui,
Autumno potius ſua
Bacchus munera contulit,
Signat tempora proprijs
Aptans officijs deus,
Nec quas ipſe coercuit,
Miſceri patitur uices,
Sic quod præcipiti uia,
Certum deſerit ordinem,
Lætos non habet exitus. F

## Elucidatio metri huius VI. ARTIC. XXIIII.

IN hoc metro philoſophia oſtendit per tria exẽpla rationabiliter ſe dixiſſe,
ꝙ voluit præſtolari tẽpus opportunum, in quo conuenientius adhiberet af-
flicto Boethio validiora ſeu efficaciora remedia conſolatiua. Primum exem-
plum eſt q̊d agricola expectat aptũ tempus ad ſeminandũ, nec ſeminat quã-
do Sol eſt in cãcro. Eſt ergo ordo verborũ: [Cum ſydus]. i. ſignum [cancri, graue,] id
eſt, afflictiuũ per effectum, [radijs Phœbi,] id eſt, per lumẽ Solis, [inęſtuat,] id eſt, gran-
dem ardorem facit in terra, quando videlicet Sol eſt in ſigno ſic dicto, puta, in ſolſti-
tio æſtiuali, ipſo Sole tunc maxime eleuato verſus polum articum atq; ad centrum ca-
pitis noſtri. Et dicitur cancer ſic æſtuare cauſaliter, quoniam Sol in ſigno illo exiſtens
tunc



A tunc potiſſime calefacit terras & habitãtes in eis per reflectionem radiorum ſuorum,
eo quod tunc perpendicularius terras iſtas reſpiciat. Vnde in principio Theodoli di-
citur:

Aethiopum terras iam feruida torruit æſtas,
In cancro Solis dum vertitur aureus axis.

Appellatur quoque ſignum cancer, quia tunc inſtar cancri quodammodo retroce- Cancer.
dit à nobis. [Tum qui] tempore illo, [credidit,] id eſt, ſeminando commiſit & iniecit,
[ſemina larga,] id eſt, copioſa, largiter data, [ſulcis,] id eſt, terris aratro fractis, [negã-
tibus,] id eſt, tunc non dantibus nec dare valentibus fructum. Tunc quippe ſemina
nequeunt fructificare, quoniam terra ſeminata ſufficientem non habet humorem pro-
pter Solis ardorem. Hinc in menſe illo videlicet Iulio non ſeminatur. Talis ergo [elu-
ſus,] id eſt, deceptus [fide Cereris,] hoc eſt, priuatus fructu ſeminationis, quem homi-
nes expectant à dea frugum, quæ Ceres vocatur: quia, vt fertur, ipſa inuenit primo ar- Ceres.
tem ſerendi & vſum bladorum. Et loquitur hic philoſophia iuxta cõſuetudinem poe-
tarum, qui regimen mundi & beneficia terræ attribuebant dijs ſuis atq; deabus, quæ
tamen in veritate aſcribenda ſunt deo altiſſimo, & cauſis naturalibus ac ſecundis vt
inſtrumẽtis. Talis ergo [pergat ad arbores quernas,] id eſt, quercinas, puta ad quer-
B cus, vt colligat glãdes, quibus veſcatur, blada non habens: e quibus glandibus homi-
nes veſcebantur in prima mundi ætate, vt fertur, nondum ſcientes artem & modum
colendi terram. ¶Sequitur ſecũdum exemplum ad idem: O tu Boethi, [nunquam pe-
tas,] id eſt, non accedas nec intres [nemus purpureum,] id eſt, pratum decorum, in quo
roſæ & alij flores naſcuntur, [lecturus,] id eſt, collecturus, [violas,] id eſt, flores ſic ap-
pellatos, qui in vere gignũtur, [cum campus ſtridens,] id eſt, acriter reſonans, [inhor-
ruit,] id eſt, durus & afflictiuus apparuit, [aquilonibus ſæuis,] id eſt, ventis frigidis
ex aquilone flantibus, vtputa, tempore hyemali, cum violæ producuntur tempore ver-
nali, dum dulces flant venti. ¶Sequitur tertia ſimilitudo: [Nec quæras palmites ver-
nos,] id eſt, in vere exiſtentes, [ſtringere,] id eſt, ſtrictim tenere ad extorquendum &
exprimendum vinum ex vuis, [ſi libeat,] id eſt, complaceat, [frui vuis,] id eſt, vti vino
quod ex vuis elicitur, quia in vere nondum ſunt vuæ maturæ. [Bacchus,] id eſt, deus
vini ſic dictus, iuxta morem loquendi poetarum, [potius contulit munera,] id eſt, be-
neficia ſua, videlicet vuas maturas, [autumno,] id eſt, in parte anni autumnali, quãdo
per Solis calorem humiditas in vuis digeſta eſt, & maturitatem adepta. ¶Cõſequen-
ter philoſophia ad propoſitum applicat iſta: [Deus ſignat,] id eſt, ſapienter & ordina-
te diſtinguit [tempora,] vtputa, quatuor partes anni, [aptans] ea [officijs proprijs,] id
C eſt, vnicuiq; parti anni conferens propriam vim, influentiam & effectum, intelligendo
per tempus & partes ipſius cauſas naturales, cœleſtes & ſuperiores agentes in tempo-
re, quæ diuerſimode operantur in inferioribus ſecundum varium acceſſum Solis ad
nos & receſſum eius à nobis, atque ſecundum alios & alios reſpectus ſuperiorum ad
inferiora. Tempus vero quantum ad ſuam eſſentiam non eſt cauſa iſtorum, ſed dici-
tur eſſe menſura motus, eſtq; ſpecies quantitatis. [Nec] deus [patitur miſceri,] id eſt, nõ
permittit confundi, [vices,] id eſt, temporum partes, [quas ipſe coercuit,] id eſt, inter
ſuos limites coartauit, vt quælibet operetur quod conuenit ei ſecundum curſum natu-
ræ; quanquam deus excelſus & glorioſus poſſit in omnibus ſupernaturaliter operari:
attamen ea quæ fiunt in partibus anni ac vicibus temporum, non ſemper vniformiter
accidunt, quia nec omnes æſtates ſunt æque ſiccæ & calidæ, nec omnes hyemes æque
ſunt frigidę, quoniam qualitates atque effectus temporum ex cauſis dependent, diuer-
ſis, varijſque coniunctionibus, reſpectibus, aſcenſionibus, depreſſionibus, planetarum
influentijs ſyderum ac viribus orbium. Omnipotens quoque creator & rector vniuer-
ſorũ interdum miraculoſe producit in vna temporis parte, q̊d naturaliter eueniret in
alia: imo, quod nunq̃ naturaliter fieri poſſet, ſicq; in Homilia ſcribit Gregorius: Mira- Gregorius
cula ſunt quę ipſa quoq; temporũ ſtatuta cõfundunt, quemadmodũ Theophilus ſcho- Theophil.
laſticus per ſanctã Dorothęã conuerſus, cum accepiſſet roſas pulcherrimas ſibi in ſpor-
tula per angelũ præſentatas dixit aſtãtibus. Nonne iam frigus hyemale vniuerſas in
Cappadocia cõſtringit glacialiter aquas? Vnde ergo hę roſę? Hinc aquilo dicitur qua- Aquilo.
ſi aquas ligo. Propter q̊d in Eccleſiaſtico ſcriptũ eſt: Frigidus vẽtus aquilo flauit & ge- Eccl. 43
lauit

Iob 37 lauit cryſtallus ab aqua. In Iob quoq; dicitur: Ab Arcturo egreditur frigus, & flante D
deo concreſcit gelu. Ex introductis infert philoſophia generalẽ ac moralẽ doctrinã.
[Sic quod deſerit ordinem certum,] id eſt, naturalem proceſſum & curſum deſuper in-
ſtitutum, [via præcipiti,] id eſt, per nimiam feſtinãtiam ſeu anticipationem, [non ha-
bet lætos exitus,] id eſt, proſperum finem nec conſummationem optatam, ſed potius
tanquam abortiuum erit inutile. ¶ Ex his moraliter docemur vnumquodque perage-
re loco & tempore opportuno, & in cunctis nos diſcrete habere ac ordinate procede-
re, quoniam opus virtutis cum debitis circunſtantijs fieri debet. Propter quod Salo-
Prouer. 19 mon dixit: Qui feſtinus eſt, pedibus offendit. Pręterea his concordat quod in Eccleſia-
Eccēs 3 ſte legitur: Omnia tempus habent & ſuis ſpatijs tranſeunt vniuerſa ſub Sole. Tem-
pus naſcendi, & tempus moriendi. Tempus flendi, & tempus ridendi. Tempus plan-
Ecci. 20 tandi, & tempus euellendi. Hinc in Eccleſiaſtico dicitur: Homo ſapiens cuſtodiet tem-
Sermone XLIX. pus, laſciuus & imprudens non ſeruabit tempus. Ideo ſuper Cantica ſanctus ait Ber-
Diſcretio. nardus: Diſcretio omni virtuti ordinem ponit, modum tribuit, decorem ac perpetui-
tatem largitur. Eſt quippe diſcretio non tam virtus quàm moderatrix quædam vir-
tutum, ordinatrix affectuum, doctrix morum, ſine qua virtus vergit in vitium. Pro-
Petrus Rauennenſis. pter quod recte diſſeruit Petrus Rauennẽſis archiepiſcopus: Diſcretio virtutibus mo-
dum imponit: ſine qua virtutes vitia eſſe dicuntur. Nempe ſi adſit timor, & deſit di- E
ſcretio, tranſit in deſperationem: ſi dolor, vergit in amaritudinem: amor, in adulatio-
nem: ſpes, in præſumptionem: lætitia, in diſſolutionem: ira, in furorem. Hinc pruden-
Pythagor. ter dixit Pythagoras: Ab omni actu & re intemperantiam remoue.

## Elucidatio ſpiritualis huius metri VI. ARTIC. XXV.

INſuper iuxta tropologicum intellectum, ſicut ineptum eſt tempus ſeminãdi, dum
nimius calor terram vrit & ſiccat: ita dum calor concupiſcentiæ, feruor peccandi,
ignis cupiditatis vigent & regnant in peccatore, non eſt ager cordis ſui bene di-
ſpoſitus ad ſuſcipiendum ſemen verbi cœleſtis, & ad fructificandum in illo. Er-
Ecci. 21 go, vt in Eccleſiaſtico legitur: Audiet luxurioſus & proijciet illud poſt dorſum ſu-
Marci 4 um. Et in Marco ait Saluator: Aerumnæ ſeculi & deceptio diuitiarum & circa reli-
qua concupiſcentiæ introeuntes in cor, ſuffocant verbum dei, & ſine fructu efficitur.
Veruntamen tales ſunt admonendi, vt à vitijs illis recedant, ſeque diſponant ad ſuſce-
ptionem verbi cœleſtis & fructificationem eiuſdem in ipſis, vt ſaltem metu inferna-
Ecci. 18 lis incendij atque ſupplicij æternalis ſuſtineant à peccatis, illud Eccleſiaſtici penſan-
tes ac adimplentes: Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à voluptate tua auertere. Si F
præſtiteris animæ tuæ concupiſcentias eius, facient te in gaudium inimicis tuis. Præ-
Nemus purpureum. terea per nemus purpureum congrue deſignatur congregatio religioſa virtutibus flo-
rens, incendio ſpiritalis amoris inſtar purpuræ rubens, ſeu quæcunque virtuoſa per-
Viola. ſona taliter decorata. Per violas vero caſtitas atque humilitas dulciter redolentes acci-
pi poſſunt, quas qui adipiſci & diſcere cupit à deuotis ac religioſis hominibus, non
accedat ad eos dum campus horret ſęuis & aſperis ſeu frigidis ventis & flatibus aqui-
lonis, id eſt, dum habitatio ipſa & cõgregatio illa terrena à dulciſſima charitate refri-
guit, à regularibus obſeruantijs iam defecit, & frigore ſuæ acediæ ab exercitijs ſan-
ctis reſtringitur, nec charitatis diffuſione ad aliorum ædificationem, inflammatio-
nem, conuerſionem extenditur. Talem ergo congregationem nõ intres, talem perſo-
Vota tria religionis. nam non imiteris, ſed vites, nec clauſtrum ingrediaris in quo tria vota omni religio-
ni ſubſtantialia, vtputa obedientia, caſtitas & paupertas, cætera quoque ſtatuta ſal-
tem principalia non ſeruantur. In talibus nanque clauſtralibus mõſtruoſiſsimo, omni
monſtro deformioribus regnat primus & peſſimus ille apoſtata, qui in exordio ſecu-
Iſaiæ 14 lorum perhibuit: Sedebo in lateribus aquilonis, à quo etiam aquilone pãdetur omne
Iere. 1 malum ſuper vniuerſos habitatores terræ. Amplius per palmites vernos intelligi poſ-
Palmes vernus. ſunt recenter conuerſi, nondum plene exercitati. (Nam & apud Iohannem loquitur
Iohan. 15 CHRISTVS: Ego ſum vitis vera & vos palmites,) ex quibus adhuc exprimi
nequit nec accipi vinum, id eſt, ſapor atq; refectio ſpiritualis perfectionis ac contem-
Cant. 2 plationis. Vnde in Canticis loquitur ſponſa: Introduxit me rex in cellam vinariam.
Præ-



A Pręſtolandum eſt ergo vſq; ad autumnum, id eſt, quouſq; exercitatus eſt homo, ita ꝙ Pſal. 65
tranſiuit per ignem & aquam, ſicq; in refrigerium ſit inductus. Poſtremo, deus omni-
potens qui omnia in ſapientia fecit, tempora diſtinguit, ſignat & ordinat, ſicut in hy- Pſal. 103
mnis aſſeritur: Rerum deus tenax vigor, immotus in te permanens, lucis diurnæ tem- Ambroſ.
pora ſucceſſibus determinans. Et alibi: Temporum das tempora, aptatque ea officijs Idem.
proprijs, vt ſeptics in die laudes ei dicamus, & horas canonicas ſuis temporibus per- Pſal. 118
ſoluamus, nunc ſolennia celebremus & dies feſtos agamus, nunc feriale teneamus of- Horæ canonicæ.
ficium, nunc contemplatiuę actibus vitæ, nunc exercitijs practicæ conuerſationis va-
cemus, conuenientem quoque ordinem proficiendi ſeruemus in ſchola virtutum in Modus proficiendi.
domo dei, inchoando à ſtatu & gradu incipientium, & procedendo ad ſtatum pro-
ficientium: ſicque pertingendo ad ſtatum perfectorum, hoc eſt, proficiſci à via pur-
gatiua ad illuminatiuam, atque ab illuminatiua ad perfectiuam. Oportet quippe in
primis vitia expurgare, paſſiones refrenare ac vincere, mores componere, linguam
compeſcere, actibus pœnitentiæ inſudare, ac totam conuerſationem in vera & pro-
funda humilitate ac dei timore, & in iugi cordis cuſtodia fundare ac ſtabilire, ſicque
ad illuminationem diuinam conſcendere, atque per hanc ad perfectionis attingere
culmen. Hoc eſt, quod ſanctus ait Bernardus: Nolo ſubito fieri ſummus, paula- Bernardus
B tim proficere volo. Nam vt philoſophia hic proteſtatur, quod præcipiti via certum
deſerit ordinem, lætos non habet exitus. Quod & demum eſt contra eos, qui appro-
batam religionem quam profeſſi ſunt, & in qua regulariter viuitur, inconſulte egre-
diuntur, vel apoſtatando, vel laxiorem ſine rationabili cauſa intrando, aut aliam
eiuſdem ordinis domum vbi obſeruantia deficit regularis, contra quos ait ad He- Hebræ. 10
bræos Apoſtolus: Non deſerentes collectionem noſtram. IOHANNES. Oritur
mihi hic quæſtio: An ſit verum quod circa primum exemplum metri huius aliqui di-
cunt homines in prima ætate vixiſſe de glandibus nondum ſcientes cultum agro-
rũ? DIONYSIVS. De hoc docet nos irrefragabilis authoritas ſacræ ſcripturæ in
Geneſi, dicens: Fuit Abel paſtor ouium & Cain agricola, & obtulit Cain de fructi- Gene. 4
bus terræ munera domino. Et dicunt expoſitores nonnulli quod obtulit ſegetes vi-
liores & ſpicas aduſtas. Porro ad ſaluãdum dictum quorundam ſufficit dicere, quod
forſitan in aliqua plaga terræ ſic fuit apud hoĩes quaſi ſylueſtres. IOHANNES.
Quis docuit ipſum Cain colere terram? DIONYSIVS. Nonne patri eius homi-
ni primo concreata fuit naturalium rerum ſcientia valde magna, ex qua etiam cunctis
animalibus apta impoſuit nomina? de quo & in Geneſi fertur: Emiſit eum dominus Gene. 1
deus de paradiſo vt operaretur terram. Et denuo: In ſudore vultus tui, veſceris pa-
C ne tuo.

## PROSA VI.

PRimum igitur pateris ne me pauculis rogationibus ſtatum tuæ
mentis attingere atq; tentare, ut qui modus ſit tuę curationis, in-
telligam. B. Tu uero arbitratu, inquam, tuo quæ uoles ut reſpõ-
ſurum rogato. P. Tum illa: Hũccine, inquit, mundũ temerarijs
agi, fortuitiſque caſibus putas? An ullum credis ei ineſſe regimen ratio-
nis? B. Atqui, inquam, nullo exiſtimauerim modo, ut fortuita temeri-
tate tam certa moueantur. Verum operi ſuo conditorem præſidere de-
um ſcio. Nec unquam fuerit dies, qui me ab hac ſententiæ ueritate depel-
lat. P. Ita eſt, inquit. Nam id etiam pauloante ceciniſti, homineſque tan-
tum diuinę exortes curæ eſſe deploraſti. Nam de cæteris quin ratione re-
gerentur nihil mouebare. Papę autem uehementer admiror, cur in tam ſa-
lubri ſententia locatus ægrotes. Verum altius perſcrutemur, neſcio quid
abeſſe coniecto. Sed dic mihi, quoniam a deo mundum regi non ambigis,
quibus etiam gubernaculis regatur aduertis? B. Vix, inquam, rogitationis
tuæ

tuæ ſententiam noſco, nedum ad inquiſita reſpondere queam. P. Num me, D
inquit, feſellit abeſſe aliquid per quod uelut hiante ualli robore in animum
tuum perturbationum morbus irrepſerit. Sed dic mihi: Meminiſti ne quis
ſit rerum finis quoue totius naturæ tendat intentio? B. Audieram, in-
quam, ſed memoriam mœror hebetauit. P. Atqui ſcis unde cuncta pro-
ceſſerint. B. Noui, inquam, deumque eſſe reſpondi. P. Et qui fieri po-
teſt, ut principio cognito, quis ſit rerum finis ignores? Verum hi perturba-
tionum mores eaq; uiolẽtia eſt, ut mouere quidem loco hominem poſſint:
euellere autem, ſibiq; totum extirpare non poſſint. Sed hoc quoq; reſpon-
deas uelim, hominẽ ne te eſſe meminiſti? B. Quid ni, inquam, meminerim?
P. Quid igitur homo ſit poteris ne proferre? B. Hoccine interrogas an eſſe
me ſciam rationale animal, atque mortale? Scio. Et id me eſſe confiteor. P.
Et illa: Nihil ne te aliud eſſe nouiſti? B. Nihil. P. Iam ſcio, inquit, morbi tui
aliam uel maximã cauſam, quid ipſe ſis noſſe deſiſti. Quare pleniſſime uel E
ægritudinis tuæ rationem uel aditum reconciliandę ſoſpitatis inueni. Nam
quoniam tui obliuione confunderis, & exulem te & expoliatũ proprijs bo-
nis eſſe doluiſti: quoniam uero quis ſit pręcipuus & uerus rerum finis igno-
ras, nequam homines ac nefarios potentes feliceſque arbitraris. Quoniam
uero quibus gubernaculis mundus regatur oblitus es: has fortunarũ uices
exiſtimas ſine rectore fluitare, magnę non ad morbum modo, uerum ad in-
teritum quoq; cauſæ. Sed ſoſpitatis authori grates, quod te nondum totum
natura deſtituit. Habemus maximum tuæ fomitem ſalutis ueram de mun-
di gubernatione ſententiam, quod eam non caſuum temeritati, ſed diuinæ ra-
tioni ſubditam credis: nihil igitur pertimeſcas, iam tibi ex hac minima ſcin-
tillula uitalis calor illuxerit. Sed quoniã firmioribus remedijs nondum tem-
pus eſt uti, & eam mentium conſtat eſſe naturam, ut quoties abiecerint ue-
ras, falſis opinionibus induantur, ex quibus orta perturbationum caligo ue- F
rum illum confundit intuitum. Hanc pauliſper leuibus, mediocribuſq; fo-
mentis attenuare tentabo, ut dimotis fallacium affectionum tenebris, ſplen-
dorem ueræ lucis poſſis agnoſcere.

## Expoſitio proſæ huius VI. ARTIC. XXVI.

IN hac ſexta & vltima primi huius codicis proſa philoſophia adhuc parti-
cularius & perſcrutatius ſciſcitatur ac diſcutit interiora Boethij, vt plenius
ſciat qualiter valeat eum plene curare & cauſas eius deuiationis funditus
extirpare, quia non poteſt curari infirmitas, niſi cauſæ eius tollãtur. Primo
igitur beneuolentiam capta Boethij, quęrendo ab eo an ne æquanimiter capere velit
Ariſtoteles quod eum breuiter de quibuſdam interroget, ſicq; iuxta doctrinam Ariſtotelis ac Ci-
Cicero. ceronis in eorum Rhetoricis vrbano vtens prooemio, vt ad dicẽdorum aduertentiam
Prouer. 8 excitet, tanquam ad magnarum intelligentiam rerum, & quaſi cum Salomone pro-
nuntians illud Prouerbiorum: Audite me, quoniam de rebus magnis loquuturus
ſum, & aperientur labia mea, vt recta prædicent. Itaq; ait: O Boethi, [pateris ne,] id
eſt, vtrum vis ęquanimiter ferre, [me primum,] id eſt, in primis, [attingere,] id eſt, co-
gnoſcere, [atq; tentare,] id eſt, ſcrutari, [rogationibus pauculis,] id eſt quęſtionibus
permodicis; [ſtatum,] id eſt, diſpoſitionem tuę mentis, qualiter ſentias de quærendis,
[vt intelligam] ex tuis reſponſionibus, [quis ſit modus,] id eſt, quæ ſit aptior via ac
ſpecies [tuæ curationis,] hoc eſt, qualiter valeam cõpendioſius te curare. Sequitur Boe-
thij



A thij reſpõſio: Ego Boethius [, inquam,] id eſt, dico, [tu rogato] id eſt, tu o philoſophia
interroga, [vt reſponſurum,] id eſt, ſicut me qui tibi reſpondebo [arbitratu tuo,] id
eſt, iuxta arbitrium tui cordis, [quæ voles,] id eſt, quæcunq; volueris, puta philoſo-
phia, [inquit,] id eſt, dixit, [putas] tu o Boethi [mundum hunccine,] id eſt, hunc mun-
dum præſentem, [agi,] id eſt, moueri & currere [caſibus temerarijs,] id eſt, euentibus ir-
rationabilibus, improuiſis, [que] pro &, [fortuitis,] id eſt, fortunæ omnino ſubiectis.
[An vllum ei ineſſe credis regimen rationis?] id eſt, an potius credis aliquod regimen
rationabile, ſeu aliquam cauſam intellectualiter regentem eſſe in eo, præſidentem vni-
uerſo. [Atqui, inquã, nullo exiſtimauerim modo, vt fortuita temeritate tam certa mo-
ueantur,] id eſt, ego Boethius dico pro certo, quod nequaquam vnquam putauerim,
vt tam certa quæ cõtingunt in vniuerſo, vt ſunt motus cœlorum, viciſſitudo dierum
& noctium, alterationes elementorum, periodi generabilium [moueantur,] id eſt, cau-
ſentur & fiant, [temeritate,] id eſt, improuidentia, [fortuita] aliter tam diuerſa ac va-
ria, tam multa & magna non poſſent vniformiter ſtare, perdurare, procedere. prout
Damaſcenus libro primo, tertio ac quinto capitulis diffuſius probat. Imo & ſancta Iohannes
Barbara ingenioſiſſima adoleſcentula nondum conuerſa intra ſe ſubtiliter ſyllogiſa- Damaſce.
uit, vt in originali eius legenda deſcribitur. [Verum operi ſuo conditorem præſidere Barbara.
B deum ſcio,] id eſt, certiſſime noſco deum conditorem, præſidere ſuo operi, vtpu-
ta mundo, iuxta illud: Quem conſtituit alium ſuper terram, aut quem poſuit ſuper Iob 1
orbem quem fabricatus eſt? Quod & Ariſtoteles XII. Metaphyſicæ ex naturali entiũ Philoſoph.
deſiderio monſtrat: Entia, dicens, nolunt male diſponi, pluralitas principum mala:
vnus ergo princeps. [Nec vnquam fuerit dies, qui me ab hac ſententiæ veritate depel-
lat,] id eſt, nulla mihi vnquam aduerſitas contigit, nulla perſuaſio, quæ me potuit ab
hac veritate auertere, cum naturalis ratio hoc oſtendat. Vnde & ſecundo Metaphyſicę Idem.
probat Philoſophus, quod in omni genere cauſæ neceſſe ſit vnam eſſe primã cauſam.
Et eiſdem rationibus demonſtratur, quod in omni ordine mouentium atque regenti-
um, oporteat vnum eſſe primum mouens, & vnum primum gubernans: nec aliter eſſet
ordo in eis & inter ea. ¶ Deniq; vt arguunt Auicenna & Algazel vnuſquiſq; in meta- Auicenna.
phyſica ſua, vbicunq; ſunt media compoſita, oportet eſſe ſimplicia extrema. Cumque Algazel.
ſint multi motores moti, & multi rectores recti, rite concluditur, quod vnus ſit ſum-
mus motor, non motus, & vnus rector ſupremus non rectus. [Ita eſt, inquit,] id eſt,
philoſophia reſpondit, ita eſt, ſicut dicis. [Nam id etiam pauloante cecinisti,] id eſt,
metrice decantaſti, videlicet metro quinto: O ſtelliferi, & cætera. [Homineſque tan-
tum diuinæ exortes curæ eſſe deploraſti,] id eſt, flebiliter affirmaſti ſolos homines à
C deo non gubernari, loquendo non ex deliberata ratione, ſed impellente dolore in per-
ſona hominis imperfecti ac ſenſualis. [Nam de cæteris quin ratione regerentur nihil
mouebare,] id eſt, nulla perſuaſione mouebaris de alijs creaturis, quin ratione rege-
rentur, & prouidentia dei, iuxta exemplarem rationem mentis diuinæ. Sicque ratio Ratio.
ſumitur hic pro ratione & ſapientia increata. [Pape,] & eſt aduerbium admirationis,
[aũt vehementer admiror, cur in tam ſalubri ſententia,] qua fateris creatorem præſi-
dere creatis, [locatus,] poſitus, vel mente fixus, [ægrotes,] id eſt, mẽte infirmus ſis nõ
credendo hoc ipſum de homine, qui eſt inter creata poſt angelos nobilior creatura:
propter quod eminentius cadit ſub prouidentia creatoris, quàm creaturæ irrationa-
les. [Verum altius perſcrutemur] quid ſit ſuper his ſentiendum. [Neſcio quid abeſſe
coniecto,] id eſt, conijcio ſæpe & puto aliquid deeſſe tuæ conſiderationi, ita quod
non es ſatis clare illuminatus, ad cognoſcendum integre veritatem de prouidentia
dei. [Sed dic mihi quoniam mundum à deo regi non ambigis, quibus etiam guber-
naculis regatur, aduertis?] Iſta eſt quæſtio ſecunda, ac ſi dicat philoſophia: Quia non
dubitas, quin mundus à creatore gubernetur, quæro vtrum intelligis, [quibus guber-
naculis,] id eſt, quibus principijs gubernatiuis fiat hoc, ſeu quibus ſecundarijs cauſis
inſtrumentaliter exequentibus, ſeu quibus regiminibus, an regimine tantum vniuer-
ſali non diſtincto, vel particulari vſque ad corruptibilia atque mortalia pertingen-
te. [Vix, inquam, rogationis tuæ ſententiam noſco,] id eſt, ego Boethius dico,
quod vix noſco, nec ſatis intelligo ſenſum tuæ interrogationis, præſertim quid voces
gubernacula, cum hoc multipliciter accipi valeat, ideo [nedum,] id eſt, nondum [ad

I inqui-

inquiſita reſpondere queam,]id eſt,poſſim. Oportet enim intelligere quæſtionem an- D
Iob 18 tequam apte reſpondeatur ad eam , iuxta illud in Iob: Intellige prius & ſic loquamur.
Hinc philoſophia,[inquit, non vtiq; me fefellit,]id eſt, decepit,[aliquid tibi abeſſe,]
ſicut expoſitum eſt,[per quod,]id eſt,ex cuius defectu,[morbus perturbationum,]id
eſt, error, imbecillitas, inquietudo paſſionum, ſeu ex paſſionibus orta, [irrepſerit,]id
furtim ingreſſus eſt[in animum tuum,]id eſt,in intellectũ tuum,qui ex multitudine &
vehementia paſſionum obruitur & cæcatur,propter quod anima à talibus quieſcẽdo,
ſit prudens.[Sed dic mihi,]O Boethi,[Meminiſti ne?]id eſt,vtrum recorderis, [quis
ſit rerum finis?]id eſt,quis ſit omnium creaturarũ vltimus finis obiectalis,qui eſt ipſe-
Prouer. 16 met deus, vt oſtẽſum eſt ſupra.Propter quod in Prouerbijs dicitur: Vniuerſa propter
ſeipſum operatus eſt dominus.Omnia quippe creauit vt ſua perfectio,maieſtas & glo
Deus oĩm ria in rebus & in ordine rerum reſplendeant. Deus enim eſt omnium rerum ſummum,
rerũ ſcopus vltimatumque bonum,in quod & ad quod omnia ordinantur,[quove totius naturæ
tendat intentio?]id eſt,ad quid finaliter inclinetur quælibet creatura, & quid vltima-
te intendat intentione naturali,animali aut intellectuali. Effectus nanque aliquo mo-
do intendit aſſimilari,aliquo modo propriç cauſæ.Cumque deus ſit omnium ſumma
& prima cauſa,ideo omnis natura creata intendit & appetit ſuo modo aſſimilari deo.
Et hoc eſt finis formalis.i. ſumma perfectio rei creatæ in ipſa exiſtens & formaliter ei E
inhærens,prout ſuper ſecundum Sententiarũ ſcribunt doctores,& S. Thomas in plu
ribus locis,potiſſime in ſumma contra gentiles III. libro diffuſe pertractat. [Audierã,
inquam].i.ego Boethius aliquando hoc legi.Audiui & didici,[ſed memoriã mœror
hebetauit].i.ex magna mœſtitia ſum oblitus,quia aliũde diſtractus atq; in alijs vali-
de occupatus inde nil cogitaui,ſicq; ſpecies rerũ ex memoria mea deletę ſunt & elapſę.
Ad q̃d philoſophia reſpondet: [P. Atqui].i. pro certo,[ſcis vnde].i. ex quo primo
Iob. 12 principio effectiuo, [cuncta proceſſerint?] per creationem,iuxta illud: Quis ignorat
quod manus domini fecit hæc omnia?Ordo etiam rerum oſtẽdit quod ſit vna omni-
Liber Cauſarum. um prima cauſa:Quæ,vt in libro de cauſis aſſeritur,plus influit, quàm quæcunq; cau
ſa ſecunda.Vnde & libro de cœlo & mundo teſtatur philoſophus:Ab hoc ente omni
Philoſoph. bus deriuatum eſt eſſe & viuere, his quidem clarius,his autẽ obſcurius. [B.Noui, in-
quam].i.ego Boethius ſcio hoc deum quoq; eſſe reſpondi id à quo omnia profluxe-
runt, quia in omni genere ac ordine rerum id quod eſt primum & maximum, eſt cau-
ſa cæterorum in ordine & genere illo,prout philoſophi concorditer dicũt. Ad quod
philoſophia:[Et qui fieri poteſt,vt principio cognito,quis ſit rerum finis,ignores?]
.i.mirum eſt qualiter potuiſti ſic hebetari, vt cognito quod deus ſit vniuerſorum effe-
ctiuum principium,neſcias,quod etiam ipſe ſit omniũ vltimus finis,cum ipſe ſit ſum- F
mum bonum increatum & independens,quo omnia egent, & ſine quo nec ad momen
tum ſubſiſtere poſſent, propter cuius aliquam participationem ac imitationem cun-
cta ſunt condita,vt mouentur ac operantur, & in libro de ciuitate dei & ſuper Iohan-
Auguſtin. nem Auguſtinus frequẽter fatetur.Ideo nullum bonum creatum poteſt eſſe rerum vl-
timus finis obiectalis. Denique & ſuper ſecundum Sententiarum doctores concordi-
Deus omnium rerum cauſa. ter ſcribunt,deus ſanctus & adorãdus,eſt omnium cauſa in triplici genere cauſæ. Eſt
enim omnium cauſa efficiens,& formalis,ſeu exemplaris atque finalis,& hoc diuerſa
ratione. Eſt quippe cauſa efficiens, producendo & ipſum eſſe donando: & cauſa for-
malis omnia ſapienter per idealem & exemplarem rationem agendo. Eſt item finalis
vniuerſa propter propriam bonitatem cauſando,& ad ſemetipſum finaliter ordinan-
Plato. do. Vnde in primo Timæi optime ſcripſit Plato: Dicendum cur conditor omne hoc,
id eſt totum vniuerſum conſtituendum decreuerit.Optimus erat à quo omnis inuidia
longe eſt relegata. Itaque omnia voluit ſuæ bonitatis aut beatitudinis eſſe participa-
tiua atque capacia. Quam quidem rationem ſi quis dixerit omnium eſſe rerum cau-
Apoc. 1. 22 ſam & finem, id eſt,cauſam finalem, recte eum ſentire conſentiam. Hinc in A P O-
C A L Y P S I loquitur D E V S: Ego ſum alpha & ω principium & finis, pri-
mus & nouiſſimus. [Verum hi perturbationum mores]ſunt, id eſt, iſti ſunt con-
ſueti effectus paſſionum perturbantium interiores ſenſus & cerebrum, [eaque va-
lentia]eis[eſt,]id eſt, talis valor ſeu infelix poteſtas conuenit eis. [vt mouere
quidem loco hominem poſſint,]id eſt, agitare de loco ad locum, ſicut videmus
homi-



A homines ſecundum diuerſitatem affectionum ſenſualium , varijs modis moueri, nec
vno in loco aut ſitu diu manere.Vel,quod poſſint hominem loco mouere,id eſt,hinc
inde à rectitudine rationis & virtutum conſtantia inclinare: quemadmodum venti a-
gitant arboris ramos , ac teneram arborem à rectitudine ſuæ ſtaturæ. Mouent etiam
hominem loco,id eſt , ad ſimilitudinem motus localis de obiecto vno ad aliud,& ad
cogitationes diuerſas , vagas , inſtabiles , iuxta illud Iob: Idcirco cogitationes meæ Iob 20
variæ ſuccedunt ſibi , & mens in diuerſa rapitur. [Euellere autem, ſibique totum ex-
tirpare non poſſunt,] id eſt, motus hi,turbationeſque paſſionum nequeunt hominem
prorſus proſternere nec totum eradicare,id eſt,ſubuertere,ſuperare, deſtruere. Quod
non eſt ſic intelligendum, quin paſſiones multoties præualeant rationi, hominem-
que ſpiritaliter perimant & ad mortalia trahant peccata, vt ſunt paſſiones prædomi
nantes , cum & in Geneſi dicatur: Senſus & cogitatio cordis humani proni ſunt Gene. 8
in malum ab adoleſcentia ſua . Imo , vt Plato inſinuat in Phædone: Soli ſapientes Plato.
ac virtuoſi paſſionibus dominantur. Sed intelligendum eſt , quod paſſiones neque-
unt rationem vincere omnino inuitam, nec abſolute compellere eam : imo , ipſa ſpon
te conſentit motibus & ſuggeſtionibus prauis . Ideo in Geneſi dominus loquitur: Si Gene. 4
male egeris , ſtatim peccatum tuum in foribus aderit, ſed ſub te erit appetitus eius , &
B tu dominaberis illius. Verum eſt quoque quod paſſiones & vitia nequeunt homi-
nem totaliter extirpare, naturalia penitus auferendo , quæ tamen vulnerare poſſunt
& debilitare. Vnde quarto capitulo de diuinis nominibus ſanctus Dionyſius docet, S. Dionyſ.
quod etiam in dæmonibus naturalia integra permanſerunt. Atque apud Matthæ- Math. 22
um in parabola de homine qui incidit in latrones , aſſerit gloſſa , quod latrones ſunt
dæmones, qui diſpoliant hominem naturalia vulnerando , & gratuita auferendo.
Sequitur alia quæſtio philoſophiæ: [Sed hoc quoque reſpondeas velim,]id eſt, ego
philoſophia cupio , vt ad hanc reſpondeas quæſtionem: [Hominem ne eſſe te memi-
niſti?]id eſt , an noſti te hominem eſſe? [Quid ni , inquam , meminerim?]id eſt,
ego Boethius dico,quod nihil tam certo ſcire poſſum, vt hoc. Et de hoc vltra quæ-
rit philoſophia: Quid igitur homo ſit, poteris ne proferre?]id eſt,vtrum dicere po-
tes quid ſit homo? Reſpondet Boethius: [Hoccine,]id eſt , an hoc[interrogas, an
eſſe me ſciam rationale animal atque mortale? Scio,& id me eſſe confiteor,]tanquam
dicat , homo ſic definitur: Homo eſt animal rationale, mortale. Sequitur quæſtio Homo q̃d ſit
alia philoſophiæ. [Et illa,]puta philoſophia quæſiuit. [Nihilne aliud te eſſe noui-
ſti?]id eſt , ſcis ne aliquod aliud nobile & eſſentiale, aut quaſi eſſentiale prædicatum,
quod tibi conueniat? Reſpondet Boethius , [nihil.] Ex quibus infert philoſophia:
C [Iam ſcio, inquit, morbi tui aliam vel maximam cauſam,]id eſt, ex hac tua reſponſio
ne elicio[aliam cauſam]quàm prius. [Vel maximam,]id eſt,cauſam originalem ac ra-
dicalem , videlicet, quia non ſcis perfecte quid ſis. Vnde ſubiungitur: [Quid ipſe ſis
noſſe deſiſti,]id eſt, deſtitiſti agnoſcere quid ſis.Nam ſic te eſſe mortalem corpore pen
ſas,vt non aduertas te eſſe immortalem,quantum ad animam tuam,quæ eſt principa-
lior tui pars.Ex iſto innoteſcit,quod ex tua reſponſione [inueni] valde plenarie, [vel
rationem tuæ ægritudinis , ]id eſt , tui erroris, ſeu immoderati erroris, [vel adi-
tum , ]id eſt , acceſſum , modum ac viam , [ſoſpitatis, ]id eſt , ſanitatis [reconci-
liandæ , ]id eſt , recuperandæ. Hoc eſt , qualiter valeas per veram informationem
ſanari ab intellectus errore , & à ſenſitiuæ partis mœrore. [Nam quoniam tui obli-
uione confunderis , ]id eſt , ex quo in teipſo inordinatus es & mente confuſus [obli-
uione,]id eſt,ignorantia ſeu inaduertentia tuijpſius,putando te eſſe mortalem,nõ cor
pore tantum,ſed etiam in anima,non quod Boethius vnquam ſic ſenſit,ſed quia in per
ſona hominis imperfecti, puſilli , deiectique loquitur , vt veritas clarius innoteſcat
ex iſto diſputationis dialogotimo, idem ipſe eſt,qui nunc loquitur in perſona philo-
ſophiæ , id eſt , hominis ſapientis ſeu ſapientiæ nunc in perſona hominis imperiti , [&
exulem te & expoliatum proprijs bonis eſſe doluiſti, ] id eſt , deplanxiſti immodera-
te te eſſe ex vrbe tua depulſum,tuiſque opibus deſtitutum. Nec mirum ſi quis de tali-
bus aduerſitatibus grauiter doleat,qui non credit vitam aliam quàm pręſentem,quia
ſic non expectaret mercedem pro actibus bonis & ſuis damnis,niſi in laudibus atque
memorijs hominũ,quæ eſt merces vilis & tenuis. [Quoniam vero quis ſit præcipuus

 & ve-

D & verus rerum finis, ignoras, ] id eſt, quia non ſcis quod ſit rerum creatarum bo-
num finale, præſertim quis ſit hominum finis. Hoc eſt, in quo eorum beatitudo conſi-
ſtat. Ideo[arbitraris]. i. iudicas, [homines nequam, ]verſutos, vulpinos[atq;]nepha-
rios, &[potentes]in ſeculo eſſe[felices]cum tamen miſerrimi ſint, quia vt Salomon cõ
Prouer. 14 teſtatur: Miſeros facit populos peccatum, & ipſi ſunt omnipotẽti deo odibiles, cuius
Prouer. 3 ſermocinatio eſt cum ſimplicibus. Simulatores quoq; & callidi prouocãt iram dei vt
Iob 36 dicitur apud Iob: Veruntamen potentes, inquãtum huiuſmodi, nõ ſunt odibiles deo,
Sapient. 8 cum oĩs poteſtas ſit ab eo, propter quod in libro Iob habetur: Deus potẽtes non abij-
Iob 36 cit, cum & ipſe ſit potẽs, ſed inquantũ ſua potentia abutentes. De quibus dixit beatiſſi-
Lucæ 1 ma & incõparabilis virgo: Depoſuit potẽtes de ſede. Et de talibus ſcriptũ eſt in libro
Sapient. 6 Sapientiæ: Potẽtes potenter tormenta patiẽtur. Præterea, quoniam ſicut ait Philoſo-
Philoſoph. phus: Vno incõueniente dato, plura ſequuntur. Hinc philoſophia hic pandit qualiter
ex tribus prætactis erroribus Boethius incidit alios tres errores. Quod iam de pri-
mis duobus erroribus demõſtrauit: & cõſequenter illud oſtẽdit de tertio, dicẽs: [Quo
niam vero quibus gubernaculis mũdus regatur oblitus es, ]iuxta expoſitiones iam ta
ctas, [has fortunarum vices]. i. euentus fortuitorum effectuum, diuerſis tẽporibus diuerſi-
mode euenientes, [exiſtimas ſine rectore fluitare]. i. ſine prouidentia dei aſſidue fluere,
E ac vage accidere. [Hę magnæ non ad morbum modo, verum ad interitum quoq; cauſę]
ſunt. i. cauſæ iſtæ magnæ, vc;, tanti iſti errores, & perturbatiões cordis tui inde ſequẽ
tes, non ſolum ſufficiẽtes ſunt facere ſpiritualiter te infirmum, ſed etiam mortuum: ita
ꝙ non ſolum venialiter, ſed & mortaliter ſunt culpabiles, nec ſolũ ſunt cõtra naturalẽ
rationem, ſed inſuper cõtra fidem. Tamẽ, vt dictũ eſt, ita in Boethio nõ fuerunt, q̃uis
ex cauſis loquatur in perſona hoĩs talis, ſeu ita ſe habet, quaſi ita ſentiret. [Sed ſoſpi-
tatis authori grates] ago. i. regratior deo totius ſanitatis, præſertim ſpiritualis, dato
ri[ꝙ te nondum totũ natura deſtituit]. i. ꝙ ipſa natura ſeu ratio naturalis[nondũ de
ſtituit]. i. reliquit ſeu errare permiſit[te totũ]. i. totaliter. Vel, ꝙ deus nõdum reliquit
te totũ, natura à naturali vigore. Hoc eſt, nondũ permiſit te totaliter deſtitui aut pri-
uari recto rationis iudicio, qm̃ in aliquibus bene ſentis, ex quibus ad ſanitatẽ & verã
inſtructionem potes reduci. Hinc ſubditur: [Habemus maximum tuę fomitem ſalutis
verã de mundi gubernatione ſententiã]. i. hoc ipſum eſt nobis maximus fomes. i. pĉi-
puum incitamẽtum ac fomentũ[ſalutis]. i. ſanitatis[tuæ]interioris recuperãdę, ꝙ be-
ne ſentis de mũdi gubernatione [ꝙ eam non caſuũ temeritati, ſed diuinæ rationi ſub-
ditã credis]. i. ꝙ mundi gubernationẽ credis ſubiectã[rationi diuinæ]. i. prouidentię
ſeu ſapientiæ dei[non temeritati]. i. inſtabilitati & inſipienti euentui[caſuum]. i. cauſa
F rum per accidens ſine prouiſione & præcognitione agentium. [Nihil igitur pertime-
ſcas]immoderate, quaſi curari non valeas. Nihilominus ſemper timere debemus deum
Eccleſi. 18 & animarum noſtrarum periculum, qm̃ in Eccõ ſcriptum eſt: Homo ſapiens in omnibus
Eccleſi. 1 metuit. Et: Qui ſine timore eſt, iuſtificari non poteſt. Et Salomon loquitur: Beatus ho
Prouer. 28 mo, qui ſemꝑ eſt pauidus. Vnde & S. Iob huius pĩculoſiſſimę vitę pericula, laqueoſq;
Iob 9 perpendens, loquitur deo: Verebar oĩa opera mea, ſciens ꝙ non parceres delinquenti,
[iam tibi ex hac minima ſcintillula] . i. ex valde parua iſta notitia, quã de prouidentia
dei habes, [vitalis calor illuxerit]. i. reſplendebit & accendetur in mente tua integra &
ſalubris fides prouidentiæ diuinæ, etiam circa homines & actus humanos: ex qua fi-
de amor dei reaccendetur in te. Denique modica illa prouidentiæ diuinæ notitia recte
Scintillula. vocatur ſcintillula: primo, quoniam ſicut ſcintillula non clare, ſed ſubobſcure illumi-
nat domum ſeu aerem, ſic illa notitia intellectum. Secundo, nam ſicut ex ſcintillula gi
Iacob 3 gnitur grandis ignis, iuxta illud Iacobi: Ecce quantus ignis, id eſt, q̃ paruus ignis,
quantam ſyluam incendit, ita ex modica illa notitia ſperauit philoſophia in mente
Boethij generare magnam cognitionem prouidẽtiæ dei: quemadmodũ ex vno prin-
cipio, multæ deducuntur concluſiones. Inſuper philoſophia hic loquitur iuxta conſue
tudinem medicorum, qui quàm diu conſpiciunt naturalem vigere calorem in corpo-
re atque prædominari peccanti materiæ, ſpem habent ſanitatis recuperandæ, & per
medicinalia ſuccurrũt naturæ. Si vero conſpexerint materiam illam prædominari na
turali virtuti, & in membris partibusq; vitalibus eſſe lætalem defectum, ſpem ſanan-
di amittunt. Ex his concludit philoſophia quod & ante iam dixerat, vtputa velle ſe

primo



A primo applicare Boethio remedia leuiora. [Sed quoniam firmioribus remedijs non-
dum tempus eſt vti]. i. quia adhuc o Boethi mens tua nõ eſt capax fortiorum & efficacio
rum ſpiritualiũ medicinarum, eo ꝙ necdum ſatis purgatus ſis à tuarum perturbationibus
paſſionũ, teſte nanq; Philoſopho, ſuſceptiuum non eſt cõtingens, hoc eſt, qualecunq; Philoſoph.
ſubiectum indifferenter, ſed actus actiuorum fiunt in patiente diſpoſito. Proportionem
etenim eſſe oportet inter ea quæ cõuenienter debent vniri, & ſic inter agens & patiens,
& inter mouẽs & motum. Propter quod etiã ad Corinthios ſcripſit Apoſtolus: Quæ 1. Cor. 6
cõuentio luci ad tenebras? Apud Ieremiã quoq; ſcriptũ eſt: Quid paleis ad triticum? Iere. 23
Micheas quoq; ait: Nũquid veſtrum eſt ſcire iudicium, qui odio habetis bonũ, & oĩa Michæ. 3
recta peruertitis? [& eam mentiũ conſtat eſſe naturam]. i. certum eſt hanc eſſe cõditio-
nem & proprietatem mentium humanarum, [vt quoties abiecerint veras, falſis opinioni
bus induantur]. i. vt mox falſa recipiant, erroribusq; cõſentiant cum veris ſententijs,
ſciẽtijs, opinionibuſve cõſentire renuerint. Et ita opinio ſumitur hic extẽſe pro quacũ Opinio.
que notitia intellectus, & nõ ſtricte ꝓ ſola cognitione cũ formidine de oppoſito. Por-
ro quidã hic dicunt naturaliter inſitũ eſſe mentibus hoĩm, ꝙ quoties veram opinionẽ
reliquerint, ſtatim accipiant falſam: quia, vt aſſerunt, verum & falſum ſunt cõtraria im-
mediata, ideo in ſubiecto recipere ea apto, per remotionem vnius cõcluditur poſitio al
B terius. Quibus obijci poteſt, ꝙ intellectus non eſt neceſſario determinatus ad aliquid
horum, & ita poteſt, dimittere vnã opinionem, ꝙ non recipiat alteram, ſed teneat iudici-
um in ſuſpenſo, & ad nullam declinet. Quod & doctores aliqui in ſcriptis ſuis ſuper
Sentẽtias ſæpiſſime faciunt, & frequenter cautius eſt, in his quæ infra certitudinẽ ſunt
ad nullam diuertere partem, ſicut dum quęritur: An angeli fuerint creati in gratia gra
tumfaciente, & itẽ in fide & ſpe. Similiter dum quæritur: An eſſe realiter differat ab eſ-
ſentia. Aliqui ſatis fortiter tenent, ꝙ ſic, alij ꝙ non. Et qm̃ S. Thomas, Henricus de Thomas Aquinas.
Gandauo, & etiã Scotus in talibus cõmuniter ſe diuertunt firmiter ſatis ad alterã par Henricus Gãdauus.
tem, ideo multos habent cõtradictores: quanq̃ in talibus S. doctor minus ac rarius de- Iohannes Scotus.
uiaſſe putetur. Venerabiles autẽ doctores Petrus de Tarantaſia, qui & ſummus Ponti Petrus Tarantaſius Papa.
fex fuit; Richardus quoq; de media villa, qui & doctor ſolidus appellatur, & præ cæ- Richardus Villanus.
teris ſequitur Thomam, in talibus vt frequenter ad nullam partem diuertũt, ſed qua-
liter vtraq; opinio probabiliter poſſit teneri declarant. Quod ergo philoſophia hic
loquitur de natura mentis humanæ, quod quoties mentes ipſæ veras opiniones abie
cerint induant falſas, intelligendum eſt quando abiecerint eas tanquam falſas, non
quando reliquerint eas velut incertas, vel quando abiecerint eas ad oppoſitum diuer-
tendo. [Ex quibus, ]videlicet falſitatibus, [orta perturbationum caligo]. i. obſcura-
C tio & inquietudo paſſionum procedens, [ verum illum confundit intuitum] . i. ſalu-
brem & fidelẽ veritatis contemplationẽ impedit & excęcat. Etenĩm falſis opinionibus
aſſuetus atq; erroribus inuolutus, difficilius capax eſt lympidæ veritatis, ſicut in aqua
mota & inquieta difficilius inſpicit homo imaginẽ ſui vultus. Itaq; primo oportet fal
ſitatem & iniquitatẽ abijcere, deinde veritatẽ ac virtutes recipere. Quibus receptis, ad-
huc manent in anima reliquiæ quædã priſtinæ falſitatis & culpæ. i. pronitas quædam
ad eas & difficultas reſiſtendi, malis illis expulſis, quouſq; per exercitationes virtuo-
ſas eradicentur illæ reliquiæ, & mens in lumine veritatis ac ſplendore virtutum firme-
tur. Hinc decimo Ethicorum habetur: Non facile eſt homines à conſuetudine trahere Philoſoph.
per ſermones. Et alibi: Difficile eſt, ait, reſiſtere conſuetis. Agendum eſt ergo quod Se- Idem.
neca loquitur: Bona conſuetudo excutiat, quod mala inſtruxit. [Hãc]tuæ mentis ca- Seneca.
liginem o Boethi [ pauliſper leuibus, mediocribuſque fomentis, ] id eſt, doctrinis &
conſilijs facilioribus [attenuare, ] id eſt, minuere [tentabo, vt dimotis, ] id eſt, eiectis
& deſtructis [ fallacium affectionum tenebris, ] id eſt, ignorantijs & erroribus quæ
ex affectionibus carnalibus, mundanis, inordinatiſque motibus paſſionum naſcun-
tur, [ ſplendorem veræ lucis poſſis agnoſcere, ] id eſt, claritatem ſapientiæ ſalutaris
ac finem rationalis creaturæ, potiſſime primam cauſam, quæ eſſentialiter lux eſt,
fons luminis & origo totius veritatis, virtutis atque ſalutis. De hac re in metro ſe-
quente dicetur diffuſius, quia hoc metrum inducitur ad declarandum clarius per ex-
empla quod in hac vltima fertur particula, nec ſpecialis hoc loco occurrit moralitas,
aut myſticus ſenſus, qui non ſit competenter præhabitus.

I iij. ME-

# METRVM VII. D

Nubibus atris,
Condita nullum
Fundere poſſunt
Sydera lumen,
Si mare uoluens
Turbidus auſter,
Miſceat æſtum
Vitrea dudum,
Parq; ſerenis
Vnda diebus,
Mox reſoluto
Sordida cœno,
Viſibus obſtat, E
Quiq; uagatur
Montibus altis,
Defluus amnis,
Sæpe reſiſtit,
Rupe ſoluti
Obice ſaxi:
Tu quoque ſi uis
Lumine claro,
Cernere uerum,
Tramite recto,
Carpere callem:
Gaudia pelle,
Pelle timorem,
Spemq; fugato:
Ne dolor aſſit,
Nubila mens eſt,
Vinctaq; frenis,
Hæc ubi regnant.

## Elucidatio metri huius VII. ARTIC. XXVII.

HIc philoſophia per tres ſimilitudines probat mentem humanam non eſſe capacem illuminationis diuinæ, nec eam poſſe expedite intendere contemplationi diuinoꝝ atque inuariabilium veritatum, quàm diu perſiſtit in paſſionum caligine, & interiori perturbatione, ſicut nec oculus corporalis in domo fumoſa poteſt lympide intueri. Eſt itaq; ordo & ſenſus verborum: [Sydera condita,] id eſt, celata, ſeu viſui occultata, [nubibus atris,] id eſt, obſcuris ac ſpiſſis interpoſitis inter cœleſtes orbes & terram [nullum lumen fundere poſſunt.] Quod non eſt ſic intelligendum, quin indeſinẽter emicent, effluant ſeu effundãt lumen ex ſe etiã clariſſimo die, quemadmodũ & candela accẽſa, poſita in aere, clara meridie, ſed ꝙ claritas fuſa ex ſtellis, nubes nequiẽs penetrare à terrigenis videri nõ valet in noctibus nebuloſis.
Iob. 37 Attñ claritas illa aliquantulũ minuit tenebras noctis, qa & ipſę nubes lucẽ ſibi immiſſam aliq̃ modo vltra diffundũt, iuxta illud in Iob: Frumẽtũ deſiderat nubes, & nubes ſpargunt lumẽ ſuum, quæ luſtrãt cuncta per circuitũ. Attamen nubes poſſent eſſe tam F
Hierony. obſcuræ, & ſpiſſæ, ꝙ per eas nil luminis ſydeꝝ funderetur: imo & paꝝ aut nihil de lu-
Origenes. mine Solis. Nam & tenebrę factę tẽpore paſſionis Chriſti, ſcd'm Hieronymum & Origenem, factę fuerũt per interpoſitionẽ denſiſſimaꝝ nubiũ inter Solem & terrã. Quod etiã tãti doctores dixerũt, nõ ſimpliciter affirmando ſic factũ eẽ, ſed potius opinãdo.
S. Dionyſ. Quod forſan ſic factũ eſt; & quod vtiq; ſic fieri potuit. Porro abſolute de tenebris illis tenendum, quemadmodũ diuinus Dionyſius in epiſtola ad S. loquitur Polycarpũ, vc; ꝙ fuit vera eclipſis facta per interpoſitionẽ Lunę inter Solẽ & terram, quanq̃ Magiſter in hiſtorijs aliter imaginetur, cui nõ eſt conſentiendũ. Sequitur alia ſimilitudo ad idem: [Si auſter turbidus]. i. ventus auſtralis ſeu meridionalis tempeſtuoſus, [voluens]. i. mouens & cõcitans, [mare]. i. aliquas partes illius, quoniam totum mare Oceanum quod eſt ipſum aquæ elementum non poteſt ſimul mouere, [moueat æſtum]. i. ebullitionẽ & feruorẽ quendã in aqua, qm̃ motus eſt calefactiuus. Vñ dicitur in Ionæ:
Ionæ 2. Iſaiæ 57 Stetit mare à feruore ſuo. Et in Iſaia: Impij quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt. [Vnda vitrea,] id eſt, aqua ipſa inſtar vitri clara atq; perſpicua, [parq;,] id eſt, ſimilis, [diebus ſerenis,] id eſt, quieta & lucida ſicut aura, dum aer ſerenus ac mundus eſt à vaporibus liber, [ſordida,] id eſt, ipſa aqua facta turbulenta & diſtemperata, [cœno mox reſoluto,] id eſt, per hoc quod ventus ille vehementia ſua pertingit vſq; ad fundum maris & alterat cœnum ipſius, ſicque producit calidas exhalationes erumpentes

in



A in aqua, ideo [viſibus obſtat,] id eſt, agitatio aquæ impedit viſum ne profunde & diſtincte aquam valeat intueri. Fit enim confuſio viſualium ſpecierum in oculis intuentis. De iſto vento dictum eſt ſupra metro ſecundo. Sequitur tertium ad idem exemplum. [Amnis quiq;,] id eſt, quicunque fluuius [defluus,] id eſt, ab eminentioribus locis fluens, videlicet [montibus altis,] id eſt, à terris eleuatis [reſiſtit,] id eſt, reſiſtentiam patitur [ſæpe obice,] id eſt obſtaculo [ſaxi,] id eſt, lapidis [ſoluti,] id eſt, reſoluti fracti & lapſi [rupe,] id eſt, à rupe ſeu petroſa materia. A cũ dicat: Quemadmodum aqua deſuper veniens, recto fluit itinere valde celeriter, hoc eſt, expedite & prompte, vt eſt ſuæ naturæ proprietas, ſic mens non habens obſtacula paſſionum, vitiorum, tẽtationum, & diſtractionum, ſtabiliter & ſyncere conſiderat veritatem. Suſtinens vero taliũ obiicem & occurſum, à claro veritatis intuitu impeditur. Ideo apud Iob legitur: Si iniqui- Iob. 11.
tatem abſtuleris, leuare poteris faciem, id eſt, aciem mentis, & ſtabilis eris. Et in pſal- Pſalm. 11.
mo: In circuitu impij ambulant, id eſt, hinc inde mente vagantur, & paſſionibus ſuis vitijsq; feruntur: ita ꝙ leues ſunt animo non ſtabiliti in bonis, iuxta illud pſal. Nõ Pſalm. 1.
ſic impij non ſic, ſed tanquam puluis, quem proijcit ventus à facie terræ. De quibus denuo ait Pſalmiſta: Deus meus pone illos vt rotã, & ſicut ſtipulã ante faciem vẽti. Quo Pſalm. 82.
contra de homine virtuoſo Salomon loquitur: Iuſtus quaſi fundamentum æternum. Prouer. 10.
B Hinc teſte Apoſtolo, optimum eſt gratia ſtabiliri cor. Ex his infert Philoſophia do- Hebræ. 13
ctrinam & admonitionem ſalubrem, applicando ad propoſitum ſimilitudines præinductas. [Quoq;] pro & [tu ſi vis cernere verum,] id eſt, lympide intueri [lumine claro,] id eſt, lumine naturali per ſapientiam & cæteros habitus intellectuales clarificato. De quo Pſalmographus loquitur deo: Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui domine. Pſalm. 4.
Et ſi vis [carpere callem,] id eſt, apprehẽdere & intrare viam iuſtitiæ ac virtutum [gaudia pelle,] id eſt, repelle à te delectationes ſenſuales, inanes lætitias & diſſolutiones ſtultas expelle de corde tuo. [pelle timorem,] id eſt, paſſionem timoris, inordinatum q̃q; carnalem, mundanum timorem refrena & abijce. De quo Salomon fatetur: Qui timet Prouer. 29
hominem, cito corruet. De quo timorę ſpeciebuſq; eius dictum eſt ante [q;] pro & [fugato,] id eſt, fuga & eijce de animo tuo [ſpem] quæ eſt paſſio appetitus ſenſitiui, videlicet, expectatio ſenſibilium bonorum inordinata. [Ne dolor aſſit,] id eſt, nec inordina- Spes.
tum dolorem ſeu mœrorẽ de temporalibus damnis ſeu aduerſis admittas [mens vbi] . i. in qua [regnant]. i. prædominantur hæ paſſiones [nubila eſt]. i. obtenebrata, vtputa carens luce prudentiæ, ac ſplẽdore virtutum moralium [q;] pro & [vincta frenis]. i. vinculis vitiorum ligata, quibus impeditur ab inceſſu per viam mandatorum altiſſimi, & eſt ſubiecta diabolo ac captiuata ab eo. De quibus vinculis ſcriptum eſt in Pro-
C uerbijs: Iniquitates ſuæ capient impium, & funibus peccatorum ſuorum conſtringe- Prouer. 5.
tur. Vnde de vitioſis hominibus ait Apoſtolus ſecunda ad Timotheum: Reſipiſcant à 2. Timo. 2.
laqueis diaboli, à quo captiui tenentur. In his verbis tanguntur quatuor principales animæ paſſiones, quæ ſunt, ſpes, timor, gaudium, dolor. ¶ Quocirca penſandum, ꝙ Paſſiones animæ.
nomina iſta varijs modis ſumuntur. Interdum enim accipitur ſpes vt eſt theologica virtus, quæ etiam duplex eſt ſicut & fides. Eſt enim ſpes informis & ſpes formata, ſicut & fides informis & fides formata. Spes formata diffinitur dum dicitur: Spes eſt Spes duplex. I.
certa expectatio futuræ beatitudinis, ex gratia dei & meritis ſperantis proueniens. Spes formata.
Quæ tamen diffinitio, potius datur de actu, quàm de habitu ſpei. Spes vero prout nominat ipſam virtutem, eſt habitus ſeu qualitas ac virtus, per quam præſtolamur æternam ſupernaturalem felicitatem: quæ virtus dum charitate ac actibus virtuoſis ornatur, dicitur ſpes formata. Dum autem non perficitur charitate, dicitur ſpes informis. Spes informis.
Veruntamen ſicut fides informis ac fides formata ſunt eſſentialiter vna fides, ſic ſpes informis & ſpes formata ſunt idẽ in re, & eſſentialiter habitus idẽ. Secundo accipitur II.
ſpes prout eſt in parte ſenſitiua, puta in appetitu iraſcibili, cuius ẽ paſſio, eſtq; expectatio, deſideriũ, ſeu cõfidẽtia boni ſenſibilis ardui obtinẽdi, & ita nũc capitur, imo iuxta modũ Platonicoꝝ Philoſophia iã loquitur de his quatuor paſſionibus ſeu affectionibus animæ, put dicũtur affectiones inordinatæ, corruptæ. Proprie tñ, prout ſunt affectiones naturales, nõ ſunt bonę nec malę moraliter, ſed nec actiones pure naturales ac indifferentes: imo, ſicut fieri poſſunt culpabiles per negligentiam rationis, ſic poſſunt reformari & refrenari ac eſſe laudabiles per rationem ac virtutes morales. Quæ oĩa

Alexander, Thomas, Albertus, ac alij concorditer ſcribunt ſuper ſecundum & ter- D
Tho. Aqu. tium Sententiarum. Specialiter quoq; Thomas in prima Secundæ, & in ſecunda Secũ
Dolor. dæ. Conformiter dolor quãdoq; accipitur prout eſt in parte intellectiua, videlicet vo
Contritio. luntate, ſicq; contritio quæ eſt pars pœnitentię, dolor vocatur. Interdum vero, prout
eſt in parte ſenſitiua, & eſt paſſio cauſata ex apprehenſione mali ſenſibilis præteriti, q̃
proprie nominatur ſenſitiua triſtitia aut mali præſentis, q̃ paſſio dicitur proprie do-
lor. Attamen vnum pro alio frequenter accipitur. Inſuper de multiplici gaudij ſum-
Gaudium. ptione dictum eſt paulo ante. Siquidem gaudium proprie eſt ſolum in voluntate, ex
vnione cum bono conueniente. Nunc autem pro delectatione ſenſitiua immoderata
Philip. 4. acceptum eſt. De primo gaudio hortatur Apoſtolus: Gaudete in domino ſemper. De
Eccẽs. 2. ſecundo in Eccleſiaſte habetur: Riſum reputaui errorem, & gaudio dixi. Quid fruſtra
Timor duplex. I. deciperis? Amplius, timor etiã duplex eſt, videlicet intellectiuus in voluntate exiſtens,
vt eſt timor filialis & caſtus, qui eſt timor peccãdi & offendendi deum, ex ſyncera cha-
ritate procedens. Timor quoq; initialis, qui realiter idem eſt cum filiali timore, quem
admodum virtus perfecta & imperfecta, ſunt idem in re, & differunt ratione. Dicitur
Timor initialis. nanq; timor initialis prout adhuc eſt imperfectus vitando peccatum, nõ ſolum amo-
re iuſtitiæ, ſed etiam formidine pœnæ. Timor autem filialis, inquantum perfectus, vi
Timor filialis. tans peccata ſolum procedit ex puro amore dei ac zelo iuſtitiæ. Interdum item ſumi- E
II. tur timor, prout eſt vnum ſeptem donorum ſpiritus ſancti, ſicq; vocatur habitus ſuper
Iſaiæ. 11. naturalis infuſus. De quo ſcriptum eſt in Iſaia: Replebit eum ſpiritus timoris domini.
Ecci. 23. De quo in Eccleſiaſtico legitur: Nihil dulcius, quàm timere deum. Et rurſus: Timor
Ecci. 40. dei paradiſus benedictionis. ¶ Præterea aduertendum, ꝙ numerus & ſufficientia paſſi
Paſſio. onum in generali ſic ſumitur. Paſſio quippe prout modo ſumitur, eſt motus ſeu affe-
ctio appetitus ſenſitiui, ſub ratione alicuius boni aut mali. In quibus verbis ratio ſu-
Ioh. Dam. mitur multum extenſe, quia ſecundum Damaſcenum libro ſecũdo: Paſſio dicitur mo-
Euſtrachę. tus appetitus ſenſitiui ſub imaginatione boni aut mali. Secundum Euſtrachæum ve-
ro, eſt motus huiuſmodi ſub phãtaſia boni aut mali. Omnis itaq; paſſio, aut eſt in ap
petitu concupiſcibili, aut iraſcibili. Si in concupiſcibili, hoc eſt dupliciter, quia aut re
ſpectu boni aut mali. Si reſpectu boni, hoc eſt tripliciter, quoniam ipſa aut eſt cauſata
ex connaturalitate atq; præſentia obiecti ſenſibilis ad appetitum per modum cuiuſdã
naturalis influxus, & ita eſt amor ſeu cõplacẽtia quędam, prout amor & complacẽtia
in parte ſunt ſenſitiua: aut eſt cauſata ex obiecto non habito, ſed habẽdo, per modum
Deſideriũ. tendentiæ cuiuſdam in ipſum, & ita eſt deſiderium. Aut fit ex adeptione & conſecutio
Delectatio. ne obiecti cõuenientis, & ita eſt delectatio, quæ eſt quædam defixio & quietatio in ob
iecto præſente. Porro ſi paſſio ſit reſpectu mali, hoc erit tripliciter. Aut enim cauſatur F
ex præſentia atq; inconnaturalitate, ſeu diſconuenientia mali ad appetitum, & ita eſt
Odium: abominatio ſeu odium: Aut cauſatur ex obiecto non habito apprehenſo ſub ratio-
Fuga. ne fugibilis, ſicq; fuga vocatur. Aut oritur ex malo coniuncto potentiæ, ſicq; triſtitia
Triſtitia. appellatur. Si demum paſſio ſit in iraſcibili appetitu, hoc eſt aut reſpectu boni, aut re-
ſpectu mali. Si reſpectu boni, hoc eſt dupliciter: quia aut reſpectu boni præſentis, aut
non præſentis. Si primum, hoc eſt dupliciter: Aut enim eſt aggreſſiua ipſius, & ſic au-
Audacia. dacia dicitur: Aut eſt fugitiua, ſicq; vocatur timiditas. Si autem ſit reſpectu boni ab-
Timiditas. Spes. ſentis: aut ergo appetitus manet ſtans, & ita eſt ſpes: Aut non manet ſtans, & ita eſt
Deſperatio deſperatio, prout iſta in parte ſenſitiua cõſiſtunt. Si vero ſit reſpectu mali: Aut igitur
Manſuetudo. appetitus totaliter cadit atq; proſternitur, & ita eſt manſuetudo, ſumẽdo manſuetudi
nem prout denotat defectum iræ: Aut manet, nec cadit, ita ꝙ appetitus animatur per
Ira. paſſionem ad inſurgendũ contra huiuſmodi malum, & ita eſt ira. Hæc ſufficientia cõ
ſonat dictis Alberti. At vero de quatuor principalibus paſſionibus ſcribit Thomas
Paſſiones quatuor. in prima Secundæ, quæſtione XXV. Quatuor ſunt principales paſſiones, gaudiũ, tri-
Gaudium. ſtitia, ſpes & timor. Gaudium nanq; & triſtitia ſunt completiuæ atq; finales reſpectu
omnium paſſionum, ita ꝙ omnes cęteræ paſſiones ad gaudium aut triſtitiam terminã
tur. Timor vero & ſpes nõ ſunt ſimpliciter paſſionum omnium completiuæ, ſed ſunt
cõpletiuæ in genere motus appetitiui ad aliquid, quia reſpectù boni incipit motus in
amore, & procedit in deſiderium, ac terminatur in ſpe. Hinc harum paſſionum diſtin-
Motus: ctio aſſignatur penes differentiam pręſentis & futuri. Motus quippe concernit futurũ,





A quies vero eſt in præſenti. De bono ergo præſenti eſt gaudium. De malo autem præ-
ſenti triſtitia, ſiue dolor. De bono quoque futuro, eſt ſpes: & de malo futuro, timor.
Hæc de paſſionibus animæ breuiter dicta ſint, vt verba textus clarius intelligãtur. De
ipſis etiã paſſionibus feci ſpecialem tractatũ. Pręterea de his quatuor paſſionibus ſan Liber authoris de paſſionibꝰ animæ.
ctus fatur Bernardus: Quatuor ſunt affectiones: Amor, lætitia, timor, triſtitia. Abſq;
his non ſubſiſtit hominis anima, ſed quibuſdam ſunt in coronam, quibuſdam in con-
fuſionem. Purgatæ enim & ordinatæ glorioſam efficiunt animam corona virtutum. Bernardus
Inordinatæ vero per confuſionem reddunt eam deiectam & ignominioſam. Purgan-
tur autem ſi amentur quæ ſunt amanda, & non amentur quæ amanda non ſunt, & ita
de cæteris. Si ordinentur & reformentur iſtæ affectiones, fiunt virtutes: ſi non refrenã
tur, vitia fiunt. Non delecteris niſi in deo, nõ in vanitatibus atq; inſanijs falſis. In re-
bus creatis non eſt gaudendum niſi in deo, hoc eſt, ſecundum dei præcepta, conſilia &
doctrinas. Sic quoq; noli triſtari, niſi in deo, hoc eſt, de his ꝑ quæ à deo auerteris, per
quæ gratiam & ſalutem amittis. Conformiter ordinatus ſit timor tuus. Primo omni
um time elongari & ſeparari à deo, time offendere creatorẽ. De his multa ſcribit Ber-
nardus, & item in moralibus ſuper Iob beatus Gregorius. Gregorius

## B Enarratio myſtica huius ſeptimi metri. ARTIC. XXVIII.

EX ſimilitudinibus & exemplis huius metri inſtruimur, ꝙ ſicut interpoſitæ
nubes impediũt homines à clara perceptione & aſpectu luminis ſolis ac ſi-
derum: ſic vitiorũ tumultus, turbatio paſſionum, diſperſio cordis per va-
na & impertinentia, impediunt mentem à conſideratione ſalubri, à lympi-
do veritatis intuitu, à contẽplatione ſuperna. Ideo aſſerit Auguſtinus: Cõ Auguſtin.
templatio rapit & eleuat animã, tanto ardentiorem, quanto mundiorem: & tanto mũ-
diorem, quanto ad ſpiritualia conſurgentem: & tanto ad ſpiritualia conſurgentem,
quanto carnalibus deſiderijs ac terrenis affectibus morientem. Hoc eſt quod ait Gre- Gregorius
gorius: Non præualet mens perturbata veritates conſpicere, ad quarum intuitum vix
trãquilla poteſt aſcendere, quia nec ſolis radius cernitur dum nubibus facies cœli ob
ducitur. Hoc ipſum fatetur Chryſoſtomus: Nemo, inquiẽs, horum qui caducis & car- Ioh. Chry.
nalibus delectantur, poteſt ſpiritualia, diuina atq; cœleſtia contemplari. Qui vero ea
contempſerit, & ea tanquam vmbram ac puluerem duxerit, cito ad illa mẽte iam tran
quillata perueniet. Oportet ergo mentem ſimplificare ac ſtabilire in deo, & ad ipſum
cætera omnia ordinare: ipſum ſolum ſuper omnia deſiderando, alia autem intantum,
quantum vtilia aut neceſſaria ſunt ad vnionem cum ipſo. Præhabitis etiam conſonat
C quod Seneca proteſtatur: Tutiſſima res eſt nihil timere præter deum. Et rurſus: Vt au Seneca.
ri aliquid extrahamus, terram euertimus: vt ſummũ bonum obtineamus, mẽtem ſcru- Idem.
tari purgareq; piget. Ad Lucilium quoq;: Primum, ait, compoſitæ mentis argumen- Idem.
tum eſt ſecum conſiſtere, ſecum morari, non per multa diſcurrere, nec mente vagari.
Poſtremo hoc metrum vocatur adonium, quia in ſacris Adonidis amaſii Veneris ab Carmen adonium.
idololatris talia metra canebantur. Aut quoniam lamentatio Veneris de illius amiſſi
one tali metro deſcribebatur. Adonis q̃ppe pulcherrimus iuuenis Venerisq; amaſius, Adonis.
venando percuſſus ab apro interijt. Cuius interitum annuatim deflebãt mulieres gen
tiles. Vnde in Ezechiele habetur: Ecce mulieres ſedentes plangebant Adonidẽ. Quẽ, Ezech. 8.
vt ait Hieronymus, fabulæ referunt ſuſcitatũ. Porro Venus fuit filia Iouis regis Cre- Venus.
tenſium ſoror Apollinis et Dianę, vt in libro de Ciuitate dei recitat Auguſtinus. Hos Auguſtin.
homines ſceleratos infeliciſſimi idololatræ coluerunt vt deos. Hoc itaq; metrum vo-
catur adonium, & item gliconicum ab inuentore: dimetrum, vtputa ex duobus pedi-
bus conſtans, dactylo & ſpondeo ſeu trocheo, atq; dactylicum, à dactylo ibi prædo-
minante.

LIBRI PRIMI FINIS.

# SIANI IN BEATI SEVERINI BOEthij, de conſolatione philoſophiæ librum ſecundum enarratio.

## A. M. T. Seuerini Boethij de conſolatione philoſophiæ liber II.

## PROSA I.

POST hæc pauliſper obticuit, atq; ubi attentionem meam modeſta taciturnitate collegit, ſic exorſa eſt. P. Si penitus ęgritudinis tuæ cauſas habitumq; cognoui, fortunæ prioris affectu deſiderioque tabeſcis, ea tm̃ animi tui ſtatũ (ſicuti fingis) mutata peruertit. Intelligo multiformes illius prodigij fucos, & eouſq; cum his quos eludere nititur blandiſſimam familiaritatem exercet, dum intolerabili dolore cõfundat quos inſperata reliquerit. Cuius ſi naturam, mores ac meritum reminiſcare, nec habuiſſe te in ea pulchrum aliquid nec amiſiſſe cognoſces. Sed (ut arbitror) haud multum tibi hęc in memoriã reuocare laborauerim. E
Solebas eñ̃ pręſentem quoq; blandiẽtemq; uirilibus inceſſere uerbis, eãq; de noſtro adyto prolatis inſectabare ſententijs. Verũ omnis ſubita mutatio rerũ, non ſine quodam quaſi conflictu contingit animorũ. Sic factum eſt ut tu quoq; pauliſper a tua tranquillitate diſceſſeris. Sed tempus eſt haurire te aliquid ac deguſtare molle atq; iucundum quod ad interiora tranſmiſſum, ualidioribus hauſtibus uiam fecerit. Aſſit igitur rhetoricæ ſuadela dulcedinis quę tunc tm̃ calle recto procedit, cũ noſtra inſtituta non deſerit. Cumq; hac muſica laris noſtri uernula, nunc leuiores, nunc grauiores modos ſuccinat. Quid eſt igitur o homo q̧ te in mœſtitiam luctumq; deiecit? Nouũ credo aliquid inuſitatumq; uidiſti. Tu ſi fortunam putas erga te eſſe mutatam, erras. Hi ſemper eius mores ſunt, iſta natura. Seruauit circa te propriam potius in ipſa ſui mutabilitate conſtantiam. Talis erat cum blãdiebatur cum tibi falſæ illecebris felicitatis alluderet, deprehendiſti cæci numinis ambiguos uultus. Quæ ſeſe adhuc uelat alijs, tota tibi prorſus innotuit. Si probas, utere moribus, ne queraris: Si perfidiã perhorreſcis, ſperne atq; abijce perniciose ludentem. Nam quæ nunc mœroris tibi cauſa tanti eſt hæc eadem tranquillitatis eſſe debuiſſet: reliquit eñ̃ te quam non relicturam ſemo unquam poterit eſſe ſecurus. An uero tu precioſam ęſtimas abiturã felicitatem? Et chara tibi eſt fortuna præſens nec manendi fida, & cum diſceſſerit allatura mœrorẽ. Quod ſi nec arbitrio retineri poteſt, & calamitoſos fugiens facit, quid eſt aliud fugax q̃ futurę quoddam calamitatis indicium? F
Neq; enim quod ante oculos ſitum eſt ſuffecerit intueri. Rerũ exitus prudentia metitur. Eademq; in alterutro mutabilitas, nec formidandas fortunę minas, nec exoptandas facit eſſe blanditias. Poſtremo æquo animo toleres oportet quicquid intra fortunæ aream geritur, cũ ſemel iugo eius colla ſubmiſeris, quod ſi manendi abeundiq; ſcribere legem uelis ei quam tu tibi dominam ſponte elegiſti, nonne iniurius fueris? Et impatientia tua ſortem exacerbabis quam permutare non poſſis? Si uentis uela committeres, non quo uo-



A uolũtas peteret, ſed quo flatus impelleret promouereris. Si aruis ſemina crederes, feraces inter ſe annos ſterileſq; penſares, fortunę te regendum dediſti, dñæ moribus oportet obtemperes. Tu uero uoluẽtis rotæ impetum retinere conaris. At oĩm mortaliũ ſtolidiſſime, ſi manere incipit ſors eſſe deſiſtit.

## Elucidatio proſæ huius I. ARTIC. I.

LIbro primo philoſophia tanq̃ mater, nutrix, medica & magiſtra pijſſima diligenter eſt perſcrutata, & conferendo cognouit qualitatem & ſpeciem, radicẽ & cauſas afflictionis ac morbi, totiuſq; indiſpoſitionis Boethij in mente & corpore eius, iam in hoc libro II. tanq̃ ſapiens & ordinate procedẽs curatrix adhibere incipit medicamenta, & primo (ſicut pollicita eſt) leuiora. Eſt aũt conſuetudo authorũ, vt libros ſuos totales in plures diuidãt libros partiales, prout diuerſitas requirit materiæ, vt tam ipſi q̃ legẽtes ac auditores, vno partiali libro finito reſpirẽt ac pauſent parũper, recollectiſq; viribus ſequentẽ librũ cum recẽti feruore & fortitudine ampliore aggrediãtur. Hinc libro de Trinit. S. ꝓhibet Auguſtinus, q̧ ſicut viator vna cõfecta dieta reſpirat, vires recolligit & qeſcit hoſpitio: ſic author vno libro — *Conſuetudo ſcriptorum. Auguſtin.*
B cõpleto. Ait ergo Boethius: [Poſt hęc pauliſper obticuit]. i. finitis colloquio ac dialogo inter philoſophiã & Boethiũ habitis ac deſcriptis primo lib. ad aliquantulũ tempus tacuit philoſophia propter cauſas iã tactas, & ex deliberatione matura volens inchoare ſequẽtia, ne etiã ꝓtrahẽdo immoderate ſermonẽ videretur verboſa & loquax. Propter q̃d in Prouerb. Salomon ait: Totum ſpm̃ ſuũ profert ſtultus, ſapiens differt & reſeruat in poſterũ. Hinc Seneca Tulliuſq; dixerũt: Noli verbis defluere. [Atq; vbi meã attentionẽ]. i. diligentẽ aduertentiã [modeſta taciturnitate collegit]. i. ſuo vrbano ac moderato ſilẽtio cõſiderauit. Nã & ideo paululũ ſiluit, vt qualiter ego me haberẽ ꝑpenderet. Nẽpe ſi loquẽs & docẽs videat eos qbus loqtur nõ aduertere nec curare, debet tacere aut certe illos ad audiẽtiã excitare inaduertẽtiamq; arguere. Ideo in Eccõ ſapiẽs loquitur: Vbi nõ eſt auditus, nõ effundas ſermonẽ. Vel ſenſus eſt, [vbi]. i. poſtq̃ philoſophia [collegit attentionẽ meã taciturnitate modeſta]. i. per hoc q̧ ego Boethius modeſte ſilui, nõ importune in verba prorupi, q̃d eſt ſapientiæ ſignũ, ac docilitatis indiciũ, iuxta illud Iob: Vtinã taceretis, vt putaremini ſapiẽtes. Ideo rurſus ĩ Eccõ edocetur: Audi tacẽs, & pro reuerẽtia accedet tibi gratia bona. Deniq; per hæc inſinuatur duplex taciturnitas eſſe: Vna ſapientialis diſcreta ac moderata, ad quã multa vtiq; requirũtur, vz tacere loco & tpe opportuno, & qñ ſubeſt pia & rõnabilis cauſa tacẽdi, — *Prouer. 29. Seneca. Cicero. Ecci. 32. Iob. 13. Ecci. 31. Taciturnitas duplex.*
C & inter ſapientiores, maiores ac ſeniores ſilere ac modice loqui ac illis deferre, iniurias quoq;, correptiones & accuſationes ſilẽter ſufferre, niſi ad vitandũ ſcãdalũ, aut iuſtitiæ detrimẽtum expediat potius loqui. Alia eſt taciturnitas indiſcreta, vtputa non loqui vbi & qñ loquẽdum eſt & dum ratio exigit. Nam & quidam ex indignatione ſubtrahunt vocem. De his in libris ſapientialibus multa dicuntur, vt eſt illud Eccleſiaſtici: In multis eſto quaſi inſcius, & audi tacens ſimul & quęrens, & loqui in medio magnatorum non præſumas, & vbi ſunt ſenes non multum loquaris. Illud quoque: Eſt tacens qui inuenitur ſapiens, eſt autem & tacens non habens ſenſum loquelæ, & eſt tacens ſciens tempus aptum. [Sic exorſa eſt]. i. ita incepit loqui [Si] pro quia [penitus ægritudinis tuæ cauſas habitumq; cognoui]. i. quia iam ſciui & ſcio plenarie cauſam efficientem, formalem, materialem & finalem tuæ imbecillitatis [& habitum]. i. diſpoſitionẽ ſeu qualitatem ipſius, quoniam diu fuit in te. Nam & cauſa efficiens fuit perſecutor atque ſatellites eius, & ſenatus incaute dijudicans. Cauſa formalis, conſideratio ipſa aduerſitatum ſuarum. Cauſa materialis ex qua fuerunt ipſæ aduerſitates. Cauſa finalis alia fuit ex parte dei omnium prouiſoris, alia ex parte perſecutoris, alia ex parte ipſius Boethij patientis. Deus quippe omnem illam Boethij ægritudinem ordinauit ad eius purgationem & ſalutem. Perſecutor intulit eam ex odio ad omnimodam Boethij depreſſionem. Boethius vero tãdem etiam retulit eam ad finẽ ſalubrem. Veruntñ ad tempus inuite & ægre ipſam ſuſtinuit quantũ ad appetitũ naturalẽ, & ſenſum talia naturaliter abhorrẽtis: ſicq; appetijt ad priſtinam proſperitatẽ reduci. Vñ ſubiũgitur: [Fortunæ prioris affectu deſiderioq; tabeſcis,] id eſt, mœrore conſumeris ex appetitu natu- — *II. Ecci. 32. Ecci. 20.*

naturali ac ſenſuali, quem habes ad priſtinam proſperitatẽ fortunæ ſubiectam, ita ꝙ D
Threno. 3. dicere potes illud Threnoꝝ: Memoria memor ero, & tabeſcet in me anima mea. Sic et
Iob. 29 ſanctus Iob dixit: Quis mihi det, vt ſim iuxta dies priſtinos: Nẽpe hoc naturaliter ac
cõiter accidit infortunatis, vt reminiſcendo proſperitatis prioris reſpirent ad eam, ꝗ=
uſq; ſint tantæ ſapientiæ & ꝑfectionis, ꝙ in aduerſis potius q̃ in proſperis glorientur
[ea tñ ſtatũ animi tui (ſicuti tu tibi fingis) mutata ꝑuertit.] Ordo verboꝝ ẽ [ea tñ]. i.
ſolũ iſta fortuna [mutata]. i. variata in te quantũ ad ſuũ effectũ [peruertit ſtatũ]. i. trã=
quillitatẽ & proſperitatẽ animi tui inqetauit, euertit & ad impatientiã triſtitiãq; indu
xit. [Intelligo multiformes illius ꝓdigij]. i. fortunæ [fucos]. i. apparẽtes colores, imo
veros dolos [& eo vſq;]. i. vſq; ad hoc [cũ his ꝗs illudere nititur]. i. cũ hoĩbus ꝗs cona
tur decipere [blãdiſſimã familiaritatẽ exercet]. i. valde blandã ac familiarẽ ſe exhibet
illis [dũ]. i. donec ſeu ꝗuſq; [intolerabili dolore]. i. pœnitudine ſeu mœrore valde gra
ui, & quaſi importabili ſeu incurabili [cõfundat]. i. deſtituat & confuſos ac deordina
tos oſtẽdat [ꝗs inſperata reliquerit]. i. ꝗs ipſa fortuna nõ ſperata dimiſerit improuiſe
ac inſperate, dũ illi ad tꝑs ſic fortunati putabãt ſibi fortunam iugiter arriſurã et affutu
Fortuna: ram. Porro fortuna vocatur monſtrũ, qm̃ inſtar mõſtri eſt res deformis, qa incerte, in
ſtabiliter & ꝑ accidẽs cauſans & agẽs, vitioſis arridens ac proſpera p̃ſtans, & iuſtis ad=
uerſans, ac multa efficiẽs q̃ prima facie vidẽtur prorſus inordinata, iniuſta, deformia, E
Fucus. vt frequẽter inductũ eſt. Hinc aſſeritur multiplices fucos habẽs. Fucus qppe eſt color,
quẽ vitioſæ ac fatuæ fœminæ ſuis vultibus imprimũt, vt videãtur formoſæ ac place=
ant: & interdũ pro herba accipitur, cuius humore & cauſato ex ea colore ſe ita permer
dãt. Sic plane fortuna amicã ſe ſimulat, proſpera pollicetur, pulchra ꝓponit, & paulo
poſt aduerſa ac ſperatis cũcta contraria agit. Qualiter aũt iſta aſſcribãtur fortunæ di
ctũ eſt ſuꝑ primũ, pleniuſq; dicetur inferius. [Cuius] vel fortunæ [ſi naturã]. i. rõnem
diffinitiuã ſeu ſpeciẽ, vel naturalẽ proprietatẽ [mores]. i. cõſuetos euẽtus [ac meritũ]. i.
Meritum. finẽ ſeu exitũ, ſumẽdo meritũ pro p̃mio, quẽadmodũ & fortuna ſæpe hic ſumitur pro
rebus fortuitis. i. pro rebus mutationi ſubiectis, circa quas verſatur fortuna, aut pro
fortuitis ſeu fortunatis euẽtibus: ꝙ ſi fortuna accipiatur pro cauſa illoꝝ in quãtũ hu
iuſmodi cauſa eſt incerta, inſtabilis nõ ex propoſito, nec ex prouidẽtia, nec ex pręnoti
tia agẽs: ſic vt talis eſt impꝫfecta atq; inferior hoĩe, & meretur cõtemni. Vñ meritũ eius
Philoſop. eſt, ꝙ ſpernatur. Deniq; ſcd'm Philoſophũ lib. de bona fortuna, vbi maior eſt ratio &
prouidẽtia latior, ibi fortuna minor & minus de fortuna, & vbi plurimus intellectus,
ibi minimũ de fortuna fortunaq; minima. Ibi ꝗq; ſunt bene fortunati, q agunt directe
ſine rõne, vt in pluribus. Itaq; ſi fortunæ naturã, mores ac meritũ [reminiſcare]. i. reco=
las & attẽdas [nec habuiſſe te ĩ ea pulchrũ aliqd nec amiſiſſe cognoſces]. i. ſcies te nũq̃ F
aliqd vere pulchrũ, honeſtũ ſeu virtuoſum habuiſſe virtute ſeu bñficio aut collatio=
ne fortunæ, qm̃ talia bona nõ ſubiacẽt ipſi fortunæ: propter ꝗd nec in ea perdũtur, nec
eius dominio auferũtur, ſed cũ deliberatione atq; propoſito acqruntur, ſeu ſuſcipiũtur
& amittũtur, potiſſime ab adultis [Sed (vt arbitror) haud multũ tibi hæc in memoriã
reuocare laborauerim]. i. nõ me oportet laborare ad reuocandũ hæc in tui memoriã,
qa aliqñ hæc ſciuiſti, ſicq; faciliter recoles ea. Hinc ſubditur: [Solebas eñ p̃ſentẽ quo
que blandiẽtemq; virilibus inceſſere verbis]. i. tuipſe o Boethi cõſueuiſti [inceſſere]. i.
arguere et impugnare [verbis virilibus]. i. ſtrenuis rõnabilibuſq; motiuis fortunã etiã
[p̃ſentẽ blãdientẽ]. i. proſpera p̃ſentialiter ingerentẽ [eãq; de noſtro adyto prolatis in
ſectabare ſentẽtijs]. i. ꝑſequebaris & reprobabas fortunã tanq̃ fallacẽ [ſentẽtijs]. i. do
cumẽtis, ꝓlatis [de noſtro adyto]. i. allegatis & ſumptis ex philoſophicis libris, in qui
bus nos & noſtri alũni philoſophi audiũtur, ex ꝗꝝ dictis probantur q̃ de fortunæ na
Philoſop. tura ac morib. ſunt ꝓlata. Nã & I. Ethicoꝝ ait Philoſo. ꝙ in infortunijs virtus reful=
get, qm̃ virtuoſi ac ſapientis viri eſt diſſortunia & eufortunia æquanimiter ferre, & in
Seneca. vtriſq; conſtantẽ manere inſtar tetragoni, q ꝗcũq; iactetur ſtat fixe. Seneca ꝗq; in ſuis
Idem. ait prouerbijs: Fortuna ſtultũ facit quẽ nimiũ fouet. Et rurſus: Fortuna nulli cõtenta
Idem. eſt ſemel nocere. Itẽq;: Leuis eſt fortuna, cito repoſcit ꝗd dedit [Veꝝ oĩs ſubita muta=
tio reꝝ]. i. variatio notabiliter magna & improuiſa & repẽte prouenĩẽs [non ſine quo
dã quaſi conflictu cõtingit amicoꝝ]. i. non ſine ammiratione, & mẽtis immutatione.
Quãuis eñ virtuoſus & ſapiẽs, inter proſpera & aduerſa ſtet fortiter, attñ in aduerſis





A naturaliter appetitus remittitur & abhorret, & ſenſualitas rationi repugnat. In proſpe=
ris quoq; inſurgere ſolent motus elationis vanæq; gloriæ. Quibus omnibus virtuoſus ve=
re ſapiens præualet iudicio rationis ac firmitate virtutum. Cumq; iuxta Saluſtiũ poſt glo
riam ſequatur inuidia, atq; (vt Seneca loquitur) omnium exterius affluentium poſſeſſio Saluſtius
ſit incerta & lubrica, recte admonet nos ſcriptura in Eccleſiaſtico, dicens: In die bonorum Seneca.
ne immemor ſis maloꝝ, & in die malorum ne immemor ſis bonorum, hoc eſt, quod de= Eccl. 11
nuo Seneca eſt loquutus: Iniuriæ vulgi, & honores in promiſcuo ſunt habendæ: nec pro Seneca.
honoribus gloriandum, nec pro iniurijs eſt dolendum. [Sic factum eſt] vtputa per ſubi=
tam rerum mutationem, & per diſſortunia magna [vt tu quoq; pauliſper à tua tranquilli
tate diſceſſeris]. i. ad aliquantulũ tempus fueris motus, contriſtatus, turbatus, præſertim
quantum ad partem ſenſitiuam. Nam & iuſto ſubrepere poteſt ante tempus tentatio, &
quædam cordis inquietudo: quam dum aduertit, armis prudentiæ ac virtutum mox ſupe
rat. Sic magno Platoni ſic & Homero à piratis & prædonibus captis legitur contigiſſe.
[Sed tẽpus eſt, haurire te aliquid, ac deguſtare molle atq; iucũdum]. i. quia iam plene no
ui tuos defectus, & remedijs indiget, hora eſt, vt [aliquid molle, atq; iucundum haurias]
ex fonte doctrinæ meæ, & illud deguſtes. i. maſticos ac ſapias mẽte. Hoc eſt, vt iuxta pr=
miſſa applicem tibi medicinalia ſpiritualia faciliter intelligibilia & conſolatoria [quod]
B molle & iucundum [ad interiora tranſmiſſum]. i. auribus cordis auditum ac mentis pala
to guſtatum. i. intellectualiter cognitum, & affectualiter ſumptum [validioribus hauſti=
bus viam fecerit]. i. ad efficaciora ſapientialiora ac altiora documenta te diſponat. Nam
vt diuinus Dionyſius faſſus eſt: Natura non tranſit à diſtanti in diſtans, niſi per medium. S. Dion.
Præterea (vt aſſerit Origenes, & poſt eum ſanctus Baſilius, ac ante eos beatus Dionyſi= Origenes
us) in ſuperiore parte animæ realiter, idem ſunt quinq; ſenſus interiores ac ſpirituales: qui Baſilius.
oẽs ſunt ipſe intellectus quo veritas videtur, verbum dei intus auditur (iuxta illud in pſal S. Dion.
mo: Audiam quid loquatur in me dominus deus) ſummi boni dulcedo guſtatur (ſicut ait Pſal. 84
propheta: Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt dominus) æternæ felicitatis odor perci= Pſal. 33
pitur, & verbum vitæ ſalubriter tangitur. [Adſit igitur rhetoricæ ſuadela dulcedinis]. i.
perſuaſio conſolatiua procedens & formata ſecundum regulas rhetoricæ artis, quæ ſua= Rhetorica ars.
ui & ornato vtitur ſtylo: ſicq; aures corpus ac mentis demulcet. Vnde ad Ezechielem do Eze. 33
minus dixit: Factus eſt quaſi carmen muſicum, quod ſuaui dulciq; ſono canitur. Hæc ſer=
monis ſuauitas ac venuſtas hominem reddit amabilem, & promouet multos, quemad=
modum in Prouerbijs legitur: Dulcis eloquio maiora poſſidebit. Et iterum: Fauus mel=
lis verba compoſita. Hinc in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt: Tibiæ & pſalterium ſuauem faci= Pro. 16
unt melodiam, & ſuper vtraque lingua ſuauis, [quæ tunc tantum recto calle procedit, Ibidem.
C cum noſtra inſtituta non deſerit]. i. tunc duntaxat rhetorica iſta ſeu eius perſuaſio [recto Eccẽs. 40
procedit] itinere. i. per media apta ſeu efficaces præmiſſas [quando non deſerit] moralia
documenta, in quibus docetur quod falſa & iniuſta vitentur nec defendantur: vera autẽ
& iuſta quærantur & conſeruentur. Qui autẽ ſua eloquentia ac rhetoricorum florum de=
core quærunt audientibus inaniter complacere, falſa colorare & perſuadere iniuſta, vani
ſunt & communitati nociui, ac plurimum vitioſi, ſimpliceſq; decipiunt. Hinc talem elo=
quentiam, vel potius loquacitatem reprobat Plato. Propter quod Tullius circa rhetoricę Plato.
ſuæ ſcribit exordium: Me quidem diu cogitantem ratio in hanc potiſſimum duxit ſenten Cicero.
tiam, vt exiſtimem ſapientiam ſine eloquentia ciuitatibus parum poſſe prodeſſe: eloquen
tiam vero ſine ſapientia, nimium obeſſe plærunq;, nunq̃ prodeſſe. Deniq; ſecundum Au= Auguſti.
guſtinum libro de ciuitate dei: Eloquentia oris & pulchritudo corporis dona naturę ſunt
& munera dei, quæ frequenter in reprobis plus abundant, ne ab electis nimis apprecien=
tur, nec ſunt multum optanda, eo quod plurimis ſunt peccandi ac pereundi occaſio, nihil
ominus ſi quis eis recte vtatur, ad multa deſeruiunt, cum & Seneca in ſuis prouerbijs fa= Seneca.
teatur: Formoſa facies muta commendatio eſt. Cumq; [muſica]. i. ars muſices proportio
nem docens notarum ac ſymphoniæ & harmoniam in cantibus atq; ſuccentibus ac va=
rias melodias [vernacula]. i. ancilla [laris noſtri]. i. noſtræ domus, ſeu noſtræ familiæ, pu
ta philoſophoꝝ quæ eſt muſica veræ philoſophiæ deſeruiẽs, quod ad differentiam iocula
toriæ muſicæ additur, ſicut & quædam rhetorica eſt poetarum laſciuiæ magis q̃ philoſo=
phiæ ſubſeruiens, quam in libris ſuis frequentat Ouidius, [ſuccinat]. i. ſubdecantet [mo= Ouidij laſciuia.
dos] id eſt, ſpecies verſuum [interdum leuiores, nunc grauiores]. i. aliquando faciliores,

interdum difficiliores. Vel, leuiores. i. magis delectabiles, & grauiores quantum ad ſenſu D
2. Macc. 15 um profunditatẽ atq; affectuum maturitatem. Nam & iſta varietas mẽtem delectat hu-
manam, quia alternis vti delectabile eſt, & minus fatigat nec parit faſtidiũ. Propter q̃d
Auguſti. etiam diuerſi ſunt flores rhetorici. Et de hoc beatus Auguſtinus in libro Confeſſionum,
& libro de Ciuitate, & in Muſica ſua tractat profunde, qualiter exterior conſonantia pro
porticq; ſonorum & vocum ac cantuum correſpondet ſpirituali ac interiori proportioni
numerorũ & intrinſecarum diſpoſitionum, ęqualitatum, ac contemperationum in aĩa, vn
de & diuerſi diuerſis melodijs diuerſimode attrahuntur & afficiũtur, ſubindeq; in lachry-
mas reſoluuntur, ſcd'm quod interior illa cohabitudo atq; proportio per exteriores di-
uerſimode agitatur. Quæ verba ſubtiliſſimi & illuminatiſſimi Auguſtini conſonant do
Plato. cumentis Platonis dicentis, animam eſſe numerum mouentem ſeipſam. Quod totum
2. Macc. 15 clare intelligere reor difficile. Hinc demum in fine ſecundi Macchabęorum habetur. Si-
cut vinum ſemper bibere, aut ſemper aquam contrarium eſt, (alternis autem vti dele-
ctabile) ita legentibus ſi ſemper exactus ſit ſermo non erit gratus. ¶ Conſequenter Boe-
thius iſtam proſequitur medicinam, ac medicinalem doctrinam ex rhetorica ac muſica
contemperatam. [Quid eſt igitur ò homo, quod te in mœſtitiam luctumq; deiecit?]. i. in
Prou. 12 mœſtitiam cordis luctumq; corporalem inducat, cum tamẽ Salomon dicat: Non contri-
ſtabit iuſtum, quicquid ei acciderit? [Nouũ credo aliquid, inuſitatumq; vidiſti] Hoc ex-
poni dupliciter poteſt. Primo tanq̃ ironice dictum, quaſi dicat: Nunquid aliquid ante non E
viſum aut prorſus inſolitũ cõſpexiſti? quaſi dicat, non. Ideo non deberes ſic deijci, cum ſu
Anaxa. pra oſtenſum ſit, ꝙ boni philoſophi talia ſunt perpeſſi, vt Anaxagoras pulſus Athenis,
Zenon. Zenon ſuſpenſus, Socrates intoxicatus. Secundo exponi poteſt quaſi aſſertorie dictum,
Sacrates tanq̃ dicat: Cum antea fueris vir tantæ ſapientiæ ac virtutis, non eſſes ad tantum deuolu
tus mœrorẽ, niſi grandis tibi contigiſſet aduerſitas, talis ac tanta quod ante per experien
Hominẽ tiam non vidiſti tam grauem in tua perſona. ¶ Præterea aduertendum ꝙ non ſolum in
accipi bi ſanctis ſcripturis, ſed etiam in communi modo loquendi accipitur homo dupliciter. Pri-
fariam. mo in bonum, hoc eſt, in laudem & excellentiam: vt dum ad Corinthios ait Apoſtolus:
1. Cor. 15 Si ſecundum hominem ad beſtias pugnaui Epheſi. Quorum verborum hic ſenſus eſt. Si
pro quia, ſecundũ hominem. i. rationabiliter, ad beſtias. i. contra homines beſtiales, incre
dulos, pugnaui. i. diſputaui. Epheſi. i. in vrbe Epheſiana. Secundo, in malum, puta in vi-
1. Cor. 3 tuperium & depreſſionem, vt dum rurſus ſcribit Apoſtolus: Cum ſit inter vos zelus & cõ
Homo. tentio, nonne hoĩes eſtis & ſecundum carnem ambulatis. i. fragiles atq; culpabiles? Sic
& in cõmuni modo loquendi accipitur homo in bono, cum dicimus: Homo eſt nobilis
creatura. Et iterũ: Cuncta timent hominem, q̃m præſidet ipſis creatis. Et de eo qui ratio-
nabiliter habet ſe dicitur: ille vere eſt homo. In malo autem accipitur, dum quidã ſuam
incontinentiã excuſantes loquũtur: Homo non eſt angelus, veluti dicant, fragiles ſumus. F
Nempe cum homo ex anima rationali & carne fragili conſtet, & rationẽ ſenſualitatẽq;
Huma- habeat, ipſe homo in bono accipitur, cum de eo (quantum ad ſuperius ſuum) tractatur,
num. & ita vocatur humanũ, q̃d rationabilẽ eſt & pium. Dum vero fit ſermo de hoĩe, quo ad
Bernad. ſuum inferius, tunc in malo ſeu depreſſiue accipitur, vt cum ait Bernardus: Homo eſt vas
luteum, eſca vermium, &c. Sicq; appellatur humanũ q̃d eſt defectuoſum. Et vtroq; mo-
do accipi poteſt quod ad Boethium ait philoſophia: Quid eſt ò homo? quia ſcd'm primã
acceptionem eſt ſenſus: Cum ſis rationalis & nobilis creatura, tibi ita deiecto condoleo
atq; ſuccurrere opto. Iuxta ſcd'am acceptionẽ, ſenſus eſt iſte: O homo, qui ita admittendo
paſſiones culpabiles, oſtendis te ſenſualẽ ac fragilem eſſe. [Tu ſi fortunam putas erga te
eſſe mutatã] quod vno modo ſic fuit, qa fortuna alium effectum nunc habuit circa Boe-
thium, q̃ dudum. Sicq; fortuna, quantũ ad effectum qui ei aſcribitur, mutata fuit circa Bo
ethium. Imo & ſic cauſæ cœleſtes aliter & aliter habent ſe circa inferiora. Deus q̃q; in ſe
ſumme inuariabilis mutari dicitur circa eos, in quibus diuerſimode operatur iuxta illud
Iob. 39 Iob: Mutatus es mihi in crudelẽ, & in duritia manus tuæ aduerſaris mihi. Secũdo, fortu-
na poſſet dici mutata, aliter ſe habendo aliterq; agendo q̃ cõuenit ei ex ſua natura ac ra-
tione, & ita non fuit circa Boethiũ variata, qa diuerſimode, inſtabiliter, incerte, inopinate
egit in eo, ſicut ſua natura & ratio cõtinet. Ideo ſubditur, [erras] ſic ſentiendo [hi ſemper
eius mores ſunt]. i. cõſueti effectus [hæc natura]. i. iſta eſt eius naturalis proprietas ac pro
pria ratio. [Seruauit circa te propriã potius in ipſa ſui mutabilitate conſtantiã]. i. fortuna
ſerua-



A [ſeruauit ſuam conſtantiam]. i. firmam ſuam proprietatẽ [circa te potius in ipſa ſui muta
bilitate]. i. magis per hoc & in hoc, ꝙ tam mutabiliter habuit ſe circa te, quantum ad ſu
os effectus, nũc proſpera, nunc aduerſa inducẽdo, q̃ ſi ſemper cõſimiles effectus, vc; non
niſi proſpera tibi adduxiſſet. [Talis eñ erat]. i. mutabilis quo ad ſuos effectus [cum blan
diebatur] tibi per proſpera, vnde expoſitorie ſubditur, [cum tibi falſæ illecebris felicita-
tis alluderet]. i. dum tibi applauderet & faueret [illecebris falſæ felicitatis]. i. delicijs atq;
diuitijs terrenæ proſperitatis, quam inſipiẽtes & carnales tanq̃ veram felicitatẽ reputant
& exquirũt, magis q̃ felicitatẽ ęternam, cœleſtẽ, ſpiritualem & verã, q̃m obſcuratum eſt Roma. 1
inſipiens cor eorũ, & præſentia non futura attendunt [deprehendiſti cæci numinis ambi-
guos vultus]. i. per experientiam iam nouiſti incertos fortunæ reſpectus, quia per proſpe-
ra te aſpexit ante blandiens, nunc per aduerſa te aſpicit ſæuiens & aduerſans, cuius [vul-
tus] ſunt vt [facies numinis cæci]. i. deæ velatæ. Sic quippe pingebatur fortuna, vultu aut
viſu operta, ad inſinuandum incertos & indiſcretos eius reſpectus, & quia cultores ſuos
excæcat, quàm ſtulti idololatræ colebant vt deam. [Quæ ſeſe adhuc velat alijs]. i. fortu-
na quæ ſuas proprietates, fraudes, varietates, inexpertis occultat [tibi prorſus tota innotu
it] quoniam in teipſo copioſe & eminenter expertus es varios eius effectus, à maxima pro
ſperitate in maximam aduerſitatem deiectus. [Si probas] id eſt, ſi approbas, & commen
B das fortunã [vtere moribus ne queraris]. i. æquaminiter ſuſcipe varios & ſolitos eius effe
ctus. [Si perfidiam perhorreſcis] id eſt, ſi fraudes & infidelitates fortunę deteſtaris [ſper
ne atq; abijce pernicioſe alludentem] id eſt, remoue prorſus à te [pernicioſe ludentem] id
eſt, ipſam fortunam habentem ſe circa te inſtar ludentis, ac tecum iocantis, tam varijs
modis te tangendo pernicioſe, id eſt, impie & nociue. [Nam quæ nunc tibi eſt tanti cau-
ſa mœroris, hæc eadem tranquillitatis eſſe debuiſſet] id eſt, fortuna quæ infligendo tibi
aduerſa facta eſt tibi cauſa huius tuæ magnæ triſtitiæ, [debuiſſet] id eſt, merito fuiſſet ac
eſſet tibi cauſa quietis & pacis, ſi ſcilicet ſapienter penſaſſes eius naturam ac ſolitum cur
ſum, attendendo eius inſtabilitatem, & quòd cito repoſcit quod contulit: ſicq; præparaſ-
ſes te ad ſuſtinendum patienter aduerſa vt decet prudentem, qui nec proſperis eleuatur
nec aduerſis triſtatur. Propterea Varro ait: Eo vultu dimittendæ ſunt diuitiæ, quo accipi- Varro.
endæ. Conſonat quoque his quod ait Saluſtius: Quo clarior fueris, eo plus ſolicitum Saluſtius.
te eſſe oportet, præſtolando cõtraria. Nam vt in ſuis fatur prouerbijs Seneca: Vbi omnia Seneca.
videntur tranquilla, ibi non deerunt nocitura. [Reliquit enim te, quam non relicturam
ſe nemo vnquam poterit eſſe ſecurus] id eſt, fortuna deſeruit te non omnino, ſed quan-
tum ad proſpera, in q̃bus tibi abundanter adeſſe ſolebat, ſed quo ad aduerſa tibi inflictæ
remanet tecũ, de qua fortuna nemo mortaliũ poteſt ſine reuelatione diuina eſſe ſecurus,
C an & quandiu ſecum manebit per proſpera, aut etiam per aduerſa, iuxta illud dictũ com
mune: De futuris contingentibus, non eſt determinata veritas. De talibus nanq; futuris
ait Iſaias propheta: Quæ ventura ſunt annuntiate nobis, & ſciemus quia dij eſtis vos. Iſa. 41
Hinc qui de talium prænuntiatione ſe intromittunt, diuini in ſcripturis vocantur per v-
ſurpationem actuum diuinorum. De hac fortuitorum diuerſitate effectuum ſcriptum
eſt in Iob: Iſte moritur robuſtus & ſanus, diues & felix. Alius vero moritur in amaritudi Iob. 21
ne animæ, & tamen ſimul in puluere dormient, & vermes operient eos. De his etiam Ec-
cleſiaſtes aſſerit: Sunt iuſti, quibus mala proueniunt quaſi opera egerint impiorum, & Eccẽs. 8
ſunt impij, qui ita ſecuri ſunt, quaſi iuſtorum facta habeant. Hæc & conſimilia aſcri-
buntur & aliquo modo conueniunt fortunæ, ſed reuera ex prouidentia oriuntur diui-
na, vt infra patebit. [An vero tu precioſam æſtimas abituram felicitatem?] Qui-
dam hæc exponendo, dicunt hic tangi varias rationes, ad probandum fortunam eſſe
ſpernendam, cum tamen non ſint niſi declarationes ſenſuum inductorum, ſicut & ſen-
ſus clauſulæ huius præhabitus eſt, ſed ſub alio modo loquendi repetitur, ad inſtruen-
dum & inflammandum plenius mentem. An vero felicitatem abituram, id eſt, proſperi-
tatem cito receſſuram, æſtimas precioſam, id eſt, multum dignam & magnipẽdendam?
[Et chara tibi eſt fortuna præſens] id eſt, proſperitas fortunalis [nec manendi fida] id eſt,
non fidelis ad permanendum ſtabiliter tecum, [& cum diſceſſerit allatura mœrorẽ]. i.
inflictura tibi triſtitiam quando reliquerit te. Quaſi dicat: non debes magni pendere pro-
ſperitatem huiuſmodi. [Quod ſi nec arbitrio] tuo [retineri poteſt]. i. cum ita ſit quòd
fortunam in proſperis tecum tenere non vales ad beneplacitum tuum [& calamitoſos fu

 giens

giens facit ].i. fortuna quantum ad proſpera deſerens fortunatos, efficit eos miſeros & D
egenos[qd eſt aliud fugax].i. fortuna ſic fugiẽs,quid aliud eſt [q̃ futuræ quoddam cala
mitatis indicium?].i. q̃ ſignũ imminentis aduerſitatis?[Neq; eñ quod ante oculos ſitum
eſt, ſuffecerit intueri].i. non ſatis eſt conſiderare quæ præſentialiter exterioribus oculis
præſentantur & obijciuntur:imo hoc eſt ſtultorum, non niſi ad præſentia viſum dirige-
re,ideo te oportet ex præſentibus ſignis futura cõijcere, prout hoc naturaliter ac probabi-
liter fieri poteſt. Hinc ſubditur.[Rerum exitus prudentia metitur].i. proceſſus & fines re-
rum & actuum humanorum,prudens per prudẽtiam ſuam circũſpicit, aduertit ac regu-
Ruth.3 lis conſiderationum menſuratur. Vnde in libro Ruth ſcriptum eſt:Expecta filia, donec
Seneca. videamus quem res exitum habeat. Hinc Seneca loquitur:Si prudens eſſe cupis,in futu-
ra proſpectum intende, & quæ poſſunt contingere animo tuo cuncta propone. Nihil tibi
ſit ſubitum,ſed totum ante proſpicias. Nam qui prudens eſt non dicit:Non putaui hoc fie
Cicero. ri,quia non dubitat ſed expectat,non ſuſpicatur ſed cauet. Propterea quoq; aſſerit Tulli-
Prudentiæ tres partes. us,tres eſſe prudentiæ partes,quæ ſunt: Memoria præteritorum, cõſideratio præſentium,
prouidentia futurorum. [Eadem in alterutro mutabilitas].i. conſimilis ſeu eadem ſpecie
variabilitas, ſeu variatio fortunæ in proſperis & aduerſis[nec formidandas fortunæ mi-
nas,nec exoptandas facit eſſe blanditias].i. perſuadet vt[nec minæ].i. comminationes
aduerſitatum formidentur, neq;[blanditiæ].i.proſperitates fortuitæ, & earum promiſſi E
Seneca. ones optentur. Ideo recte diſſeruit Seneca:Fortuna vitrea eſt, cum ſplenduerit frangitur.
Eccl.22 Et in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt:Cor iuſti omni tpe metu non deprauabitur,hoc eſt,inor-
dinata fortuitorum formidine. ¶Conſequenter philoſophia hortatur Boethiũ,vt de neceſ-
ſitate faciat ſibi virtutẽ, æquanimiter ſuſtinendo varios fortunæ euentus, allegando ad
hoc ſpecialem rationem, videlicet quia Boethius iam permiſit fortunam ſibi dominari
ac præualere. [Poſtremo æquo animo toleres oportet,quicquid intra fortunę aream ge-
ritur].i.neceſſe eſt, ſi pacem & ſalutem habebis, vt ſuſtineas patienter [quicquid] agitur
[intra aream].i. domum ſpaciumq;[fortunæ].i. in omni loco vbi operatur fortuna,&
contingunt fortuita, vtputa in hoc mundo inferiori,hoc eſt, in regione elementari atque
mixtorum, in qua omnia varijs mutationibus, & incerti euentibus ſunt ſubiecta, vide-
licet in ſphæra actiuorum & paſſiuorum [cum ſemel iugo eius colla ſubmiſeris].i. quia
præterito tempore ſubieciſti te ipſum[iugo].i. graui dominio fortunę,ſuccumbendo ad
uerſis euentibus eius,propter quos fuiſti tam grauiter infirmatus & victus. Sicq; per colla
intelliguntur hic vires ſuperiores erectæ ſeu virtutes, quæ in Boethio per diſſortunia qua-
2.Petri.2 ſi victæ fuerũt. Iuxta hunc modum loquendi,beatiſſimus Petrus in ſua ſecunda affirmat
canonica:Iniqui ſunt ſerui corruptionis. A quo eñ quis ſuperatus eſt,huius & ſeruus eſt.
Iohan.8 Et apud Iohannem ait Saluator: Omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Hinc & F
philoſophi paſſionatos homines dixerunt ſeruos paſſionum.[Quod ſi manendi abeundi
que ſcribere legem velis ei, quam tu tibi dominam ſponte elegiſti].i. ſi tentaueris præfi-
gere legem fortunæ & tempus certum determinare, quandiu debeat adeſſe homini vel
abeſſe, & quando accedere & recedere, quando proſpera vel aduerſa adducere, [quam]
fortunam [elegiſti tibi ſponte in dominam]non formaliter,ſed æquiualenter,quia ex cõ
ſenſu peccaſti ac libere,non coacte,ſicq; fortunam aſſumpſiſti in dominam ſicut auari pe
Philip.3 cuniam,libidinoſiq; Venerem,ſuperbi honorem. Vnde de talibus dixit Apoſtolus:Quorum
Colo.3 deus venter eſt:& auaritiam nominat idololatriam [nonne iniurioſus fueris?].i. hoc at-
tẽtando,faceres iniuriã fortunę,cui te miſerabiliter ſubdidiſti[& impatientia tua ſortem
exacerbabis]id eſt,fortunam turbare atq; cõfundere niteris[quam permutare non poſ-
ſis?]hoc nanq; excedit vires humanas,mutare naturam,& proprietates naturæ, & men-
ſuram durationis ac legem ei pręfigere. Deniq; iſtud conſequenter per ſimilitudines pro-
bat.[Si ventis vela committeres].i. ſi in naui extenderes vela ad nauigandum [non quo
voluntas peteret, ſed q̊ flatus impelleret, promouereris].i.illuc moucreris, ſeu ires in na-
ui,quo ventus impelleret nauem[non quo voluntas tua peteret]id eſt,optaret, niſi & vo-
luntas tua ex ſe illuc procedere cuperet. Sic & nunc oportet te ſubdi fortunæ euentui. Ad
quod alia ſimilitudo ſubiungitur[ſi aruis ſemina crederes]id eſt, in terram aratam proij-
ceres ſemen[feraces inter ſe annos ſterileſque penſares] id eſt, annos fructiferos ſeu ferti-
les,annoſque ſteriles conſiderares,ac inuicem comparares, & ex qualitate vnius anni cõ
ijceres de qualitate alterius, ſterilitatem quoque vnius anni recuperares pro poſſe fertili-
tate



A tate alterius. Imo vtrunque æquanimiter præſtolari ac cupere oportet, & diſſortunia ſi
cut eufortunia æquanimiter ferre. [Fortunæ te regendum dediſti,] id eſt,proſpera fortu-
næ gaudenter ſuſcipiendo ſubieciſti te interpretatiue regimini eius,[dominæ moribus o-
portet obtemperes]id eſt,neceſſe eſt, vt iam obedias ſeu ſubditus ſis fortunæ,cuius te ſer-
uum feciſti. [Tu vero voluentis rotæ impetum retinere conaris,]id eſt, ita te habes tei-
pſum contriſtando & affligendo, propter aduerſos fortunæ euentus, ac ſi impetuoſum
motum rotæ circumagitatæ, ſeu ipſius fortunæ (quæ aſſimilatur huiuſmodi rotæ) vel-
les tuo imperio cohibere. Fortuna demum rotæ ſimilis,imo & rota vocatur, ob ſuam in- Fortuna quare ſimi
ceſſabilem variabilitatem ac curſum incertum, & quoniam vndique circumagitatur & lis rotæ.
agitat cunctos, vt infra dicetur. [At omnium mortalium ſtolidiſſime,] id eſt, tu Boe-
thi valde ſtolide inter mortales, quantum ad iſta, in quibus erraſti, & erras circa fortu-
nam & eius euentus fortuitos, loquendo de te quantum ad partem ſenſitiuam & appeti-
tum inferiorem. Et iſtud eſt increpatorium verbum, ex charitatis feruore procedens,&
per hyperbolen dictum.i. per exceſſiuum modum loquendi, ad inſinuandũ ſerioſitatem
loquentis: & item, ad excitandum attentionem audientis, vt magis pœniteat de ſuo er-
rore, ſeque emendet. Iuxta hunc modum Salomon ait in libro Prouerbiorum: Stultiſſi- Prouer.30
mus ſum virorum & ſapientia hominum non eſt mecum. Imo & Ieremias aſſerit:Stul- Iere.10
B tus factus eſt omnis homo à ſcientia ſua, [ſi manere incipit]id eſt, ſi fortuna cœperit eſſe
ſtabilis, fixa & vniformis in ſuis effectibus [ſors eſſe deſinit,] id eſt,deſinit eſſe fortuna,
cum hoc ſit contra rationem & proprietates eius,vt patuit. Qualiter autem omnis homo
in vita hac,quantum ad aliqua, neceſſario ſubijciatur fortunæ, infra dicetur. Conſonat Seneca.
demum inductis quod Seneca proteſtatur: Fortuna vitrea eſt cum magis ſplenduerit
frangitur.

## De tropologia ſeu moralitate proſæ iſtius. ARTIC. II.

POſt hæc pauliſper obticuit.] Sic conſolator theologus ſpiritualiſque medicus,
dum ſolerti inquiſitione deſolationem, triſtitiam, ignorantiam ſeu errorem
proximi & ſubditi aut diſcipuli ſui cognouerit, debet cum matura deliberatio-
ne reſpondere, & conſilium ſeu doctrinam aut conſolationem impendere.
Quod ſi in promptu reſpondere nequiuerit, pauliſper tacens, interim quid di-
cere debeat inueſtiget, deliberet & in libris vel à doctioribus ſciſcitetur, nec incerta
pro certis pronuntiet more quorundam, qui ne videantur ignari mox ad omne quod
petitur aut proponitur præſumunt dare reſponſum, informationem, conſilium: quod
valde periculoſum eſt, præſertim in concernentibus conſcientiam & ſalutem. Idcir-
C co in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt: Si eſt tibi intellectus reſponde proximo, ſin autem ſit Eccle.5
manus tua ſuper os tuum. Vnde ſanctus Iob ſuis dixit amicis: Cur conſolamini Iob.21
me fruſtra, cum reſponſio veſtra repugnare oſtenſa ſit veritati? Præterea ſi theolo-
gus, id eſt, vir ſapiens viderit proximum deſolatum, tentatum affectu prioris fortu-
næ, id eſt, proſperitatis præteritæ tabeſcere, debet eum conſolari ac edocere, quàm
fallax & pericloſa ſit terrena ac mundana proſperitas, quàm innumerabilibus ho-
minibus ſit materia, incitamentum atque occaſio multiplicis culpæ, ac deinceps damna
tionis æternæ, ſicut de talibus fertur in pſalmo: In labore hominum non ſunt,& cum
hominibus non flagellabuntur. Ideo tenuit eos ſuperbia, operti ſunt iniquitate & im-
pietate ſua. Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum, tranſierunt in affectum cordis. De-
inde, quod talis proſperitas communiter magis conceditur reprobis & iniquis, quàm
electis ac iuſtis, quos iudex iuſtus & ſummus in præſenti per aduerſa & diſſortunia ex-
ercet,purgat & perficit, prout per Iſaiam effatur:Excoxi te, & elegi te in camino pau- Iſaiæ.48
pertatis. Ideo dictum eſt à ſapiente: Tanquam aurum in fornace probauit illos. Viti- Sapi.3
oſi vero & reprobi in hoc ſeculo infeliciter proſperantur, quemadmodum in Iob expri- Iob.21
mitur: Impij ſubleuati ſunt, confortatique diuitijs. Semen eorum permanet coram
eis, & non eſt ſuper eos virga dei, exultantque luſibus. Ducunt in bonis dies ſuos,
& in puncto ad inferna deſcendunt. Horum vtrunque tetigit Abraham dicens da-
mnato diuiti epuloni: Recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala. Nunc Lucæ.16
autem hic conſolatur, tu vero cruciaris. Dum igitur Chriſtiano contingit talis ad-
uerſitas, nequaquam conqueratur & murmuret aduerſus fortunam, ſed diuinam cir-
K iij caſe

ca ſe prouidentiam penſet, accepret regratieturque ei, quod circa ſe egerit ſicut circa D
Apoca. 3 electos, de quibus in Apocalypſi fatetur: Ego quos amo arguo & caſtigo. Per Za-
Zacha. 13 chariam quoque dicitur: Ducam eos per ignem, & vram eos ſicut vritur argentum,
& probabo eos ſicut probatur aurum. [Intelligo multiformes illius prodigij fucos.]
Hoc veriſſime dici poteſt de proſperitate terrena, quæ in opulentia rerum, voluptati-
bus fœdis, honoribus mundi conſiſtit: in quibus ſcelerata deceptio, fraus infernalis,
laqueus hoſtium crudeliſſimorum latet & viget, per quæ æmuli animarum, blandiſ-
ſimam familiaritatem confingunt ad eos quos fallere ac ſecum intolerabili damnatio-
ni inuoluere enituntur: quos vtique importabili confundunt dolore, dum eos mor-
ti imparatos inſperate relinquunt in fine impœnitentes, aut ſolo ſeruili timore non
amore iuſtitiæ de ſuis peccatis dolentes. De quibus per Ieremiam dominus prote-
Iere. 29 ſtatur: Dabo eos in vexationem, & maledictionem, & in ſtuporem, & in opprobri-
Iere. 5 um ſempiternum. Denique talibus inſenſatis & intimoratis denuo per Ieremiam lo-
quitur deus æternus: Audi popule ſtulte qui non habes cor. Me non timebitis, qui po-
ſui arenam terminum mari? His etiam conuenit quod libro ſapientiæ legitur: Crea-
Sapien. 14 turæ factæ ſunt in muſcipulam pedibus inſipientium. Aliquid nanque decoris, a-
mabilitatis & delitioſitatis in creaturis conſiſtit, quo pedes, id eſt, affectus inſipien-
tium creata creatori præferentium alliciuntur, capiuntur ac pereunt, quemadmo- E
dum mures in muſcipulam cibum quærentes, cuius ſi naturam mores ac meritum
reminiſcaris, nec habuiſſe te in ea aliquid pulchrum, nec perdidiſſe cognoſces. O
quàm verum & certum eſt hoc. Nempe ſi terrenæ proſperitatis naturam, propri-
etates & effectus rite perpendas, clare conſpicies atque fateberis te in ea nunquàm
habuiſſe veram pulchritudinem mentis, id eſt, gratiæ venuſtatem, ſplendorem gra-
tiæ ac virtutum, ſed potius turpitudinem vitiorum, ac deceptum, excæcatum, per-
Thren. 4 ditumque fuiſſe te in ipſis. Ad quód illud Threnorum ſpiritualiter pertinet: Deni-
grata eſt ſuper carbones facies eorum, & qui nutriebantur in croceis amplexati ſunt
Pſal. 52 ſtercora. De talibus dixit Pſalmiſta: Corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt in
iniquitatibus. Hinc ſeductis iuuenibus, poſtmodum reductis, ſanctus loquutus eſt
S. Sebaſtia. Iohannes apoſtolus: Eſtote floridi vt marceſcatis, eſtote temporaliter diuites, vt in
perpetuum ſitis egeni. Vnde illuſtratiſſimus martyr Sebaſtianus diſſeruit: Ab ini-
tio mundi hæc vita, iſta proſperitas in ſe ſperantes fefellit, ſe expectantes decepit,
de ſe præſumentes irriſit: & ita nullum omnino reddidit certum, vt omnibus probetur
eſſe mentita. Vita hæc admonet furem vt rapiat, prædonem vt ſpoliet, iracundum vt
ſæuiat, mendacem vt fallat. Hæc imperat crimina, iubet facinora, ſuadet iniuſta. Ipſa
igitur ducit ad ſupplicia ſempiterna, in quibus dolor renouatur vt ſæuiat, augmenta- F
tur vt exurat, inflammatur vt puniat. Solebas enim præſentem blandientemque vi-
rilibus inceſſere verbis. Sic & nunc quidam contra vitia prædicant, contra mundi pro-
ſperitatem ſermocinantur, tentatos afflictoſque conſolantur, ſed ipſimet vitijs ſuccum-
bunt, tentationibus ſuperantur, aduerſis dejciuntur, ita quod impatientes fiunt ac
Iob. 4 mœſti. Quorum cuilibet dici poteſt illud in Iob: Ecce docuiſti plurimos, & ma-
nus laſſas roboraſti, vacillantes confirmauerunt ſermones tui. Nunc autem venit ſu-
per te plaga & defeciſti, tetigi te & turbatus es. Vbi eſt timor tuus, fortitudo tua, pati-
entia tua, & perfectio viarum tuarum? Qui ergo præſumit alios hortari, corripere,
docere, caſtigare: ſatagat in primis iuſte & irreprehenſibiliter, hoc eſt, ad minus ſi-
Seneca. ne mortali conuerſari peccato, cum in prouerbijs ſuis Seneca fateatur: Omnis doctor
in ratione vitæ peccans, turpior eſt, quoniam in offico cuius vult eſſe magiſter, pec-
cat. Itemque perturpe eſt, quod obijcitur in obijciente cognoſci. Sed tempus eſt hau-
rire te aliquid ac deguſtare molle atque iucundum. Itaque puſillis & nondum exer-
citatis proponenda ſunt documenta, remedia & exempla ex ſcripturis & ex legen-
dis actibuſque ſanctorum, & ex vitaſpatrum facilia, læta, ædificatoria, vt diſcant in
1. Cor. 3 aduerſis gaudere, ſicut talibus ſcripſit Apoſtolus: Tanquam paruulis in Chriſto lac
potum dedi, non eſcam, prout de hoc ſuper primum diffuſius dictum eſt. Hæc eſt
Pſal. 18 ſuadela rhetoricæ noſtræ dulcedinis, vt cum propheta dicamus: Iudicia domini ve-
Pſal. 118 ra iuſtificata in ſemetipſa, deſiderabilia ſuper aurum & lapidem precioſum mul-
tum, & dulciora ſuper mel & fauum. Et item, quàm dulcia faucibus meis eloquia
tua,



A tua ſuper mel ori meo. Cum hac ſit muſica noſtra, vt impleamus quód Iacobus docet a- Iacobi. 5
poſtolus: Triſtatur aliquis veſtrum, oret æquo animo & pſallat. Illud quoque Pſal- Pſal. 103
mographi: Cantabo domino in vita mea, pſallam deo meo quamdiu ſum. Hoc e-
git Debbora prophetiſſa, quæ in libro Iudicum fatetur. Ego ſum, ego ſum quæ domi- Iudic. 5
no canam, pſallam domino deo Iſrael. Quid eſt ô homo quod te in mœſtitiam luctum
que deiecit? Hoc theologia dicit vnicuique inordinate dolenti, aut immoderantius con-
triſtato, admonens eum ne abundantiori abſorbeatur triſtitia, tanquam dicat: ô tu ra-
tionalis creatura, quæ ratione ad optima inclinante ac cohortante ornaris ac viges, præ-
ſertim tu Chriſtiane, qui fidem habes futurorum bonorum, cui regna promittuntur
cœlorum, cur propter temporalia damna, tormenta, opprobria turbaris ac doles, non
aduertens nec implens quod Chriſtus tibi in Euangelio loquitur: Gaudete in illa hora Matth. 5
& exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlo? Hoc recolens in corde tuo Lucæ. 6
ſpera in domino, diligenter perpendens quod ad Corinthios ſcribit Apoſtolus, quod ſu- 2. Cor. 1
per omnia verba philoſophorum conſolatorium eſt: Id, inquiens, quod in præſenti eſt
momentaneum, & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum glo-
riæ pondus operatur in nobis. An vero precioſam eſſe abituram felicitatem? Docet
nos vndique per totam ſeriem ſcripturarum theologia, vt omnem tranſitoriam pro-
B ſperitatem terrenam deſiderio gloriæ æternalis ac dei amore ſpernamus. Et prorſus indi-
gnus eſt deo & beatifica ipſius fruitione, qui eius amore ac tantæ felicitatis affectu aſper-
nari non vult caduca atque carnalia iſta. Neque enim quod ante oculos ſitum eſt, ſuffe-
cerit intueri. In hoc ſapiens differt à ſtulto, iuſtus ab impio, ſpiritualis ac carnali, quòd Differētia
ſapiens, iuſtus, ſpiritualiſque homo oculo cordis ac fidei toto conatu attendit, contem- inter iuſtū
platur & appreciatur bona diuina, ſpiritualia & æterna: quorum intuitu & affectu & impiū.
cuncta terrena, carnalia & caduca vilipendit vt lutum & ſtercora. Homo autem inſi- Phili. 3
piens, carnalis, iniuſtus, carnalia & terrena omnibus illis, imo & vniuerſorum crea-
tori deo bonitatis ac dignitatis penitus infinitæ, præponit, & in hoc deo incircumſcri-
ptibili, ſuperdigniſſimo iniuriam facit immenſam, cui tam vana & vilia anteponit,
ſeque infinita quadam inſipientia excæcatum demonſtrat, tam ſtolidiſſime eligendo,
imo incomparabiliter ſtultiorem infantulis, qui precioſiſſimis gemmis ac auro mun-
diſſimo præferunt poma & pira. Nempe in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt: Deus ab ini- Ecci. 15
tio conſtituit hominem, & reliquit eum in manu conſilij ſui. Poſuit ante eum vitam
& mortem, bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur illi. Dedit etenim creator
eſſentialiter ſapiens ac prorſus omnipotens, nobis libertatem eligendi, vel ipſum-
met deum bonum, immenſum, & bona creata perductiua ad ipſum ac quietatiua in
C ipſo, vel tranſitoria, vana, abductiua ab ipſo, trahentia in gehennam, præcepitque no-
bis illa eligere, iſta reſpuere. Et nonne infinitæ inſipientiæ, imo inſaniæ eſt, men-
tem ab illo immenſo bono, & à bonis gratiæ ac gloriæ æternalis ſponte auertere, at-
que ad iſta vaniſſima, ſumme nociua, perpetue damnatiua eam conuertere? Deni-
que in Eccleſiaſte multa loquitur Salomon in perſona inſipientis, ſola carnalia & Eccēs. 4
præſentia attendentis: Stultus, inquit, complicat manus ſuas, & comedit carnes ſuas,
dicens: Melior eſt pugillus cum requie, quàm plena vtraque manus cum dolore. Et
rurſus: Quis nouit ſi ſpiritus filiorum Adam aſcendat ſurſum, & ſpiritus iumento- Eccēs. 3
rum deſcendat deorſum? Nonne melius eſt comedere & bibere, & oſtendere animæ ſuæ
bona de laboribus ſuis? Itemque: Quid eſt homo, vt ſequi poſſit regem factorem
ſuum? Quid neceſſe eſt homini maiora ſe quærere, cum ignoret quid conducat ſibi Eccēs. 2
in vita ſua? Multa his conſimilia loquitur Salomon illo in libro in tali perſona. Ve-
rum in eodem libro plura loquitur in perſona ſapientis ac iuſti. In cuius perſona Eccēs. 12
finaliter ac aſſertiue concludit. Finem loquendi omnes pariter audiamus: Deum ti-
me & mandata eius obſerua: hoc eſt enim omnis homo. Et cuncta quæ fiunt, ad-
ducet deus in iudicium. Proſtremo quoniam in hoc mundo euentibus fortunæ ſu-
mus expoſiti, oportet nos in omni aduerſitate patientiam conſeruare, atque in omni
euentu ſtabiles eſſe, cordiſque ancoram in deo fixam tenere, qui & ſuos electos
multiplici varietati exponit in vita præſenti, ſicut ait Pſalmiſta: Quia eleuans alli- Pſal. 101
ſiſti me. Iob quoque: Eleuaſti me & quaſi ſuper ventum me ponens eliſiſti me va- Iob. 30
lide.

## Difficultatum ac queſtionum huius proſe breuis propoſitio & abſolutio. ARTIC. III.

D

### IOHANNES.

Circa præhabita dubium oritur mihi, quid realiter ſit ipſa fortuna, an creator, an creatura. Non creator, cum de ea iam dicta ſint plurima mala, vt quòd ſit fucata, doloſa, inſtabilis, cæca, & perfida. Nec videtur eſſe creatura, quia aut ſubſtantia eſſet, aut accidens. Non ſubſtantia, quia nec intellectualis, nec non intellectualis. Non intellectualis, quia aut eſſet angelus, aut ſpiritus malus, aut homo ſeu anima rationalis, quorum nullum poterit dici. Nec accidens, quoniam accidenti nequeunt conuenire ea quæ aſcribuntur fortunæ. Et quæro, an ſit conſtellatio quędam, an fatum. Præterea quia frequenter iam remiſiſti lectorem ad infra dicenda de ipſa fortuna, opto expedireq́; puto vt ea nunc exprimas, cum ſine eis nec iſta, neque præhabita de fortuna, queant clare intelligi. Aliqui quoque exponentes allegant hic Ariſtotelem in libro de bona fortuna, vt dicunt, affirmantē, quòd fortuna nihil aliud ſit q̃ deus.

Philoſo.

De his igitur cupio plenarie informari, & cur quidam dixerunt, fortunā conſiſtere deam ac numen. DIONYSIVS. Grandis ac vtilis quæſtio, & multa continens membra.

E

Ex cuius elucidatione dependet magna ex parte totius huius intelligentia libri. Itaque Ariſtoteles ſecundo Phyſicorum diffiniturus fortunam præmittit quadruplicem diuiſionem eorum quæ fiunt.

Quadrupla diuiſio contingentium. I. II. III. IIII.

Prima eſt, quod quædam fiunt ſemper, quædam frequenter, & in his non habet locum fortuna. Secunda diuiſio, quod quædam fiunt propter hoc, id eſt, ob aliquem finem, quædam non. Tertia diuiſio, quod eorum quæ fiunt propter hoc, aliqua fiunt à propoſito, aliqua à natura. Quarta, quod quædam fiunt per ſe, quædam per accidens. Ex his deſcendit ad declarandum, quod fortuna eſt cauſa per accidens in his qui agunt à propoſito eorum effectuum qui contingunt extra, frequenter, & ſemper. Reducit quoque fortunam ad cauſam agentem, id eſt, efficientem, ita quod effectus fortuitus præter intentionem, accidentaliter annexus eſt effectui cauſæ efficientis, ex ratione deliberatione agentis, quemadmodū inuentio theſauri iuncta eſt foſſioni ſepulchri ex propoſito factæ. Cumque intellectus ſeu ratio parua non reputet, non dicitur homo fortunatus aut diſfortunatus propter parua fortuite euenientia, ſed propter ponderanda ſeu notabilia commoda ſiue incommoda.

Fortuna. Intellectus practicus.

Præterea, quoniam homo operatur per practicum intellectum, fortuna dicitur realiter idem quod practicus intellectus, ita quod practicus intellectus, inquantum ex propoſito operans ob aliquem finem, vocatur cauſa per ſe. Inquantum vero eſt cauſa alicuius rei, præter intentionem ſuam & raro, appellatur fortuna.

F

Vnde ſicut redit in idem, an homo dicatur operans & cauſa per ſe, an practicus intellectus ipſius, ſic & redit in idem quid horum dicatur fortuna. Nam homo eſt quod operans, intellectus, ſeu alia quæuis potentia, eſt quo operans. Præterea dicentes potentias animæ eſſe vires realiter diſtinctas ab anima, conſequenter dicerent fortunam accidens eſſe & qualitatem. Qui vero opinaretur vires animæ non realiter diſtingui ab ea concederet fortunam eſſe ſubſtantiam: ſicq́; patet quid ſit fortuna. IOHANNES. An de ſolo intellectu practico humano intelligendum eſt, quod ipſe eſt realiter ipſa fortuna? DIONYSIVS. De intellectu practico increato quo deus omnipotens cuncta creauit & aſſidue multa facit, hoc non poteſt verificari, quoniam deus eſt mens superſapientiſſima, vniuerſa & ſingula diſtinctiſſime atque clariſſime in ipſo momento, ſeu nunc æternitatis æternaliter ſciens ac intuens, iuxta illud Eccleſiaſtici: Oculi domini multo plus lucidiores ſuper ſolem, circumſpicientes omnes vias hominum.

Eccl. 23

Domino enim deo, antequam crearentur omnia ſunt cognita. Porro de ſubſtantijs ſeparatis fertur in libro de Cauſis: Omnis intelligentia eſt plena formis: ergo cognoſcunt ſuos effectus, quos in inferioribus iſtis producunt.

Liber cauſarum.

An vero vniuerſos & ſingulos, & cuncta quæ eorum effectibus in inferioribus coniuncta ſunt quocunque modo, & concauſaliter conſequuntur ad illos effectus, prænoſcant ac naturaliter ſciant, difficile reor determinare: & de hoc tam theologi quàm philoſophi diuerſimode ſenſiſſe noſcuntur. Dæmones autem minoris perſpicacitatis ſunt atque ſcientiæ quàm angeli ſancti, quamquam naturalia in ipſis permanſerint integra.

S. Diony.

Cumque integra præhabita ſecundum philoſophū



A ſophum, vbi minor eſt intellectus, plus eſt de fortuna, videtur probabile ꝙ in operibus ſubſtantiarum ſeparatarum, quæ totaliter intellectuales, imo & intelligentiæ, nuncupantur, parum aut nihil reperiatur de ratione effectus fortuiti ac fortunæ, quamq̃ non videatur abſurdum fateri ꝙ interdū tale quid inueniatur in illis.

Philoſo.

IOHAN. Communiter dicitur de homine cui proſpere ſuccedit, ꝙ habet bonam fortunam, quamuis hoc ſæpe contingat. DIONY. Fortuna dupliciter ſumitur. Primo proprie, ſicut nunc diffinita eſt. Secundo, improprie pro effectu fortuito, qui in proſperis eufortunium, in aduerſis diſfortunium nominatur. Si autem talis effectus frequenter eueniat, minus proprie fortuitus dicitur, & ſimilitudinarie tantum.

Fortunā ſumi bifariā. Eufortuniū Diſfortun.

IOHANNES. Quomodo aliqui aſſeruntur naturaliter benefortunati? Et vtrum ex ſuperioribus atq; cœleſtibus cauſis, aliqui adiuuentur ad hoc, & qualiter fortuna dicatur hominibus commoda & incommoda facere, ac præſtare, cum tamen intellectus practicus hominis non videtur hoc agere, imo nec poſſe efficere? DIONY. Iam ingrediamur quaſi oceanum. Hic igitur aduertendum quod in Summa contra Gentiles libro tertio loquitur ſanctus Thomas, primo declarans qualiter res & actiones humanæ reducantur ad cauſas ſuperiores: Electionis, inquit, & voluntatis humanæ diſponuntur immediate à deo.

Thomas Aquinas.

Cognitio vero humana ad intellectum pertinens, à deo mediantibus angelis ordinatur: ea vero q̃ ad corporalia pertinent, ſiue ſint interiora,

B ſiue exteriora, in vſum hominis venientia à deo mediantibus angelis, ac cœleſtibus corporibus diſpenſantur, quoniam omne multiforme atque mutabile ac potens deficere, oportet reduci tanquam in principium in aliquod vniforme immobile, nec valens deficere. Omnia autem quæ in nobis ſunt, multiplicia, variabilia & defectibilia ſunt. Porro angelorum cognitiones ſunt vniformes, quia ab vno ſimpliciſſimo deo totius veritatis fonte accipiunt veritatis notitiam, quæ item in ipſis immobilis eſt, quia non diſcurrendo ab effectibus in cauſas, nec econuerſo, ſed ſimplici intuitu puram de rebus veritatem intuentur.

Cognitio angeloꝝ.

Eſt quoque indefectibilis, quoniam rerum naturas, & quidditates intuentur per ſeipſas. Oportet ergo, quòd noſtra intellectualis cognitio reguletur per angelorum cognitionem.

Cognitio hoim.

Conformiter corpora noſtra iuxta inceſſanter alterabilia diſformiterque mobilia, & ea quæ in noſtrum deueniunt vſum, regulari oportet per cœleſtium corporum motum. Ex his patet, quomodo aliquis dici valeat benefortunatus. Dicitur namque homini ſecundum fortunam bene contingere, dum aliquod bonum accidit ei præter intentionem.

Cōtingere homini bene ſecundū fortunam.

Contingit autem hominem operantem aliquid operari præter intentionem propriam, non tamen præter intentionem alicuius ſuperioris, cui ipſe ſubijcitur, vt ſi dn̄s iubeat ſeruo ire ad locum, ad quem dominus ipſe iam miſit alium ſeruum ignorante iſto, tunc obuiatio ſerui eſt præter intentionem ipſius, non autem præter intentionem

C domini mittentis. Ideo quamuis per comparationem ad ſeruum ſit caſuale & fortuitum, non tamen per reſpectū ad dn̄m: imo, ſic eſt aliquid ordinatum. Cum igitur homo ſecundum corpus ſuum ſit ordinatus ſub corporibus cœleſtibus, ſecundum intellectum vero ſub angelis, ſcd'm voluntatem autem ſub deo, poteſt contingere aliquid præter intentionem hoīs, quod tamen ſit ſecūdum ordinem & influxum cœleſtium corporum, vel diſpoſitionem angeloꝝ, aut dei.

Cōtingere aliqd p̄ter intentionē.

Deniq; q̃uis ſolus deus directe ad electionem hoīs operetur, attamen angelus operatur ad eam per modum perſuaſionis. Actio quoq; cœleſtium corporum per modum diſponentis, inquātum corporales cœleſtium impreſſiones in corpora noſtra diſponunt ad quaſdam electiones. Dum ergo quis ex impreſſione cœleſtium corporum ac ſuperioꝝ cauſarum inclinatur ad aliquas ſibi vtiles actiones, quaꝝ tamen vtilitatem ratione propria nō cognoſcit, & cum hoc ex lumine intellectualium ſubſtantiaꝝ illuminatus intellectus eius ad eadē agenda, atq; ex actu & inſtinctu diuino inclinat voluntas eius ad eligendum aliquid vtile ſibi cuius rationem ignorat, dicitur benefortunatus.

Fortunatus bene.

E contrario quoque, malefortunatus, quando ex ſuperioribus cauſis ad contraria inclinatur eius electio, quemadmodum per Ieremiam de quodam pręcipitur: Scribe virum iſtum ſterilem, qui in diebus ſuis non proſperabitur.

Male fortunatus. Ieremi. 31

Sed in his eſt differentia attendenda. Impreſſiones em̄ cœleſtium corporum in corpora noſtra cauſant in nobis naturales corpoꝝ diſpoſitiones, idcirco ex diſpoſitione relicta in corpore noſtro ex corporis cœleſtis influxu dicitur aliquis non ſolum bene aut male fortunatus, ſed & bene aut male natus, ſcd'm quod dicit philoſophus in magnis moralibus.

Impreſſiones cœleſtes.

Philoſo.

Non enim poteſt intelligi ꝙ ex diuerſa natura intellectus procedat, quòd vnus vtilia ſibi eligit, aliusq; nociua præter rationem

nem propriam,cũ natura intellectus & voluntatis in omnibus hominibus ſit vna.Diuer D
ſitas nanq; formalis induceret diuerſitatem ſecundum ſpeciem. Diuerſitas autem mate
rialis inducit diuerſitatem ſecundum numerum. Vnde ſecundum quòd intellectus homi
nis illuſtratur ad aliquid agendum,vel voluntas à deo inſtigatur,non dicitur homo bene
natus, ſed potius cuſtoditus vel gubernatus . Rurſus, accipienda eſt circa hoc differentia
alia. Nam operatio angeli corporisque cœleſtis, eſt ſolum ad electionem diſponens : o-
peratio vero dei eſt ſicut perficiens. Cumque diſpoſitio quæ eſt ex corporis qualitate vel
intellectus perſuaſione neceſſitatem ad eligendum non inducat, non ſemper eligit ho-
mo id quod angelus cuſtodiens intendit, neque illud ad quod corpus cœleſte inclinat:
ſemper tamen hoc eligit homo quod deus operatur in eius voluntate. Hinc angelorum
Iere. 50 cuſtodia interdum caſſatur,ſecundum illud Ieremiæ: Curauimus Babylonem,& non eſt
curata,& multo plus inclinatio cœleſtis corporis. Diuina vero prouidentia ſemper eſt fir
ma. Eſt rurſus & alia differẽtia attendẽda. Nam cum corpus cœleſte nõ diſponat ad ele-
ctionem niſi in quantum imprimit in corpora noſtra, ex quibus incitatur homo ad eli-
gendum per modum quo paſſiones inducunt ad electionem, omnis diſpoſitio ad electio
nem(quę eſt ex corporibus cœleſtibus)eſt per modum alicuius paſſionis, vt cum qs indu
citur ad aliquid eligendum per odium, aut amorem,vel iram ,vel per aliud tale: ab an-
gelo autem diſponitur homo ad aliquid eligendum per modum intellectualis conſide- E
rationis abſq; paſſione. quod fit dupliciter: Quandoque enim illuminatur intellectus ho-
minis ſolum ad cognoſcendum,quod bonum eſt aliquid fieri, non autem inſtruitur de
ratione,propter quam eſt bonum, quæ ſumitur ex fine. Hinc interdum ęſtimat homo ꝙ
aliquid bonum ſit fieri, tamen ſi quæreretur ab eo, quare reſponderet ſe neſcire. Ideo
quando peruenerit in finem vtilem quem non præconſiderauit,erit ſibi fortuitum. Dum
autem per angelum inſtruitur, quod hoc ſit bonum,& de ratione, quare ſit bonum, quæ
ex fine accipitur ac dependet: ſic quando peruenerit ad finem quem præconſiderauit,non
erit fortuitum. Sciendum quoq; quod ſicut vis actiua ſpiritualis naturæ eſt altior quàm
corporalis, ita eſt & vniuerſalior. Vnde non ad omnia ad quæ ſe extendit humana ele-
ctio,ſe extendit diſpoſitio cœleſtis corporis. Inſuper cum virtus animæ & angeli ſit par-
ticularis reſpectu virtutis diuinæ,quę eſt vniuerſalis reſpectu entium vniuerſorum. Hinc
aliquod bonum accidere homini poteſt. præter propriam intentionem,& præter inclina
tionem cœleſtium corporum, ac præter illuminationem angelorum: non autem præter
prouidẽtiam dei,quæ eſt gubernatiua, quemadmodum & factiua entis in quantum eſt
ens. Ideo continet & includit in ſe cætera omnia, ſicque aliquod fortuitum bonum poteſt
contingere homini per comparationem ad ipſum, & per comparatiõem ad cœleſtia cor-
pora,atq; per comparationem ad angelos,non autem per comparationem ad deum. Am F
plius, quoniam fortuita ſunt præter intentionem, bona autem moralia præter intentio-
nem eſſe non valent,cum in electione conſiſtant, reſpectu eorum nequit aliquis dici fortu
natus bene aut male, q̃uis reſpectu eorum dici poſſit bene aut male natus, vtputa ex na-
turali diſpoſitiõe corporis aptus ad electiones virtutum aut vitiorum. Reſpectu demum
exteriorum bonoꝝ,quæ homini euenire poſſunt præter intẽtionem,poteſt homo dici be
ne natus,& benefortunatus,atq; à deo gubernatus, & ab angelo cuſtoditus. Præterea ex
ſuperioribus cauſis cõſequitur homo aliud quoq; auxilium,quãtum ad ſuaꝝ exitus acti-
onum. Cum eñ homo eligere habeat et exequi quę elegit,in vtroq; à cauſis ſuperioribus
adiuuatur. Interdum vero & impeditur. Scd'm electiõem quidem (vt dictum eſt) in quan
tum ad aliquid eligendum diſponitur per cœleſtia corpora, aut illuminatur per angelo
rum cuſtodiam,aut inclinatur per operationem diuinam. Secundum executionem vero,
ſecundum quòd ex ſuperioribus cauſis conſequitur robur ſeu efficaciam ad explendum
& proſequendum quod elegit, quæ efficacia non ſolum à deo, ſed etiam ab angelis eſ-
ſe poteſt, ſicut etiam à corporibus cœleſtibus, in quantum talis efficacia in corpore ſita
eſt. Conſtat nanq; quod etiam corpora inanimata quaſdam vires & efficacias à cœleſti-
bus ſortiuntur corporibus, etiam præter eas quæ ad qualitates actiuas & paſſiuas conſe-
Magnes. quuntur, quas certum eſt cœleſtibus corporibus eſſe ſubiectas, vt quòd magnes attra-
hit ferrum, habet ex corporis cœleſtis virtute. Sic & lapides quidam & herbæ quaſ-
dam occultas habent virtutes. Vnde nec prohibet quoſdam homines ex influen-
tia cœleſtium corporum efficacias quaſdam habere in aliquibus corporalibus faci-
endis



A endis,quas alij non habent,vt quoſdam medicos in ſanando,agricolas in plantando, mi
lites in expugnando. Veruntamen hanc efficatiam deus multo perfectius largitur homi-
nibus ad ſua opera efficaciter exequenda. Et quantum ad primum auxilium, quod eſt in
eligendo,dicitur hominem dirigere. Quo ad ſecundum,dicitur hominem confortare. In-
ter quæ duo auxilia eſt differentia duplex. Prima quia ex primo auxilio adiuuatur ho-
mo tam in his quæ virtuti ſuæ ſubduntur,quàm in alijs. Secundum vero auxilium, ad
ea ſe tantum extendit quæ virtus hominis poteſt. Nempe quòd homo fodiens ſepul-
chrũ inueniat theſaurum,ex nulla hominis virtute procedit. Vnde reſpectu talis prouen-
tus adiuuari poteſt homo ad hoc quod inſtigetur ad quærendum vbi ſit theſaurus, non
autem in hoc ꝙ ei aliqua virtus detur ad inueniendum theſaurum. In hoc autem ꝙ me-
dicus ſanet,& miles in prelio vincat, poteſt adiuuari in hoc ꝙ eligat conuenientia media
ad finem,atq; in hoc ꝙ efficaciter exequatur per virtutem à ſuperiori cauſa adeptam. Sic
que primum auxilium vniuerſalius eſt. Secunda differentia eſt,quia ſecundum auxilium
datur ad proſequendum efficaciter,quæ homo intendit. Cumq; fortuita ſint præter intẽ
tionem non poteſt homo proprie ex tali auxilio dici benefortunatus ſicut ex primo. Præ-
terea bene vel male contingit homini ſecundum fortunam dupliciter. Primo ipſo ſolo a-
gente,vt dum ſepulchrum fodiendo inuenit theſaurum. Secundo actione alterius concur
B rente,vt dum vadens ad forum inuenit inopinate ſuum debitorem. In primo euentu ho-
mo adiuuatur ad hoc ꝙ aliquid bene ſibi contingat per hoc ſolum ꝙ dirigitur in eligen-
do illud cui per accidens coniunctum eſt commodum quod prouenit præter ſuam inten-
tionem. In ſecundo autem euentu oportet ꝙ vterq; agens dirigatur ad eligendum actio
nem ſeu motum,quo ſibi occurrant. Oportet quoq; hic aliud conſiderare. Dictum eſt eñ
quod ad hoc ꝙ homini aliquid bene aut male contingat ſecundum fortunam, à deo eſt,
& à corpore cœleſti eſſe poteſt. A deo in quantum homo à deo inclinatur ad eligendum
aliquid cui coniunctũ eſt commodum aliquod vel incommodum,quod eligens non con
ſiderat. A corpore quoq; cœleſti, in quãtum ab illo diſponitur ad tale aliquid eligẽdum.
Hoc autem commodũ,ſeu incommodum,per comparationem ad hominem eſt fortuitũ
non autem relatum ad deum: attamẽ relatũ ad corpus cœleſte poteſt manere fortuitum.
Non eñ euentus amittit rationem fortuiti,niſi reducatur in cauſam per ſe. Virtus aũt cœ-
leſtis corporis eſt cauſa agens non per modum intellectus & electionis, ſed naturæ quæ
tendit in vnum. Si ergo effectus non eſt vnus, non poteſt per ſe cauſa eius eſſe virtus ali-
qua naturalis. Cum vero duo aliqua ſibi per accidens coniunguntur, non ſunt vere v-
num,ſed ſolum per accidens. Hinc huius coniũctionis cauſa per ſe eſſe non valet natura-
lis. Si ergo quod iſte homo ex impreſſione cœleſtis corporis inſtigetur per modum paſſi-
C onis ad fodiendum ſepulchrum: ſepulchrum autem & locus theſauri non ſunt vnum ni-
ſi per accidens,quia non habent adinuicẽ ordinem. Hinc virtus cœleſtis corporis non po-
teſt per ſe ad totum hoc inclinare, ſed aliquis per intellectũ agens, quoniam intelligentis
eſt plura ordinare ad vnum. Patet quoq;,quod qui ſciret theſaurum eſſe ibi,poſſet alium
ignorantem mittere ad fodiendum ſepulchrum in loco eodem,vt præter intentionem ſu
am inueniret theſaurum. Sic ergo huiuſmodi euentus reducti in cauſam diuinam, amit-
tunt rationem fortuiti: non autem reducti in cauſam cœleſtem. Per eandem etiam ratio-
nem apparet,ꝙ homo non poteſt vniuerſaliter eſſe benefortunatus ex virtute cœleſti, ſed
ſolum ad hoc vel illud. Dico autem vniuerſaliter, vt aliquis habeat in natura ſua impreſ-
ſionem cœleſtis corporis, ita vt eligat ſemper & in pluribus aliqua quibus per accidens
coniuncta ſunt aliqua commoda: ſiue incommoda. Natura nanq; non ordinatur niſi ad
vnum: ea vero ſecundum quæ accidunt homini bene vel male per fortunia non ſunt re-
ducibilia in aliquod vnum,ſed ſunt indeterminata & infinita, vt ſecũdo dicitur Phyſico- Philoſo.
rum. Veruntamen poſſibile eſt ꝙ homo ex impreſſione & inclinatione cœleſti inclinetur
ad aliquid eligendum,cui iungatur per accidens aliquod commodum,& ex alia aliud,at
que ex tertia tertium,non autem ita ꝙ ex vna inclinatione ad omnia,ſed ex vna diſpoſi-
tione diuina poteſt homo ad omnia dirigi. IOHAN. Egregie reſpondiſti. DIONY.
Non ego,ſed ſanctus doctor,vel potius ſanctificator ipſius. IOHAN. Cum fortuna
ſit intellectus practicus,in quãtum præter intentionem,& accidentaliter agens,qui intel
lectus vt talis nec vituperabilis eſt neque laudabilis, quia intentio imprimit ſpeciem
boni aut mali moralis actui hominis, cur tot mala & vitioſa prædicata aſſcripta ſunt
& com-

& cõmuniter aſcribuntur fortunæ, vt ꝙ eſt fraudulenta, doloſa, fucata, cæca? DIONY. D Sicut iam dictum eſt, in actibus moralibus (de quorum ratione eſt ꝙ ex intentione atque propoſito procedant) fortuna locum non habet, nec actus fortuitus, ideo nec virtus nec vitium inſunt fortunæ aut actui eius vere ac proprie, ſed metaphorice ſeu ſimilitudinarie tantum, in quantum effectus fortuiti incerte & inopinate prouenientes multos decipiunt & frequenter indignis eufortunia, iuſtis vero et innocentibus diſfortunia accidunt: quod tamen per comparationem ad prouidentiam dei iuſto ac ſapientiali contingit iudicio. IOHAN. Quomodo fortuna dicitur talia agere? DIONY. Iam audiſti, ꝙ fortuna non eſt cauſa per ſe, nec abſolute loquendo conuenit ei ratio cauſæ, ſed ſolum eſt cauſa per accidens. Prouidentia autem dei eſt cauſa omnis boni, & ipſa multa beneficia præſtat indignis, & multa aduerſa electis propter varias rationabiles cauſas, hinc inde expreſſas. Qualiter autẽ etiam ex ſuperioribus cauſis cœleſtibus hæc procedant, modo audiſti. IOHAN. Qualiter ergo quidã philoſophi cõmuniterq; idololatræ dixerunt fortunam eſſe deam, & quoddam numen. DIONY. Multipliciter errauerunt, tamen quia multi illoꝝ poſuerunt hominis felicitatem in exterioribus bonis (quæ appellantur bona fortunæ, quia in illis contingunt actus fortuiti) putabant fortunam eſſe cauſam felicitatis humanæ, ac homine ſuperiorem, ſicq; colendam ab homine quaſi eſſet cauſa per ſe: attamen quidam dixerunt eam cæcam conſiſtere, quia tam inopinate atq; improuide agit, et indiſcreta videtur, proſpera impijs & aduerſa iuſtis præſtando. E

Fortuna. Hinc depinxerunt fortunam in ſpecie fœminæ cæcæ, rotam indeſinenter voluentis, cuius oculi erant velati, & habuit duplicem vultum, vnum album, alium nigrum: frons quoq; pro vna parte fuit capillata, pro alia parte calua. Per fœminam figurabatur inſtabilitas leuitasq; fortunę per oculos velatos ſeu cæcos, incertus eius aſpectus ac indiſcretus, vt tactum eſt: Per duplicem faciẽ, reſpectus infortunij & diſfortunij. Per rotam, inceſſabilis mutatio reꝝ fortunæ. Per rotam volubilem, ꝙ quidam per fortunam aſcendunt, quidam deſcendunt. Per partem frontis capillatã, proſperitas fortunalis. Per partẽ caluam, aduerſitas. IOHAN. Per iſta nunc introducta tam præhabita q̃ dicenda, clarius innoteſcent. Et quid dicis ad id quod aliqui dicunt dixiſſe philoſophum, fortunam non aliud eſſe q̃ deum? DIONY. Non videtur allegatio recta, nec conſonat dictis philoſophi Phyſicoꝝ II. ſicut iam patuit, ſed iam tempus eſt procedẽdi. Nihilominus de hoc plura poſſent indici, & oriretur difficultas immenſa, quid Ariſtoteles ſenſerit de prouidentia dei & cognitione operationeque eius circa inferiora. De qua materia infra tractabitur.

## METRVM I.

HAec cum ſuperba uerterit uices dextra  
Exęſtuantis more fertur Euripi.  
Dudum tremendos ſæua proterit reges  F  
Humilemq; uicti ſubleuat fallax uultum.  
Non illa miſeros audit aut curat fletus  
Vltroq; gemitus dura quos fecit ridet.  
Sic illa ludit, ſic ſuas probat uires.  
Magnum ſuis monſtrat oſtentum  
Si quis uiſatur una ſtratus ac felix hora.

Explanatio metri huius primi. ARTIC. IIII.

IN hoc primo huius ſecundi libri metro philoſophia metrice canit quod in proſa præcedente ac ſæpius ante proſaice dixit de variabilitate, varietate & feritate fortunæ in ſuis effectibus, ſeu de fortuitis ipſis effectibus. [Hæc] fortuna [fertur]. i. mouetur & operatur [more]. i. iuxta conſuetudinem [Euripi]. i. caribdis ſeu æſtuarij ęquoris [exęſtuantis]. i. ebullientis [cum verterit vices]. i. viciſſitudines ſuoꝝ effectuum mutauerit varie operando [dextra ſuperba]. i. manu, ſeu poteſtate ſua, per modum ſuperbi ſe habendo nullum curando, nulli parcendo. [Hæc] fortuna [ſęua] infligendo aduerſa [proterit]. i. proſternit ac deſtruit [dudum]. i. ab antiquo [reges] & per conſe-





A quens etiam principes inferiores. Ipſa quoq; fortuna [fallax] in ſuis effectibus, & per modum fallentis ſe habens [ſubleuat humilem vultum victi]. i. hominem per aduerſa humiliatum exaltat, & conſolatur per proſpera. [Illa] fortuna [non audit aut curat fletus miſeros]. i. lachrymas miſerorum & afflictorum, quos in aduerſis relinquit non liberat, & ipſa [dura] diſfortunatis [ridet] id eſt, deridet [gemitus quos fecit] id eſt, ſuſpiria & lamenta quæ induxit deſolatis, ad quos per modũ deridentis ſe habet, eos non ſubleuando [illa] fortuna [ludit ſic]. i. tam diuerſimode viſitat & inſtar ludentis ſe habet quaſi gloriando in iſtis [& probat]. i. exercet ac monſtrat [ſic ſuas vires] & mõſtrat [ſuis]. i. ſibi ſubiectis [oſtentum magnum]. i. grande prodigium ſeu mirum effectum, [ſi quis viſatur]. i. ſi aliquis videatur frequenter [ſtratus]. i. proſtratus ac miſer [vna hora et felix]. i. proſper eufortunatus [eadẽ hora]. i. alia parte eiuſdẽ horę, aut hora mox ſubſequente. Porro qualiter iſta cõueniant fortunæ ratione ſuoꝝ effectuum, & quia per tales modos ac mores ſe habet, ſeu iuxta modum loquendi vulgariũ, dictum eſt ſępe. Homo quoq; per intellectũ practicum varijs modis agendo meretur ſibi infligi euentus & caſus huiuſmodi. Verum in ſcripturis diuinis omnia iſta aſcribuntur prouidentiæ, iuſtitiæ & omnipotentiæ dei, qui iſta infligit hoĩbus ad eorũ purgationem, probationem, exercitationem, profectum: ſicq; ait ſcriptura primo Regum: Dominus pauperem facit & ditat, humiliat & ſubleuat. 1. Reg. 2

B Suſcitat de puluere egenum, vt ſedeat cum principibus, & ſoliũ gloriæ teneat. Hinc in Eccleſiaſte habetur: Vidi calũnias quæ ſub cœlo geruntur, lachrymas innocentium, & conſolatorem neminem, nec poſſe reſiſtere eorum violentiæ, cunctorum auxilio deſtitutos. Eccẽs. 4 Itemq;: De carcere & de catenis interdum quis egreditur ad regnum, & alius natus in regno inopia conſumitur. Ibidem. In libro Iob quoque de deo aſſeritur: Qui dicit regi, Apoſtata, & vocat duces impios. Iob. 34 Et multa conſimilia in libro Iob leguntur, videlicet: Deus diſſoluit balteum regum, & præcingit fune renes eorum. Iob. 12 Ducit ſacerdotes inglorios & optimates ſupplantat. Vbi & ſanctus Iob ait de deo: Si flagellat, occidat ſemel, & non de pœnis innocentium rideat. Iob. 9 Itẽq;: Sto & non reſpicis me, clamo ad te & non exaudis me. Iob. 3 Quæ verba intelligenda ſunt ſapienter ac pie, ſicut & conſimilia verba quæ ex prædominante proferuntur affectu.

## PROSA II.

VEllem autẽ pauca tecũ fortunæ ipſius uerbis agitare. Tu igit̃ an ius poſtulet animaduerte, q̃d tu o homo reũ me q̃tidianis agis q̃relis? Quã tibi fecimus iniuriã? Quæ tibi tua detraximus bona? Quouis iudice de opũ, dignitatũq; mecũ poſſeſſione cõten C de. Et ſi cuiusq̃ mortaliũ propriũ quid hoꝝ eſſe mõſtraueris, ego iam tua fuiſſe quæ repetis ſponte cõcedam. Cũ te de matris utero natura produxit, nudũ rebus omnibus, inopẽq; ſuſcepi, meis opibus foui: & q̃d te nũc impatientem noſtri facit, fauore prona indulgẽtius educaui, oĩmq; quæ mei ſunt iuris afſluẽtia & ſplendore circũdedi. Nunc mihi retrahere manũ libet, habe gratias uelut uſus alienis. Nõ habes ius querelę tanq̃ tua perdideris prorſus. Quid ergo ingemiſcis, nulla tibi a nobis illata eſt uiolentia? Opes, honores, cæteraq; taliũ mei ſunt iuris. Dominã famulæ cognoſcunt, mecum ueniunt, me abeunte diſcedunt. Audacter affirmẽ, ſi tua forent quæ amiſſa cõquereris, nullo modo perdidiſſes. An ego ſola meũ ius exercere prohibeor, licet cœlo proferre lucidos dies, eoſdemq; tenebroſis noctibus condere. Licet anno terræ uultũ nunc floribus, frugibuſq; redimere. Nunc nymbis, frigoribuſq; cõfundere. Ius eſt mari, nũc ſtrato ęquore blãdiri, nunc procellis ac fluctibus inhorreſcere. Nos ad cõſtantiam noſtris moribus alienã inexpleta hoĩm cupiditas alligabit? Hæc noſtra uis eſt, hunc cõtinuum ludũ ludimus. Rotã uolubili orbe uerſamus, infima ſummis, ſumma infimis mu-



UNIVERSIT

D tare gaudemus. Aſcẽde ſi placet, ſed ea lege ne uti cum ludicri mei ratio poſcit, deſcẽdere iniuriã putes. An tu mores ignorabas meos? Neſciebas Crœſum regem Lidorũ Cyro pauloante formidabilem, mox deinde miſerandum rogi flãmis traditum miſſo cœlitus imbre defenſum? Num te præterit Paulũ Perſi regis a ſe capti calamitatibus pias impendiſſe lachrymas? Quid tragœdiarum clamor aliud deflet, niſi indiſcreto ictu fortunam felicia regna vertentem, οὐ μεγάκιον ὥς ἔτι Δύο πίθως, τὸν μὲν ἕνα κακῶν, δὸν ἣ ἕτρον ἀγαθῶν in Iouis limine iacere didiciſti? Quid ſi uberius de bonorũ parte ſumpſiſti? Quid ſi a te non tota deceſſi? Quid ſi hæc ipſa mei mutabilitas iuſta tibi cauſa eſt ſperandi meliora? Tamen ne animo contabeſcas. Et intra commune omnibus regnum locatus proprio iure uiuere deſideres.

Nonne adoleſcentulus duo dolia, vnũ quidẽ malorũ, aliud aũt bonorum.

## Expoſitio proſæ huius ſecundæ. ARTIC. V.

HAc proſa philoſophia ſub perſona fortunæ affatur Boethium, diſputans contra eum, quemadmodum in proſa præcedẽti in propria perſona loquens hoc egit, dicuntq; aliqui hic eſſe προσωποποιΐαν, id eſt, figuram quandam locutionis qua fingitur noua perſona loquens etiam res inanimata rationeq; carens. E Sed cum iuxta inducta fortuna realiter ſit practicus intellectus, nõ videtur hoc vere prolatum, niſi dicatur fortuna hic accipi pro effectu fortuito, quod dici non poſſe patebit. Ait ergo philoſophia, [vellem tecum] o Boethi [agitare]. i. diſputare & conferre [verbis ipſius fortunæ]. i. loquendo in fortunæ perſona. [Tu igitur an ius poſtulet, animaduerte]. i. cõſidera, an ius. i. iuſta ratio poſtulet. i. exigat hoc fieri? Vel an fortuna poſtulet ius, id eſt, rem, rationem, cauſamve iuſtam aduerſum te. Et ſubditur in perſona fortunæ. Quod, id eſt, ad quid ſeu cur, [tu o homo agis]. i. moues & excitas [me querelis quotidianis,] imponendo mihi quod iniurioſe atq; fallaciter egerim tecum priuando te bonis tuis? [Quam tibi fecimus iniuriam?] Quaſi dicat, nullam. [Quę tibi tua detraximus bona?]. i. quid abſtulimus quod proprie ſpectet ad te? Nil vtique, quia (vt patuit ſæpe) bona exteriora non ſunt propria, nec principalia hominis bona, nec aliquid quod homini prorſus inuito poteſt auferri, [quouis iudice de opum, dignitatumq; mecum poſſeſſione contende,] id eſt, in foro iudicij litiga mecum, id eſt, contra me, vel ad informationem meam, [quouis iudice,] id eſt, coram quocunq; iudice legitimo tu cupis [de poſſeſſione opum,] id eſt, diuitiarum, [& dignitatum]. i. officiorum, probando, quod tibi debeantur vt propria. Quaſi dicat fortuna: Non vereor tuam accuſationem, quoniam non ſum mihi conſcia mali, quod mihi imponis: per quod patet iuſtitia mea, quia (vt Seneca loquitur) fatetur facinus qui fugit iudicium. Vnde in libro Sapientiæ ſcriptum eſt: Semper præſumit ſæua perturbata conſcientia. Nam cum ſit timida nequitia, dat teſtimonium condemnata. [Et ſi monſtraueris,] id eſt, efficaciter probaueris, [quod horum]. i. aliquid rerum exteriorum fortunæ ſubiectarum [eſſe proprium cuiuſq; mortalium]. i. alicui homini mortali ita, quod cõueniat, debeaturq; ei, inquantum eſt creatura rationalis, quia in hoc vniuerſi homines ſunt æquales, [ego iam tua fuiſſe quæ repetis ſponte cõcedam]. i. voluntarie fatebor tua propria eſſe diuitias & honores atq; delicias, quæ tibi iniuſte eſſe ablata conquereris, & quantum ad ſenſitiuum appetitum recuperare conaris. Quod autem ſic tua non ſint probo: [Cum te de matris vtero natura produxit,] id eſt, dum vis generatiua parentum ex vtero te procreauit. Natura enim eſt vis inſita rebus ex ſimilibus ſimilia procreans, generare autem, nutrire & augere, ſunt actus potentiæ vegetatiuæ, & in generatione pater ſe habet actiue, mater paſſiue. Natura quoq; poteſt intelligi ſumma & prima natura naturans, quę deus eſt. Item natura cœleſtis, puta vis cœleſtibus corporibus inſita, ad inferiorem generationem concurrens, cum & philoſophus dicat: Homo generat hominem & ſol, [nudum rebus omnibus inopemq; ſuſcepi]. i. accepi te prodeuntem ex anguſtijs vteri, in lucem ſeculi huius, nec veſtitum, nec coopertum, neq; ornatum forinſecus [ac inopem] id eſt, omnibus indigentem, non valentem teipſum iuuare in aliquo. Vnde ſanctus Iob faſſus eſt: Nudus egreſſus ſum ex vtero matris meæ. Atq; Apoſtolus: Nihil, inqt, intulimus in

Seneca.

Sapient. 17

Natura.

Philoſo.

Iob. 1

1. Timo. 6





A hunc mundum, haud dubium, quia nec auferre quid poſſumus. Deniq; de hac humanæ generationis miſeria ſcriptum eſt plenius in libro Sapientiæ: Sum quidem & ego mortalis homo, & in ventre matris figuratus ſum caro, & natus decidi in terram & primam vocem emiſi ſimilem omnibus plorans, in inuolumentis & curis magnis nutritus ſum. Te [meis opibus foui]. i. temporalibus, terrenis diuitijs atq; corporeis alimonijs, inſtabilitati atq; mutationibus fortunæ ſubiectis te enutriui. In omnibus his fortuna accipitur multum extenſe timo improprie pro mutabilibus rebus, circa quas verſatur fortuna. Nam & infantulorum nutritio, ſicut & eorum generatio à propoſito eſt parentum communiter, non à fortuna proprie ſumpta, vt eſt cauſa per accidens extra frequenter & ſemper, & ita educatio & generatio illa non ſunt actus fortuiti: multoque verius ac aptius exponuntur hæc de prouidentia dei omnia gubernante. Vnde & totus iſte modus loquendi improprius eſt, pręſertim cum neque ſecundum theologos, neque ſecundum meliores philoſophos fortuna ſit rectrix rerum humanarum, & inferiorum, neque collatrix, neque ablatrix diuitiarum: quæ & communiter ab hominibus ſunt intentæ, & ex propoſito acquiruntur, poſſidentur, conſeruantur & expenduntur, ſed prouidentia ſuperglorioſiſſimi dei, & ſecundarum ordo cauſarum, iuxta inſtitutionem ſuperſapientiſſimæ ac prouidentiſſimæ primæ cauſæ. Effectus autem fortuiti, præter intentionem ac raro contingũt.

B [Et quid te nunc noſtri impatientem facit?] id eſt, quid modo te efficit impatientem aduerſus nos, ſeu de noſtris effectibus? Quaſi dicat: Non habes ad hoc rationalem cauſam, [fauore prona] id eſt, ex pio fauore [prona] ad benefaciendum [educaui indulgentius] id eſt, multum indulgenter ac large, [omniumq; quæ mei ſunt iuris] id eſt, omnium temporalium & fortunalium rerum, [affluentia & ſplendore] id eſt, abundantia, & honore, [circumdedi] te, id eſt, vndique te ornaui, in quibus æſtimor ius habere, quamuis proprie loquendo, non habeam [nunc mihi retrahere manum libet] id eſt, placet mihi iam priſtina beneficia tibi auferre [habes gratiam] id eſt, gratioſe tecum egi, & gratuita à me beneficia ſuſcepiſti [veluti vſus alienis] id eſt, tanquam qui iamdiu vtens fuiſti exterioribus bonis, quæ extra te ſunt, nec propria tibi, vt dictum eſt ſæpe. [Non habes ius] id eſt, iuſtam cauſam [querelæ tanquam prorſus tua perdideris,] cum non fuerint propria tua. Quid igitur ingemiſcis? ] id eſt, ex mœrore ſuſpiras? [Non tibi à nobis eſt illata violentia, opes, honores, cæterarũq; talium mei ſunt iuris] quantum ad hoc quod interdum proueniunt ac contingunt præter intentionem recipientis [Dominam cognoſcunt] id eſt res iſtæ mihi ſunt ſubditæ, & per modum recognoſcentis ſe habent ad me [mecum veniunt] dum per proſpera accedo [me abeunte] per aduerſa [diſcedũt. Audacter affirmem] id eſt, fiducialiter dixerim [ſi tua forent] exteriora tanquam propria & connaturalia tibi,

C [quæ amiſſa]. i. tibi ablata [conquereris, nullo modo perdidiſſes] ea. Proprium enim non ſeparatur à ſuo ſubiecto: & quod connaturale eſt enti, non remouetur ab eo quamdiu in ſuo permanet eſſe. [An ego ſola meum ius exercere prohibeor?] Quaſi dicat fortuna: Licitum eſt mihi qd cõnaturale eſt mihi, videlicet varijs modis operari in rebus. Et hoc cõſequenter probat per conſimilia quædam [licet cœlo]. i. orbi cœleſti, in quo ſol mouetur [proferre] per influẽtiam luminis ſolis. i. producere [lucidos dies, eoſdemq; tenebroſis noctibus condere]. i. abſcondere, dum ſol occumbit. Quod fit, non aliquid influendo, quoniam tenebræ non ſunt eius poſitiuum, ſed lucem prius diffuſam non conſeruando, quoniam lux diffuſa dependet à luminari ineſſe & conſeruari. Subditur quoq; ad idem ſimilitudo ſecunda. [Licet anno terræ vultum nunc floribus frugibusq; redimere]. i. anno cõuenit in ipſo vere & æſtate ſuperficiem terræ floſculis atq; ſegetibus decorare: non quod annus aut tẽpus hæc agant, ſed ſol accedens in zodiaco cauſat hęc ſuo motu, lumine & influxu, tps autẽ potius cauſat defectũ, iuxta illud verbum cõmune: Oĩa quæ ſunt in tempore, tẽpore labaſcunt & tabeſcunt. Propter qd, Quando, prout eſt prædicamentũ, dicitur infectio quędam relicta in re temporali ex adiacentia temporis ſecũdum Gilbertum [Nunc] puta in hyeme [nimbis]. i. imbribus [frigoribusq; confundere]. i. conturbare. Tertia ſimilitudo eſt [ius]. i. naturalis virtus, ſeu proprietas [eſt mari nunc ſtrato ęquore blandiri]. i. interdũ tranquillum ſe exhibere [æquore ſtrato]. i. ipſa aqua marina quieſcente per planũ [nunc]. i. alijs vicibus [procellis ac fluctibus inhorreſcere]. i. terribiliter apparere. Quod qualiter accidat, dictũ eſt ſuper primũ [Nos ad conſtantiã noſtris moribus alienã inexpleta hoĩm cupiditas alligabit?] hoc interrogatiue & negatiue legendũ eſt, quaſi concluſio

Quando.
Gilbertus

ex præhabitis ſequens, quaſi dicat fortuna. [Inexpleta,] id eſt, inſatiabilis [cupiditas ho- D
minum] non vtiq; [alligabit.] id eſt, non reprimet nec conſtringet nos [ad conſtantiam,]
id eſt, vniformem proceſſum ſtabilemq; euentũ [alienam moribus noſtris,] id eſt, noſtris
proprietatibus ac modis agendi extraneam, inconſuetam, contrariam. Nempe vt ait Da-
Iohan. Da. maſcenus: Nihil expers eſt naturali & propria actione, & modus agẽdi ſequitur modum
eſſendi. Ideo cum de ratione fortunæ ſit præter intentionem inopinate multipliciter ſe ha
bere, ac fortunatos reſpicere, ſeu cauſam per accidens eſſe, conſtat ꝙ fortunę contrarium
ſit ſemper eodem modo operari ac viſitare mortales, nec cupiditas optãtium iugiter pro-
ſperari ac ditari poteſt ad hoc fortunam arctare, quia nec aliquid aſſueſcit ad id quod eſt
ſuæ ſpecificæ rationi directe ac immediate contrariũ. [Hæc] inconſtantia [eſt noſtra vis]
id eſt, poteſtas qua nunc per proſpera, nunc per aduerſa viſitamus expoſitos noſtris euen
tibus [hunc continuum ludum ludimus,] id eſt, tali difformitate gaudemus. [Rotam vo-
lubili orbe verſamus,] id eſt, varietatem iſtam euentuum inſtar rotæ frequenter muta-
mus, & regyramus circulo circumeunte, prout præcedenti proſa expoſitũ eſt [infima ſum
mis, ſumma infimis mutare gaudemus,] id eſt, delectabile nobis eſt quoſdam ab eminen
te proſperitate ad vehementem aduerſitatem deiicere, & econtra. Vnicuiq; enim iucun-
dum eſt naturalem ac propriam operationem exercere. [Aſcende ſi placet] hanc rotam,
id eſt, variabilitatem, primo proſperitatem apprehendendo, quæ eſt quaſi aſcẽſus & emi E
nentior pars rotæ fortunę [ſed ea lege,] id eſt, hac conditione & pacto iſto [ne vti,] id eſt,
vt non [poſtquã ludicri mei ratio poſcet,] id eſt, ius & proſperitas ludi mei requiret [de-
ſcendere,] id eſt, aduerſitatibus ſubiacere [iniuriam putes] ſed conſuetum curſum fortu-
næ. Amplius fortuna adhuc non ceſſat informare Boethiũ [An tu mores ignorabas me-
os?] Quaſi dicat, Noueras vtiq; ꝙ varii ſunt euentus mei. [Neſciebas Crœſum] illum [re
gem Lydorum Cyro paulo ante formidabilẽ mox deinde,] id eſt, ab ipſo Cyro rege Per-
ſarum [miſerandum, rogi flammis traditum] quia cum Cyrus præualuiſſet & Crœſum
[regem Lydoꝝ,] id eſt, hominum in regno Lydiæ commorãtium captiuaſſet. (Vnde per
Iſaiæ. 66. Iſaiam dominus ait: Mittam ex eis qui ſaluati fuerint in Africam & Lydiam) fecit eum
arbori alligari, circumpoſitis vndiq; lignis accenſis vt combureretur: ſicq; tradidit eum
[flammis rogi,] id eſt, ignis [miſſo cœlitus imbre defenſum] quia dum Cyrus rex receſſiſ-
ſet, copioſa pluuia de cœlo deſcendens ignem illum extinxit, & ſic Crœſus euaſit In quo
Iſaiæ. 45. facto apparuit fortunæ mutatio. Iſte eſt Cyrus de quo in Iſaia conſcriptum eſt: Hæc dicit
dominus Chriſto meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt ſubiiciam ei gentes. Qui Cy-
1. Eſdræ. 1. rus loquitur in Eſdra libro primo: Omnia regna terræ dedit mihi deus cœli. Porro Crœ-
ſus iſte fuit rex in orientalibus regnis, & fortiter reſtitit Cyro. Propter quod captum Crœ
ſum Cyrus comburere voluit, ſed prætacto modo euaſit, nihilominus (vt narratur) poſt- F
modum ab aduerſario quodã victus fuit ſuſpenſus: & ita fuit mutationi fortunali euidẽ
ter ſubiectus, ſicut & ipſe Cyrus. Qui cum vndiq; triumphaſſet, à regina Amazoniæ ca-
ptus, capite eſt truncatus, cuius caput ipſa proiici fecit in vas cruore repletũ, dicẽs: Sangui
nem ſemp ſitiſti, iam vſq; ad ſatietatẽ ſanguinẽ bibe [Num te pterit]. i. an memoriam tu
am elapſum eſt [Paulum Perſi regis à ſe capti calamitatibus pias impendiſſe lachrymas]
.i. ipſum Paulum ſenatorẽ ſeu conſulem Romanoꝝ [impendiſſe lachrymas pias calami-
tatibus Perſi regis à ſe capti] Hic etem̃ Paulus cum cœpiſſet regem Perſum. i. regẽ quen-
dam Perſaꝝ, vel regem noĩe Perſum ditiſſimum, & eum vidiſſet ſibi ſubſtratum, condo-
luit eius miſeriis, & perpẽdens in illo fortunæ fallaciã, ac ſibiipſi poſſe ſimilia euenire, ex
cõpaſſione flens ipſum dimiſit. ¶ Conſequenter probat inſtabilitatem & variationẽ for-
tunæ per carmina poetaꝝ [Quid tragœdiaꝝ clamor]. i. decãtatio ſeu vociferatio carmi-
nũ poeticoꝝ, q̃ appellãtur tragœdia [aliud deflet, niſi indiſcreto ictu fortunã felicia regna
verſantẽ]. i. niſi ꝙ fortuna verſat. i. frequenter vertit [felicia regna]. i. regna proſperitate
gaudentia in aduerſitatem & deiectionẽ [ictu indiſcreto]. i. percuſſione & plaga improui-
ſa, vel certe improuida, inquãtum interdum regna meliora à peioribus deuaſtantur. Eſt
Tracœdia. autẽ tragœdia ſcriptura carminum poetaꝝ, à proſperitate incipiens, & in aduerſitatibus
terminans. Et dicitur ἀπὸ τοῦ τράγου, hoc eſt, ab hirco, καὶ τῆς ᾠδῆς, id eſt, cantu, qm̃ talium
carminum modulatores remunerari ſolebant hirco, q̊d eſt animal fœtidum, eo ꝙ carmi-
na in aduerſitatum fœtore terminabantur. Deinde idem declarat per figurationem poe-
ticam [Nonne adoleſcentulus δύο τοὺς πίθους, τὸν μὲν ἕνα κακῶν, τὸν δ᾽ ἕτερον καλῶν, in Iouis
limine



A limine iacere didiciſti?]. i. in adoleſcentia tua vtiq; didiciſti ex dictis Homeri poetę, ꝙ in οὐ μεγάκις
limine domus Iouis iaceãt duo dolia vini, vnum dolium vini boni, aliud vini mali, intelli ομ ὥς ἔτι
gendo per domũ Iouis, Iouis habitationẽ terreſtrem, ſeu mundũ inferiorem ſeu ſubluna- δύο πίθους
rem, cuius limẽ eſt ingreſſus ad vitã hanc, & p duo dolia vini deſignatur deguſtatio & ex τὸν μὲν ἕνα
perientia proſperitatũ & aduerſitatum. Do quibus duobus doliis vniuerſæ terrigenæ ali- κακῶν, τὸν
quid ſumunt, nunc læta, nunc proſpera, nunc aduerſa & triſtia ſentiendo, ſecundum ma- δ᾽ ἕτερον
ius & minus: qm̃ vnus plus alius minus de vtroq; deguſtat. Poſtremo breuibus rõnibus ἀγαθῶν
probat Boethiũ non debere propter diſſortunia ſua immoderate triſtari [Quod ſi huberi-
us de bonoꝝ parte ſumpſiſti]. i. quid dicis aut ſentis, vel reſpõdes ò Boethi, ſi pro qa [ſum
pſiſti plus]. i. abundãtius [de parte bonoꝝ]. i. de pertinentibus ad proſperitatẽ? Pluribus
nanq; annis abũdaſti in diuitiis, honoribus, fama, familia, fœcunditate prolis, atq; ſolatio
bonæ ac chariſſimæ cõiugis, amicoꝝ & propinquoꝝ, & corporis ſanitate. Non ergo con
queri debes, ſi iam aliqd de parte ſentis maloꝝ. i. aduerſitatũ [Quid] reſpõdes [ſi] pro qa
[à te nõ diſceſſi tota?]. i. totaliter, auferẽdo tibi oĩa ad eufortuniũ pertinẽtia? Adhuc em̃
remanẽt tibi filii & amici, vxor & ſanitas integra, ratio, prũdẽtia, ſciẽtia, virtus: ergo non
debes abſorberi triſtitia. [Quid] dicis & cõſequens eſſe putas [ſi hæc ipſa mei mutabilitas
iuſta tibi cauſa eſt ſperãdi meliora?]. i. proſperiora, cum dictũ ſit ſæpe fortunã nõ diu eo-
B dem vultu reſpicere aliquẽ, & in rota fortunę vnũ aſcẽdere, aliumq; deſcendere, atq; poſt
tempeſtatẽ ſequi frequẽter trãquillitatem [Tñ ne aĩo cõtabeſcas]. i. hoc hortor, hoc opto
id deprecor ne mẽte deiiciaris, aut mœſtitia cõſumaris [&] ne [intra cõe oĩbus regnũ loca
tus]. i. hoc hortor ne tu [locatus]. i. poſitus, degẽs ac peregrinãs in hoc ſeculo inferiori in-
ſtabili, q̊d eſt cõis mortaliũ mãſio, ad q̊d prouidẽtia dei ptingit et regnat in eo [ꝓprio vi-
uere iure deſideres] .i. cupias ad libitũ ſolis proſperis gloriari, & à cõi lege ſecludi, ita ꝙ
[proprio iure]. i. priuilegio tibi proprio viuas, cũ iam dictũ ſit ꝙ vniuerſi mortales in ter
ra hac nũc lætis & proſperis, nunc aduerſis & triſtibus afficiantur: & præſumptuoſum eſ-
ſet præ om̃ibus velle priuilegiari. Nempe cum homo ſit quid mixtum, & de multis cõpo
ſitum, neceſſe eſt ſibi aduerſa accidere, ac variis paſſionibus animæ ac neceſſitatibus cor-
poris immutari, quia vt VII. dicitur Ethicorum: Quo natura eſt ſimplicior, eo & actio ma Pphiloſo.
gis ſimplex cõſiſtit. Et econuerſo, quo compoſitior eſt natura, eo in operationibus ſuis eſt
magis diuerſa, variabilis, multiformis.

## De ſpirituali intelligentia huius proſæ II. ARTIC. VI.

C VEllem aũt pauca. Cum iuxta præhabita effectus fortuiti ex fonte diuinæ pro
uidẽtiæ proficiſcãtur, per fortunã hoc loco nõ literaliter, ſed anagogicè æter
na & increata dei prouidẽtia poteſt intelligi. Hæc ergo homini de diſſortuni-
is & diſpoſitionibus dei circa ſe cõquerenti, & propter aduerſa aduerſus dei iu
dicia murmurãti, ſic ait: Quid tu homo ream me q̃tidianis agis, & impugnas
querelis? Tales quippe ſunt perfidi quidã, quẽadmodũ olim in veteri teſtamẽto. De qui-
bus p Malachiã loqtur dñs: Inualuerũt ſup me verba veſtra, & dixiſtis: Vanus eſt qui ſer Malach. 3.
uit dño, & q̊d emolumẽtũ, qa cuſtodiuimus ꝑcepta eius? Sunt qppe nõnulli, q dum cer-
nunt impios proſperari, & iuſtos aduerſitatibus premi ſcandalizãtur, arbitrãtes quaſi in-
utile eſſe deo ſeruire: & vel dubitãt de prouidẽtia dei, vt eã eſſe nõ credãt, aut certe, q̊d peſ-
ſimũ eſt, iuſtã & ſapientẽ eſſe non opinãtur, quaſi in hac vita ſit retributio vltima, & tanq̃
tpalis proſperitas ſit iuſtitiæ merces. Tales in proſperis gratias agũt, in aduerſis aũt defici
unt. Vñ de taliũ vnoquoq; dicitur deo in pſalmo: Cõfitebitur tibi cũ benefeceris ei. Talẽ Pſalm. 48.
fuiſſe beatũ Iob ſathan ſuſpicãs dixit dño: Nunqd fruſtra timet Iob deũ? Nõne tu valla- Iob. 1.
ſti eum, & domũ eius, vniuerſamq; ſubſtntiã per circuitũ? ſed extẽde paululũ manũ tuã
& tãge cuncta q̃ poſſidet, niſi in faciẽ benedtcat tibi. Deniq; tales ſunt hoĩes excæcati & in
durati in vitiis, q nec æquanimiter ferunt ſi increpẽtur & informẽtur, in qbus aut parua,
aut pene nulla videtur cõſiſtere fides. De qbus ſcriptũ eſt in Iſaia: Dicũt aſpiciẽtibus, Noli
te aſpicere nobis ea q̃ recta ſunt. Loquimini nobis placẽtia, videte nobis errores. De tali- Iſaiæ. 30.
bus in fide prouidẽtiæ dei nutãtibus rurſus loqtur deus p Iſaiã: Quaſi lutũ cõtra figulum Iſaiæ. 29.
cogitet, & dicat opus factori ſuo, Nõ feciſti me, & figmentũ dicat factori ſuo, Non intelli-
gis: ſic oẽs quoꝝ ſunt in tenebris opa, & dicũt: Quis videt nos, & qs nouit nos? Quã tibi fe
cimus iniuriã? Hoc oĩpotens deus dicit his q murmurãt cõquerentes eo ꝙ deus nõ dede-
 rit

rit eis tot tantaq́; bona naturæ aut gratiæ ſeu fortunæ,vt alijs multis. Imo & quidam ini D
quitates ſuas retorquent in deum, eo quòd ipſos relinquat, aut per gratiam non præueni-
at ſeu præſeruet,quaſi ex parte dei defectus ſit,& non magis ex parte ipſorum. De quibus
Pſalm. 20. ait Pſalmiſta:Quoniam declinauerunt in te mala, cogitauerunt conſilia quæ non potue-
runt ſtabilire. Et quamuis ab exordio mundi creator altiſſimus eminentiora dona natu-
ræ atque chariſmata gratiæ præſtitit vni creaturæ,quàm alteri,nulli tamen fecit iniuriã,
quoniam nulli extitit obligatus. Et prima illa donatio, non fuit ſecundum recipientium
merita,ſed ſecundum beneplacitum dantis, ex ſola bonitate & liberalitate ipſius,velut ſi
diues det vni pauperi plus quàm alteri, non obligatus eorum alicui, per talem inæqualẽ
Matth. 20 donationem,nulli eorum iniuriatur. Hinc in euangelio loquitur: Volo huic dare ſicut & ti
bi. An nõ licet mihi,quod volo facere? An oculus tuus nequam eſt,quia ego bonus ſum?
Origenes. Circa hoc vnus magnorum in libris Periachon & Stromatum inuenitur nõ mediocriter
deuiaſſe. Hinc ſubditur: Quæ tua tibi detraximus bona? Cõſtat certiſſime, q̃d iuſtus & ſu
perditiſſimus deus nulli negat aut tollit quod illi debetur. Imo vnicuique vltra debitum
elargitur,ſed & ſupra condignum remunerat,& infra condignum punit. Propter quod
Iacob. 1. ſcriptum eſt: Deus dat omnibus affluenter,& non improperat. Nihilominus ingratis ac
recidiuantibus collata gratiæ dona iuſtiſſime aufert, quæ tamen pœnitentibus miſericor
diſſime reddidit. Iuxta prætactum loquendi modum etiam per Michæam loquitur de- E
Michæ. 6. us: Popule meus, quid feci tibi,aut quid moleſtus fui? reſponde mihi. Quo vis iudice me
cum contende. Ecce quàm infinita eſt dei dignatio. Certe ſanctus Iob virtutes ſuas deſcri
Iob. 31. bens,inter cætera proteſtatur: Si contempſi iudicium ſubire cum ſeruo meo. Et en domi-
nus maieſtatis, deus excellentiæ infinitæ dignatur ſe cum homine in iudicio cuiuſcunque
Ezech. 20. iudicis recti exponere. Vnde per Ezechielem filijs Iſrael dixit: Ducam vos in deſertum po
pulorum,& iudicabor vobiſcũ ibi facie ad faciem. Ad quẽ locutus eſt Dauid: Tibi ſoli pec
Pſalm. 50. caui,vt iuſtificeris in ſermonibus tuis,& vincas cum iudicaris. Nempe cũ deus coram in-
telligẽtibus pandit,q̃ & quãta bona fecerit nobis: q̃ etiam quãtaq́; mala retribuerimus ei,
iudicatur à ſapiẽtibus vere bonus ac iuſtus: nos vero praui,ingrati ac peſſimi. Ideo in Mi-
Michæ. 6. chæa habetur: Iudiciũ dñi cũ populo ſuo,& cũ Iſrael iudicabitur. Sed abſit à nobis, vt cũ
deo p̃ſumamus cõtendere iudicio. Imo nec excuſemus,ſed accuſemus, humiliemus, pro-
ſternamus nos corã ipſo,dicẽtes: Nõ intres in iudiciũ cum ſeruis tuis. Et rurſum: Nõ ſecũ-
Pſalm. 142 Pſalm. 77. dum peccata noſtra facias nobis. Cõfugiamus ad pijſſimũ ſaluatorẽ, quẽ ferre nõ poſſu-
Iob. 9. mus iudicẽ iuſtum,ſciẽtes q̃ vere in Iob dicatur: Nõ iuſtificatur homo, cõpoſitus deo, & ſi
voluerit cũ eo cõtendere,nõ poterit reſpondere vnũ pro mille. Qui demum p̃ſumpſerit ſe
Ieremiæ. 2. ipſum inaniter excuſare,aduertat ac vereatur qd dñs cõminatur per Ieremiã: Ecce ego iu
dicio cõtendã tecum,eo q̄ dixeris, Nõ peccaui. Et ſi cuiuſq̃ mortaliũ propriũ qd hoꝝ mõ F
ſtraueris,ego tua fuiſſe q̃ repetis ſpõte concedã. Vniuerſi hoĩes natura æquales ſunt & ſo-
lis accidẽtalibus directe differre dicũtur. Hinc diuitiæ & honores aduẽtitia bona ſunt,nõ
propria hoĩs bona. Imo nec principalia hoĩs bona cõſiſtunt,q̃ inuito queunt auferri. De ta
lium ergo amiſſione nõ eſt inordinate dolẽdum,præſertim cum pluribus obſint q̃ proſint
ad ſalutẽ: ſed incõparabiliter plus de dei offenſa,de p̄ditione charitatis ac gratię ſuperna-
turalium chariſmatũ ſpiritus ſcti,& hunc dolorẽ vera reqrit contritio. Præterea nec ipſa
naturalia q̃ habemus,nec corpus,nec aĩa noſtra ſic noſtra ſunt,quaſi nõ aliunde receperi-
mus ea,dicẽte Apoſtolo: Quid habes q̃d nõ accepiſti? In q̃rumlibet ergo hoꝝ amiſſione,
Iob. 2. infirmitate,mutilatione patiẽtiã amplectamur,dicẽtes illud Iob: Dñs dedit,dñs abſtulit,
ſicut dño placuit ita factum eſt. Sit nomẽ dñi bñdictum. Cum te matris vtero natura pro
Ephe. 2. duxit,nudum rebus oĩbus inopemq́; ſuſcepi. Oẽs eñ naſcimur filij irę,priuati originali iu
ſtitia. Te meis opibus foui. In ſacramẽto nãq; baptiſmatis,veterẽ hoĩem exuẽtes innocen
Ephe. 4. tiæ veſte induimur,à pctõ originali purgamur,charitate cæteriſq́; infuſis virtutibus & ſe-
ptem donis ſpiritus ſancti ditamur & decoramur. Quibus ſpiritualiter educamur,dũ ad
diſcretionis peruenerimus annos,niſi propria neglgẽtia perdiderimus ea. Oĩm quæ mei
ſunt iuris affluentia & ſplendore circundedi te. Innumerabilibus etenim beneficijs,ſpiri-
tualibus & corporalibus,generalibus & ſpecialibus, naturalibus & ſupernaturalibus,ec
cleſiaſticis ſacramentis p̄uenit,ornauit,ſublimauitq́; nos dñs deus noſter. Et vere ac excel
Deut. 4. lenter dicere poſſumus illud Deuteronomij: Nõ eſt alia natio tam grãdis,quæ habeat de-
os apropinquantes ſibi,ſicut adeſt nobis dñs deus,& obſecrationibus noſtris. Illud quoq;
in



A in pſalmo: Non fecit taliter omni nationi. Atq; quod alibi ſcriptum eſt: Beati ſumus nos, Pſal. 147.
quoniam quæ deo placita ſunt manifeſtata ſunt nobis. Nunc mihi manum retrahere li- Baruc. 4.
bet,id eſt,per aduerſa vos exercere,patientiam veſtram probare, gratiã conſolationis ſuſ
pendere,tentationibus inimicorum exponere,vt propriam fragilitatem & defectuoſitatẽ
per experientiam cognoſcentes,diſcatis in ſolo deo confidere,eum iugiter inuocare,voſ-
ipſos ſemper deſpicere. Hinc in Deuteronomio Moſes loquitur: Recordaberis cuncti iti- Deut. 4.
neris,per quod adduxit te dñs deus tuus,vt affligeret atq; tẽtaret,& nota fierent quæ ver
ſabantur in corde tuo, vtrum cuſtodires mandata illius,an non. Non habes ius querelæ,
tanquam prorſus tua perdideris. Omnino ſic eſt,cũ & merita noſtra ſint dei dona. Opes,
honores,cæteraq́; talia mei ſunt iuris. Non ſolum opes temporales,verumetiam ſpiritua
les,& vniuerſi honores,quẽadmodum primo Paralipomenon Dauid fatetur: Tua eſt do- 1. Para. 29.
mine magnificentia & poteſtas & gloria atq; victoria, tuæ diuitiæ, tua ſunt omnia: & q̃
de manu tua accepimus,offerimus tibi. Hinc in Prouerbijs ait ſcriptura: Longitudo die- Prouer. 3.
rum in dextera eius, & in ſiniſtra eius diuitiæ & gloria. Dominam famulæ cognoſcunt.
Domina & regina omnium rerum & cauſarum, eſt prouidentia ſuperbeatiſſimi dei, cu-
ius ancillæ & inſtrumenta ſunt omnes cauſæ ſecundæ creatæ ſubſeruientes cauſæ primæ
& ſummæ prouidentiæ eius,ac ea ſequentes,cum eã accedentes,& cum ea recedentes, ſi-
B ne cuius conſeruatione nil penitus agere, nec ad momentum valent ſubſiſtere. Veruntã-
men proprie dicitur deus venire ad eos,quibus charitatem & gratiam gratum facientem
infundit,auget & perficit: & ab illis recedere,quibus eas aufert iuſte. Cumq́; incerti ſimus
an in charitate & gratia ſimus,recte apud Iob aſſeritur: Si venerit ad me,nõ videbo eum, Iob. 9.
& ſi receſſerit à me, non intelligam. An ego ſola meum ius exercere prohibebor? Ius dei Ius dei.
omnipotentis eſt omnia liberrime operari, non neceſſitate aliqua naturali, vt putabant
quidam philoſophi. Vnde ad Epheſios teſtatur Apoſtolus: Deus operatur omnia ſecun- Ephe. 1.
dum conſilium voluntatis ſuæ. Nempe cum ipſe ſit cauſa ſimpliciter prima, ipſe indepen
denter eſt agens,& eius ſapientia ac voluntas eſt prima rerum menſura & regula. Cauſa,
inquam,menſura & regula omnis iuſtitiæ ac virtutis, omnis ſanctitatis, veritatis, ſapien-
tiæ,rectitudinis,ordinis ac decoris,cui proprium eſt cũcta ad libitum agere,& eo ipſo quo
aliquid ſibi placet bonum eſt,quo diſplicet malum eſt. Ideo in libro ſapiẽtiæ dicitur deo:
Virtus tua iuſtitiæ initium eſt. Porro nulli cæterorum agere licet,niſi ſecundum menſurã Sapien. 12.
& legem ſibi à deo præfixam. Hæc noſtra vis eſt,id eſt,iſta eſt noſtra omnipotentia, nul-
li ſubiecta, ad nihil arctata, ſuper omnem rerum curſum ordinemq́; conſiſtens, vniuerſa
ad nutum diſponens. Hoc Nabuchodonoſor rex expertus fatetur: Iuxta voluntatem ſu- Daniel. 4.
am facit tam in virtutibus cœli, quàm in habitatoribus terræ, & non eſt qui reſiſtat ma-
C nui eius & dicat: Quare ſic feciſti? Vnde & ipſe altiſſimus per Ieremiam effatur: Quis ſi- Ierem. 49.
milis mei,& quis ſuſtinebit me? & quis eſt iſte paſtor, qui reſiſtat vultui meo? Hunc con-
tinue ludum ludimus. Deus cuius ſapientiæ non eſt finis,tam varijs modis agit in rebus, Pſalm. 147
tam multipliciter ac multiformiter operatur in rationalibus creaturis, vt nemo concipe-
re,nullus exprimere queat. Inſuper in cordibus electorum, in animabus puris ac feruidis,
præſertim in mentibus contemplatiuis,quendam ineffabilem ac cœliformem exercet lu-
dum amoris per ſecretos acceſſus, per viſitationes gratioſas, per conſolationes internas,
per amplexus dulciſſimus deificæ charitatis. Sed & per diſpenſatiuas ſubtractiones con-
ſuetæ dulcedinis,alacritatis & iucunditatis,quatenus ipſe denuo requiratur auidius. Hinc
quippe increata ſapientia verbum patris vnigenitus D E I in Prouerbijs teſtatur: Quan Prouer. 8.
do præparabat cœlos aderam, & delectabar per ſingulos dies ludens coram eo omni
tempore, ludens in orbe terrarum, & delitiæ meæ, eſſe cum filijs hominum. Hic lu-
dus prouidentiæ D E I eſt glorioſa incomprehenſibilis & delectabilis operatio e-
ius. Vnde & in pſalmo cantatur: Sit gloria domini in ſeculum, lætabitur dominus Pſalm. 103
in operibus ſuis. Rotam volubili orbe verſamus, infima ſummis, ſumma infimis gau-
demus mutare. Inuariabilis deus in ſeipſo immobilis permanens, dat cuncta moueri,
& nunc aduerſa, nunc proſpera influit: tamque mirabilia & profunda, tam multipli-
cia & diuerſa,tam ſecreta & imperſcrutabilia ſunt iudicia & opera eius in creaturis,præ
ſertim in hominibus,vt omnem ammirationem & loquelam prorſus excedant,in tantũ
vt quibuſdam etiam famoſis viſum ſit, aliq̃s actus hoĩm nõ gubernari à deo, nec cadere
ſub prouidentia eius, ſicut de hoc S. Auguſtinus in libris de trinitate dei hinc inde tra- Auguſtin.

 ctat

Roma. 11. ctat diffuſe. Imo & vas electionis exclamat: O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ D
dei, q̃ incomprehẽſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. Hinc quidam ſancto-
rum patrum, vt in vitaſpatrum narratur, in conſideratione mirabilium operum dei deficiẽs
frequentius exorauit: Domine oſtende mihi iudicia tua. Tandem miſit dominus angelũ
ſuum ad illũ, cum quo angelo cum ſanctus vir ille triduo ambulaſſet per eremum, neſci-
ens quod angelus eſſet, vehementiſſimam habuit diſplicentiã in operibus angeli, quia omni
no iniuſta & irrationabilia videbantur. Vnde & dixit tertio die ad angelũ: Recede à me,
quoniam cuncta quæ agis peruerſa ſunt. Tunc angelus manifeſtauit ſe ſancto viro & ra-
tionem operum ſuorum expoſuit ei. Quibus auditis, vir ille glorificauit deum, & omnia eius
Apoca. 15. iudicia perhibuit eſſe rectiſſima. Hinc in Apocalypſi fertur: Magna & mirabilia ſunt ope
ra tua domine deus omnipotens, iuſtæ & veræ ſunt omnes viæ tuæ rex ſanctorum. Quis nõ
timebit te, & magnificabit nomen tuum? Deniq; in his deus gaudet mutare, & cum gau
dio mutat infima ſummis, & conuerſo, humiles exaltando, ſuperbos humiliando, nunc
vnũ regno priuando, nũc alteri dando triumphum: Iam vitioſos & peſſimos plenarie cõ
uertendo, & ad ſanctitatem eximiam perducendo: iam quoſdam multum deuotos paula
tim iuſte, & tandem totaliter relinquendo. An mores meos ignorabas? Tu qui ad dei ſer
uitutem accedis hanc eſſe conſuetudinem diuinæ prouidentiæ ſcias, quod electos ſuos multi
Pſalm. 65. pliciter ac frequenter, imo & acriter ſæpe exercet. Vnde fatentur: Tranſiuimus per ignem E
Acto. 14. & aquam. Apoſtolus quoq;: Per multas, inquit, tribulatiões oportet nos intrare in regnũ
cœlorum. Itemq;: Nõ coronatur niſi qui legitime certauerit. Idcirco adimple quod in Ec-
2. Timo. 2. Eccl. 2. cleſiaſtico ſcriptum eſt: Fili accedens ad ſeruitutem dei, ſta in timore, & præpara animam
tuam ad tentationem. Aſcende, ſi placet, rotam viciſſitudinis huius, ſed ea lege, ne deſcen
dere putes iniuriam. i. noli ſic quærere conſolationes, vt renuas pati afflictiones, quoniam ſi cõ
Roma. 8. patimur, & conregnabimus, vt docet Apoſtolus. Qui rurſus affirmat: Si ſocij paſſionum
2. Cor. 1. fuerimus, erimus & conſolationis. Verum, vt ait ſaluator, ſunt quidam qui ad tempus cre-
Lucæ. 8. dunt, & tempore tentationis recedunt. Præterea ei quod dicitur in hac proſa de duobus
Ierem. 24. dolijs vini in limine domus Iouis, ſimile eſſe videtur quod Ieremias vidiſſe ſe refert in in-
troitu templi calathos duos, in quorum vno erant ficus optimæ, in alio peſſimæ. Sed breui-
tati ſtudendum eſt. Quid ſi huberius de bonorum parte ſumpſiſti? Hoc in omni tentatione
& tribulatione conſolari nos debet & roborare, quod prudentia dei tam frequenter & copio
ſe affuit nobis, quod toties & tam diu in tot tantiſq; ſceleribus nobis pepercit, nec vnq̃ in to-
to reliquit nos. Imo indeſinenter parata eſt pœnitentibus indulgere redeuntes ad priſtinã
Hebræ. 6. gratiam ac amorem ſuſcipere, & quod per caſtigationes paternas, quibus nos viſitat, tribuit
Apocal. 3. nobis cauſam & rationem ſperandi meliora & viciniora ſaluti, dicendo: Ego quos amo,
arguo & caſtigo. Hinc de vnigenito dei patris filio propter nos incarnato, ac crucifixo lo- F
Auguſtin. quitur Auguſtinus: Inſpice vulnera patientis, in cruce pendentis, ſanguinem morientis,
precium redimentis, cicatrices reſurgentis, caput habet inclinatũ ad oſculãdum, cor aper-
tum ad diligendum, brachia extenſa ad amplexandum, totum corpus expoſitum ad redi
mendum. Hæc quanta ſint cogitate, hæc in ſtatera cordis veſtri appendite, vt totus vo-
bis figatur in corde, qui totus pro vobis fuit fixus in cruce. Ne aĩo cõtabeſcas propter ad-
Iacob. 1. uerſa, ſed omne gaudium reputa cum in diuerſa incideris tentamẽta. Et ne intra commu
ne omnibus regnum locatus. i. ne in militanti eccleſia ex omnibus gentibus congregata
poſitus, proprio viuere iure deſideres, id eſt, propria poteſtate voluntateque regi, ſed ſub
obedientia viue, nec à communi lege ac regula velis eſſe exemptus, qua dicitur: Omnes q
Roma. 8. volunt pie viuere in Chriſto, perſecutionem patientur. Et rurſus: Qui ſe dicit in Chriſto
1. Iohan. 2. manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare. Hæc eſt via ſalutis, diſciplinam libẽ
ter ſuſcipere, in aduerſitatibus nequaquam deficere, in proſperis & aduerſis Chriſtum cõ
ſtanter ſectari. Quod qui renuit, vult in regno Chriſti atque eccleſiæ proprio viuere iure,
& eſſe exemptus à lege neceſſaria ad ſalutem. De qua in libro Prouerbiorum dicitur: Di-
Prouer. 3. ſciplinam domini fili mi ne abijcias, & ne deficias cum ab eo corriperis. Quem enim dili
git dominus, corripit, & quaſi in filio complacet ſibi. Hinc ad Hebræos ſcribit Apoſtolus:
Hebræ. 12 In diſciplina perſeuerate. Quis enim filius, quem non corripit pater? Quod ſi extra diſcipli
nam eſtis, ergo adulteri & non filij eſtis.

## METRVM II.

Si



A
SI quantas rapidis flatibus incitus
Pontus uerſat arenas,
Aut quot ſtelliferis edita noctibus
Cœlo ſidera fulgent:
Tantas fundat opes, nec retrahat ma-(num,
Pleno copia cornu:
Humanum miſeras haud ideo genus
Ceſſet flere querelas.
Quamuis uota libens excipiat deus,
Multi prodigus auri,
Et claris auidos ornet honoribus
Nil iam parta uidentur,
Sed quæſita uorans ſæua rapacitas,
Altos pandit hiatus:
Quæ iam præcipitẽ frena cupidinẽ
Certo fine retentent:
Largis cum potius muneribus fluẽs
Sitis ardeſcit habendi?
Nunq̃ diues agit, q trepidus gemẽs,
Seſe credit egentem.

### Expoſitio huius metri II. ARTIC. VII.

B
INtentio metri huius eſt declarare inſatiabilẽ eſſe auaritiã hoĩm: q̃d & iam ſu-
pra in iſto atq; in primo libro frequẽter inductũ eſt & probatũ. Itaq; ſenſus &
ordo verborum eſt [Si copia]. i. tp̃alis abundãtia cuiuſcũq;, ſeu diues, & copioſus
quicunq; [fundat]. i. diffundat, diſtribuat, præſtet [cornu pleno]. i. plurimum
abundanter ſeu inſtrumento facto ex cornu [nec retrahat manum,] id eſt, largiri non ceſ
ſet [tãtas opes]. i. tot maſſas pecuniæ, ſeu tam multas & grãdes diuitias [q̃t pontus]. i. ma
re [incitus]. i. cõcitatum, motũ & turbulẽtum [flatibus rapidis]. i. procellis & vehemẽtib9
vẽtis [verſat]. i. ex fundo eleuat & agitat [arenas] quod & de arenis q̃ iacent in littore acci
pi poteſt [Aut q̃t ſidera fulgẽt cœlo]. i. in firmamento q̃d vocat cœlum ſtellatũ [edita]. i.
euidẽter patẽtia [noctibus ſtelliferis]. i. tp̃e nocturno, q̃ ſerenus eſt aer, ita quod ſtellæ cernun
tur [haud]. i. nõ [ideo humanũ genus ceſſat flere]. i. flendo oſtẽdere [miſeras querelas]. i.
vanas, viles & irrõnabiles queremonias, quas hoĩes proferunt, aſſerẽdo ſe indigere. Quo
cõſtat cupiditatẽ creſcere in immenſum. Deniq; fabulę recitãt, Herculẽ contra Achillem Fabella.
pugnaſſe, q ſciens fortitudinẽ Herculis, ſe trãsformauit in taurum: quẽ nihilominus Hercu-
les deiecit in terrã, & cornu vnũ ei extraxit, q̃d datum eſt diſpenſatrici fortunæ, vt per il-
lud diuitias erogaret. ¶ Conſequẽter eandem affirmat ſententiã per aliam propoſitionẽ
C conditionalẽ [Quamuis deus prodigus multi auri]. i. largus ad cõferendum multũ de au
ro [excipiat]. i. exaudiat [libens]. i. libenter acceptans [vota]. i. deſideria ſeu petitiones in-
uocãtiũ eũ [& auidos]. i. cupidos veneratiõis, puta ambitioſos [ornet honorib9 claris]. i.
dignitatibus, p̃laturis, officijs [iam parta]. i. acquiſitæ diuitiæ ſeu dignitates [nil videntur]
quantũ ad ſufficientiam. i. non vidẽtur ſufficere [ſed rapacitas ſæua]. i. crudelis cupiditas
ſeu guloſitas [vorãs]. i. cõſumens aut pro nihilo reputãs [quæſita]. i. illa modo obtẽta [pã
dit hiatus altos]. i. habere ſe demõſtrat auiditates maiores ad acq̃rendũ altiora ſeu plura
Ipſe em̃ affectus & fames, eſt quaſi quidam cordis hiatus. Iuxta quã metaphorã Iſaias lo Iſaiæ. 10.
quẽs de rege Aſſyriorum aſſeruit: Nõ erat q moueret pẽnã & gãniret. Inſup philoſophia ex
iſtis cõcludit nõ eſſe ſpem imponẽdi finẽ cupiditati. [Quæ frena]. i. refrenationes, ſeu mo
derationes rationis, ſeu virtutis [retentent]. i. firme retentare & cõprimere valeãt, [certo
fine]. i. ſub limitibus rõnabilibus [cupidinẽ pręcipitem]. i. cupiditatẽ incõſulte feſtinantẽ
ad terrena augẽda, [cũ ſitis habẽdi plura fluẽs]. i. abũdãs [potius]. i. magis q̃ ante [largis
munerib.]. i. copioſis donis largiter datis auaro [ardeſcit]. i. validius inflãmat [diues nũq̃
agit]. i. nũq̃ ita ſe habet in viuẽdo [qn trepidus]. i. timidus de ſua futura inopia [gemẽs] quod
habet tã parua [credit ſeſe egẽtẽ]. i. pluribus indigẽtẽ? Veruntñ iſta nõ ſunt ſic intelligẽda
quod cupiditas, ſeu auaritia ſit abſolute loquẽdo inſatiabilis & incurabilis, (ſic enim non eſ- Auguſtin.
ſet peccatum, cum oẽ pctm̃ ſit voluntariũ, ad cuius emendationẽ homo tenetur, qui ta Cupido inſatiabilis.
mẽ ad impoſſibilia non obligatur, dicẽte Hieronymo. Maledictus qui dicit deum ab ho-
mine impoſſibilia requirere.) Dicitur ergo cupiditas inſatiabilis incurabiliſq; conſiſtere. I.
Primo, quoniam difficulter valde curatur & ſatiatur. Secũdo, quia à paucis vitatur, quos II.
ſemel infecerit. Tertio, quoniam ſicut ignis tanto plus creſcit & inualeſcit, quanto plura III.

D ſibi combuſtibilia applicãtur: Ita cupido quanto plures nũmos & opes acquirit q̃uis non ſit per omnia ſimile, eo quod ignis ſit agens naturale, quod agit de neceſſitate naturę: ſubiectum vero auaritiæ eſt libere agens, potens cupiditati reſiſtere ac prçualere. Iuxta hũc ſenſum peccata in ſpiritum ſanctum dicuntur irremiſſibilia. Apoſtolus quoq; ad Hebræos: Impoſſibile, ait, eſt eos qui ſemel illuminati ſunt & prolapſi ſunt, rurſus renouari ad pœnitentiam. De his ſupra allegatæ ſunt multę authoritates philoſophorum. Quibus omiſſis vt hoc vitium magis abhorreatur, quædam ſanctoꝝ authoritates tangendæ ſunt.

*Peccatũ in ſpiritum ſanctum. Hebrę. 6*

Ad cuius vitij abominationẽ merito ſatis moueret, quod dñs & Saluator in tota conuerſatione ſua in ſeculo iſto paupertatẽ exemplo & documentis prçcipue cõmendauit: Aues, inquiens, cœli nidos habent & vulpes terræ foueas, filius autem hoĩs non habet vbi caput recliner. Et rurſus: Beati pauperes, quoniam veſtrum eſt regnum dei. Item cupiditatẽ condemnans aſſeruit: Poſſibilius eſt camelum per foramen acus tranſire, q̃ diuitem .i. cupidum, diuitiarum amatorem, intrare in regnum cœlorum. Nonne mirum quòd Chriſtianus audet cupiditatem admittere, ac terrena immoderate optare, congregare, tenere, cum raptus vſq; ad tertium cœlum Apoſtolus proteſtetur: Radix omnium malorum eſt cupiditas? Et rurſus: Auaritia ſimulachroꝝ eſt ſeruitus. Itemq;: Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem & laqueum diaboli, & in deſideria multa inutilia & nociua?

*Matth. 8 Lucæ. 9 Matth. 5 Lucæ. 6 Matth. 19 Lucæ. 18 1. Timo. 6 Ephe. 5 1 Timo. 6*

E Hinc recte Climmachus dixit: Diues & auarus eſt Euãgelij ſubſannator. Chryſoſtomus quoq; atq; Ambroſius: ſicut hi qui per inſaniam mente tranſlati ſunt, non iam res ipſas, ſed paſſionum ſuaꝝ aſpiciunt phantaſias, ſic mens auari vinculis cupiditatis ſemel aſtricta, ſemper aurum, ſemper argentum imaginatur, & videre ſe putat, redditus computat de pecunijs loquitur, aurum gratius q̃ ſolem ac ſydera intuetur, ipſa eius oratio ſuſpirium quę ad deum expetit aurum. Hinc vere Innocentius ait papa: Radix omnium malorum recte appellatur cupiditas. Hæc ſacrilegia committit & furta, rapinas exercet & prædas, bella, traditiones, homicidia gerit, Simoniace vendit & emit, iniqua petit & capit, iniuſte negotiatur ac fœneratur, inſtat dolis ac imminet fraudibus, diſſoluit pactum & violat iuramentum, corrumpit teſtimonium & peruertit iudicium. His cõſonans Auguſtinus depromſit: Quæ eſt iſta auiditas cupiditatis, cum & beſtiæ habeant modum? quia tunc rapiunt quando eſuriunt, parcuntq; prædæ cum ſenſerint ſacietatem. Inſaciabilis eſt auaritia cupidiorum ac diuitum, rapit nec ſaciatur, nec deum nec hominem reueretur, nec patri parcit nec matrem cognoſcit, nec fratri obtemperat, nec amico fidem conſeruat. Quæ eſt iſta inſania, malle acquirere aurum q̃ cœlum, plus affectare pecuniam q̃ gloriam ſempiternam? Poſtremo, de inſaniſſima, & inſaciabili ambitione beatus ait Bernardus: Ambitio eſt ſubtile malum, virus ſecretum, peſtis occulta, doli artifex, mater hypocriſis, parẽs liuoris, vitiorum origo, criminum fomes, virtutũ erugo. O ambitio ambiẽtium crux, F quomodo omnes torquens omnibus places? Nihil acerbius cruciat, nihil moleſtius inquietat, nil tamen apud miſeros mortales celebrius eius negotijs. An non limina apoſtolorum plus iam ambitio q̃ deuotio terit, & viſitat? An non quęſtibus eius tota legum canonumq; diſciplina inſudat? Certe, vt idem ſanctus denuo loquitur, inſaciabilis eſt clericorum ambitio & cupido: Dum quis ſimplicem in vna eccleſia obtinuerit prębendam, cum qua antea nullam habens propoſuit contentari, iam cupit & nititur aliam in alia eccleſia adipiſci. Quibus adeptis, erubeſcit ſimplex eſſe canonicus, appetit igitur decanatũ: quem conſecutus, præpoſituram deſiderat. Deinde de archidiaconatu imaginatur: quo forſan ſortito, iam epiſcopatum ſomniare incipiet, ſicque infelix ambitio finem ſibi non ſtatuit nec quieſcit, quouſq; morte finita, in infima infernorum mergatur.

*Iohannes Clinachus. Iohannes Chriſoſto. Ambroſi. Innocẽtius 1. Timo. 6 Auguſti. Bernardus Ambroſi. Ambitio. clericoꝝ.*

## PROSA III.

HIs igitur ſi pro ſe tecũ uerbis fortuna loqueretur, quid profecto contra hiſceres non haberes. At ſi qd eſt quo querelã tuam iure tuearis proferas oportet, dabimus dicẽdi locũ. B. Tũ ego: Specioſa quidẽ iſta ſunt, inquã, oblitaq; rhetoricę ac muſicæ melle dulcedinis, tum tñ cũ audiunt̃ oblectant. Sed miſeris maloꝝ altior ſenſus eſt. Itaq; cum hæc auribus inſonare deſiuerint, inſitus aĩm mœror prægrauat.



A uat. P. Et illa. Ita eſt, inquit, Hęc enim nondũ tui morbi remedia, ſed adhuc contumacis aduerſum curationem doloris fomenta quædam ſunt. Nam quæ in profundum ſeſe penetrent, cum tempeſtiuum fuerit admouebo. Veruntamen ne te miſerum exiſtimari uelis, an numerum modumq; tuæ felilicitatis oblitus es? Taceo quod deſolatum parente ſummorũ te uirorum cura ſuſcepit. Delectusq; in affinitatem principum ciuitatis (quod precioſiſſimum propinquitatis genus eſt) prius charus quam proximus eſſe cœpiſti. Quis non te feliciſſimum cum tanto ſplendore ſocerorum, cum coniugis pudore, cum maſculę quoq; prolis opportunitate prædicabit? Prætereo (libet enim præterire communia) adſumptas in adoleſcentia negatas ſenibus dignitates, ad ſingularem felicitatis tuæ cumulum uenire delectat. Si quis rerum mortalium fructus ullum beatitudinis pondus habet: poterit ne illius memoria lucis quantalibet ingruentium malorum mole deleri? B Cum duos pariter conſules liberos tuos domo prouehi, ſub frequentia patrum ſub plebis alacritate uidiſti, cum eiſdem curia curules inſidentibus tu regiæ laudis orator ingenij gloriam facundiæq; meruiſti? Cum in circo duorum medius cõſulum circumfuſæ multitudinis expectationem triumphali largitione ſaciaſti, dediſti (ut opinor) uerba fortunę, dum te illa demulcet & dum te ſuas dilicias fouet. Munus quod nulli unq̃ priuato commodauerat, abſtuliſti. Vis ne ergo cum fortuna calculum ponere? Nunc te primum liuenti oculo perſtrinxit. Si numeꝝ modumq; lætoꝝ triſtiumq; conſideres, adhuc te felicem negare non poſſis. Quod ſi idcirco te fortunatum eſſe non æſtimas, quoniam quæ tunc læta uidebantur abierunt. Nõ eſt quod te miſerum putes, quoniam quæ nunc mœſta creduntur præterierunt. An tu in hanc uitę ſcenam nunc primum ſubitus hoſpeſque uenisti, ullam ne humanis rebus ineſſe conſtantiam reris, cum ipſum ſæpe hominem C uelox hora diſſoluat? Nam & ſi rara eſt fortuitis manendi fides, ultimus tamen uitæ dies mors quędam fortunæ eſt, etiam manentis. Quid ergo referre putas. Tu ne illam moriendo deſeras? An te illa fugiendo?

### Expoſitio proſæ huius tertiæ, ARTIC. VIII.

IAm in proſa præhabita probauit philoſophia in perſona fortunæ bona exteriora non eſſe propria & principalia hominis bona atquæ ob id de coꝝ amiſſione non eſſe vehementer dolendũ. Hic ſciſcitatur Boethiũ, an acquieſcat rationibus ad hoc inductis, an contra ea velit quicq̃ obijcere. [His igitur verbis] .i. in præcedenti proſa expreſſis [ſi fortuna pro ſe loqueretur tecũ, quid profecto contra hiſceres non haberes.] Ordo verboꝝ eſt: Non haberes .i. rationbiliter excogitare non poſſes [quid cõtra hiſceres] .i. qd ore frequẽter ſeu inchoanter hiando diceres [profecto] .i. certe [ſi fortuna loqueretur tecum] in propria perſona, in cuius perſona ego philoſophia protuli verba præſcripta. [At ſi quid eſt] .i. ſi aliquid tibi occurrerit [quo querelam tuam iure tucaris] .i. per q̊d rationabiliter defendere queas querimoniã tuam, quã propoſuiſti cõtra fortunã, quaſi noua & inaudita fortuita cõtigerint tibi [oportet] .i. expedit vt [pferas] ea [dabimus dicendi locum] .i. opportunitatem reſpondendi præſtabimus tibi. Ad hoc reſpondet Boethius [B. Tum ego, inquã] .i. tunc ego dixi [ſpecioſa quidẽ] .i. pulchra & ſapientialia ac ornate prolata [ſunt iſta] quæ dicta ſunt præcedenti in proſa [oblitaque,] id eſt, linita & peruncta [rhetoricæ ac muſicæ melle dulcedinis,] id eſt, ſuauitate proſaicæ eloquentiæ ac metricę venuſtatis [tum tantũ, cum audiuntur oblectant] .i. tamdiu

diu & non diutius mȩ delectant,& aliqualiter refocillant quãdiu actualiter audiunt auri D
bus carnis ac cordis. Nam ipſa veritatis conſideratio naturaliter mentem delectat: imo
Philoſo. ſecundum philoſophum in Ethicis,delectationi quæ eſt in conſiderando, non eſt directe
vlla triſtitia contraria [ſed miſeris malorum altior eſt ſenſus.] Senſus .i. intellectus ſeu
actualis conſideratio. Vel,ſenſus .i. ipſa ſenſatio & experimentalis perceptio[malorum]
pœnæ.i.aduerſitatum & diſſortuniorum[eſt altior].i.profundius impreſſa & inuiſcera-
ta[miſeris].i.dire afflictis. [Itaq; cum hæc]quæ in præcedenti proſa ſunt tacta[auribus
inſonare deſierint, inſitus animum mœror prægrauat] .i. triſtitia radicata in corde meo
valde grauat animũ meum,ideo difficulter extirpabilis eſt,vtputa verſa in habitum, qui
habitus eſt difficulter remouibilis.[Et illa]puta philoſophia[P. Ita eſt,inquit . Hæc enĩ]
quæ in proſa præcedenti digeſta ſunt[nondum morbi tui remedia] .i. iſta non introduxi
tanq̃ efficacia remedia contra tuum dolorem[ ſed adhuc contumacis aduerſum curatio-
nem doloris fomenta quædam ſunt].i. quædam medicamina lenitiua & mitigatiua tui
[doloris contumacis aduerſus curationem] .i. mœroris tuæ ſenſualitatis,qui mœror ſua
vehementia per modum ſuperbi dure reſiſtit informationi rationis, cupientis ipſum cu-
rare,ſecundum ꝙ paſſiones intenſe iudicio mentis reluctantur, & difficulter domantur.
1.Petri.2 Propter quod beatiſſimus Petrus hortať: Obſecro vos abſtinere a carnalibus deſiderijs,
Gala.5 quæ militant aduerſus animam. Vnde & ſanctus Paulus effatur:Caro concupiſcit aduer E
ſus ſpiritum[.Nam quæ in profundum ſeſe penetrent, cum tempeſtiuum fuerit admoue-
bo].i.tempore oportuno applicabo remedia[quæ penetrent].i. transfundãt[ſeſe in pro-
fundũ].i.interiora penetralia cordis tui atq; in intima viſcera tuæ mentis,hoc eſt , vſq; ad
apicem intellectus verticemq́; affectus, quæ ſunt ſuprema in parte intellectiuæ. In ſcriptu
Altum. ris quippe & etiam in cõmuni modo loquendi altum ſumitur ꝓ profundo, & econuerſo.

¶Conſequenter philoſophia hortatur Boethium, ne aduerſitatem ſuam putet maio-
rem q̃ eſt. Cum enim paſſiones (niſi reprimantur mox)à medio rationis abducant, mœ-
ror & dolor,per patientiam & conſtantiam non refrenati,ſic rationis corrumpunt iudici-
um, vt mala pœnalia,ex quibus cauſantur, videantur grauiora q̃ ſunt,ſicq; intenſior mœ
ror & dolor ex illis cauſantur,q̃ deberent. [Veruntamen ne te exiſtimare velis].i.q̃uis(vt
patuit)quȩdam tibi aduerſa contigerint,non tamen te[miſerum]putes,aut miſeriorem q̃
es[an numerum modumq́; tuæ felicitatis oblitus es?] .i. non vtique obliuioni dediſti q̃
magna & multa fuerint ex quibus conſtabat tua temporalis & terrena proſperitas. [ Ta
ceo].i.diffuſe non recito,nec pro maioribus reputo[quod deſolatum parente ſummoꝝ
te virorum cura ſuſcepit]Hoc eſt,[ꝙ cura].i.ſolicitudo[viroꝝ ſummorum].i.valde ſub-
limium,vt ſenatorum[ſuſcepit te deſolatum].i. orbatum parentibus ad cuſtodiendum,
& educandum te tanq̃ tutores[dilectusq́;], id eſt,acceptus & charus. His inter quos con- F
uerſabaris , vtputa in naturalibus elegans, compoſitus moribus,dulcis eloquio,egregiæ
indolis,[in affinitatem principum ciuitatis ( quod precioſiſſimum propinquitatis genus
eſt)prius charus q̃ proximus eſſe cœpiſti. ]Hoc eſt,[cœpiſti].i. incœpiſti[ eſſe charus pri-
us q̃ proximus] .i. propinquus ſeu affinis[in] .i. per [affinitatem principum] ciuitatis.i.
per hoc ꝙ factus es affinis principaliũ vrbis Romæ rectoꝝ, videlicet Symmachi viri prȩ-
cipui,cuius filia data eſt tibi cõiunx,[quod precioſiſſimũ ꝓpinquitatis genus eſt] .i. ſic fie
ri prius charum propter excellentiam bonitatis q̃ affinem , eſt præclariſſima ſpecies pro-
pinquitatis,cum ſit fundata in bono honeſto,& complectẽs in ſe duplicem propinquita-
Prouer.18 tem: Vnam amicitiæ ſyncerȩ, aliam affinitatis ,ſicq; præſtantior eſt ac firmior quàm ſola
carnalis conſanguinitas,et item,q̃ ſola affinitas. Vnde in Prouerbijs legitur: Vir fidelis ad
ſocietatem magis amicus erit q̃ frater. [Quis]cognoſcentium te[non prædicabat te feli-
Philoſo. ciſſimum eſſe].i.valde felicem ſeu proſperum,felicitate ciuili , & proſperitate temporali,
(de qua primo Ethicorũ ait philoſophus)cum tanto ſplendore ſoceroꝝ, vtputa Symma-
chi & ſuoꝝ[cum coniugis pudore,cum opportunitate].i.opportuna ſeu cõuenienti com-
petentia[prolis maſculæ].i.ſexus maſculini.ſ.filioꝝ: de quibus maius eſt gaudium,q̃ de
filiabus,quia in naturalibus filij ſolẽt eſſe perfectiores,& ad maiora promoueri. In his &
ſubſequentibus multa tangit philoſophia ad proſperitatem ſpectantia , de quibus infra
ſingillatim in hoc ipſo dicetur articulo. Nam ſubdit. [Prætereo] .i. pertranſeo, non peni-
tus ſubticendo, ſed plenarie non narrando[libet enim præterire communia].i. rotiona-
biliter placet mihi pertranſire[communia].i.generalia dona tibi alijsq́; collata,videlicet
[digni-



A [dignitates]puta ſenatum & conſulatum[aſſumptas].i.tibi donatas, quas accepiſti à re-
ctoribus vrbis[in adoleſcentia].i.in iuuentute tua[negatas ſenibus]qui eas cupiebant ac
quirere,quia non erant tantæ prudentiæ & eminentiæ vt tu. Solẽt autem adoleſcentia & Adoleſcentia.
iuuentus pro diſtinctis ȩtatibus accipi,nunc vero pro eodem ſumuntur,quemadmodum Iuuentus.
in Eccleſiaſte,quo dicitur: Lætare iuuenis in adoleſcentia tua. Dicunt quoq; nonnulli,ꝙ Eccẽs.11.
dignitates præfatæ, non cõſueuerunt alicui dari ante quinquageſimum ſuæ ætatis annũ:
Boethio autem ob eminentiam ſuam in multis,multo citius datæ fuerunt:ſicq;,quamuis
commune fuit ei cum multis dignitates iſtas habere,tamen tam cito priuilegiate eas ſuſ-
cipere,in ipſo extitit ſingulare. Ideo poteſt iſtud ad generalia,& item ad ſpecialia pertine-
re[Ad ſingularem felicitatis tuæ cumulum] .i. abundantiam[venire delectat. Si quis re-
rum mortalium fructus].i.ſi aliquis profectus, & prouẽtus temporalium bonorum[vllũ
beatitudinis pondus habet].i.tãti ſit ponderis ac valoris,vt ad beatitudinem pertinere re-
cte dicatur, ſicut tu videris ſentire,de ipſorum amiſſione in tantum dolendo[poterit ne il
lius memoria lucis].i.recordatio illius lucidæ proſperitatis[quantalibet ingruentium ma
lorum mole deleri?].i.auferri à corde tuo[mole quantalibet].i.ex magnitudine malorũ
.i. aduerſitatum & afflictionum [ingruentium] .i. imminentium & contingentium tibi
quantumcunq; dura & graui. Quaſi dicat: Merito non debet, cum & ſcriptum ſit: In die Eccl.11.
B malorum,ne immemor ſis bonorum. Sed his obuiare videtur quod in Geneſi Ioſeph ait Gene.41.
ad Pharaonem: Ecce ſeptem anni veniẽt fertilitatis magnæ in vniuerſa terra Aegypti: q̊s
ſequentur ſeptem anni tantæ ſterilitatis,vt obliuioni tradatur cuncta retro abundantia.
Et reſpondendum,ꝙ vehemens occupatio cordis circa vnum,ſolet inducere inconſidera
tionem ſeu obliuionem alterius. Et quãtum ad hoc verificatur quod Ioſeph aſſeruit. Ta-
men cum vnum oppoſitorum ſit via,ſeu medium cognoſcendi aliud(Vnde & contrario
rum dicitur eadem eſſe ſcientia) ideo abundantia aduerſitatum, nõ ſic delet memoriam
proſperitatis præhabitæ, quin faciliter ad memoriam reducatur. Imo,ex conſideratione
vnius qualitas alterius clarius patet. Iuxta illud: Oppoſita iuxta ſe poſita, euidentius in- Philoſo.
noteſcunt[cum].i.cum corporaliter conſpexiſti[duos liberos].i. duos filios tuos[proue-
hi ſimul].i.pariter promoueri[conſules].i.ad conſulatum[domo].i.electione rectorum
prætorij,ita ꝙ non ingerebant ſeipſos, ſed electi legitime erant ad tantum officium[ſub
frequentia patrum].i coram multitudine ſenatorum[ſub plebis alacritate] .i.vna cũ cir-
cumſtantis populi fauore atq; applauſu [cum eiſdem in curia] .i.dum ipſis filijs tuis con-
ſulibus[inſidentibus].i.in ſedendo occupantibus[curules].i.ſedes pro cõſulibus factas,
in quibus ſedebant ſua promotione[tu]Boethius[regiæ laudis orator].i. rhetor excellẽ-
tiæ regiȩ & dignus coram regibus perorare, ſeu loqui ornate[ingenij gloriam,facũdiæq́;
C meruiſti?].i.per vſum & excellentiam tui ingenij,atq; facundiæ obtinuiſti laudem & fa
mam præ cæteris,tanquam rhetor clariſſimus. In promotione quippe ad præfatas digni-
tates , conſueuit apud Romanos collatio fieri. Quam qui compendioſius & eloquentius
egit,grande inde ſortiebatur honorem & laudem[cum in circo duorum conſulum medi
us].i.quando tu ſedens in medio duorumílioꝝ tuorum,quaſi in circo ſeu circuitu,quan-
tum ad dextram ac ſiniſtrã [circumfuſæ multitudinis expectationem ſatiaſti].i.populũ
circumſtãtem & expectantem audire tuam collationem,repleſti[triumphali largitione]
.i.ipſa collatione,tanquam delicata refectione, reficiendo & oblectando deſiderium cor-
dis eorum. Quæ collatio vocatur triumphalis largitio,quoniam talis ſermo fiebat quan- Largitio
do Romani principes redierunt victores de prȩlio in commẽdationem eorum. Inſuper vi- triũphalis.
ctores huiuſmodi populo eis in occurſum reuerenter vergente,venientes ad vrbem aſcẽ-
derunt in currum,qui à quatuor equis albis trahebatur:tuncq́; dabatur plebi pecunia. Sic
quoq; quando promoti de nouo ad cõſulatum deferebantur à curia ad amphiatheatrũ,
magna pecunia circumſtantibus conferebatur,q̃ & triumphalis largitio hic poteſt intelli
gi. [Dediſti,vt opinor,verba fortunæ,dum te illa demulcet,dum te vt delitas ſuas fouet.]
Hoc dupliciter poteſt exponi. Primo, quaſi ironice & ſolatioſe prolatum, tanquam phi-
loſophia dicat: Fortuna tot bona tibi cõceſſit, quaſi attraxeris eam tibi per verba blanda
ac fraudulenta,tamq́; beneſica tibi fuit,quaſi delitiæ eius ſint eſſe tecum. Itaq; ait:[Dedi-
ſti verba]. i.alloquia amatoria & procatoria[fortunȩ, vt opinor,dum te illa demulcet].i.
per proſpera dulciter tractat[dum te vt delitias ſuas fouet].i.tanquam ſponſum & deliti
arum ſuarum obiectum [Munus quod nulli vnquam priuato cõmodauerat abſtuliſti,]
M hoc

hoc eſt[abſtuliſti].i.à fortuna accepiſti pro tua portione[munus].i.congeriem munerũ D
fortunæ quod ipſa fortuna[nulli vnquam priuato commodauerat].i. nulli ſibi ſpeciali
aut quantumlibet familiari conceſſerat,vt patet ex dictis. Veruntamen contra hoc obijci
poſſet,quia Octauiano imperatori maiora & plura data fuerunt fortuita bona,& hoc vſ-
Octauian. que in finem vitæ ſuæ. Vnde de eo fuit clamatũ:Nullus felicior Octauiano. Valerius quo
Valerius. que de Quinto Memmio refert, ꝙ ab vtero matris vſque in monumentum feliciſſimus,
id eſt,fortunatiſſimus fuit. Et ad ſanctam Anaſtaſiam dixit tyrannus:Cur non aderas lo
uem, qui nunquam alicui iniuriæ ſubiacuit? Boethius autem longo tempore per maxi-
mis diſſortunijs fuit ſubiectus. Idcirco hæc verba videntur eo modo intelligenda,quo de
quolibet confeſſore cantatur: Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legem excelſi.
Ita quod Boethius quantum ad aliqua fuit præ cæteris eminens. [Viſne ergo cum fortu
na calculum ponere?]id eſt,cõputationem facere,an ſcilicet plus habueris ab ea de pro-
ſperis, vel de aduerſis? Quod ſi tentaueris facere,ſuccumbes. Cõſueuerunt autem veteres
Calculus. computando vti lapillis. Idcirco calculus pro tali lapillo & computu ſumitur. [Nunc,]ſci
licet tempore perſecutionis iſtius à Theodrico tyranno[te primum liuenti oculo perſtrin-
xit,]id eſt,coarctauit fortuna,infligendo aduerſa[Si numerum modumq́; lætorum triſti-
umue conſideres,]id eſt,ſi attendas multitudinem & qualitatem proſperitatum, & item
aduerſitatum,quas habuiſti[adhuc te felicem,]id eſt,fortunatum [negare non poſſis]eo E
quod tam diu proſperis abundaſti,& multa ad proſperitatem iſtam ſpectantia adhuc re-
manent tibi,vt dictum eſt[Quòd ſi idcirco te fortunatum eſſe nõ exiſtimas,qm̃ quę tunc
læta videbantur,abierunt,non eſt ꝙ te miſerum]eſſe[putes,]id eſt, non habes rationem
ſufficientem reputandi te nunc omnino miſerum eſſe,[quoniã quæ nunc creduntur mœ-
ſta].i.aduerſa,ſeu triſtia[prætereunt].i.cito pertranſeunt.[An tu in hanc]præſentis[vi-
tæ ſcenam].i.vmbram[nunc primũ].i.iam primo,& nõ ante[ſubitus].i.inſtantanee ve-
niens ſeu repente comparens [hoſpes q́;].i.peregrinus, ac cito hinc receſſurus [veniſti?]
Quaſi dicat,Non:imo à primo natiuitatis tuæ momento apparuiſti ſubito in hoc momẽ-
to,atque extunc cœpiſti eſſe peregrinus in ſeculo,ac tẽdere ad occaſum,ſicut & Seneca di-
xit:Quotidie morimur,quia quotidie aliqua pars vitæ noſtræ demitur. Vnde & ſanctus
Seneca. Iob.14. Iob apertius loquitur:Homo natus de muliere,breui viuens tempore,repletur multis mi
ſerijs. Qui quaſi flos egreditur & conteritur,& fugit velut vmbra,& nunquam in eodem
ſtatu permanet. Hinc ſubditur:[Vllam ne rebus humanis].i.temporalibus diuitijs,deli-
tijs & honoribus,ſeu ipſis humanis perſonis[ineſſe conſtantiam].i. immotam ſtabilita-
tem[reris,]id eſt, arbitraris, cum iam per tot annos expertus ſis, & ex ſcripturis naturali-
Eccẽs.1. buſq́; ſcientijs ſcias verum eſſe quod Salomon ait, nil ſub ſole ſtabile permanere?[cum
ipſum ſæpe hominem velox hora diſſoluat?]id eſt,quia & ipſemet homo frequenter im F
prouiſe celeriterq́; corrumpatur,vel naturali vel violenta ex cauſa.[Nam etſi rara eſt for-
tuitis manendi fides].i.quamuis raro poſſit haberi æſtimatio probabilis de fixa perma-
nentia fortuitorum euentuum[vltimus tamen vitæ dies mors quædam fortunæ eſt].i.fi-
nis atque interitus fortunæ[etiam manentis].i.ſuo modo ſtabilis exiſtẽtis,in ipſo in quo
operatur,tanquam dicat:Quantumcunq; fortuna videatur in aliquo ſtabilis eſſe,aut for-
tunatos effectus in ipſo habere, tamen in fine temporis vitæ illius oportet in ipſo fortunã
ſuam ac eius effectus deficere & ceſſare. Dicitur autẽ tempus ſeu dies eſſe mors alicuius,
quia in ipſo die res moritur,quoniam tempori aſcribuntur, quæ fiunt in tempore [Quid
ergo referre putas tu].i.tu qui tãtæ es literaturæ,quid ęſtimas differre & intereſſe[ne].i.
vtrum[illam]videlicet bonam fortunam[moriendo deſeras] Moriẽdo enĩ deſinis ſub-
eſſe fortunæ[an illa]fortuna bona[te fugiẽdo?]te relinquat, proſpera ſubtrahẽdo ante-
quam moriaris? Quaſi dicat:Parum refert,& redit ſuo modo in idem,quoniam ſiue ſic ſi-
ue ſic fiat,neceſſe eſt eſſe in breui finem eufortunij tui:eſtq́; felicius proſpera fortunæ pro-
pter deum deſpicere hic viuendo,q̃ ab eis deſeri moriendo. Porro in hac proſa multa tan-
guntur quæ ad terrenam ſpectãt proſperitatem,ſeu bonam fortunam:ſpecialiter vero ex
eius primordio erudimur,aduerſantibus & contradicentibus dare locum reſpondendi &
allegandi pro ſe,quamuis delirent,ne ſcandalizati conquerantur ſibi factã iniuriam, nec
audientiam datam,niſi forſan eſſent hęretici,quorum ſermo ſerpendo vt cancer inficeret
2.Tim.2. audientes. Imo,vt Antiſidiorenſis ait in Summa ſua:Hæretici in ſcripturis inſtructi reſipi
Guli.Ant. ſcere non volentes,ſunt ſine audientia occidẽdi:ſimplices vero ſunt audiendi & informã-
di



A di. At vero iuxta ordinẽ textus,primum ad proſperitatẽ pręſentis vitæ pertinẽs eſt etiam
ex naturalibus eſſe amabilem,& acceptum,ac charum conciuibus, condomeſticis atque
conſocijs,& fideles habere amicos. Nam & amicitia ipſa,præſeritm in bono honeſto fun
data, inter omnia huius ſeculi bona eſt bonum præcipuum. Propter quod Quintilianus Quintilia.
faſſus eſt: Non reperio quicquam in rebus & bonis humanis, q̊d natura excogitaret præ-
ſtantius,quàm ſit amicitia ex virtuoſis conſurgens operibus. Ideo ſcriptum eſt in Eccleſi-
aſtico:Amicus fidelis protectio fortis,qui inuenit illum inuenit theſaurum. Amico fideli Ecci.6.
nulla eſt comparatio, & non eſt digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei
illius. Hinc ſeminatio diſcordiæ,corruptio amicitiæ,ſuſurratio,detractio, ſunt vitia peſſi-
ma,prout rurſus in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt: Suſurro & bilinguis maledictus,multos e- Ecci.28.
nim turbauit pacem habentes. Secundum ad hanc politicam ſpectans felicitatem & pro
ſperitatem ciuilem,eſt ſoboles copioſa,præſertim maſculina,vxorq́; pudorata, ac venera
bilium propinquorum atque affinium copia. Vnde in pſalmo promittitur homini timo- Pſal.147.
rato iuxta veteris conſuetudinem legis:Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus
tuæ. Filij tui ſicut nouellæ oliuarum,in circuitu menſæ tuæ. Ecce ſic benedicetur homo,q
timet dominum. Quod ſpiritualiter in euãgelica lege ſalubrius adimpletur. Hinc & Iob Iob.29.
fatetur:Quis mihi det vt ſim ſicut fui in diebus adoleſcentiæ meæ, quando erat omnipo-
B tens mecum, & in circuitu meo pueri mei? De vxoris quoque beatitudine legitur in Ec-
cleſiaſtico. Gratia ſuper gratiam,mulier tacita & pudorata & ſancta. Mulieris bonæ be Ecci.26.
atus vir:numerus enim annorum illius duplex. Præterea, Taceo, in hac clauſula, eſt co- Taceo.
lor rhetoricus qui Occupatio appellatur,& fit quando quis tangit quod ſe dicit tacere,at- Occupatio
que,vt Tullius aſſerit,Occupatio eſt cum nos dicimus neſcire,aut præterire ſeu nemini di
cere,quod tamen ſcimus & aliqualiter dicimus, ſic quoque hic minus dicitur, & plus in-
nuitur. Tertium eſt præſidentia,quæ eſt quædam diuinæ naturæ participatio. Prouiden-
tia nanque & cauſalitas ſunt quædam proprietates præclaræ primi entis, omnibus præſi-
dentis. Hinc deum deorum dixerunt meliores philoſophi, qui vniuerſorum eſt cauſa &
omnium vniuerſalem prouidentiam habet, vt in elementatione Procli platonici tangi- Proclus.
tur. Sicq́; præſidẽtes aliquid diuinæ perfectionis, ac proprietatis ſortiti ſunt. Propter quod
in ſcripturis dij vocantur. Quæ dignitas Boethio eſt collata, non ſolum in ſua perſona,
ſed in perſonis quoq; filiorum ſuorum. Et hoc eſt quartum ad felicitatem hanc pertinẽs;
promotio digna ſobolis propriæ ad primatum, merito prouidentiæ ac probitatis eiuſ-
dem. Etenim gloria patris filius ſapiens,& pater refulget, delectatur, honoratur & quo- Prouer.10.
dammodo manet in filijs. Iuxta illud Eccleſiaſtici: Mortuus eſt pater eius. Et quaſi non Ecci.30.
eſt mortuus, reliquit enim ſimilem ſibi, & manet in illo. Quintum eſt ingenioſitas men-
C tis,quia,vt aſſerit Auguſtinus, Felicitatis eſt ingenioſum naſci. Quo dono qui ingratus Auguſti.
extiterit,grauiſſimam damnationem meretur. Huic quinto cõiungitur ſextum,quod eſt,
eloquentia & ſcientia ipſa rhetoricæ. Quod ſextum congruit quinto. Quemadmodum
enim manus eſt inſtrumẽtum ſeu organum intellectus practici, ſic lingua intellectus ſpe-
culatiui ſecundum Philoſophum. Septimum eſt celebritas famæ, & honor, ac laus, quæ Philoſoph.
potius ſunt in honorantibus atq; laudantibus, quàm in honorato & laudato, ideo non
ſunt principalia bona felicitatis.

## De ſpirituali intelligentia proſæ huius tertiæ. ARTIC. IX.

QVæ ex perſona fortunę ad Boethium dicta ſunt,ad probãdum ꝙ de aduerſi
tatibus ſuis nõ debeat immoderate triſtari, eo ꝙ om̃ia in hac vita vanitati,
variabilitati,& incertitudini ſint ſubiecta, ſi ex perſona diuinæ prouidentię
proferantur ad quemcunq; credentem,ex aduerſitatibus ſuis dolentem,pu
ſillanimem,deſolatum,non poterit ille rationabiliter reſpondere,neq; ſe ex
cuſare. Multi quoq; ſunt qui inſtar Boethij, quam diu audiunt inſtructoria ac conſolato-
ria verba ex ſanctorum exemplis,ex ſcripturarum eloquijs, præſertim ex recitatione do-
minicæ paſſionis, ex quatuor nouiſſimis, ex breuitate vitæ præſentis, mitigant ſuũ mœ-
rorem,patientiam tenere proponunt,de ſuarum motibus paſſionum verecundãtur. Ve-
rum dum exhortationis, informationis, conſolationis tranſierit hora, mox dum ea quæ
paſſa ſunt ad memoriam cœperunt reuocare, & q̃ iniurioſa fuerũt ponderare,priores de
nuo illabuntur mœſtitias,turbationes,afflictiones,quod eſt ſignum magnæ incõſtantię,

& imperfectionis eorum. Non enim radicitus ſuas eijciunt paſſiones, cum non ſint in vir- D
tutibus fundati & radicati. Quod ſi eſſent, motus illos inordinatos extirparent celerrime
Matth. 8. atq; faciliter, ac inſtar euangelici Centurionis diceret huic cogitationi peruerſæ actioniq́;
prauæ: Vade, & iret: & illi cogitationi & actioni, atq; affectioni bonæ: Veni, & veniret. Ta
li etiam homini dolor malorum non eſt profunde infixus, imo lætus eſt in aduerſis. Ve-
runtamen ne te exiſtimare miſerum velis. Verus Chriſtianus propter damna rerum, pro
pter opprobria & contemptus, & quæcunq; mala pœnalia, non ſe miſerum reputat, ſed
Matth. 5. beatum, cum dicat Saluator: Beati eſtis cũ maledixerint vobis homines, & perſecuti vos
fuerint. Talia nanq; multipliciter conferunt ad ſalutem, vt dictum eſt ſæpe. Porro mala
culpæ, reddunt hominem veraciter miſerum, hoc eſt, à fonte totius gratiæ ac ſalutis per-
Prouer. 14 petuæ alienum. Propterea in Prouerbijs Salomon loquitur: Iuſtitia eleuat gentem, mi-
ſeros facit populos peccatum. In aduerſis igitur tãquam in via beatitudinis compendio-
Pſalm. 19. ſiſſima gloriemur, cum dominus proteſtetur: Cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum
& glorificabo eum. Tuncq́; dominũ cum ſpeciali fiducia deprecemur, qui ait in pſalmo:
Pſalm. 49. Inuoca me in die tribulationis, eruam te & glorificabis me. Denique ſi prudenter penſe-
mus, quæ & quanta à deo accepimus, quot dona naturæ, quanta beneficia gratiæ, & q̃
ineffabilia bona gloriæ æternalis promiſerit nobis in cœlis, q̃ etiam paratus ſit deus ſem-
per ignoſcere, non poterimus nos miſeros totaliter reputare, pręcipue cum Chriſtus diſſe- E
Lucæ, 6. ruit: Beati pauperes. Beati qui nunc lugetis. Beati qui nunc eſuritis. Ecce in afflictionibus
beatitudinem noſtram conſtituit, loquendo de beatitudine viæ quæ eſt meritum noſtrũ,
cuius præmium beatitudo eſt patriæ, ad quam inuitati ſumus ac tendimus. Deniq; in ſpi
rituali regeneratione baptiſmatis, ſuſcepit nos cura virorum ſublimium, ſacerdotis & pa
S. Dionyſi. trinorum, quos diuinus Dionyſius libro de hierarchia eccleſiaſtica anadochos, id eſt, ſur-
eccle. hier. ſum ductiuos appellat, cum quibus ibidem ſpiritualem conſanguinitatem contraximus.
cap. 2. Quis te non feliciſſimum eſſe, &c. Quamuis omnia temporalia, fortuita ac mundialia iſta
ſunt dei dona, à quo bona cuncta procedunt: attamen, iuxta euangelicę felicitatis tenorẽ,
magis gloriandum eſt in aduerſis & diffortunijs, q̃ in terrenis proſperitatibus iſtis: quę &
frequentius & exhuberantius conceduntur reprobis & iniuſtis, q̃ electis & iuſtis, cum de
Pſalm. 143 reprobis Pſalmiſta cecinerit: Quorum filij ſicut nouellæ plantationes, in iuuentute ſua. Fi
liæ eorum compoſitæ, circumornatæ vt ſimilitudo templi. Prõptuaria eorum plena, eru-
ctantia ex hoc in illud. Nempe cum in multis offenderimus omnes, atq; quotidie ſepties
Iacob. 2. Prouer. 24. cadat iuſtus, quam ſpem futuræ felicitatis habere poterimus, ſi in vita hac nõ ſolum non
flagellemur à deo, imo inſuper proſperitatibus foueamur ab eo: nonne vereri habemus,
ꝙ per temporalia remuneremur, audituri quod dictum eſt diuiti epuloni: Recepiſti bona
Lucæ. 16 Gregorius in vita tua? Hinc teſte Gregorio, dum electi proſperantur, pauida ſuſpitione turbantur, F
metuentes ne tpaliter premiẽtur. Igitur qui multis proſperitatibus floruit, nequaq̃ animo
Iob. 1. conturbetur, ſi interdum aduerſis tangatur, ſed cum ſancto Iob dicat: Si bona ſuſcepimus
de manu domini, mala quare non ſuſtineamus? Præterea quamuis, ſicut prætactum eſt,
alijs prouidere ac præſidere, ſint actus diuini & proprietates deificæ, atq; interdum electis
propter eorũ ſapientiam ac virtutes deſuper condonentur, nemo tamen debet ad eas aſpi
rare, nec eas inſipienter appetere, ne deputetur cum primo illo totius ambitionis inuento
Iſaiæ. 14. re ac principe, qui deprompſit: Super aſtra cœli exaltabo ſolium meum. Et hoc propter
Sapien. 6. prælationis pericula, quia, vt dicitur in libro Sapientiæ: Iudicium duriſſimum in his qui
præſunt fiet. Et: Potentes tormenta potenter patientur. Et quia ad præſidendum alijs per
fectio grandis requiritur (de qua incertus eſt homo an habeat eam, eſtq́; incautum alijs in
Hebræ. 5. donis gratiæ ſe præferre) Ideo ait ad Hebræos Apoſtolus: Nemo aſſumit ſibi honorem,
ſed qui vocatur à domino, tanquam Aaron. Amplius, cum chariſmata gratiarum, & ec-
cleſiaſticæ prælaturæ ſint incomparabiliter præſtantiora q̃ dignitates, & præſidẽtiæ ſecu
lares, ac quæcunq; bona fortunæ, multo ſublimius eſt, ſi quis videat ſeipſum aut filios ſu-
os carnales aut ſpirituales ad eccleſiaſtica promoueri officia, atq; in conuerſatione virtuo-
ſa donis gratiæ abundare, q̃ ꝙ filij illi Boethij ad ſecularia illa prouehebantur regimi-
na. Imo omnia illa magnifica, quæ ſcribuntur in litera de honorificentia, præconijsq́; Bo-
ethij in eloquentia, ingenioſitate & conſimilibus, de eminentia quoq; & eufortunijs filio-
rum ipſius, à viris ſanctis pro nihilo reputantur. Quippe qui magis appreciantur, optant
ac reputant vnam virtutem infuſam gratumfacientem, q̃ omnes mundi honores, opes,
glori-



A gloriationes, & dignitates. De quibus dici poteſt illud Eccleſiaſtes: Vidi cuncta quæ fiunt Eccl. 1.
ſub cœlo, & ecce vniuerſa vanitas & afflictio ſpiritus. Nonne in prælationibus & princi-
patibus, plus eſt oneris quàm honoris, plus inquietudinis quàm quietis, & inſuper pericu-
lum animarum immenſum?

## METRVM III.

CVm polo phœbus roſeis quadrigis
Lucem ſpargere cœperit,
Pallet albentes hebetata uultus
Flammis ſtella prementibus.
Cum nemus flatu zephyri tepentis
Vernis irrubuit roſis,
Spiret inſanum nebuloſus auſter
Iam ſpinis abeat decus.
Sæpe tranquillo radiat ſereno
B Immotis mare fluctibus.
Sæpe feruentes aquilo procellas
Verſo concitat æquore.
Rara ſi conſtat ſua forma mundo
Si tantas uariat uices,
Crede fortunis hominum caducis
Bonis crede fugacibus:
Conſtat æterna poſitumq; lege eſt
Vt conſtet genitum nihil.

## Expoſitio metri huius tertij, ARTIC. X.

IN hoc tertio huius ſecundi voluminis metro Philoſophia muſice, id eſt, metri-
ce canit, quod in proſa præhabita rhetorice declarauit, videlicet omnia iſta ter
rena inſtabilitati, indeſinentibusq́; variationibus eſſe ſubiecta. Quod etiam in
cœleſtibus aliquo modo ſic eſſe oſtendit: deinde in elementis per ſimilitudines
rerum iſtarum. Nec eſt hic difficultas in litera, quantum ad ſenſum literalem, in quo tan-
gitur prima ſimilitudo in cœleſtibus corporibus, hoc eſt, in ſole & ſtellis [Cum phœbus,]
id eſt, ſol [cœperit cœlo,] id eſt, ex orbe ſuo cœleſti [ſpargere,] id eſt, hinc inde diffundere,
[lumen quadrigis roſeis,] id eſt, vehiculis rubicundis, quia diluculo ſeu aurora ſol rube-
us apparet vt roſa [ſtella] vtputa matutina, ſeu quælibet ſtella [hebetata,] id eſt, offuſcata
pro parte clariori lumine: hoc eſt, [flammis premẽtibus] ſ. radijs ſolis præualentibus. Qui
radij flammæ vocantur, non ꝙ in ſe ignei æſtimẽtur, ſed quia ex forti repercuſſione ipſo-
rum igneus calor generatur inferius. Denique ſol metaphorice currum & equos habere
C fertur iuxta modum loquendi poeticum, ſicut & terra dicitur fundamenta habere, iuxta
illud Iob: Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ? Itaq; currus ſolis accipi poteſt Iob. 38.
pars ſphęrę eius vicinior ipſi ſoli, ſuper quam & in qua reſidere atq; procedere cogitatur,
inquantum ſine labore, & fatigatione mouetur: quemadmodum qui ſedet in curru currẽ
te. Equi vero currus illius, intelligi poteſt vis motiua exiſtens in partibus ſphęræ anterio-
ribus. Quidam per equos hos, intelligunt quatuor diuerſitates, in quibus ſol à terrigenis
cernitur, quoniam in aurora videtur rubere, hora tertiarum pallere. In meridie feruere, ad
veſperam tepere videtur. Quadrigam quoq; ſoli attribuunt, propter quatuor diuerſita-
tes anni, quę varios acceſſus & receſſus ſolis ſequuntur. Et de his dictum eſt libro primo,
metro ſecundo. ¶ Sequitur ſimilitudo ſecunda. [Cum nemus,] id eſt, roſetum ſeu frutex
[irrubuit,] id eſt, rubicundum fuerit [roſis vernis,] id eſt, ſplendidis [flatu,] id eſt, cooperã-
te perflatione [zephyri,] id eſt, venti ſic appellati occidentalis [tepentis,] id eſt, modice cali
di [Auſter,] id eſt, ventus huiuſmodi [nebuloſus,] id eſt, nebularum adductiuus [ſpiret,]
id eſt, ſi ſpirauerit ſeu flauerit [inſanum,] id eſt, immoderate & acriter [decus,] id eſt, orna
tus roſarum [abeat nunc,] id eſt, mox recedet à [ſpinis,] id eſt, à ligno ſpinoſo, in quo ro-
ſæ naſcuntur. De ventis & eorum diſtinctione ac efficientia dictum eſt ſupra. ¶ Sequitur
ſimilitudo tertia, in elemento aquæ, probans omnia materialia mutationi alicui eſſe ſub-
iecta [Mare radiat ſæpe,] id eſt, frequenter apparet in ſuperficie clarum, vtputa dapha-
num atque perſpicuum inſtar vitri [tranquillo,] id eſt, tempore tranquillitatis [ſereno,] id
eſt, puro à caligine nubium & vaporum obſcurantium aerem, & impedientium eum à
receptione radiorũ ſolis, ex quibus aqua maris ſplendidior redditur. Quod etiam fit [flu-

 ctibus

ctibus]maris[immotis,] id eſt, non concitatis ad motum impetuoſum, quamuis iugiter D
Iſaiæ. 57. ſint in motu. Iuxta illud in Iſaia: Impij quaſi mare feruens, q̃d quieſcere non poteſt. Quod
etiam ad influentiam lunę ſtellarumq́; pleiadũ mouetur & fluit ac refluit, vt ſupra dictum
eſt plenius. [Aquilo,]id eſt, ventus ſeptentrionalis, [concitat ſæpe procellas feruentes,]id
eſt, impetuoſe erumpentes, aſcendẽtes ac deſcendentes[æquore verſo,]id eſt, ipſo mari à
tranquillitate ad tempeſtatem inquietudinemq́; mutato. Vel, verſo, id eſt, eiecto ex fun-
do vi tẽpeſtatis. [Si]pro quia[mundo,]id eſt, creaturis mundi inferioris, videlicet elemẽ-
tis & elementatis[forma,]id eſt, habitudo & ſpecies ſua[conſtat,]id eſt, conſtans eſt, ſeu
conſiſtit & poſita eſt[rara,]id eſt, inſtabilis & incerta, raroq́; diu durans. Propter quod ad
1. Corin. 7. Philoſo. Corinthios ſcribit Apoſtolus: Præterit figura huius mundi. Et iuxta Philoſophum: Oĩa
quæ ſunt in tempore, tempore decidunt & tabeſcunt[Si]pro quia[mundus variat tantas
vices,]id eſt, tantas viciſſitudines variationum ac motuum recipit[crede]Iſtud ironice di
citur, vt ſit ſenſus: Cum ita ſit, merito credere non debes, nec teipſum committere[fortui-
tis,]id eſt, fortunatis factis, atq; euentibus[hominum caducis,]id eſt, trãſitorijs[Crede,]
id eſt, innitere & inhære, intelligendo ironice[bonis fugacibus,]id eſt, inceſſanter ad occa
ſum tendentibus, ita q͞p recedunt & fugiunt à permanentia mundi, & à duratione ac veri
tate proprij eſſe, ideo ſtultum eſt talibus inhærere. Propter quod ſanctus ait Gregorius:
Gregorius Fugientem mundum ſequimur, labenti inhæremus, & quia labentem tenere non poſſu- E
mus, cum ipſo cadimus quem tenemus[conſtat,]id eſt, manifeſtum eſt[quia]pro &[le-
ge æterna poſitum eſt,]id eſt, diuinitus inſtitutum, ac lege increata, ſeu diuina prouiden-
tia ordinatum[vt nihil genitum,]id eſt, nulla res mixta & generata de nouo[conſtet,]id
eſt, firmiter duret, incorruptibiliterq́; ſubſiſtat. Imo, vt probat libro de generatione Philo
Philoſo. ſophus, omne generatum eſt corruptibile.

## Elucidatio ſpiritualis eiuſdem metri. ARTIC. XI.

IVxta myſticum intellectum, dum ſapientia dei patris Chriſtus deus & homo, per in
carnationis myſterium deſcendens in mundum, cœpit ſpargere lumẽ ſuum, id eſt, pro
prio ore prædicare, & lumen ſuæ doctrinæ diffundere, miraculis coruſcare, atq; euan
gelicæ legis perfectionem exemplis verbiſq́; tradere, ſtella, id eſt, lex Moſi, quæ ſe ha-
bet ad legem Chriſti ſicut vmbra ad lucem, & ſtella quæcunq; ad ſolem ſenſibilem.
cœpit pallere, id eſt, imperfecta nec ad ſalutem ſufficiens apparere. Vnde ad Hebræos ait
Hebræ. 7. Apoſtolus: Nihil ad perfectum adduxit lex. Ad Galatas quoq;: Ex lege non iuſtificabi-
Gala. 2. tur homo. Nec poterant homines lege ſaluari, niſi per fidem Chriſti venturi. Palluit ergo
ſtella, id eſt, lex offuſcatione legis maioris, prementibus flammis, id eſt, ſuperantibus eam
Chriſti præceptis, inflammantibus euangelicis conſilijs, feruidis documentis, atque igni- F
Lucæ. 12. tis chariſmatibus ſpiritus ſancti. Vnde in euãgelio ait Saluator: Ignẽ veni mittere in ter-
Acto. 2. ram, & quid volo, niſi vt ardeat? Iſtud demum in die ſancto pentecoſtes clariſſime fuit
impletũ, quando glorioſi apoſtoli ſuſcepto ſpiritu ſancto in igneis linguis, cœperunt ſpar
gere lumen gratiæ ac euangelicæ legis: imo, & dare ſpiritum ſanctum, ac gratiam ac vir-
tutes in eccleſiaſticis ſacramentis, ita q͞p toto orbe terrarum cœperunt eſſe tot tantiq́; ſan-
cti, tam multiplici chariſmate ſpiritus ſancti repleti, q͞p ſancti veteris teſtamenti erant re-
ſpectu eorum pauci. Imo, & reſpectu apoſtolorũ, pallentes fuerunt, ſecundum quod ait
Hierony. Hieronymus: Apoſtolos omnibus illis ſecure præfero. Poteſt quoq; per ſtellam intelligi
philoſophorum doctrina, quæ comparatione ſolis, id eſt, theologicæ veritatis prorſus ex-
1. Corin. 1. palluit, intantum vt Apoſtolus dixerit: Nonne ſtultam fecit deus ſapientiam huius mun-
di? Cum nemus flatu. Per nemus deſignatur eccleſia, de qua ait Iſaias propheta: Lætabi-
Iſaiæ. 35. tur deſerta & inuia. In quo nemore ſunt tot arbores fertiles, quot veri Chriſti fideles. Vn-
Pſalm. 95. de dicitur in pſalmo: Tunc exultabũt omnia ligna ſyluarum à facie domini, quoniam ve
Lucæ. 23. nit. Nam & Chriſtus de ſeipſo tempore paſſionis teſtatus eſt: Si in viridi ligno hæc faci-
unt, in arido quid fiet? Hoc nemus rubuit innumerabilibus vernantiſſimis roſis tempore
primitiuæ eccleſiæ, & poſtmodum ſæpe, id eſt, perſonis ſanctis, contemplatiuis, famoſis,
2. Corin. 2. exemplaribus, quæ fuerunt bonus odor Chriſti in omni loco: atque adhuc de gratia dei
ſunt aliqui tales, quamuis heu admodum pauci. Rubuit, inquam, flatu zephyri tepentis,
Iohan. 3. id eſt, ex affluentia, inſpiratione, & motione ſpiritus ſancti. De quo in Iohanne legitur: Spi
ritus vbi vult ſpirat. Qui in ſeipſo eſt infiniti ſuperſuauiſſimiq́; ardoris, ſed radiãdo in cor
dibus



A dibus noſtris temperat noſtræ capacitati vehementiam ſui fulgoris, quemadmodum vir
tus altiſſimi obumbrauit ſacratiſſimæ virgini. Verum, cum nebuloſus auſter, id eſt, tenta Lucæ. 1.
tio turbulenta, commotio paſſionum, aduerſitas quęuis, ſpirant & pręualent in cordibus
noſtris, recedit decus chariſmatum ſpiritus ſancti ab eis, & remanẽt ſpinæ amaritudinis,
& remorſus aculei paſſionum, tumultus inordinatarum affectionum, ita q͞p animus inor Philoſoph.
dinatus ſibijpſi eſt grauis. Sæpe tranquillo radiat ſereno, &c. Per mare exprimitur ſancta
religio, in qua eſt ſaluberrima beatitudo contritionis, inundantia lachrymarum fidelium
perſonarum deflentium abominationes & ſcelera domus Iſrael, id eſt, eccleſiæ. Vnde &
Salomon dixit: Melius eſt ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij. In illa enim Eccles. 7.
finis cunctorum admonetur hominum, & viuens cogitat quid futurum ſit. Hoc mare, id
eſt, ſancta religio, pulcherrime radiat tempore tranquillitatis internæ, & obſeruantiæ re- Religio.
gularis, dum charitate prædominante ac feruente clauſtra ſunt paradiſus dei in terra, &
habitatores ſunt angeli. Quæ ſi defuerit, clauſtra ſunt tartara, habitatoreſq́; dæmones,
vt in regula ſua glorioſus ſcripſit Hieronymus. Et hoc agit ſatan, videlicet aquilo duriſſi- Hierony.
mus ventus, frigus vitiorum, gelu acediæ, cauſans procellas ferucntes, id eſt, turbulentas
murmurationes, rebelliones, concupiſcentias ebullientes, loquacitates linguæ inflamma
tæ à gehenna, plenæ veneno mortifero, vt dicit Iacobus. Quæ omnia regnant in locis re- Iacob. 3.
B ligioſis, in quibus obſeruantia perijt regularis. Abſit ergo à te tale clauſtrũ intrare, in quo
non ſolum quotidie diuina violantur præcepta, ſed etiam vota ſolẽnia altiſſimo facta. Po
ſtremo cum tam incerta & breuis ſit forma & ſpecies, proſperitas & voluptas vitæ præ-
ſentis, & omne eufortunium eius, contemnamus hæc omnia, quæ ad æternam trahũt ca
lamitatem, atque in ſummo bono, inuariabili, incomparabili & immenſo recollecta & fi
xa ſit tota noſtra intentio, tota affectio. Ad quod nos hortatur Apoſtolus prima ad Co-
rinthios: Hoc itaque dico fratres, tempus breue eſt. Reliquum eſt, vt qui vtũtur hoc mun- 1. Corin. 7.
do, ſint tanquam non vtentes. Hinc & ſanctus Iohannes in ſua prima deprompſit Cano-
nica: Mundus tranſit & concupiſcentia eius. 1. Iohan. 2.

## PROSA IIII.

TVm ego uera inquam commemoras o uirtutum omnium nu-
trix, nec inficiari poſſum proſperitatis meæ uelociſſimum cur
ſum, ſed hoc eſt quod recolentem uehementius coquit. Nam in
omni aduerſitate fortunæ, infeliciſſimum genus eſt infortunij,
fuiſſe felicem. P. Sed quod tu, inquit, falſæ opinionis ſupplicium luis, id re-
C bus iure imputare non poſſis. Nam ſi te hoc inane nomen fortuitę felicitatis
mouet, quam plurimis maximiſque abundes mecum reputes, licet. Igitur ſi
quod in omni fortunæ tuæ cenſu precioſiſſimum poſſidebas, id tibi diuini-
tus illęſum adhuc inuiolatumque ſeruatur, poteris ne meliora quæque reti-
nens de infortunio iure cauſari? Atqui uiget incolumis (illud precioſiſſimũ
humani generis decus) Symmachus ſocer & quod uitæ precio non ſegnis
emeres, uir totus ex ſapientia uirtutibuſq; factus, ſuarum ſecurus tuis inge-
meſcit iniurijs. Viuit uxor ingenio modeſta, pudicitiæ pudore præcellens,
& ut omnes eius dotes breuiter includam patri ſimilis. Viuit, inquã, tibiq;
tantum uitę huius exoſa ſpiritum ſeruat. Quoque uno felicitatem minui tu
am uel ipſa cõceſſerim, tui deſiderio lachrymis ac dolore tabeſcit. Quid di-
cam liberos conſulares, quorum iam ut in id ætatis pueris, uel paterni uel
auiti ſpecimen elucet ingenij. Cum igitur præcipua ſit mortalibus uitæ cu-
ra retinendæ, O te ſi tua bona cognoſcas, felicem cui ſuppetunt etiam nunc
quæ uita nemo dubitat eſſe chariora. Quare ſicca iam lachrymas, non-
dum eſt ad unum omnis exoſa fortuna. Nec tibi nimium ualida tempe-

 ſtas

D ſtas incubuit, quando tenaces hærent ancoræ, quæ nec præſentis ſolamen, nec futuri ſpem temporis abeſſe patiantur. Et hæreant, inquam precor: illis nanque manentibus utcunque ſe res habeat, enatabimus. Sed quantum decus ornamentis noſtris deceſſerit, uides. P. Et illa. Promouimus (inquit) aliquantulum, ſi te nondũ totius tuæ ſortis piget. Sed delitias tuas ferre nõ poſſum, qui abeſſe aliquid tuæ beatitudini tam luctuoſus atque anxius conquereris. Quis eſt enim tam compoſitæ felicitatis ut non aliqua ex parte cũ ſtatus ſui qualitate rixetur? Anxia enim res eſt humanorum conditio bonorũ, & quæ uel nunquam toto proueniat, uel nunquam perpetua ſubſiſtat. Huic cenſus exuberat, ſed eſt pudori degener ſanguis. Hunc nobilitas notum facit, ſed anguſtia rei familiaris incluſus eſſe mallet ignotus. Ille utroque circumfluus uitam cœlibem deflet. Ille nuptijs felix, orbus liberis, alieno cenſum nutrit hæredi. Alius prole lætatus filij filiæue delictis mœſtus illachrymat. Idcirco nemo facile cum fortunæ ſuæ conditione cõcordat. E Ineſt enim ſingulis quod inexpertus ignoret, & expertus exhorreat. Adde ꝙ feliciſſimi cuiuſque delicatiſſimus ſenſus eſt, & niſi ad nutum cuncta ſuppetant, omnis aduerſitatis inſolens minimis quibuſcꝫ proſternitur, adeo perexigua ſunt quæ fortunatiſſimis beatudinis ſummam detrahũt. Quam multos eſſe coniectas qui ſeſe cœlo proximos arbitrentur, ſi de fortunæ tuæ reliquijs pars eis minima contingat? Hic ipſe locus quem tu exilium uocas incolentibus patria eſt. Adeo nihil eſt miſerum niſi cum putes. Contracꝫ beata ſors omnis eſt æquanimitate tolerantis. Quis eſt ille tam felix qui cũ dederit impatientiæ manus ſtatum ſuum mutare non optet? Quã multis amaritudinibus humanæ felicitatis dulcedo reſperſa eſt, quæ ſi etiam fruenti eſſe iucunda uideatur, tamen quo minus (cum uelit) abeat retineri non poſſit. Liquet igitur quàm ſit mortalium rerum miſera beatitudo, quæ nec apud æquanimos perpetua ꝑdurat, nec anxios tota delectat. Quid igitur o mortales F extra petitis intra uos poſitam felicitatem, error uos inſcitiacꝫ confundit. Oſtendam breuiter tibi ſummæ cardinem felicitatis. Eſt ne aliquid tibi teipſo precioſius? nihil inquies. Igitur ſi tui compos fueris, poſſidebis quod nec tu amittere unquam uelis, nec fortuna poſſit auferre. Atque ut agnoſcas in his fortuitis rebus beatitudinem conſtare non poſſe, ſic collige: Si beatitudo eſt ſummum bonum naturæ ratione degentis, nec eſt ſummum bonum quod eripi ullo modo poteſt, quoniam præcellit id quod nequit auferri, manifeſtum eſt quod ad beatitudinem percipiendam fortunæ inſtabilitas aſpirare non poſſit. Ad hæc, quem caduca iſta felicitas uehit uel ſcit eam, uel neſcit eſſe mutabilem, ſi neſcit quænam beata ſors eſſe poteſt ignorantiæ cęcitate? Si ſcit metuat neceſſe eſt ne amittat quod amitti poſſe non dubitat, quare continuus timor non ſinit eſſe felicem. An uel ſi amiſerit negligendum putat? Sic quoque perexile bonum eſt quod æquo animo feratur amiſſum. Et quoniam tu idem es cui perſuaſum eſſe atque inſitum permultis demonſtrationibus ſcio, mentes hominum nullo modo eſſe mor-

tales



A tales. Cumque clarum ſit fortuitam felicitatem corporis morte finiri, dubitari nequit ſi hæc auferre beatitudinem poteſt, quin omne mortalium genus in miſeriam mortis fine labatur. Quod ſi multos ſcimus non morte ſolum, uerumetiam doloribus ſupplicijſque beatitudinis fructum quæſiſſe, quonam modo præſens uita facere beatos poteſt quæ miſeros tranſacta non efficit?

Elucidatio proſæ huius quartæ, ARTIC. II.

IN præcedenti proſa conſolata eſt Philoſophia Boethium, probando eum non eſſe penitus miſerum, eo ꝙ ante iam habuit tantæ proſperitatis exhuberantiã, ꝙ vix fuit ſimilis eius: Hic oſtendit ꝙ adhuc pręſentialiter habuit multa bona præcipua, ſpiritualia & corporalia, interiora & exteriora. [Tum,] id eſt, tunc [ego] Boethius: [Vera, inquam, commemoras,] id eſt, dixi vera eſſe quæ dicis de inſtabilitate fortunæ [ò virtutum omnium nutrix,] id eſt, tu Philoſophia quæ doces, cõſeruas & perficis diſpoſitiue, & cooperatiue omnes virtutes, præſertim naturales & acquiſitas. Et hoc magis competit philoſophiæ, quãtum ad partem eius ethicam ſeu moralem, ad quã B ſpectat prudentia, cuius actus conſiſtit diſcretio, quæ multum confert ad virtutes, prout iſtud circa exordium primi libri fuſius dictum eſt [nec inficiari poſſum proſperitatis meę velociſſimum curſum]. i. negare non valeo [curſum proſperitatis meæ] præteritæ fuiſſe celerrimum. Vel, curſum proſperitatis aliquantulæ, quam adhuc habeo breuiſſimum eſſe, quemadmodum Iob aſſerit: Dies mei velociores fuerunt curſore, tranſierunt quaſi naues Iob. x. poma portantes [Sed hoc eſt q̊d] me [recolentem]. i. præterita mea ad memoriam reuocãtem [vehementius coquit,] id eſt, igne tribulationis exurit. [Nam in omni aduerſitate fortunæ]. i. in omni diſfortunio [infeliciſſimum]. i. miſerrimum [infortunij genus eſt fuiſſe felicem,] id eſt, proſperitatibus abundantem. Nempe oppoſita iuxta ſe poſita clarius Philoſoph. innoteſcunt. Ideo deiectus & miſer effectus, priſtinam ſuam proſperitatem rememorans, præſentem ſuam miſeriam clarius deprehendit grauioremq́ꝫ ſentit. Difficilius etiã eſt expertis carere delitijs, & conſueta relinquere. Hinc depauperatis & contemptis, qui ante opulenti & honorati fuerunt, moleſtius eſt penuriam, iniuriam, contumeliam pati. Diſfortunia ergo continua vertuntur in habitum & leuius ſuſtinentur, q̃ interrupta, cum & laborioſum ſit ad contraria aſſuefieri. Ideo Seneca dixit: Fortuna lætiores dimittit quos per Seneca. proſpera non aſpexit, quàm quos reliquit. Itemque tolerabilius eſt non acquirere bo- Idem. na, quàm perdere acquiſita. Hinc in Geneſi legitur Rebecca dixiſſe, cum ſentiret paruu- Gene. 25. C los in vtero ſuo collidi: Si ſic mihi futurum erat, quid neceſſe fuit concipere? Et quarto Re- 4. Regũ. 4. gum mulier Sunamitis fertur dixiſſe ad Eliſæum, cuius meritis puerum procreauit qui obijt: Nunquid petiui filium à domino meo? Quaſi diceret: Melius mihi eſſet in ſterilitatis opprobrio permanſiſſe, quàm ſic orbari filio nato. Ob hoc in prouerbijs ſuis Seneca lo- Seneca. quitur: Excelſis multo facilius nocet fortuna ſeu caſus. Verum ad iſtud reſpondet Philoſophia conſolando ac medicando. [Sed quid tu, inquit,] id eſt, cur tu Boethi [falſæ opinionis ſupplicium luis?] id eſt, cur teipſum inſipienter affligis, & [luis,] id eſt, toleras [ſupplicium,] id eſt, triſtitiam ac dolorem, quæ ex falſa oriuntur opinione [cum id rebus iure imputare non poſſis,] id eſt, ſupplicium iſtud non potes rationabiliter imputare fortunæ euẽtibus, tanquam cauſæ proximæ ac directe, quamuis ſint occaſio & materia ac cauſa tuæ afflictionis remota. Opinio vero erronea qua putas propter exteriora damna atqꝫ incommoda eſſe dolendum, eſt cauſa huius ſupplicij, cum reuera in aduerſis talibus ſit gaudendum, ac deo regratiandum, & ad minus æquanimiter ſuſtinendum. Hinc ſubditur: [Nã ſi te hoc inane nomen fortuitæ felicitatis mouet,] id eſt, ſi res ipſa nomine deſignata, vtputa fortuita felicitas, trahit te ita vt appetas eam, & de eius amiſſione triſteris [licet]. i. licitum eſt, imo expediens [reputes]. i. ꝙ diſputes & conferas [mecum] an recte mouearis [cum abundes] adhuc [plurimis & maximis] bonis, puta ingenio, ſcientia & virtute. [Igitur,] id eſt, propter hæc dico [ſi quid in omni fortunæ tuæ cenſu precioſiſſimum poſſidebas,] id eſt, quia ante iſtam aduerſitatem [poſſidebas quid,] id eſt, aliquid [precioſiſſimũ]. i. valde precioſum [in oĩ cenſu]. i. theſauro [fortunę tuę]. i. eufortunij tui [id tibi diuinitꝰ]. i. à deo [illæſum adhuc inuiolatumq́ꝫ ſeruatur] Poteris ne meliora quæqꝫ retinens de in-

for-

fortunio iure cauſari?]id eſt, tu integre habens ac tenens præſtantiora quæ vnquam ha= D
buiſti, non potes rationabiliter conqueri de infortunio tibi illato, quoniam interiora ani=
mæ bona nemo potuit tibi auferre, nec exteriora bona totaliter amiſiſti. Quod conſequē=
ter probat ex hoc, quod Symmachus optimus vir fideliſſimuſque amicus, & propria con
iunx ac filij adhuc manſerunt Boethio. [At qui, ]id eſt, pro certo [viget incolumis, illud
precioſiſſimum humani generis decus,] id eſt, perſona illa egregia tantæ perfectionis, ꝙ
totum genus humanum ſuo tempore viuens decoratur ex eo, ſecundum ꝙ totum orna=
tur ex ſua parte. Etenim ſicut multa membra ſunt in vno ſuppoſito, ſic multa ſuppoſita
Porphyri. in vna natura ſpecifica. Propter q̊d dixit Porphyrius: Participatione ſpeciei, plures homi=
nes ſunt vnus homo. [Symmachus ſocer, ]id eſt, pater tuę vxoris[& quod vitæ precio nō
ſegnis emeres,]id eſt, quod decus videlicet Symmachum[emeres, ]id eſt, redimeres[non
ſegnis,]id eſt, non tardus & piger ad hoc, ſed promptus & alacer ex nimia dilectione ad
eum[precio vitæ,]id eſt, propria vita corporali, ita ꝙ teipſum pro eo morti libenter expo
Ordo charitatis. neres, prout perfecta exigit charitas. Nam hoc ordo exigit charitatis, vt homo plus dili=
gat perſonam ſeu animam proximi ſui, quàm proprium corpus corporalemque vitam.
Quod autem quis malit in corpore mori, quàm vt amicus ſuus corporaliter occidatur,
ad perfectionem & cumulum dilectionis pertinere cenſetur[vir totus,]id eſt, perfectus &
integer, vitijs non corruptus[ex ſapientia virtutibusq́; factus,]id eſt, tam excellenter vir= E
tuoſus ac ſapiens, ac ſi compoſitus eſſet ex ſapientia atq; virtutibus, ſicut componitur ho=
mo ex anima rationali & carne. Quod vel ſimpliciter ita fuit, vel per hyperbolen dictum
eſt, ad inſinuandum magnitudinem bonitatis & ſapientiæ tanti viri[ſuarum ſecurus, tu=
is ingemiſcit iniurijs,] id eſt, tibi in tuis iniurijs intime condolet [ſecurus ſuarum, ]id eſt,
inter ſuas iniurias conſtans & patiens, quas ſibi infert Theodericus tyrannus. Hæc enim
ad fortitudinem animi & pietatem ac ſpiritualia miſericordiæ opera pertinent, Cum Sa=
Prouer. 28. lomon dicat: Iuſtus quaſi leo confidens, abſque terrore erit. Et in Eccleſiaſtico ſcriptum
Ecci. 7. ſit: Ne deſis plorantibus in conſolatione. Apoſtolus quoque edoceat: Flere cum flenti=
Roma. 12. bus. [Viuit vxor]tua [ingenio modeſta, ] id eſt, ex naturali indole moderata [pudicitiæ
pudore præcellens,] id eſt, valde ornata pudore, quæ eſt laudabilis paſſio & verecundia
Pudor. Philoſo. bona, ſecundum Philoſophum. Eſtque timor dehoneſtationis, ſecūdum Damaſcenum.
Ioh. Dam. Ex quo pudore oritur pudicitia, quæ eſt virtus. Qui pudor & pudicitia ad ſexum fœmi=
Pudicitia. neum & ad adoleſcentes præcipue pertinent. Propter quod in Eccleſiaſtico habetur: Gra
Ecci. 26. tia ſuper gratiam, mulier ſancta & pudorata & tacita. Quarto quoque Ethicorum ait
Philoſo. Verecundia. Philoſophus: Verecundia non conuenit omni ætati, ſed iuuenili. Vnde verecundioſos iu=
uenes laudamus. Hinc ſuper Cantica ſcribit beatus Bernardus: Quid amabilius verecun
Bernard9. do adoleſcente? Ecce quàm pulchra & ſplendida morum gemma eſt verecundia in vul= F
tu & facie adoleſcentis, quoniam vera atque indubia bonæ ſpei eſt nuncia bonæ indolis
index, virga diſciplinæ, expugnatrix malorum, propugnatrix puritatis, innatæ continen=
tiæ gloria, famæ cuſtos, decus vitæ, ſedes virtutis, virtutum primitiæ, vera laus, & totius
Seneca. honeſtatis inſigne. Concordat illud Senecę: Nutriendus eſt pudor, quia quàm diu manet
in iuuene, aliquis manet bonæ ſpei locus. Bonū in adoleſcente ſignum, cum illi rubor ſuf=
Cicero. funditur. Porro modeſtia, vt Tullius loquitur, eſt modeſti atque honeſti habitus tenor.
Modeſtia. Hug. Vic. Quod Hugo plenius exprimens: Modeſtia, ait, eſt cultum & motum omnemque occupa=
tionem vltra defectum & citra exceſſum componere. Vnde dixit poeta:

Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines
Quos vltra citraq́; nequit conſiſtere rectum.

[& vt omnes dotes eius breuiter includam,]id eſt, vt vniuerſas virtutes atque ingenitas
inclinationes, inchoationes & aptitudines vxoris tuæ compēdioſe deſcribam & perſtrin=
gam[patri ſimilis]in perfectionibus animæ, vtputa eminenter virtuoſa, prudens, ingenio
Elpes. ſa & docta, quæ Elpes vocata eſt. [Viuit, inquam, ]id eſt, ego Philoſophia dico, quòd
viuit, & nunc addo[tibique tantum,] id eſt, ſolum viuit ad tuum qualecunque ſolatium,
& magis intenta tibi per compaſſionem, quàm ſibi ipſi[vitæ huius exoſa,] id eſt, tædium
habens vitæ præſentis[ſpiritum ſeruat]in corpore quæ nondum animam exhalauit[ſpi=
ritumque ſeruat,]id eſt, ſpiritalem vigorem, imo & ſpiritum dei habet in ſe, qui eam ho=
ris congruis conſolatur ac roborat. Obſeruandum, quòd in hoc libro hoc verbum [In=
quam] communiter ponitur in perſona Boethij, quemadmodum hoc verbum, Inquit,
in



A in perſona Philoſophiæ. Tamen hoc loco, Inquam, ex nomine Philoſophiæ profertur.
[Quæ]vxor tua[tabeſcit]. i. debilitatur ac deficit [dolore]cordis [& lachrymis] oculorū
ex dolore manantibus[deſiderio tui]. i. ex affectu tuæ liberationis, atq; vt te ſanum & læ
tum denuo videat[quo vno, ]id eſt, ex qua cauſa præcipue [vel ipſa]. i. ego ipſa Philoſo=
phia ſaltem [conceſſerim minui felicitatem tuam] . i. temporalem tuam proſperitatem,
ꝙ ſcilicet tam chariſſimam conthoralem rehabere non vales. De qua illud Prouerbiorū
dicere potes: Cerua chariſſima, gratiſſimus hinnulus. Cuius afflictio auget tuum mœro
rem. Nam ſicut dilectio eius ad te facit eam compati tibi, ita charitas tua ad ipſam facit, Prouerb. 5
& te compati illi. Nempe vt in euangelio loquitur Chriſtus: Vir & mulier ſunt vna caro. Matth. 19
Hinc inter maritum & coniugem bene concordes eſt amicitia maxima. Omnis nanque
amicitia, iuxta Philoſophum in Ethicis & Politicis, in cōicatione quadam fundatur. Pro= Philoſoph.
pter quod ſecundum diuerſitatem communicationum, amicitiæ ſunt diuerſæ. Cumq́; in=
ter cōiugatos ſit communicatio maxima, conſtat ꝙ & amicitia ſumma. Quam etiam cō=
municationis illius voluptas in copula coniugali conſiſtens conſeruat & auget, quæ & in=
ter bruta dulcem quandā amicitiam parit, prout in Summa contra Gentiles ſanctus Tho Tho. Aqu.
mas fatetur. Verum, vt Theophraſtus in libro de nuptijs loquitur: Amicitia quemadmo Theophra.
dum & concordia illa inter coniugatos valde eſt rara. Imo, multo frequētior inter eos eſt
B diſcordia, quæ gignit paulatim mirabile odium & tædioſiſſimam inuicem vitam. Pro=
pter quod viſum eſt Theophraſto, vt ſanctus refert Hieronymus, ꝙ ſapienti non ſit vxor Hierony.
ducenda. Inter Boethium vero & coniugem eius fuit ex omni parte amicitia grādis, cum
ambo fuerint virtuoſi atque beneuoli: ſicq́; iuxta doctrinam Apoſtoli ad Hebræos, fuit Hebræ. 12.
inter eos honorabile connubium, & thorus immaculatus. Nam & Seneca in Prouerbijs Seneca.
ſuis teſte, coniunctio beneuoli animi eſt cognatio maxima. Hanc amicitiam & veram fi=
delitatem oſtendit vxor Boethij ad eundem in aduerſis condolēdo ei, vſque ad mortem.
Vnde & Socrates dixit, quod & Seneca ſcripſit: Proſpera parant amicos, aduerſa certiſſi= Socrates.
me probant. Hinc oſtenditur ꝙ Boethio manſit adhuc quædam proſperitas in eleganti= Seneca.
bus filijs ſuis[Quid dicam]. i. q̃liter ꝑconiſabo & cōmendabo[liberos cōſulares]. i. conſu
les Romanorum[quorum ſpecimen]. i. claritas[ingenij paterni]. i. ſimiles ingenio patris
eorum Boethij[vel auiti]. i. vel ſimilis ingenio aui eorum videlicet Symmachi[elucet]. i.
forinſecus ſplendet per effectus & certa ſigna ingenioſitatis eorum, vt iam elucere poteſt
[in pueris id ætatis]. i. ſecundum eam iuuenilem ætatem, quam habēt in qua tantæ ſunt
prudentiæ, quaſi iam ſenes eſſent, & cuncta experti, iuxta illud Iob: In antiquis eſt ſapien= Iob. 12.
tia, & in multo tempore prudentia. Hoc igitur in natis Boethij fuit ſpeciale, qui ex natura
li induſtria ex paucis conſiderauerunt quàm plura. Communiter autem eſt verum quod
C ſexto dicitur Ethicorum: Iuuenes non ſunt prudentes, quoniam experientia ad prudenti Philoſoph.
am exigitur: experientia vero exigit tēpus. Ex his infert Philoſophia, Boethium nōdum
omnino infelicem fuiſſe. [Cum igitur præcipua ſit mortalibus vitæ cura retinēdę, ]id eſt,
homines adhuc mortales præcipuam curam habent qualiter maneant viui. Eſſe nanque
& viuere naturaliter appetuntur, ſicut & mors naturaliter abhorretur. Imo, ſecundum
Philoſophum omnium terribilium terribiliſſimum eſt mors. Qualiter etiam ipſum eſſe Idem.
naturali quadam vi iucundum ſit, Auguſtinus pulchre declarat vndecimo libro de Ciui= Auguſtin.
tate dei XXV. capitulo. Atque in Homilia diſſeruit: Inter omnes ſeculi huius labores & Idem.
curas, non quærunt homines, niſi vt diu viuant. Ipſum autem diu viuere quid eſt, niſi ad
mortem currere? Quotidie in ſeculo iſto quæruntur dies boni, vbi non inueniuntur: & ne=
mo vult ſic viuere, vt illuc perueniat, vbi inueniuntur. Denique etiam irrationabilibus na
turalis cura eſt vitæ ſeruandæ. Propter quod neceſſaria victui quærunt, corruptiuis reſi=
ſtunt, & vt ait Philoſophus, naturaliter appetunt ſibi ſimilia generare, quatenus eſſe per= Philoſop.
petuum quod in ſeipſis ſortiri non valent in ſuccedentibus ſibi participent. Propterea
vis generatiua eſt eis collata [O te ſi tua cognoſcas bona felicem,] id eſt, ego Philoſo=
phia te BOETHIVM dico adhuc felicem eſſe felicitate ciuili ſaltem quodam mo
do, ſi perſonaliter penſes quanta bona nuncuſque tibi remaneant[cui ſuppetunt,] id eſt,
in promptu ſunt [etiam nunc quæ vita nemo dubitat eſſe chariora ] videlicet amici
chariſſimi SYMMACHVS ſocer tuus, vxor tua probiſſima, & filij ele=
gantes. Pro quorum conſeruatione teipſum exponeres morti, ſicut expoſitum eſt.
[Quare ſicca iam lachrymas,] id eſt, oculos tuos terge à lachrymis immoderatis,
quæ

quæ ex dolore fluunt inordinato[Nondum eſt ad vnum omnis fortuna exoſa].i.tota for D
tuna tua ſeu effectus tuus fortuitus,non eſt ad vnum,hoc eſt,totaliter tibi aduerſans[Nec
tibi nimium valida tempeſtas incubuit].i. fortis & impetuoſa aduerſitas nondum ſuper
te irruit ſine moderamine diſcretionis,ſeu vltra vires,quia nõ abſtulit tibi omnia ad proſ-
peritatem ſpectantia,quemadmodum multis qui ſimul per peſtem aut gladium perdũt
vxorem,proles,amicos,& vulnerantur ac captiuantur[quoniam tenaces hærẽt ancoræ]
.i.certa & firma refugia remanent tibi,vt filij & amici,qui,quãtum in ipſis eſt,parati ſunt
te iuuare & de aduerſitatum tempeſtate eruere,ſicut per ancoras nauis ſaluatur à ſubmer
ſione[quæ nec præſentis ſolamen, nec futuri ſpem temporis abeſſe patiantur].i. ancoræ
iſtæ non patiuntur tibi deeſſe conſolationem[præſentis temporis].i.aduerſitatum, quas
modo habes & ſuſtines[nec ſpem futuri temporis].i. fiduciam tibi præbent euadendi in
poſterum mala inflicta aut infligẽda , quia probabile eſt ꝙ filij & amici Boethij pro eius
liberatione aſſidue laborabant,omni modo quo rationabiliter potuerant. ¶Sequitur re-
ſpõſio Boethij ad hæc[Et hæreãt,inquã,precor].i.ego Boethius rogo vt ancorę illę[hę-
reãt].i.amici & filij mei ſtabiliter pro me laborent, ſicut ſpectat ad charitatem non ceſſa
Cantico.8. re à bono incœpto,iuxta illud Canticorum:Fortis eſt vt mors dilectio, dura ſicut inferus
æmulatio. Vnde Caſſiodorus proteſtatur:Qui vere amicus eſt,omni tempore diligit, tor
Caſſiodo. Prouer.17. mentum non ſeparat,labor non laſſat,theſaurus non ſuperat,alienus amor non occupat. E
Petr.Rau. Petrus quoq; Rauennenſis præſul diſſeruit:Nil durum , nil amarum , nil graue, nil letale
computat amor verus. Quod ferrum, quæ vulnera, quæ pœna,quæ mortes amorẽ præ-
ualent ſuperare perfectum?[Illis nanq; manentibus]in vita,fidelitate & amicitia[vtcun-
que ſe res habeant enatabimus].i.procellas huius aduerſitatis euademus,vel enatare ſpe
rabimus qualitercunque res fortuitæ ſe habeant. Hoc ex bona ſpe Boethius protulit,
aliter tamen euenit. Loquitur quoque metaphorice de euaſione ſub nomine enatationis,
quia hoc ſeculum præſenſq; vita ac tribulatio quælibet dura nomine maris exprimitur,
Threno.2. Iuxta illud in Threnis:Magna eſt velut mare contritio tua[Sed quantum decus ornamẽ
tis noſtris deceſſerit, vides].i.tu ò philoſophia quantũcunq; me conſoleris,attamen cer-
nis q̃ magnum decus,expolitio,candor & gloria ablatæ ſint à veſtibus noſtris, habitacu-
lis, tegumentis , quia nunc carceralibus & vilibus veſtibus vtimur, qui pretioſis ac ſplen-
didis cõſueuimus vti. Hoc dicit Boethius in perſona infirmi, quia de veſtibus corporis pa
rum aut nihil curandum eſt ſapienti an ſint deformes,dummodo per hoc veſtes opesque
animæ non deturpentur,nec peiorentur.i.virtutes & actus earum. Vnde primo de Ciui-
Auguſtin. tate dei loquitur Auguſtinus:Fides & pietas interiorisq; hominis bona,opes ſunt Chriſti
Matth.11. anorum. Nam & Chriſtus effatur: Ecce qui mollibus veſtiũtur,in domibus regum ſunt.
[Et illa] ſcilicet Philoſophia [Promouimus, inquit, aliquantulum].i. parumper profeci- F
mus[ſi te nondum totius ſortis tuæ piget].i. ſi adhuc non habes tædium de toto tuo euẽ-
tu fortuito,ita ꝙ non totus diſplicet tibi, ſed eum eſſe moderatum fateris , ita quod nõ es
prorſus mente deiectus ex ipſo, quia non putas te totaliter miſeꝝ, ſicut ſenſeras ante[ſed
delitias tuas ferre non poſſum].i.ex charitate & rationis iudicio reprobo, ꝙ adhuc tã de-
licatus & mollis es corde [qui abeſſe aliquid tuæ beatitudini tã luctuoſus atq; anxius con
queraris].i.qui non erubeſcis conqueri,obijcere & cauſari, ꝙ aliquid deeſt tuæ proſperi-
tati ciuili & felicitati politicæ ,vtputa veſtium decus [tam luctuoſus atq; anxius] .i.ita ꝙ
conquerendo hoc es lachrymis plenus,triſtis & territus, cum deberes hæc omnia æquani-
miter ac gaudioſe perferre,ſicut frequenter probatum eſt. Nempe in libro hoc idem ſen-
ſus frequenter repetitur ſub alijs & alijs verbis, ſecundũ ꝙ moris eſt afflictis & triſtibus
idem ſæpius iterare,ſecundum variam innouationem,tactum ac impulſionem ſui mœro
ris. Idcirco in talibus locis non oportet morari [Quis eſt enim tam compoſitæ felicitatis]
.i.quis hominum in hac vita habet felicitatem aut proſperitatem tam magnam , ordina-
tam ac adunatam[vt non aliqua ex parte cum ſtatus ſui qualitate rixetur?].i.nõ conque
ratur aliquid ſibi deeſſe, & ita ex aliqua parte contendat contra ſtatum ſuum in vita hac
aſſerendo ſe adhuc in multis deficere , præſertim cum peccet ſaltem venialiter valde fre-
quenter,& in naturalibus atq; gratuitis defectuoſus exiſtat[Anxia enim res eſt].i.formi
doloſa,incerta,inſtabilis[humanorum conditio bonorum] .i.proprietas & euentus tem-
poralium rerum ac fortuitorum effectuum in diuitijs,honoribus,nobilitatibus,delitijs,fa
uoribus,amicitijs & conſimilibus, ideo de eorum receſſu non eſt exceſſiue dolendum, nec
de



A de eorum acceſſu incaute lætandum[& quæ]res, ſeu conditio [vel nunquam tota proue-
niat,]id eſt,nullo tempore cõtingit alicui homini[tota ſimul,]id eſt, totaliter & perfecte
[vel nunquam perpetuo ſubſiſtat,]id eſt,in nullo ſtabiliter perſeueret, ad minus enĩ mor
te in vnoquoq; mortali finitur. Iſtud ſæpiſſime iam dictum eſt[Huic] videlicet opulento
[cenſus exhuberat,]id eſt,pecunia abundat[ſed eſt]ſibi[pudori degener ſanguis,]id eſt,
de ſua ignobilitate erubeſcit,defectum natalium patiens[Hunc,]id eſt,alium quempiam
[nobilitas notum facit,]id eſt,famoſum. Eſt autem nobilitas,iuxta Philoſophum in Po Nobilitas.
liticis,opulentia antiquata[ſed anguſtia,]id eſt,modicitate[rei familiaris,]id eſt, dome-
ſticarum opum neceſſariorumq; vitæ ac vſui domus[incluſus,]id eſt,comprehẽſus[mal-
let eſſe ignotus] qa de ſua erubeſcit inopia,prout Ioſephus recitat de Herode,qui Iacobũ Ioſephus.
decollauit,ꝙ quodam tempore ad tantam fuit deuolutus pauperiem, ꝙ ſeipſum recluſit
vt fame interiret ibidẽ[Ille vero vtraq; circumfluus,]id eſt, alius nobilitate diuitijsq; abũ
dans[vitam cœlibem deflet,]id eſt,plangit ꝙ vxorem non habet nec prolem,aut ꝙ con-
iugio nõ eſt aptus præ frigiditate,ſenio aut caſtratione. Vnde in Eccleſiaſtico fertur:Spa- Ecci.30.
do circumplectens virginem,& ſuſpirans[ille nuptijs felix,]id eſt, cõiugij proſperitatem
ſortitus[orbus,]id eſt,carens[liberis,]id eſt,filijs[alieno cẽſum nutrit hæredi,]id eſt,ex-
traneo reponit & congregat opes. Iuxta illud Eccleſiaſtes: Homo extraneus vorabit eas. Eccẽs.9.
B Atq; in pſalmo: Theſaurizat,& ignorat cui cõgregabit ea. De qua abuſione Salomon in Pſalm.38.
Eccleſiaſte tractat diffuſius[Alius prole lætatus,]id eſt,gauiſus ꝙ genuit prolem [filij fi- Eccẽs.2.4.
liæve delictis mœſtus illachrymat,]id eſt,triſtis de exceſſibus ſobolis ſuę deplorat eorum 5.9.
peccata & pœnas,quas incidunt. Quod potiſſime ſolet euenire parentibus,qui prolem ſu
am in pueritia non domant,ſed potius ludunt cum ea. Propter quod in Eccleſiaſtico dici Ecci.30.
tur:Lacta filium tuum,& pauentem te faciet. Lude cum eo,& contriſtabit te. Non corri
deas illi,ne doleas.[Idcirco nemo facile cũ fortunæ ſuæ conditione concordat,]id eſt,vix
aliquis complacentiam habet in omnibus quæ fortuitè accidunt. Nam caſus huiuſmodi
innumeri ſunt,vt ſecundo dicitur Phyſicorum[Ineſt enim ſingulis]hominibus, vel ſingu Philoſoph.
lis fortunis quorumlibet effectibusq; fortuitis[quod inexpertus ignoret,]id eſt, neſcit qd
lateat in illis de commodo aut incommodo:ideo poteſt faciliter diſplicentia in eiſdem ha
bere[& expertus abhorreat,]id eſt,incidere vereatur. Hinc in Prouerbijs legitur:Sapiens Prouer.14.
timet,& declinat à malo,ſtultus tranſilit & confidit. Eccleſiaſticus quoq; inducit:Qui nõ Ecci.34.
eſt expertus,pauca recognoſcit. Vir in multis expertus,cogitabit multa. ¶Conſequenter
probat alia ratione,ꝙ nullus in omnibus concordat cum ſua fortuna,quia fortunatiſſimi
ſolent celerius aque frequentius perturbari.[Adde] rationibus & motiuis præhabitis[ꝙ
feliciſſimi cuiuſque delicatiſſimus ſenſus eſt,]id eſt,ꝙ ſenſus eorum qui eufortunijs magis
C abundant,ſunt magis aſſueti delitijs[& niſi ad nutum cuncta ſuppetant,]id eſt,niſi oĩa
eis eueniant iuxta deſideria ſua [omnis aduerſitatis inſolens,] id eſt, fortunatiſſimus ſeu
delicatiſſimus eius ſenſus ad cuncta aduerſa inſuetus,atque impatiens [minimis quibuſ-
que proſternitur,]id eſt, per minima diffortunia ſeu aduerſa prouocatur ac labitur,vt pa
tuit in Roboam filio Salomonis,in delitijs enutrito, qui propter modica verba populi ſui 3.Regũ.12.
exacerbatus, duriſſime reſpondit. Propter quod decem tribus Iſrael receſſerunt ab eius
imperio,vt legitur tertio libro Regum. Porro D A V I D aduerſitatibus aſſuetus &
multa perpeſſus, etiam grauiſſimas contumelias patientiſſime tulit, dicente ad eum Se- 2.Regũ.16
mei viro nequiſſimo, imo & lapides contra eum proijciente: Egredere, egredere vir ſan
guinum, & vir Belial. Vnde in libro Prouerbiorum ſcribitur: Impatiens operatur ſtul- Prouer.14.
titiam [adeo perexigua ſunt,] id eſt, tam vehementer ſunt parua [quæ fortunatiſſimis
beatitudinis ſummam detrahunt , ] id eſt, proſperitatis & ſufficientiæ copiam & ple-
nitudinem auferunt, dum tam faciliter miſeri fiunt peccando, brutiſque ſimiles, quo-
niam ira in ſinu ſtulti requieſcit. De his paulo ante aſſignatæ ſunt cauſæ. Hinc in Pro- Eccẽs.7.
uerbijs ſuis Seneca loquitur: Fortuna ſtultum facit eum quem nimium fouet. Et denuo: Seneca.
Grauius nocet quod improuiſe contingit. Itemque: Proſperitas iracundiam nutrit. Hoc Idem.
eſt quod rurſus teſtatur: Nihil plus efficit homines iracundos, quàm educatio mollis Idem.
& blanda. Ideo optimum ſaluberrimumque conſiſtit aſſidue ſuſtinere aduerſa, cor-
pus dure tractare, omnem animoſitatem in ſeipſo prorſus conſtringere. ¶Conſequen- Idem.
ter Philoſophia B O E T H I V M ad patientiam exhortatur ex conſideratione eo-
rum qui eiuſdem ſecum naturæ ſunt, vt conſiderando parem naturam, non nimis anhe-

 let

let ad diſparem qualitatem? Quàm multos eſſe coniectas, ] id eſt, ſi rite perpendis, D
potes probabiliter conijcere & putare plurimos eſſe[qui ſeſe cœlo proximos arbitrentur]
id eſt, quaſi in paradiſo ſe eſſe putent, ſiue putarent valdeq; fortunatos[ſi de fortunæ tuæ
reliquijs pars minima eis contingat?]id eſt, ſi valde parum eis accideret aut ineſſet de bo
nis fortunæ, quæ adhuc aliqualiter tibi aſſunt aut competunt, quamuis conqueſtus ſis ſæ
pe ea tibi ablata eſſe. Multi enim fuerunt tunc qui ſe fortunatos valde iudicaſſent, ſi ha-
buiſſent vnum filium conſulem Romanorum, aut vxorem tam virtuoſam, prudentem ac
nobilem, vt erat vxor Boethij, aut tantam ſcientiam, ſicut ipſe, vel tot ac tantos amicos,
& cætera. [Hic ipſe locus, quem tu exilium vocas, incolentibus,] id eſt, oriundis ex eo &
commorantibus in eodem [patria eſt]. Si hoc intelligatur de Rauenna aut alia vrbe, ad
quam Boethius primo fuit miſſus & relegatus, antequam fuit incarceratus, difficultatem
non habet: ſi autem de carcere ipſo, dici poteſt, quod aliqui erant grauius eo incarcerati
[Adeo nihil miſerum eſt, niſi cum putes,] id eſt, in tantum vera ſunt quæ dixi, vt nihil
ſit infortunatum ac miſerum tibi, [niſi cum putes,]hoc eſt, niſi in quantum apprehende-
ris illa ſub ratione contrarij ſeu nociui: ſic enim inducit tibi triſtitiam, & imaginaris id ti-
bi moleſtum. Quod intelligendum eſt de rebus poſitiuis, ſeu malis pœnæ, non de ma-
lis culpæ, quæ in ſe & ex ſe ſunt parua ac miſera formaliter, & item efficienter, prout Sa-
Prouer.14. lomon in libro ait Prouerbiorum: Miſeros facit populos peccatum. Itaque mala culpæ E
ſunt miſera, non quia putantur mala, ſed quia ex ſua natura ſunt talia. Imo, non fiunt
nec appetuntur, niſi in quantum bona videntur, cum obiectum appetitus ſit bonum.
S.Dionyſi. Propter quod diuinus Dionyſius proteſtatur: Nemo ad malum reſpiciens, operatur. Et
Philoſo. teſte Philoſopho: Omnis peccans, eſt ignarus. Etenim quamuis bene iudicet in commu-
ni, non tamen in particulari. Quod etiam verificatur de eo, qui peccat ex certa ſcientia.
Prouer.12. Hinc in Prouerbijs ſcriptum eſt: Via ſtulti recta in oculis eius. Quod ne de ſolis ſtolidis
vſu rationis carentibus dictum puteтur, S A L O M O N rurſus eodem aſſerit li-
Prouer.21. bro: Omnis via viri recta ſibi videtur. [Contraque,]id eſt, econuerſo[beata ſors omnis
eſt,] id eſt, omnis fortuna, ſeu omnis euentus fortuitus, vel omnis aduerſitas, felix eſt,
vel ad felicitatem diſponens, ducens, cooperans[æquanimiter tolerantis,] id eſt, ſi pa-
Roman.8. tienter & æquanimiter toleretur. Sic enim electis dei, teſte Apoſtolo ad Romanos, omnia
Philoſoph. cooperantur in bonum. Atq; vt ait Philoſophus: Circa aduerſa, dura & aſpera verſatur
patientia, & circa mortis pericula fortitudo, vt in omnibus illis ſimus conſtantes nec paſ-
Socrates. ſionibus iræ, triſtitiæ, vicio impatientiæ, effœminata formidine obruamur. Hoc Socrates,
Plato. Plato, Pythagoras, & alij meliores philoſophi verbis & factis diligenter edocuerunt.
Pythagor. Vnde & Seneca libro de Clementia faſſus eſt: Magni animi proprium eſt, in cunctis pla-
Seneca. cidum & tranquillum conſiſtere, iniurias & offenſas vilipendere, id eſt, non curare. Mu- F
liebris vero animi eſt, litigare, ac iræ ſuæ gerere morem. Præterea conſonat his quod
Cicero. Tullius libro de Tuſculanis quæſtionibus ſcribit: Nec felicitas nec miſeria eſt in hoc
mundo, niſi ex hominum opinione, id eſt, niſi concurrente felicium & miſerorum iu-
dicio. Sic ergo fortuna proſpera, felix eſt homini per ſapientiam ne inſletur, fortuna
vero aduerſa per patientiam ne triſtetur, imo in vtraque D E O regratietur. Impa-
tientem vero affirmat B O E T H I V S infelicem eſſe ſubdendo: [Quis eſt ille tam
felix?] id eſt, tam proſper?[qui cum dederit impatientiæ manus, ]id eſt, ab impatientia
ſe vinci permiſerit [ſtatum ſuum mutare non optet?] id eſt, ad meliorem ac proſperi-
orem fortunam pertingere, in qua non patiatur aduerſa & triſtia, per quod ſe infeli-
cem ac indigentem fatetur? Impatiens demum dat manus ſuas, id eſt, rationem &
voluntatem, quas peruerſiſſime ſubijcit ſenſualitati ac moribus eius, ſicut victus dat
manum victori. Et hæc eſt viliſſima ſeruitus, ſubiectio vitiorum. Quo contra horta-
Roma.12. tur A P O S T O L V S ad Romanos: Noli vinci à malo, ſed vince in bono
malum. Deinde declarat Philoſophia humanæ proſperitatis contemptibilitatem, pro-
pter contrariorum permixtionem. [Quàm multis amaritudinibus humanæ felicitatis dul
cedo reſperſa eſt]Quamuis enim interdum quis ad aliquantulum tempus in delectatio-
nibus, ſine actuali et perceptibili aduerſitate, afflictione, calamitate, verſetur, non tamen durat
hoc diu. Imo, ſeculi amatores, reges & principes omnes carnales & vitioſi, qui paſſionibus
ſuis ſubiecti ſunt, innumerabiles patiuntur inordinationes, ſuſpitiones, timores, triſtitias,
pun-



A punctiones, inuidias. Similiter qui politica gaudent felicitate, varijs curis, inquietudini-
bus, pœnis afficiuntur. Qui autem contemplatiua felicitate lætantur, quamuis delectati-
oni, quæ eſt in conſiderando & contemplando, non ſit triſtitia contraria vel admixta, ta-
men ſubiectum contemplationis iſtius, videlicet homo ſeu mens humana ex ſuis diſtra-
ctionibus, defectuoſitatibus & quotidianis peccatis, & propter proximorum exceſſus at-
que innumerabilia mundi mala, frequenter & quaſi aſſidue cruciatur: ſimiliter deſiderio
maioris profectus, præſertim futuræ beatitudinis. Hinc libro Confeſſionum loquitur Au
guſtinus: Tu domine malis ſuauitatibus meis tot & tantas amaritudines miſcuiſti, vt
ipſæ ſuauitates meæ mihi in horrorem ac tædium verterentur. De his in Eccleſiaſte mul- Eccēs.1.
ta dicuntur, vt eſt illud: In multa ſapientia, multa eſt indignatio. Et qui addit ſcientiam,
addit & dolorem. Et: Riſum reputaui errorem, & gaudio dixit: Quid fruſtra deciperis? Eccēs.2.
Cuncti dies hominis doloribus & ærumnis pleni ſunt, nec per noctē mente quieſcit. Hinc
impij qui in deſiderijs & voluptatibus ambulant, in libro Sapientiæ fatentur: Laſſati ſu- Sapien.5.
mus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles. [Quæ] felicitas ſeu
dulcedo[ſi etiam fruenti,]id eſt, eam habenti [iucunda videatur eſſe. Tamen cum non
poſſit retineri]à fruente[quo minus,] id eſt, quin æque bene[abeat,] id eſt, ceſſet adeſſe,
[fruenti]& poſſidenti [cum velit,] id eſt, dum natura ſeu proprietas ipſius fortunæ illud
B exegerit. Ideo non eſt nimis appretianda aut reputanda [Liquet igitur quàm ſit mortali-
um rerum miſera beatitudo,]id eſt, conſtat ex his, quod[beatitudo mortalium rerum]vide-
licet hominum ſeu humanarum, & variabilium rerum, in quibus verſatur fortuna, [ſit
miſera]valde, id eſt, multis miſerijs mixta, vtputa malis culpæ & pœnæ [quæ nec apud
æquanimos,]id eſt, conſtantes & ſtabiles, qui inter proſpera & aduerſa permanent in me
dio virtutum[perpetua perdurat]quia ad minus finitur in morte. Ideo futuræ vitæ felici-
tas ſumme eſt appetenda, quæ perpetuam habet ſecuritatem ſibi annexam, [nec anxios
tota delectat,]id eſt, inconſtantes, impatientes, & circa fortuita immoderate ſolicitos, nō
tota ſimul delectat, quia nulli ſimul totaliter adeſt, ſed vni in iſto, alteri in alio. Vel non to
ta delectat illos, quoniam in proſperis tantummodo ipſos delectat, non in aduerſis, in qui
bus non norunt gaudere. ¶Ex horum conſideratione Philoſophia exclamat & admo-
net: [Quid igitur ò mortales extra]vos[petitis intra vos poſitam felicitatem?]id eſt, ò ho
mines cur quæritis beatitudinem veram in exterioribus rebus, in diuitijs, delitijs, hono-
ribus ſeculi huius, quæ tamen in interioribus actibus intellectus ac voluntatis conſiſtit?
Hoc eſt, in contemplatione & delectatione primæ veritatis, ſummæque bonitatis, quem-
admodum decimo Ethicorum ait Philoſophus, quod ſit perpetua ſpeculatio optimi ſpe Philoſoph.
culabilis. Quæ beatitudo etiam intra nos eſt, quia cū ſimus liberi arbitrij, poſſumus eam
C mereri ac adipiſci præſuppoſito auxilio gratiæ dei, quæ nulli, quod in ſe eſt agenti, nega-
tur. Iuxta quem ſenſum poſſumus dei præcepta implere. Vnde & C H R I S T V S in
euangelio loquitur: Regnum dei intra vos eſt. [Error vos, inſcitiaque confundit,]id eſt, Lucæ.17.
error quo male ſentitis de vobiſipſis. Vel, error in operando, & inſcitia in diſcernendo, &
ignorantia veræ felicitatis deordinat vos, ita quod non refertis voſipſos & omnia veſtra
ad id quod vere eſt vltimus finis veſter, quod eſt betifica viſio dei, quæ eſt vltimus finis
veſter formalis, videlicet actio menti veſtræ inhærens, & ipſemet deus, qui eſt finis obie-
ctalis, vt dictum eſt ſupra. [Oſtendam breuiter tibi]Boethio, & ſub nomine tuo vnicuiq;
ſtudioſo[ſummæ cardinem felicitatis,]id eſt, introitum & acceſſum ad beatitudinem ple
nam. [Eſt ne aliquid tibi teipſo precioſius?]id eſt, vtrum de rebus & bonis ad te pertinen-
tibus ſit aliquid, quod melius & præſtantius putes teipſo, aut quod plus diligas quàm te?
[Nihil, inquies,]id eſt, reſpondebis, quod nihil. Homo enim poſt deum potiſſime amat ſe
ipſum. Quod & ordo exigit charitatis, cum dicat Saluator: Quid proficit homo ſi vniuer- Lucæ.9.
ſum mundum lucretur, perdat autem ſeipſum? Eſſentialia quoque principia, & cauſæ in-
trinſecæ hominis, videlicet anima & corpus, non ſunt homine digniora. Imo, totum eſt
dignius qualibet ſua parte. Vnde & Paulus in Actis ait: Non facio animam meam pre- Acto.20.
cioſiorem quàm me[igitur ſi tui compos fueris,]id eſt, expeditus in vſu rationis, & in vir
tutibus ſtabilis, ita quod dominaris per rationem inferioribus viribus & actibus tuis, nec
à ſenſualitate, paſſionibus & vitijs ſuperaris, iuxta illud in Geneſi: Subter te erit appetitus Gene.4.
eius, & tu dominaberis illius. [poſſidebis quod nec tu vnquam amittere velis,]id eſt, bo-
na animæ quæ ſunt gratia, ſapientia, ſcientia, dona, virtutes ac merita vitæ æternæ, quæ Bona animæ.

nemo vult perdere formaliter & directe,ſed interpretatiue & æquiualenter, vt qui recidi- D
uant & ſponte peccant mortaliter, quemadmodum pergens ad forum tempore pluuiæ
vt aliquid emat,vult complui [nec fortuna poſſet auferre] te inuito, quoniam iſta non a-
mittuntur, niſi præcedente conſenſu peccati. Itaque compos ſui non eſt, qui inſtar furioſi
paſſionibus iræ,impatientiæ,concupiſcentiæ,agitatur. Ideo tales in ſcripturis ſtulti vocan
Iob. 5. tur. Iuxta illud Iob:Stultum interficit iracundia. Et in Prouerbijs dicitur: Impatiens ope-
Prouer. 14. ratur ſtultitiam. Qui autem ſeipſum ratione compeſcit atque gubernat, compos eſt ſui,
ac alios regere aptus eſt. Iuxta illud Senecæ: Multos regere poteris,ſi te rexerit ratio. Nã
Seneca. S.Dionyſi. & diuinus Dionyſius dixit: Optimum hominis eſt eſſe ſecundum rationem. [Atque vt
agnoſcas in his fortuitis rebus,]id eſt, exterioribus bonis fortunæ ſubiectis, quorum for-
tuna poteſt eſſe cauſa per accidens[beatitudinem conſtare,] id eſt, eſſe[non poſſe, ſic col-
Beatitudo lige,]id eſt,ex his præmiſſis conclude.[Si]pro quia[beatitudo eſt ſummum bonum, na-
turæ ratione degentis,]id eſt,rationalis creaturæ,quæ ratione viget. Eſt etenim beatitu-
do iſta formalis optima operatio potentiæ optimæ, vtputa contemplatio altiſſimæ veri-
Iohan. 17. tatis, vt loquitur CHRISTVS ad patrem: Hæc eſt vita æterna,vt cognoſcant te
verum deum [nec illud eſt ſummum bonum, quod eripi vllo modo poteſt,] id eſt, quod
poteſt violenter auferri,quod probatum eſt ſupra[quoniam præcellit id quod nequit au-
ferri,] id eſt, bonum illud quod non poteſt auferri inuito, eſt præſtantius bono fortuito, E
quod inuito poteſt auferri. Vel ſic: [quoniam præcellit id,] id eſt, beatitudo eſt quid al-
tius quàm bonum virtutis moralis, quia conſiſtit in actu virtutis intellectualis, videlicet
ſapientiæ: & tamen virtus moralis nequit violentia tolli, ergo minus beatitudo [mani-
Beatitudo quomodo adipiſcẽda feſtum eſt,quod ad beatitudinem percipiendam fortunæ inſtabilitas,]id eſt, fortuna in-
ſtabilis[aſpirare non poſſit,] id eſt, attingere nequit. Beatitudo quippe adipiſci non po-
teſt, niſi ex deliberatione, intentione, propoſito & ex cauſis per ſe. Fortuna vero cauſa
eſt per accidens, & reſpicit ea quæ vi poſſunt auferri. ¶ Iſtud conſequenter probat alia
ratione, quæ & ſuperius tacta eſt.[Ad hæc, quem iſta caduca felicitas vehit,]id eſt, tem-
poralis proſperitas exaltat[vel ſcit eam, vel neſcit eſſe mutabilem ] per locum à diuiſio-
ne, id eſt, aut ſcit quod poſſit debeatque amitti ſaltem in morte, aut neſcit [Si neſcit] non
eſt beatus, cum ſit ita ignarus. Ideo ſubditur: [Quæ nam beata ſors,] id eſt, felix re-
muneratio[eſſe poteſt ignorantiæ cæcitate?] id eſt, in tanta excæcatione atque inſipien-
tia? Quaſi dicat, Nulla, cum ad beatitudinem præcipue ſpectet clara cognitio miſeri-
am inſipientiæ & erroris excludens. [Si ſcit] felicitatem illam poſſe auferri[metuat ne-
ceſſe eſt,] id eſt, neceſſario ſequitur, quod timebit ne amittat [quod amitti poſſe non du-
bitat,]id eſt, felicitatem illam caducam, quam certe noſcit ſe perdere poſſe perditurumq;
eſſe, [Quare continuus timor] de illa amiſſione[non ſinit] eum [eſſe felicem. An vel ſi a- F
miſerit, negligendum putat?] id eſt, vtrum putat non eſſe curandum, quod eam perdi-
derit?[ſic quoq; perexile bonum eſt].i. ex hoc cõſequens eſt,quod felicitas iſta ſit bonum
valde paruum[quod æquo animo feratur amiſſum,]id eſt, de cuius amiſſione anima non
turbatur, nec contriſtatur. Vel ſic, An ſi amiſerit, negligendum putat? id eſt, vtrum tra-
Plato. det obliuioni, dum beatitudinem illam perdiderit? ſecundum quod Plato dixit: Ani-
mas de comparibus ſtellis immiſſas corporibus protinus obliuiſci felicitatis præhabi-
tæ & amiſſæ. Verum huic expoſitioni non conſonat clauſula ſequens expoſita. ¶ Præ-
terea aduertendum, quod hac argumentatione vſus eſt diu ante Boethium AVGV-
Auguſti. STINVS in pluribus locis contra quoſdam hæreticos, inſipientiſſime ac prorſus
Platonis error. ſtultiſſime aſſerentes in regno cœleſti eſſe ruinam & lapſum ad corpora iſta mortalia,
Auguſtin. fuitque error iſte Platonis, vt ſuper Iohannem recitat AVGVSTINVS: Quem
Porphyri. nihilominus errorem refutauit & reprobauit Porphyrius, in hoc à Platone recedens.
De ratione autem veræ beatitudinis eſt perfecta ſecuritas, infaſtibilitas, immobiliſque
Guli. Par. ſtabilitio in beatificante obiecto, prout Gulielmus Parrhiſienſis in libro de Vniuer-
ſo diffuſe demonſtrat. ¶ Conſequenter Philoſophia probat iſtud apertiſſime ſe-
qui eis qui tenent animam hominis immortalem. [Et quoniam tu idem es, cui
perſuaſum,] id eſt, probabiliter declaratum [eſſe atque inſitum,] id eſt, firmiter
inculcatum [permultis,] id eſt, valde multis [demonſtrationibus,] id eſt, ra-
tionibus demonſtratiuis, neceſſario concludentibus [ſcio, mentes hominum,]
id eſt, ſpiritus rationales [nullo modo eſſe mortales ] morte naturæ, ita
ꝙ deſi-



A ꝙ deſinant eſſe corpore moriente. [Cumq; clarum ſit fortuitam felicitatem] .i. tempora-
lem proſperitatem atq; politicam beatitudinem [corporis morte finiri, dubitari nequit]
.i. nemo rationabiliter ambigere poteſt [ſi]pro quia[hæc] forutita felicitas[beatitudinẽ
auferre poteſt].i. veram & æternam felicitatem impedire ac tollere, per hoc ꝙ in morte
finitur,& anima vna cum corpore moritur[quin oĩe mortalium genus].i. mortales ho-
mines vniuerſi[in miſeriam mortis fine labatur].i. in totius felicitatis priuationem,& in
non eſſe corruant in ipſo termino vitæ, qui eſt mors: ſeu termino mortis formaliter.i. per
hoc ꝙ moriuntur morte, quæ eſt priuatio totius vitæ beatæ. Deniq; triplex eſt mors. Pri- Mors triplex.
ma eſt mors naturæ: ſecunda mors culpæ, de qua Apoſtolus dixit: Vidua quæ in delitijs
viuit, viuens mortua eſt. Tertia eſt mors infernalis & æternalis miſeriæ, quæ eſt mors peſ- 1. Tim. 6.
ſima, iuxta illud in pſalmo: Mors peccatorum peſſima. Amplius, ad idem ſubditur ratio Pſalm. 33.
alia[Quod ſi]pro quia [multos ſcimus beatitudinis fructum].i. beatificam fruitionem,
[non morte ſolum],i. non ſolum moriendo pro deo atq; iuſtitia[verumetiam doloribus
animæ ſupplicijſq; corporis quæſiſſe] .i. expetiſſe ac promeruiſſe æquanimiter tolerando
tormenta acerrima corporalia, varioſq; cruciatus compunctionum, compaſſionum, tri-
ſtitiarum, ſolicitudinum, anxietatum in anima, ſicut ait Apoſtolus: Foris pugnæ, intus ti- 2. Corin. 7.
mores. De quibus malis pœnalibus rurſus legitur ad Hebræos: Alij ludibria & verbera Hebræ. 11
B experti, inſuper & vincula & carceres, lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gla-
dij mortui ſunt.[quo nam modo præſens vita facere poteſt beatos].i. non vtiq; dici rati-
onabiliter valet, ꝙ homo in hac vita veram & plenam beatitudinem conſequatur[quæ]
vita præſens[miſeros tranſacta non efficit?].i. hæc vita præſens, ſeu eius fortunata pro-
ſperitas trãſacta .i. præterita & elapſa, non efficit miſeros eos qui vitam hanc finiuerunt,
tanquam dicat: Si vita hæc ſeu eius proſperitas cõſtitueret hominem beatum, ſequeretur
ꝙ eius amiſſio redderet hominem miſerum. Quod verum non eſt, cum tot milia marty-
rum mortem pertulerint, vt poſt vitam præſentem efficerentur beati. Porro hoc argumẽ-
tum videtur theologicum magis q̃ philoſophicum, cum ſit fundatũ in fide qua credimus
martyres ſanctos in hoc ipſo non eſſe deceptos: q̊d nihilominus efficaciter multipliciterq;
probatur, quamuis hic probationes illæ non inducantur. Verum ſanctus Gregorius tan- Gregorius
git eas ſic arguendo in Homilia: Ad ſanctorum martyrum tumbam conſiſtimus fratres
mei: Nũquid iſti carnem ſuam in mortem dediſſent, niſi eis certiſſime conſtitiſſet eſſe ali-
am vitam pro qua mori debuerunt? Et ecce qui ita crediderunt, miraculis coruſcant. Ad
extincta nanq; eoꝝ corpora viuentes ægri veniunt & curantur, dæmoniaci veniunt & li-
berantur, periuri veniunt & à dæmonio vexantur. Quomodo ergo viuunt, vbi viuunt, ſi
in tot miraculis viuunt hic vbi mortui ſunt? Huiuſcemodi etiam argumento Apoſtolus
C vtitur prima ad Corinthios loquens: Si reſurrectio mortuorum non eſt, neq; Chriſtus re- 1. Corin. 15
ſurrexit. Si autem Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt noſtra prædicatio, inanis eſt & fides
veſtra. Inuenimur autem & falſi teſtes dei. Ergo & qui dormierunt in Chriſto, perierũt.

## Elucidatio ſpiritualis & myſtica proſæ eiuſdem, ARTIC. XIII.

TVm ego, vera inquam. Perſona fidelis varijs modis afflicta, ex conſolatione
& informatione theologiæ, id eſt, ſacræ ſcripturæ, & increatæ ſapientiæ per
ſcripturas nos inſtruentis profectum ac releuamen adepta gratias agens fa-
tetur, & ait: Vera dicis ò omniũ nutrix virtutum. Qualiter autem theologia
multo eminentius appelletur datrix, doctrix & nutrix vniuerſarum virtutũ,
quàm Philoſophia, frequenter expoſitum eſt. Sed hoc eſt quod recolentem me vehemen-
tius coquit, id eſt, hoc potiſſime me affligit recordãtem: qualis aliquãdo fuerim. Nam in
omni aduerſitate fortunæ, infeliciſſimum infortunij genus eſt, fuiſſe felicem. Vera autem
& ſumma præſentis vitæ felicitas eſt inchoatio felicitatis futuræ in patria, in beatifica de-
itatis viſione fruitioneq; conſiſtentis. Ideo quo in hac vita deum altiſſimum per fidem illu-
minatam ac ſapientiæ donum lympidius contemplamur, atq; feruentius ac magis fruiti-
ue diligimus inhærendo ei pure propter ſeipſum, eo plane feliciores conſiſtimus. Vir ergo
fidelis à priſtino feruore, præhabita puritate, contemplationis ſtabilitate ac apice lapſus,
detrimentum ſuum, negligentiam, ruinam amariſſime deflens, & quaſi inconſolabiliter
plangens, Hoc eſt, ait, ꝙ me recolentem vehementius angit, quia infortunij infeliciſſimũ
genus eſt iſtud, ꝙ poſt gratiam tantam, ad iſtam ſum deuolutus tepefactionem; inſtabi-


litatẽ

liratem,recidiuationem,ingratitudinem,ac mentis caliginem, ita vt merito mihi obijcia D
Apoca.2. tur & improperetur illud Apocalypſis à Chriſto: Habeo aduerſum te, q charitatẽ tuam
primam reliquiſti. Et vereor comminationem illam in eadem Apocalypſi ſcriptam: Iam
Apoca.3. quoniam tepidus es,incipiam te euomere ex ore meo. Inſuper tale quid ſibi contigiſſe in-
terdum conqueſti ſunt etiam ſancti viri,quibus tamen id accidit non directe ex vicio,ſed
occaſione promotionis eorꝫ ad eccleſiaſticas dignitates, propter quas circa exteriora oc-
cupari habebant,ſicq; interioribus contemplationum exercitijs minus valebant intende-
re. Quemadmodum magnus Gregorius in libro Dialogorum ſibi eueniſſe teſtatur: Mẽs
inquiens, mea occupationis ſuæ vulnere percuſſa, recolit qualis aliquando in monaſterio
fuit,qualiter ei cuncta caduca atque labẽtia ſuberant,ac ſolis cœleſtibus inhiabat. Nunc
vero poſt tam pulchram rerum ſpeciem,terrenorum actuũ puluere fœdatur. Hoc ipſum
& ſancto Eugenio in ſui papatus exordio cœperat euenire. Propter quod pater ac filius e-
Bernardus ius ſanctus Bernardus ſatis audacter eum corripuit & reduxit,vt in libro de Conſiderati-
one deſcribitur. Denique nonnulli religioſi in exordijs ſuæ conuerſionis feruidi ac deuoti,
deinceps ad officia quædam promoti calamitatem hanc patiuntur, quorum nonnulli re-
deuntes ad cor tepefactionem ſuam deplorant,& ad amiſſum reuertũtur feruorem. Alij
de ſtatione ſua formidantes expelli,addunt iniquitatem iniquitati,manentes in fecibus ſu-
is vſque in finem. Qui falſæ opinionis ſuæ luunt ſupplicium, quia de diſſolutione & eua- E
cuatione ſæpe habent remorſum , ſed detinet eos in ſua vanitate amor proprij commo-
di & honoris,quo excæcantur. Veruntamen hos ad pœnitendum hortari debemus,& ne
deſperent etiam conſolari,quia adhuc plures habent ſpirituales amicos & filios,qui ipſos
orationibus ſuis ac meritis parati ſunt adiuuare. Viuit quoque vxor eorum & ſponſa,id
eſt, increata ſapientia, quæ ipſis ignoſcere cupit atque ad priſtinum connubium ſpiritua-
Ierem.3. le recipere,prout per Ieremiam ait propheram animæ peccatrici: Tu fornicata es cum a-
matoribus multis:tamen ad me reuertere,& non auertam faciem meam. Mittit quoque
ei in adiutorium fideliſſimos fortiſſimoſque amicos angelos ſanctos. De quibus quarto li-
4.Regũ.6. bro Regũ ſanctus loquitur Eliſæus: Plures nobiſcum ſunt, quàm cum illis, hi nobis pro
ancoris ſunt , & à plurimis periculis,fluctuationibus & peccatis eripiũt nos, ſicut ait Pſal-
Pſalm.90. mographus: Angelis ſuis mandauit de te,vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. Per quos
enatare & ſaluari confidimus. Sic ergo Philoſophia lapſum conſolatur , ac reuocat, qui
interdum redire appetit pœnitendo, ſed diſſolutioni libertatique propriæ aſſuetus, hor-
ret rurſus arripere arctam viam ſalutis,diſciplinæ rigorem,& obſeruantias regulares,ca-
nonicas,monachis & canonicis,imo & cunctis preſbyteris à patribus ſanctis præfixas ac
iuſſas. Cui theologia compaſſiue & increpatorie loquitur: Delitias tuas, hoc eſt, ſenſuali-
tatem atque carnalia oblectamenta,ferre non valeo,quia deeſſe tibi aliquid luctuoſe con F
1.Timo.6. quereris,id eſt,neceſſarijs non es contentus,iuxta illud Apoſtoli: Habentes victum,& qui-
bus tegamur,his contenti ſimus. Sed curioſa, delicata, ſuperflua quæris, cum nihilomi-
Galat.5. nus dicat Apoſtolus: Qui autem ſunt Chriſti,carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs & cõ-
Roma.8. cupiſcentijs. Itemque: Si ſecundum carnem vixeritis moriemini. Vnde in Eccleſiaſtico le-
Ecci.18. gitur: Si præſtiteris animæ tuæ concupiſcentias eius, facient te in gaudium inimicis tuis.
Iſti ergo ſunt milites delicati,vel potius eneruati atque effœminati, qui volunt deo place-
re & mundo,nuncque gaudere cum ſeculo,& poſtea regnare cum CHRISTO, &
taliter pœnitentiam agere, vt eorum ſatietati nil deſit , alioquin conqueruntur. Iuxta il-
Pſalm.58. lud in pſalmo: Si vere non fuerint ſaturati , & murmurabunt. De talibus ſcribit in ſua
Iudæ.1. Canonica Iudas apoſtolus: Hi ſunt murmuratores,queruloſi,ſecũdũ deſideria ſua ambu-
lantes. Frequenter demum contingit quòd impatientes,triſtes,turbulenti,queruloſi con-
ſiſtimus, etiam propter modicas cauſas, quoniam non penſamus quæ & quanta habe-
ant alij pati. Ideo vnicuique tali ait theologia: Quis eſt tam compoſitæ felicitatis , vt non
aliqua ex parte cum ſtatus ſui felicitate rixetur? Innumerabilibus nanque defectibus,diſ-
plicentijs, tædijs, periculis & peccatis plena eſt vita præſens, in tantum quod Ieremias in
Ieremię.15 vtero matris ſanctificatus locutus eſt: Væ mihi, mater mea , quare me genuiſti virum
rixæ & diſcordiæ in vniuerſa terra? Eccleſiaſticus quoque ait : Occupatio magna crea-
Ecci.40. ta eſt omnibus hominibus,& iugum graue ſuper omnes filios Adam à die exitus de ven-
tre matris eorum , vſque in diem ſepulturæ in matrem omnium. Cogitationes & ti-
mores cordis eorum, adinuentiones, furor , zelus, tumultus, fluctuatio, timor mor-





A tis. Hinc mundus etiam amatoribus ſuis amarus eſt , & ſi vna hora delectat , alia ma-
gis diutiuſque contriſtat. Ac ſuper hæc omnia , momentaneum quod nunc inique de-
lectat , pœnam mercatur æternam , & gaudijs priuat perpetuis. Hinc recte ait Philo-
ſophia : Anxia eſt humanorum bonorum conditio , nec in vno cuncta bono concur-
runt. Propter quod ait Apoſtolus: Vnuſquiſque proprium donum habet à DEO. 1.Corin.7.
Idcirco ſi quis in naturalibus donis aut fortuitis bonis defectuoſus ſit , non ob hoc inor-
dinate triſtetur: Imo aduertat , quàm multi ſint qui maximas DEO gratias agerent,
ſi non grauiores paterentur defectus & aduerſitates quàm ipſe. Si moleſtum eſt tibi ſe-
dere in cella , in clauſtro, in ſcholis ſub virga , conſidera quàm facile , imo optabile eſſet
hoc multis ligatis in carcere , iacentibus ægris in lecto. Cumque nil miſerum ſit , niſi
quando putatur. Si vitare cupis prauas triſtitias , noli inſiſtere conſiderationi moleſtia-
rum & aduerſitatum tuarum , inquantum ſunt duræ ac graues, ſed inquantum ſunt ani-
mæ tuæ multipliciter vtiles ac ſalubres, ſi æquanimiter tolerentur. Quoniam felix eſt o-
mnis ſors , æquanimitate tolerantis. Secundum hanc enim conſiderationem ſapientia-
lem , omnia cooperantur in bonum. Hinc ſacratiſſimus Petrus in prima ſua fatur epi- Roman.8.
ſtola: Quis eſt qui vobis noceat, ſi boni æmulatores fueritis? Etenim vniuſcuiuſque ma- 1.Petri.3.
lum in proprium redundat authorem , & qui alteri iniuriatur , ſeipſum grauiſſime lædit
B in anima,diabolo tradit, damnationi exponit : alteri vero coronam patientiæ offert, dũ-
modo ille per propriam impatientiam , iram , inuidiam ſeipſum non lædat. Ideo in Ec- Ecci.27.
cleſiaſtico ſcriptum eſt: Qui fodit foueam , incidet in eam , facienti nequiſſimum con-
ſilium , ſuper ipſum deuoluetur. Hoc eſt quod in Eccleſiaſte legitur: Qui diſſipat ſe- Eccẽs.10.
pem , mordebit eam coluber. Dum ergo iniurias , damna , tribulationes , conuitia tole-
ras, vide & caue ne à teipſo per impatientiam , iram , rancorem, turbulentiamve vinca- Gregorius
ris, quoniam nulla tibi nocebit aduerſitas, ſi nulla tibi dominetur iniquitas. Quis eſt il-
le tam felix , qui cum dederit impatientiæ manus , ſtatum ſuum mutare non optet? Hoc
in omni ſtatu videmus in tantum, quod etiam nonnulli religioſi impatientiæ ſe ſubden-
tes,tandem in tantam ruant amentiam, vt ad alium locum, aut,quod periculoſius eſt,ad
alium ordinem cupiant ſe transferre (Quod ſancti patres vituperant) niſi forte quis eſſet
inter irreligioſe viuentes. De hoc in libro de diſciplina ſcholarium, de filio inconſtante
Boethius refert exemplum. Et Seneca conteſtatur: Primum compoſitæ mentis argu- Seneca.
mentum exiſtimo , ſecum poſſe conſiſtere ac morari. Aegri animi eſt iſta iactatio, diſcur-
rere & locorum varietatibus inquietari. Nuſquam eſt , qui vbique eſt. Non conuale-
ſcit planta , quæ ſæpe tranſfertur. Salomon quoque in Prouerbijs: Sicut auis tranſmi- Prouer.27.
grans de nido ſuo , ita vir qui relinquit locum ſuum. Quàm multis amaritudinibus
C humanæ felicitatis dulcedo reſperſa eſt? Nempe cum mens humana propter ſummum
bonum creata,vt illo fruatur & ad illud finaliter ordinetur, non poſſit contentari nec ſim-
pliciter quietari,niſi cum illo (quemadmodum aſſerit AVGVSTINVS: Domi- Auguſti.
ne creaſti nos propter te , & inquietum eſt cor noſtrum quouſque perueniat ad te.) Hinc
animus inordinatus ſibijpſi eſt grauis. Cumque in nulla pura creatura ſit omnis perfe- Philoſoph.
ctio , neque perfectio infinita , ſed determinata duntaxat , & coarctata ad certum gra-
dum & ad id genus ac ſpeciem, non poteſt in ea beatitudo vera conſiſtere : imo pluri-
bus atque maioribus miſerijs plena eſt omnis mundana felicitas ac humana proſpe-
ritas , quàm iucunditate. Conſtat hoc in principibus & prælatis, quod quanto in ma-
iore ſunt honore & poteſtate, tanto pluribus & grauioribus occupationibus, curis,
contradictionibus, reſiſtentijſque grauantur. Rara eis eſt quies ,parua aut nulla tran-
quillitas , indignatio grauis, inquietudo aſſidua, ſuſpicio multiplex & moleſta. Quid
igitur ò mortales extra vos petitis intra vos poſitam felicitatem ? error vos inſcitiaque
confundit. Nihil tam intimum creaturæ, vt immenſus, incircumſcriptibilis, ſuperſim-
pliciſſimuſque creator, qui ſolus penetrat vniuerſa , qui ſolus illabitur eſſentijs rerum, at- Beatitudo vera vbi
que intimior eſt creaturę, quàm ipſamet ſibi,& propinquior ei,quàm eſſentialia eius prin- conſiſtat.
cipia. Ad quod inſinuandum dixit per Ieremiam: Nunquid cœlum & terram ego im- Ieremię.23
pleo? Hic igitur intra nos eſt, ſine cuius præſentia & manutentia nec ad momentum
poſſemus ſubſiſtere. In eo ſolo conſiſtit noſtra beatitudo, in contemplatione ipſius clara
& feruida, ſecura, æterna & fruitiua. Nempe in eo ſolo eſt omniũ bonorum, & pulchrorꝫ

ac deſiderabilium plena & infinita poſſeſſio:omnium diuitiarum, delitiarum ac honorifi D
centiarum interminabilis, ſuperfluentiſſima plenitudo ad ipſum oculos mẽtis iugiter ele
uemus,in ipſum cordis intuitum defigamus, ad ipſum noſipſos & vniuerſa creata finali=
ter ordinemus. In ipſo ſimplificentur,ſtabiliantur & ſiſtant deſideria noſtra. De rebus cre
atis nil optemus, niſi inquantum neceſſarium aut expediens nobis eſt ad finem illum pe=
nitus infinitum. Ecce ipſe eſt deus & creator noſter,ipſe eſt ſuperſplẽdidiſſima lux,& re=
gio lucis immenſa,incircumſcripta maieſtas:& breuiter ſimpliciſſimũ eſſe, in quo omnis
nobilitas,beatitudo,dulcedo,gloria,libertas, omnis ſapiẽtia,ſcientia,virtus,ſanctitas,oĩ=
potentia,æquitas,bonitas,excellentia abſq; menſura, ſine numero, ſine ac dependentia.
Pſalm. 11. Quid igitur per diuerſa defluimus,in circuitu ambulamus? Hinc inde iactamur,cum hoc
Lucæ.10. vnum ſolum nobis neceſſarium ſit,& ſolum ſufficiens. Hoc bonum incomparabile ſorti
emur, ſi compotes mentis fuerimus,vereq́; ſapientes,non inſenſati ac ſtolidi,pręeligentes
creaturam ſuperdigniſſimo creatori. Quem cum feliciter adepti fuerimus, nunquam po=
terit nobis auferri. Qui ita non ſentit,errat:& qui ita non agit,delirat.

## Difficultatum ac quæſtionum huius proſæ quartæ propoſi= tio,breuiſq; abſolutio. ARTIC. XIIII.

### IOHANNES.

IAm in iſto articulo ſicut & ſupra multa bona locutus es,& à principio vſque nunc de E
fortuna diſſeruiſti quaſi ſit aliquid. Contra quod vltra præhabita obijci poteſt,ꝙ ſan
S. Coſmas & Damia. cti martyres Coſmas & Damianus interrogati à tyranno quæ eſſet eorum fortuna,di
xerunt:Chriſtiani fortunam neſciunt,id eſt,non ponunt. DIONYSIVS. Hoc intelle=
xerunt de fortuna,prout tyrãnus ille loquebatur de ea, putãs ꝙ eſſet numen quoddã
ſeu deitas aliqua vel dea,vt plenius dictum eſt ſupra. IOHAN. Dictum frequenter eſt de
duplici felicitate,& quæri ſolet, An ad felicitatem requirantur amici, potentia,opulentia,
Felicitas duplex. ſanitas corporis,proſperitas honoris. Quid ergo tu dicis ad iſta? DIONY. Duplicem eſſe
felicitatem iam ante dixi:Vnam vitæ præſentis,aliam futuræ. Prima vocatur meritoria,
I. & eſt imperfecta,nec indeſinenter in actu,nec excludit miſerias pœnę ſeu mala pœnalia,
nec venialia peccata,nec peccandi potentiam,nec includit omnimodam cõfirmationem
II. in bono. Secunda felicitas appellatur præmiatoria,quæ eſt perfecta & indeſinẽter in actu
excludens omnem miſeriam pœnæ ac culpæ,tam actu q̃ potentia. Hoc eſt,peccãdi poten
Felicitatis diuiſio. tiam atq; in bono confirmationem. Inſuper primam felicitatem dixi adhuc duplicem eſ=
ſe:Vnã politicam & ciuilem,quæ eſſentialiter conſiſtere dicitur in actu prudentiæ. Aliam
ſpeculatiuam,quæ in ſapientiæ actu conſiſtit:eſtq́; ſpeculatio primæ ac ſummæ veritatis.
Ruſus, vtraq; iſta felicitas iterum diuidi poteſt in felicitatem naturalem & ſupernatura F
lem. Felicitas politica ſeu ciuilis naturalis eſt, quæ eſt ſecundum virtutes & leges natura=
les & poſitiuas ex naturali ratione ac lumine inſtitutas,& iſta felicitas eſt actus prudentię
naturalis,humanæ & acquiſitæ. Felicitas ſupernaturalis politica dicitur,quæ eſt ſecundũ
leges ſupernaturales diuinas,quæ in ſcripturis traduntur,& ad ſupernaturalem finem tẽ=
dit ac ordinatur directe. Iſta quoq; felicitas eſt actus ſapientiæ ſupernaturalis infuſæ,quę
Iſaiæ.11. eſt donum ſpiritus ſanctitimo inter ſeptem dona potiſſima. Probat autem ſanctus Tho
Tho.Aqu. mas in Summa contra Gentiles idonee, ꝙ vltima hominis felicitas, vtputa pfecta & ple=
na,non conſiſtit in diuitijs,nec in potentia,neq; in voluptatibus & honoribus,nec in par=
te ſenſitiua,nec in virtutibus moralibus,nec in ipſa prudentia,quod totum infra probabi
tur. Quantum vero ad propoſitum reſpondetur, ꝙ ad felicitatem politicam vitæ præ=
ſentis requiruntur & ſpectant bona corporis habitudo, poteſtas ſecularis ſufficiens ad re=
primendum iniquos & ad exequendum iuſtitiam,competens quoq; opulentia ad viuen=
dum ſecundum huiuſcemodi ſtatum cum familia competenti neceſſarijsq́; miniſtris. In
quibus omnibus neceſſarij ſunt fideles amici conſiliarijq́; idonei, proſperitas mediocris,
quia vt patuit,euſortuniorum nimietas impedit,pax & cõcordia cum ſubiectis. Iſta & cõ=
ſimilia quaſi circumſtant, & per modum integralium partium ad felicitatem iſtam con=
currunt:quemadmodum & virtutum quædam ſunt partes integrales,quædam ſubiecti=
uæ, quædam poteſtatiuæ. Cumq́; beatitudo ſit perfectiſſimus actus virtutis perfectæ ſe=
cundum ſtatum perfectum,beatitudo iſta eſt actus perfectæ prudentiæ,prout in viris cõ=
Philoſoph. ſiſtit heroicis:& quia vera prudentia etiam ſecundum Philoſophum non eſt niſi in virtu=
oſis,



A oſis, nec perfecta prudentia eſt niſi in habentibus virtutes morales perfectas, quales ſunt
perfecte humiles,patientes,mites,caſti,iuſti,atq; ſynceriter amoroſi. Tales autem nec ad=
uerſis deijciuntur,nec proſperis extolluntur:imo ſubiugatis ſibi paſſionibus,in omni euẽ=
tu inſtar quadrati conſtantes ſunt. IOHAN. Videtur mihi quæſtio iſta ſatis ſoluta:verũ
difficilora mihi circa præhabita dubia oriuntur. Primum, An naturalis felicitas mentis
humanæ in increati vnione obiecti immediate conſiſtit. Ad quod mihi ſæpe iam reſpon=
diſti, allegando illud decimi Ethicorum, ꝙ felicitas contemplatiua, de qua nunc ſermo, Idem.
ſit ſpeculatio optimi ſpeculabilis. Cui dicto obijci poteſt,ꝙ iuxta quoſdam magnos phi=
loſophos felicitas iſta conſiſtit in applicatione ad intelligentiæ lumen, ſeu in contempla=
tione intelligentiæ vltimæ. DIONY. Peripathetici quidam,vt Auicenna & Algazel aſ= Auicenna. Algazel.
ſerentes animas rationales ab intelligentia vltima procedere ac creari, aliquid tale ſunt
opinati,dicentes eas beatificari per conuerſionem & vnionem ad creatricem earum intel
ligentiam, ſicut effectus perficitur per conuerſionem ad propriam cauſam, non ſimplici=
ter,ſed inquantum anima per vnionem & contemplationem intelligentiæ cauſæ ſuæ cõ=
uenientius perducitur ad contemplationem primæ cauſæ,quia,vt etiã ait Auerrois,quæ= Auerrois.
ſtio de diuino intellectu eſt etiam naturaliter deſiderata,nec mens creata finaliter ſiſtere
poteſt in contemplatione cauſæ creatæ, ſed procedit vſq; ad primæ cauſæ notitiam. De
B qua modicum ſcire deſiderabilius eſt, q̃ multa de rebus creatis, vt libro de Animalibus
tangit Philoſophus. Abſolute ergo dicendum, ꝙ in contemplatione primæ cauſæ conſi= Philoſoph.
ſtit omnis creatæ mentis felicitas. Et opinio illa philoſophorum multipliciter comproba
tur erronea, imo in ſua radice eſt falſa,quoniam creare deo eſt proprium,nec conuenit ni=
ſi infinitæ potentiæ. Et quamuis vna intelligentia eſſet creata ab alia,& anima rationalis
ab intelligentia vltima,non tamen ſequeretur,ꝙ beatitudo intelligentiæ inferioris conſi
ſteret in contemplatione intelligentiæ immediate ſuperioris, à qua ipſa procederet, ſed in
cõtẽplatione primę cauſæ q̃ incõparabiliter optimũ eſt obiectũ,& principaliſſima cauſa,
cuius virtute & participatione intelligẽtijs cõueniret creare, ita ꝙ oĩs effectus cuiuſcunq;
intelligẽtiæ ac cauſæ ſecũdæ magis eſt effectus cauſæ illius primæ, q̃ cuiuſcunq; alterius.
Vñ in lib. de Cauſis aſſeritur,ꝙ oẽs virtutes,quibus eſt finis, ſunt depẽdentes ab infinito Liber Cauſarum.
primo, q̃d eſt virtus virtutũ. Et q̃uis pfectio effectus cõſiſtit in cõuerſione ad ſuã cauſam
(iuxta illud Procli Platonici:Oĩe procedẽs ad fontẽ ſuæ pceſſionis cõuertitur) conuerſio Proclus.
tñ vltima,& ipſa felicitas ſita eſt in cõuerſione ad primã & principalem,ac opulentiſſimã
cauſam,in qua ſola ex ſe & in ſe eſt ſufficientia plena,& omne id quod ſatiare & contenta
re poteſt plenarie deſiderium vniuerſæ mentis creatæ. Iſtud quoq; conſonat dictis Plato Plato.
nis in Phędone. IOHAN. Videtur mihi & iſtud rationabiliter dictum. Verum nunc quę=
C ro quod principalius mouet me,hoc eſt, An immortalitas animæ rationalis poſſit non ſo
lum rationabiliter perſuaderi,ſed & demonſtratiue probari,vt Philoſophia euidenter te=
ſtatur in litera. DIONY. Iſtud eſt antiquiſſimum & difficile ſatis problema, ad quod fa=
moſi philoſophi Pythagoras,Socrates,Plato clare & abſolute dixerunt ꝙ imo. Sicq́; tenu Pythagor. Socrates. Plato.
erunt concorditer Platonici omnes,Plotinus,Macrobius, Apuleius, Porphyrius, ac Pro= Plotinus.
clus ille præcipuus. Quid aũt Ariſtoteles de hac ſenſerit quæſtione difficile eſt certò ape= Macrobi.
rire. Multa enim hinc inde deprompſit, ex qbus videtur ſenſiſſe ꝙ immortalis ſit anima, Apuleius.
ſed multa nihilominus eſt locutus, ex quibus apparet contrarium. Veruntamen quidam Porphyri9
non tam ſapienter,q̃ audenter reſpõdent,ꝙ Ariſtoteles ſenſerit omnino animam immor= Proclus.
talem exiſtere. Alij abſolute dicunt oppoſitum. Itaq; aduertendum ꝙ expoſitores Ariſto
telis tam Græci q̃ Arabes,itemq́; Latini verba Ariſtotelis de iſta materia introducta va=
rie intellexerunt. Auerrois qppe, Abubater, Alexander, Themiſtius, Auenpothe, Theo= Auerrois. Abubater.
phraſtus,& alij qdam ſcripſerũt Ariſtotelẽ ſenſiſſe,ꝙ anima rationalis q̃ ſubſtãtialis for=
ma eſt hoĩs,& corpus eius vere informans,ſit mortalis. Auicẽna vero & Algazel,Alpho
rabius Alkyndius,Albumaſar maurus cũ alijs multis dicũt cõtrariũ. Similiter inter Chri
ſtianos philoſophos ſctũs Thomas,Albertus mag. Aegidius de Roma epiſcopus, Vdalri Thomas.
cus fatẽtur Ariſtotelem docuiſſe ꝙ immortales ſint hominum animæ. Porro Gulielmus Albertus.
Parrhiſienſis & alij multi oppoſitum ſentiunt. Henricus vero conſuite reſpondet,ꝙ ex li= Aegidius.
bris Ariſtotelicis certò ſciri non valeat quid ſenſerit inde. Præterea omnes illi philoſophi Vdalricus Henricus.
Peripatetici conſenſerunt in hoc, quod intellectus ſit immortalis: hoc eſt,quod ſubſtan=
tia vere ac formaliter intellectiua,& ipſa intellectualis potentia immaterialis,inorganica
vere

Philoſo. vere immortalis incorruptibiliſq; conſiſtat, quia in libro de Animalibus affirmat Philoſo D
phus, ꝙ ſolus intellectus ab extra ſit. Tertio quoque de Anima allegat ac ſequitur quod
Anaxagoras dixit intellectum eſſe immixtum, perpetuum, ſeparatum, cum nullo quid cō
mune habentem. Hinc illi qui faſſi ſunt animam humanam eſſe mortalem, dixerūt eam
non eſſe vere ac formaliter intellectiuam ex ſua natura, nec vllam inorganicam vim ha=
bere: imo ſupremam vim eius cognitiuam eſſe intellectum paſſiuum, id eſt, potentiam co
gitatiuam aut imaginatiuam ſecundum nonnullos, nec eſſe intellectiuam, niſi per quan=
dam irradiationem luminis intelligētiæ ſuper intellectum paſſiuum, & eius phantaſma
Auerrois maledict9. ta. Huius autem erroris princeps fuit ille maledictus damnatiſſimuſq; Auerrois, qui tot
blaſphemias cōtra Chriſtum Chriſtianamq; fidem euomuit. Eſt nanq; opinio illa in ve
ritate prorſus ſtultiſſima, & irrationabiliſſimus error: imo & contra experientiam gene=
ralem ac certam, cum vnuſquiſq; in ſeipſo certiſſime experiatur ſe vere & ad libitum in=
telligere vniuerſaliter & abſtracte, contemplari quoq; immaterialia & æterna diuina, &
ipſum ſuperſimpliciſſimum deum, & tanto lympidius atq; profundius ſpeculari, quanto
plus à cunctis materialibus & ſenſibilibus rebus abſtraxerit ſe. Ergo in ſeipſo habet for
male principium, ac potentiam productiuam actuum horum. Cumq; hi actus circa im=
materialia, ſimpliciſſima ac diuina verſentur obiecta, certiſſimū eſt ꝙ vis productiua eo=
rum in qua ſubiectiue conſiſtunt ſit prorſus immaterialis, ſimiliter ſpecies ſeu formæ in= E
telligibiles, per quas exercētur quæ repręſentant illa obiecta, neceſſario immateriales &
ab appenditijs materiæ ſunt immunes, ideo eſſe non queūt inorganica vlla potentia. Pr
terea cū actus iſti ſunt actiones immanētes, in ſuo ſubiecto realiter permanētes & ipſum
formaliter denominantes, non poterit homo ab eis denominari intelligens & contem=
plans, niſi vere realiter ſubiectiue formaliter exiſtant in homine, in anima rationali, in po
tentia eius intellectuali. Si vero non ſic, ſed in intelligentia ſeparata, quamuis per influē=
tiam applicata realiter formaliterq; conſiſtant, nullo modo per actus illos ipſe homo in=
telligit, ſed intelligitur tantum. Amplius, ſi ſuprema vis atq; perfectio hominis eſt intel=
lectus paſſiuus, non intellectiua & proprie rationalis potentia, homo beſtia eſſet, & nō ra
tionalis intellectualiſq; creatura, & ſpeciē ſortiretur non ab eſſentiali intrinſeca proprieta=
te & perfectione, ſed ab extrinſeca, ſi rationale ponat eum in ſpecie. Quod ſicut arguit Al
Albertus. bertus, nulli conuenit creaturæ, neq; in cœlo neq; in terra. Iſtam diſputationē ſanctus do=
Tho. Aqu. ctor in Summa contra Gentiles libro II. & ſuper ſecundum Sententiarum, atq; in prima
parte Summæ ſuæ, ſpecialiter quoq; ac diligentiſſime in ſpeciali tractatu cōtra Vnitatem
Aegidius Roma. intellectus, Albertus quoq;, Aegidius & cæteri quoq; præfati Chriſtiani Philoſophi in di
uerſis tractatibus efficaciter proſequūtur. Deniq; Gulielmus libro de Vniuerſo prolixe cō
Gulielmus Parrhiſieñ tra erroris illius inſanias ſcribit. Henricus quoque in Summa & in Quodlibetis ſuis inter F
Henricus Gandauus cætera loquens: Non videtur mihi mirum ꝙ multi mirantur ac dubitant, quid ſuper his
Ariſtoteles ſenſerit. Imo, vt arbitror, ipſemet Ariſtoteles in his ſemper in dubio fuit et flu
Philoſo. ctuauit, habēs pro vtraq; parte fortia quædam motiua. Hinc interdum videtur magis fa
uorabiliter locutus pro vna parte, interdum pro alia. Vnde expoſitores eius Græci & Ara
bes diuerſimode eum exponunt, & vnus trahit verba ipſius ad vnam partem, alter ad ali=
am. IOHAN. Quid tu potius ſentis? DIONY. In hoc huic doctori conſentio, ꝙ ex libris
Ariſtotelis qui leguntur in ſcholis ac ſtudijs, pro certo haberi non poteſt, quid Ariſtoteles
ſenſit de his. In hoc tamen non conſentio ei ꝙ dicit, Ariſtotelem magis diuertiſſe ad hoc
ꝙ anima hominis ſit mortalis, & ꝙ intellectus poſſibilis ſit vnus numero in vniuerſis ho=
minibus, ita ꝙ intellectiua forma non ſit realiter ipſa anima, quæ eſt ſubſtantialis forma
hominis, ſed intelligentia ſeparata ac infima. Hoc nanq; tam abſurdū & rude eſt, vt æſti
mare non queam ſummum & ingenioſiſſimum illum Philoſophum hoc ſenſiſſe. Imo po
Idem. tius reor eum declinaſſe ad hoc, ꝙ anima rationalis ſit immortalis, præſertim cum X. aſ=
ſerat Ethicorum, ꝙ homo eſt maxime ſuus intellectus. Duodecimo quoque Metaphyſi=
Idem. ces: In aliquibus, inquit, nil prohibet actum poſt potentiam, id eſt, formam poſt corpus
ſuum manere, vt ſi anima eſt talis non tota, ſed intellectus. Porro in libro de Anima aper
tiſſime dicit, ꝙ ſi anima habet aliquam operationem ſine corpore, id eſt, ſine corporis cō=
munione, concurſu & operatione, ita videlicet ꝙ intelligere queat non coagente ad hoc
aliqua vi organica, tunc ſeparabilis eſt à corpore, ſi non eſt ſeparabilis. Veruntamen dein=
de in eodem libro determinat, ꝙ intelligentem oportet ſpeculari phantaſmata. Ex q̄ ſen=
ſiſſe



A ſiſſe videtur, ꝙ anima in corpore intelligere nequeat ſine cooperatione organicæ poten=
tiæ. Sed hoc dictum ipſius dupliciter exponitur: Primo, ꝙ cum noſtra cognitio intellecti=
ua à cognitione incipiat ſenſitiua, oportet intelligentem ſpeculari phantaſmata in ipſa
prima ſcientiæ adeptione atque inuentione: non autem cum iam in ſe habuerit ſpeciem
intelligibilem abſtractam, ac habitum ſcientialem. Et ita capit verba illa Albertus, ac e= Albertus.
ius ſequaces, Vdalricus & Henricus de Baliuis, ac alij quidam, & ponūt exemplum de eo Vdalricus
qui vult aſcēdere tectum aut ſolarium qui indiget ſcala. Cum autem venerit illuc, poteſt Henricus
ſine ſcala operari ibidem. Secundo exponitur, ꝙ intelligentem oportet in omi actuali in= Bali.
tellectione intueri phantaſmata, ſicq; exponunt Thomas, Aegidius & alij multi. Rurſus, Thomas.
Ariſtoteles dixit: Separetur hoc ab illo, videlicet intellectiuum à ſenſitiuo, ſicut perpetuū Aegidius.
à corruptibili. Quod item dupliciter poteſt intelligi. IOHAN. Mirum ꝙ tantus ille phi= Philoſoph.
loſophus non expreſſit euidenter quid ſenſit, nec certò inſpicere potuit, animam hominis
conſiſtere immortalem. DIONYSI. Huius cauſa fuit, ꝙ alia quædam docuit & expreſſit
ac pro poſſe probauit, quæ reuocare & negare cōpulſus fuiſſet, ſi euidenter cōceſſiſſet ani=
mam ſeparari à corpore. Nempe, vt noſti, mundū dixit ab æterno fuiſſe. Si ergo poſuiſſet
animarum immortalitatem, coactus fuiſſet concedere animas ſeparatas eſſe actualiter
vel numero, vel potius multitudine infinitas, præſertim quia non poſuit animas tranſcor
B porari, nec conceſſit ꝙ in eodem actus præcedat potentiam, ſeu forma materiam tempo=
re. Conſtat autem, ꝙ non admiſit in entibus naturæ permanētis multitudinē infinitam,
ſed bene in entibus ſucceſſiuis, quia in illis nunquam ſimul ſunt infinita. Præterea primo
de cœlo & mūdo videtur abſolute ſentire, nihil perpetuum eſſe à parte poſt, quod non fu
it perpetuum à parte ante. Ideo ſi ſenſiſſet animas poſſe ſeparari à corpore, ac incorrupti=
biliter permanere, ſenſiſſet eas ab æterno fuiſſe, quod certum eſt eum nō ſenſiſſe, cum (vt
tactum eſt) dixerit formam ſubſtantialem in eodem nō pręcedere ſuam materiam. Itaq;
ſequi videtur, ꝙ in his fluctuauerit ſemper. Veruntamen in alijs quibuſdam ſcriptis, vide
tur ſenſiſſe animam hominis eſſe immortalem, puta in libro de Secretis ſecretorum. In li=
bro quoq; de Pomo & morte, & in quibuſdam ad Alexādrum epiſtolis. Quamuis etiam
Gulielmus in libro de Vniuerſo dicat, ſicut iam recitaui. Attamen in libro de diuina rhe= Gulielmus
torica proteſtatur Ariſtotelem orando dixiſſe: Nūc te inueni ò cauſa cauſarum, fac me ti= Parrhiſieñ
bi acceptum. IOHAN. Putas tu immortalitatem animæ poſſe demonſtratiue probari?
DIONY. Puto, vel potius ſentio hoc tam demonſtratiue pobari poſſe, q̄ demonſtratiue
reprobari poteſt. Opinio illa ſtultiſſima de vnitate intellectus de cunctis hoībus, & item
q̄ demonſtratiue probatum eſt à Platone & Proclo alijſq; præclarioribus philoſophis pla
tonicis ac Peripateticis nullam vim organicam, nullamq; formam materialem corrupti=
C bilem de potentia materię eductam eſſe reflexiuam ſuper ſeipſam & ſuper propriū actū,
Vnde in libro de Cauſis oſtenditur, ꝙ nulla eſſentia eſt rediens ad ſeipſam reditione com Liber Cauſarum.
pleta, niſi intellectualis & immortalis. Quod etenī ita reflectitur ac redit ad ſe intelligēdo
ſeipſum ac proprium actum, hoc ſecundum quodlibet ſui coniungitur ſibi, nec valet in ea
ſitualis diſtantia reperiri. Rurſus, omne materiale atq; organicum eſt diuiſibile in infini=
tum, nec poteſt hoc actu cōpleri ac pertranſiri. Amplius, cū videamus frequēter iuſtos ac
ſapientes, imo & viros heroicos in hac vita ab impijs deuaſtari, opprimi & occidi, ſi non
eſt poſt hanc vitā alia vita ac merces, nō erit cōdigna retributio meritoꝝ. Quod ineffabi=
liter derogaret infinitæ pfectioni, puidētiæ atq; iuſtitiæ ſummi dei, cū teſte Ariſtotele. X. Philoſo.
Ethicoꝝ: Homo cōtēplatiuus, mēte bene diſpoſitus, p̄ſertim vir heroicus, ſit amatiſſimus
deo, ſi deus oīpotens tali homini nullū retribuit p̄miū cōdignū, nō videt̃ recte, iuſte, libera
liter ſapiēterq; agere cū amatiſſimo ſuo. Poſtremo, diſputationibus iſtis philpſophicis de
aīaꝝ immortalitate efficax, certus ac breuis imponit̃ finis in euangelica lege, in q̄ pene in=
numerabiles defuncti noſcūtur reſuſcitari, q & tormēta impioꝝ ſe ſenſiſſe teſtati ſunt, &
gloriā cōſpexiſſe ſctōꝝ. Nec eſt iā dicere id q̄d lib. Sapien. impij dixiſſe legūtur: Nō eſt qui Sapien. 2.
agnit9 ſit reuerſus ab inferis. Deniq; ꝙ de9 ſctōs ſuos in vita & in morte, & poſt mortē tā
innumerabilib. & prſus ſupnaturalib. honorauit & mirificauit miraculis, ꝙ in obitu plu
rimoꝝ viſi ſunt angeli ſcti, atq; auditi cātus cœleſtes, ſuauiſſima itē reſperſa fragrātia, ac
ſplēdidiſſima lux refulſiſſe de cœlo, imo ꝙ viri ſctiſſimi etiā miraculoſe corpalibus oculis
conſpexerunt animas ſanctas ab angelis glorioſis perduci in cœlum, ꝙ etiam ciues cœle=
ſtes ſeu aīæ beatoꝝ toties apparuerūt viuētibus in hoc mūdo, nō vtiq; phātaſmaticè, imo
& in

& in plena vigilia,& per effectus ſupernaturales certiſſimos,& ꝙ animæ defunctoꝝ non- D
dum ad plenum purgatæ toties apparent viuis petendo ſuffragia , nonne certiſſime & ſu-
percertiſſime probat, pandit, demonſtrat immortales conſiſtere animas hominum? IO-
HAN. Vtiq;,& nunc clare ac plene ad mea dubia reſpondiſti.

## M E T R V M IIII.

QVisquis uolet perennem
Cautus ponere ſedem,
Stabiliſq; nec ſonori
Sterni flatibus Euri,
Et fluctibus minantem
Curat ſpernere pontum:
Montis cacumen alti
Bibulas uitet arenas.
Illud proteruus auſter
Totis uiribus urget,
Hæ pendulum ſolutæ
Pondus ferre recuſant.
Fugiens periculoſam
Sortem ſedis amœnæ,
Humili domum memento
Certus figere ſaxo.
Quamuis tonet ruinis
Miſcens æquora uentus:
Tu conditus quieti
Felix robore ualli,
Duces ſerenus æuum, E
Ridens ætheris iras.

### Expoſitio metri huius quarti. ARTIC. XV.

IN proſa præhabita , docuit Philoſophia in rebus fortuitis ac terrenis felicitatẽ
veram non eſſe repoſitam. Hic dat documentum morale, valens ad vitandum
diſfortunia atq; pericula multa,loquens ſub parabola ædificij corporalis,quod
nec in loco valde alto, neq; in loco arenoſo nimis baſſo cõſulte conſtruitur. Ita
& ſpiritualiter mediocris ſtatus ſecurior eſt. Itaq; [Quiſquis volet,]id eſt, quicunq; opta-
bit[cautus].i.prudens in conſilio[q;]pro & [ſtabilis]in propoſito[ponere] .i.conſtruere
[ſedem perennem].i.ſtabilem manſionem[nec ſterni].i.nõ proſterni,nec deijci[flatibus
Eurus. Euri ſonori].i.vẽti ſic dicti,qui collateralis dicitur Subſolano impetuoſeq; flat,ita ꝙ va-
leat domum in cacumine ſitam deijcere,niſi forte ſit multum ibi firmata [& curat ſperne
re].i.non timere[pontum minantem] .i.mare quodcunq;, quod impetu motuum ſuorũ
videtur quaſi hominibus comminari periculum [vitet] in ædificando [cacumen montis
alti]non ædificando in illo[& arenas bibulas].i.loca arenoſa, quæ præ ſiccitate intrahũt
& conſumũt aquas ſuper ſe defluẽtes [Auſter proteruus].i. ventus auſtralis duriter flans F
[vrget].i.impellit[viribus totis illud] puta montis cacumen,ſeu ædificium in eo locatũ.
Atque iſtæ arenæ ab inuicem diſſolutæ præ ſiccitate[recuſant].i.non valent[ferre]ſuper
ſe portare[pondus pendulum].i.ædificium graue ſuper ſe pendens ac ponderans. Hic ex
prædictis infertur dogma morale,& eſt ordo verborum:[Tu fugiens ſortem].i.ſituatio-
nem & diſpoſitionem periculoſam[ſedis amœnæ].i. delectabilis manſionis,quæ quam-
uis in loco alto viſum delectet,tamen periculum imminet ibi ex cauſa prætacta.[memẽ
to].i.cura & prouide[certus]abſq; periculo[fugere domum].i.ſtructuram virtutum col
locare[ſaxo humili].i.in loco petroſo, videlicet firmo ac ſtabili fundamento [Quamuis
ventus]quicunq; tempeſtuoſus[miſcens æquora].i.impellẽs vndas maris[tonet].i.acri-
ter ſonet[ruinis].i.caſibus fluctuum quos impellendo,eleuando,proijciendo ſonitum ef
ficit magnum,attamen[tu conditus].i.deputatus[quieti]pacis æternæ[felix]in ſpe non-
dum in re,& felix per inchoationem ac meritum [robore valli] .i.munimine tuæ humi-
lis fundationis [Duces æuum ſerenus,]id eſt , totum tempus vitæ tuæ expendes in tran-
quillitate & ſerenitate interioris munditiæ[ridens].i. deridens, non curans nec metuens,
Aether. [iras]tempeſtates[ætheris].i.aëris,quæ ſcilicet generantur in aëere. Aether autem pro-
prie ſumitur pro ſuperiori aëris parte contigua igni elementari, in qua tempeſtates non fi
Aeuum. unt. Sic enim cœlum æthereum à cœlo aëerio diſtinguitur à Srabo ac Rabano. Aeuum
quoq; hic capitur large, prout ſe extendit ad quamcunq; menſuram totius periodi rei,iu
xta quem modum ait Gregorius: Quoniam homo peccat in ſuo æuo, deus eum punit in
Iob.33. ſuo æterno. Aether autem accipitur hic extenſe pro aëre, quemadmodum apud Iob: Re-
ſpice



A ſpice æthera, ꝙ altior te ſit. Interdum demũ accipitur æther pro cœlo,ſecundum q̃d S. ait Hierony.
Hieronymus: Præceſſit ſuos ſaluator, vt eis præpararet in æthereis manſionibus locum.

### Explanatio tropologica eiuſdem metri, ARTIC. XVI.

IVxta tropologiam in hoc metro docemur, ꝙ quicunq; voluerit animæ ſuæ perennẽ
conſtruere,id eſt,promereri manſionem in cœlis. Vnde apud Iohannem dixit Salua-
tor: In domo patris mei manſiones multæ ſunt. Sit cautus,vitando fallacias dęmonũ, Iohan.14.
ſicut hortatur Apoſtolus: Non circumueniamur à ſatana. Propter quod monet Ar- 2.Corin. 2.
chiapoſtolus: Vigilate in orationibus, quoniam aduerſarius veſter diabolus tãquam 1.Petri.5.
leo rugiens circumit quærens quem deuoret. Sit etiam ſtabilis, ſicut in Eccleſiaſtico dici Ecci.27.
tur: Homo ſanctus,in ſapientia manet vt ſol:nam ſtultus mutatur vt luna. Ad hanc caute
lam prudentiæ hortatur in euangelio Chriſtus,dicendo: Quis ex vobis volens turrim ędi Lucæ. 14.
ficare, non prius computat ſumptus qui neceſſarij ſunt? Talis itaq; vitet cacumina mon-
tium,id eſt,omnem tumorem ſuperbiæ gloriationẽ inanem, præſumptionem de viribus
proprijs,omnemq; immanſionem proprij ſenſus,non confidendo nec innitendo pruden
tiæ ſuæ,cum in Iſaia dicatur: Væ qui ſapiẽtes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmeipſis Iſaiæ.5.
prudentes. Hinc implendum eſt quod in Prouerbijs ait ſermo diuinus: Habe fidutiam in Prouer.3.
B domino ex toto corde tuo,& ne innitaris prudentię tuæ. Iſti ſunt montes teterrimi,in va-
nitate non in veritate erecti,de quibus admonemur per Ieremiam: Nolite eleuari,ſed da- Ieremię.13
te gloriam domino deo veſtro antequam contenebreſcat , & antequam offendant pedes
veſtri ad montes caliginoſos. Vitet quoq; bibulas arenas, id eſt, terrenas cupiditates, oĩa
ſibi aggregare gliſcẽtes, cum in Eccleſiaſtico ſcriptũ ſit: Nihil iniquius q̃ amare pecuniã. Ecci.10.
Auarus nanq; animã ſuam habet venalem,atq; vt Salomon loquitur, Sanguiſugæ,duæ Prouer.30.
ſunt filiæ dicentes: Affer a ffer. Non ergo in his,ſed in vera humilitate & terrenorum con-
temptu,in dei timore & cordis cuſtodia fundanda eſt ſpiritualis ſtructura virtutum, tur-
ris euangelicæ perfectionis , habitatio cordis in deo ac dei in corde humano, ne flatibus
tentationum,fluctibus vitiorum,amaritudine paſſionum,iræ,impatientię,indignationis,
inuidiæ proſternatur. Deniq; metrum hoc conſonat verbis Chriſti,dicentis: Omnis qui Matth.7.
audit verba mea & facit ea,aſſimilabitur viro ſapienti qui ædificauit domum ſuam ſupra
petram,& deſcendit pluuia,& venerunt flumina,& irruerunt in domum illam, & non ce
cidit. Proteruus vero auſter,puta diabolus ſęuiens,nil aliud quærens niſi æternam anima
rum noſtrarum damnationem,totis viribus quantum permittitur impellit virtutum ſtru
cturam vt eam deijciat. Verum electos ſubuertere nequit in finem. Babylonicã vero tur-
rim filiorum ſeculi huius,& omnem vitiorum cõgeriem ſecum detrahet in infernum,q̃a Luc. 14.18
C qui ſe exaltant humiliabuntur, vt ſunt ambitioſi,ſuperbi,intimorati prælati, & principes
vitioſi,in delitijs & vanitatibus defluentes, quibus per Amos loquitur deus: Væ qui dor- Amos.6.
mitis in lectis eburneis,& laſciuitis in ſtratis veſtris. Deteſtor ego ſuperbiam veſtram. Vę
qui lætamini in nihili,& dicitis: Nunq̃d non in fortitudine noſtra aſſumpſimus nobis cor
nua? Fugiamus igitur periculoſam ſortem ac partem, ſitũ & habitationem ſedium amœ
narum,precioſarum & curioſarum domorum,concupiſcentias oculorum noſtrorum,&
quicquid illicite damnabiliterq; delectat:cum & per Ieremiam dominus proteſtetur: Væ Ieremiæ.22
qui ædificat domum ſuam,vt ſit in excelſo thronus eius,pingitq; ſynopide. Atq; in humi
li ſaxo. Hoc eſt,in ſaluatore, de quo ſcriptum eſt Paralipomenon II. libro: Dominus pe- 2.Regũ.22
tra mea,qui ait: Diſcite à me,quia mitis ſum & humilis corde. Aedificemus ergo tale ha- Matth.11.
bitaculum animę noſtræ,quatenus in ipſo nulla aduerſitas,nulla commotio nos poſſit a-
uertere,nec inordinatũ terrorem nobis incutere. Imo in omni euentu in pace ſerenitateq;
pectoris cõquieſcamus in ipſo,ſic quod ex ſententia pſallere valeamus: Dominus illumi- Pſalm.26.
natio mea & ſalus mea,quem timebo? Dominus protector vitæ meæ,à quo trepidabo? Si
conſiſtant aduerſum me caſtra,non timebit cor meum.

## P R O S A V.

SEd quoniam rationum iam in te mearum fomenta deſcendunt,
paulo ualidioribus utendum puto. Age enim ſi iam caduca &
momentanea fortunæ dona non eſſent,quid in eis eſt, quod aut

ueſtrum unquam fieri queat, aut non perſpectum conſideratumq; uileſcat? D Diuitiæ ne uel ueſtra uel ſui natura precioſæ ſunt? Quid earum potius? aurum ne, an uis congeſtæ pecuniæ? Atqui hæ effundendo magis, q̃ coaceruando melius nitent. Siquidem auaritia ſemper odioſos, claros largitas efficit. Quod ſi manere apud quenquam non poteſt quod trãſfertur in alterũ, tunc eſt precioſa pecunia, quum translata in alios uſu largiendi deſinit poſſideri. At eadem ſi apud unum quanta eſt ubiq; gentium cõgeratur, cæteros ſui inopes fecerit. Et uox quidem tota pariter multorum replet auditum: ueſtræ uero diuitiæ niſi comminutæ in plures tranſire non poſſunt. Quod cũ factum eſt, pauperes neceſſe eſt faciant, quos relinquunt. O igitur anguſtas inopeſq; diuitias, quas nec habere totas pluribus licet, & ad quemlibet ſine cæterorum paupertate non ueniunt. An gemmarum fulgor oculos trahit? Sed ſi quid eſt in hoc ſplendore præcipui, gemmarum eſt lux illa, non hominum. Quas quidẽ mirari homines uehementer admiror. Quid eſt enim ca- E rens animæ motu atq; membrorum cõpage, quod animatæ rationabiliq; naturæ pulchrum eſſe iure uideatur? Quæ tametſi conditoris opera ſuiq; diſtinctione poſtremæ aliquid pulchritudinis trahunt, infra ueſtram tamen excellentiam collocatæ admirationem ueſtram nullo modo merebãtur. An uos agrorum pulchritudo delectat? B. Quid ni? Eſt enim pulcherrimi operis pulchra portio. Sic quodã sereni maris facie gaudemus, ſic cœlũ, ſidera, ſolem, lunamq; miramur. P. Num te horum aliquid attingit? Num audes alicuius talium ſplẽdore gloriari? An uernis floribus ipſe diſtingueris? aut tua in æſtiuos fructus intumeſcit hubertas? Quid inanib. gaudijs raperis? Quid externa bona pro tuis amplexaris? Nunquam tua fecit eſſe fortuna, quæ a te natura rerum fecit aliena. Terrarum quidem fructus animantium procul dubio debentur alimentis. Sed ſi (quod naturæ ſatis eſt) replere indigentiam uelis, nihil eſt quod fortunæ affluentiam petas. Paucis enim minimiſq; natura contenta eſt. Cuius ſatietatem ſi ſuperfluis urgere uelis, aut in- F iucundum quod infuderis fiet, aut noxium. Iam uero pulchrum uarijs fulgere ueſtibus putas. Quarum ſi grata intuitu ſpecies eſt, aut materiæ naturam, aut ingenium mirabor artificis. An uero te lõgus ordo famulorum facit eſſe felicẽ? Qui ſi uitioſi moribus ſint, pernicioſa domus ſarcina, & ipſi domino uehementer inimica. Si uero probi ſint, quo nam modo in tuis opibus aliena probitas numerabitur? Ex quibus omnibus nihil horum quæ tu in tuis computas bonis, tuum eſſe bonum, liquido monſtratur. Quibus ſi nihil ineſt appetendæ pulchritudinis, quid eſt q uel amiſſis doleas, uel lætere retẽtis? Quod ſi natura pulchra ſunt, quid id tua refert? Nam hæc per ſe a tuis quoq; opibus ſequeſtrata placuiſſent. Neque enim idcirco ſunt precioſa, q in tuas uenere diuitias: ſed quoniam precioſa uidebantur, tuis ea diuitijs annumerare maluiſti. Quid autem tanto fortunæ ſtrepitu deſideratis, fugare credo indigentiã copia quæritis. Atqui hoc uobis in contrarium cedit. Pluribus quippe adminiculis opus eſt ad tuendam precioſæ ſuppectilis uari-



A uarietatem. Verumq; illud eſt, permultis indigere eos qui permulta poſſident. Contraq; minimo indigere qui abundantiam ſuam naturæ neceſſitate, non ambitus ſui ſuperfluitate, metiantur. Ita ne autem nullum eſt proprium uobis atq; inſitum bonum, ut in externis ac ſepoſitis rebus bona ueſtra quæratis? Sic rerum uerſa conditio eſt, ut diuinum merito rationis animal, non aliter ſibi ſplendere, niſi inanimatæ ſuppellectilis poſſeſſione, uideatur: Et alia quidem ſuis contenta ſunt, uos autem deo mente conſimiles, a rebus infimis excellentis naturæ ornamenta captatis: nec intelligitis, quantam cõditori ueſtro faciatis iniuriam. Ille genus humanum terrenis omnibus præſtare uoluit, uos dignitatem ueſtram infra infima quæque detruditis. Nam ſi omne cuiuſq; bonum eo cuius eſt cõſtat eſſe precioſius, cum uiliſſima rerũ ueſtra bona eſſe iudicatis, eiſdem uoſmetipſos ueſtra exiſtimatione ſubmittitis. Quod quidem haud immerito cadit. Humanæ quippe naturæ iſta B conditio eſt, ut tum tantum cæteris rebus (cum ſe cognoſcit) excellat. Eadẽ tamen infra beſtias redigatur, ſi ſe noſſe deſierit. Nam cæteris animantibus ſeſe ignorare, naturæ eſt: hominibus uero uitio uenit. Quam uero late patet ueſter hic error, qui ornari poſſe aliquid ornamentis exiſtimatis alienis? At id fieri nequit. Nam ſi quid ex appoſitis luceat, ipſa quidẽ quæ ſunt appoſita laudantur, illud uero his tectum atq; uelatum in ſua nihilominus fœditate perdurat. Ego uero nego illud eſſe bonum, quod noceat habenti. Nũ id mentior? Minime inquies. Atqui diuitiæ poſſidentibus perſæpe nocuerunt. Cum peſſimus quiſq; æris alieni magis auidus quicquid uſquam auri gemmarumq; eſt, ſe ſolum qui habeat, digniſſimum putat. Tu igitur qui nunc contum gladiumq; ſolicitus pertimeſcis, ſi uitæ huius callem uacuus uiator intraſſes, coram latrone ſecurus cantares. O præclara opum mortalium beatitudo, quam cum adeptus fueris, ſecurus eſſe deſiſti.

C Expoſitio proſæ huius quintæ, ARTIC. XVII.

POſtquam in præcedentibus conſolata eſt & inſtruxit Philoſophia Boethiũ rationibus communioribus ac magis facilibus tanquam leuioribus medicinis, iam idem hic agit efficacioribus & magis diſtinctis appropriatiſq; medijs, dicens: [Sed quoniam,] id eſt, ex quo [fomenta,] id eſt, ſpiritualia alimenta & cõſolatoria verba [rationum,] id eſt, argumẽtationum [mearum] quibus probaui in bonis fortunæ felicitatem veram non eſſe [deſcẽdunt iam in te,] id eſt, ab ore meo per aures tuas deueniunt in mentem tuam, ita q eas intelligis. Ex ſenſatis nanq; & imaginatis procedit intellectio actualis, vt patet III. de anima [paulo validioribus,] id eſt, remedijs aliqualiter fortioribus, ac magis idoneis [vtendum puto] vt à diſtanti in diſtãs fiat progreſſio per media ordinata. Sicut enim in educatione corporis à mollioribus nutrimentis ad ſolidiora paulatim ordinate proceditur: ita in informatione, conſolatione profectuq; animæ, quemadmodum primo Phyſicorum tangit Philoſophus [Age enim] aduerbialiter, ſeu eia exhortatorie [ſi iam caduca & momentanea fortunæ dona non eſſent,] id eſt, dato q [dona fortunæ,] id eſt, bona fortuita ſeu fortunales euẽtus [non eſſent iam caduca,] id eſt, cito labentia & prorſus inſtabilia [& momentanea,] id eſt, celerrime tranſitoria cõparatione perpetuorum intemporaliumq; bonorum, cum tamen ſupra oſtenſum ſit q caduca & momentanea ſint, quoniã ſub fortuna & caſu non cadunt niſi exteriora & tranſitoria bona, in quibus eſt mutatio inſtabilitaſq; aſſidua [qd eſt in eis,] id eſt, quæ natura, quæ proprietas, quis valor, quæ dignitas [quod aut veſtrum vnq̃ fieri queat,] id eſt, quod vllo tempore poſſit eſſe aut fieri proprium ſeu principale bonum veſtrum inauferibile à

Philoſoph. Idem. Idem.

vobis vobis inuitis.[Iam enim oſtenſum eſt]ꝙ temporalia non ſunt huiuſmodi bona no D
Bernardus ſtra. Vnde & ſanctus ait Bernardus:Cur diligitis terrenas diuitias, quæ nec veræ nec ve=
Pſalm. 84. ſtræ ſunt? Deniq; ſi veſtræ ſunt, tollite eas vobiſcum. Sed homo cum dormierit, non ſu=
met oĩa[aut non perſpectum,]id eſt,perſpicaciter viſum & cognitũ[conſideratumq́;]
.i.cum ſidere rationis diſcuſſum[vileſcat,]id eſt,contemptibile cognoſcatur,& pro modi
co habeatur? Nam & viliſſimis vermibus viliora conſiſtunt quantum ad naturam ſpeci
ficam, ſecundum ꝙ non viuum inferioris naturæ & gradus ac ordinis eſt in entibus vni=
uerſiꝗ̃ viuum [Diuitiæ ne vel veſtri vel ſui natura præcioſæ ſunt?]Hoc eſt argumentum
per locum à diuiſione,tanquam dicat:Si precioſæ ſunt externæ diuitiæ, hoc eſt,vel ex na=
tura earum vel ex natura veſtra qui eas poſſidetis. Itaq; ait[ne].i.vtrum [diuitiæ precio=
ſæ ſunt,]id eſt,magnæ dignitatis,vel ex natura veſtri,vel ex natura ſui. Et probat ꝙ non
ex propria earum natura. Si enim ex propria natura eſſent precioſæ, venerandæ ſeu di=
gnæ,ſequeretur ꝙ tanto laudabiliores eſſent,quo copioſius haberentur collectæ,quemad
modum ſpirituales diuitię,puta virtutes,quod non eſt ita[Quid earum potius?]id eſt,qd
eſt inter diuitias dignius[aurum ne].i.vtrum aurum[an vis cõgeſtæ pecuniæ?]vel vigor
pecuniæ congregatæ,puta theſauri? Hoc eſt, vtrum ipſa diuitiarum collectio ſuperaddat
eis aliquid dignitatis,aut poteſtatis. Et probat ꝙ nõ.[Atqui].i.pro certo[hæ] diuitiæ[ef
fundendo magis ꝗ̃ coaceruando melius nitent,]id eſt,laudabilius ſplendent,ſuumq́; poſ E
ſeſſorem ſplendidum faciunt,per hoc ꝙ effunduntur.i. alijs, præſertim indigentibus li=
beraliter communicantur,ꝗ̃ per hoc ꝙ accumulantur,abſconduntur ac retinentur,cũ ad
communem hominum vſum ſint datæ & ordinatæ. Et hoc probat[Siquidem].i.vtique
Auaritia. [auaritia ſemper odioſos,claros largitas efficit].i. auaritia per quam diuitiæ colliguntur,
augentur & reſeruantur,facit ipſos auaros ſemper eſſe[odioſos].i.odio habitos ſiue odi=
Sapien. 14. biles,inquantum huiuſmodi ſunt. Nam & deo odio ſunt impius & impietas eius. Homi=
nibus quoq; odibilis eſt auarus,cum ſit eis iniurioſus. Nam detinet ſolus,quod eſt ad plu
rium vtilitatem conceſſum[Largitas] vero, per quam diuitiæ liberaliter non prodigali=
Largitas. ter diſtribuũtur,facit homines[claros].i.virtute nobilitatos,amabiles ac diuinos,cum di
uina exiſtat proprietas propria bona alijs cõmunicare, & in multos diffundere. Propter
Philoſo. quod Philoſophus ait in Ethicis:Bonum quanto communius,tãto diuinius. Hinc libera=
les cum ſint benefici alijs & libenter,prompte,celeriter ſe diffundant,laudantur,honoran
tur,atq; præcipue diliguntur. Econtrario cupidi,parci,tenaces vituperantur,odiũtur,odi=
endiq́; ſunt ſecundum ꝙ tales. Liberales quoq; dominantur diuitijs: diuitiæ vero domi=
Seneca. nantur auaris,qui ſerui ſunt vitioꝵ,ideo prorſus ignobiles. Hinc Seneca dixit:Auarus nil
rectum agit niſi dum moritur. Tunc quippe dimittit,quæ vitioſe detinuit. ¶ Conſequen
ter probat Philoſophia ꝙ diuitiæ non ſunt precioſæ ex poſſidentis natura, quia non poſ F
ſunt ei totaliter nec inſeparabiliter adhærere:Imo ſalubrius remouentur ab eo,ꝗ̃ ei cohæ
reant[Quòd ſi manere apud quẽquam non poteſt,quod transfertur in alteꝵ]Quod veꝵ
eſt de terrena ſubſtantia, quæ apud poſſeſſorem ſuum non manet dum alteri impartitur
[tunc eſt precioſa pecunia, cum tranſlata in alios] per liberalem communicationem[lar=
giendi vſu].i.per actualem elargitionem ſeu ꝑ vſum.i.actum aut conſuetudinem largiẽ=
di eas alijs,cum diſcretione[deſinit].i.ceſſat[poſſideri]à poſſeſſore priori, qui eas ita expo
nit[At eadem]pecunia[ſi apud vnum,quanta eſt vbiq; gentium congeratur] .i.ſi tanta
reponatur & theſaurizetur apud hominem vnum,quanta eſt vbiq;.i.quanta eſt in omĩ
terra,ita ꝙ vniuerſorum pecunia fiat vnius[cæteros ſui inopes facit].i.ipſa pecunia vtiq;
materialiter faciet cæteros homines,quibus auferẽ ſe indigentes ac deſtitutos. Hęc eſt eñ
materialium ſubſtantiaꝵ natura, quod apud plures ſimul & ſemel eadem numero inte=
gra eſſe non queunt. In quo talium bonoꝵ imperfectio patet,ita ꝙ quantum ad hoc quo
dammodo imperfectiora ſunt,accidentibus nonnullis aliquid ſpiritualitatis participanti
bus,vt ſunt vox & lux. Vnde ſubiungitur: [Et vox quidem tota pariter].i.vna & integrà
[multoꝵ replet auditum].i. ſenſum auditus omnium hoĩm, qui ſimul eandem audiunt
vocem:non ꝙ idem numero accidens ſit in diuerſis ſubiectis,aut de vno ſubiecto migrẽt
in aliud,ſed eadẽ numero vox à multis ꝑcipitur & auditur ꝑ multiplicationẽ atq; diffuſiõ
nem orbicularẽ ſpecieꝵ audibiliũ ad organum auditus hoĩm pluriṁoꝵ,ſicut & idem cõ
lor ſimul à multis videtur ꝑ diffuſionẽ ſimilitudinũ viſibilium. Iuxta illud perſpectiuoꝵ:
Oĩs viſio fit per diffuſionẽ radioꝵ viſualiũ,quoꝵ pyramis eſt in oculo,& baſis in re viſa.
De



A De hoc Origenes & Auguſtinus loquũtur ſubtiliter ac deuote in Homilijs,qualiter in hoc Origenes.
verbum prolatum ab homine ſimilitudinem gerit verbi increati prolati à deo patre. Quẽ= Auguſtin.
admodum enim verbum patris in corde patris ſimpliciſſimum & vnicum permanens, aſ=
ſumpſit naturam humanam, & in ea apparens hominibus ac vnum exiſtens audiebatur à
multis, manens in mente patris:ſic verbum hominis in luce intellectus perſiſtens, ſimplex
& vnum eſt:deinde vocem ſenſibilem quodammodo audiens,procedit vnum ad multos,
& nihilominus manet in lumine intellectus. [Veſtræ vero diuitiæ niſi comminutæ in plu=
res tranſire non poſſunt].i.veſtræ temporales diuitæ nequeunt pluribus communicari,ni=
ſi per partes. [Quod cum factum eſt,pauperes neceſſe eſt faciant,quos relinquunt]ita ꝙ ea=
rum ablatio eſt cauſa inopiæ horum à quibus tolluntur. Sicq́; diuitiæ faciunt pauperes il=
los, quemadmodum nauta per ſuam abſentiam cauſa eſt periculi ſubmerſionisq́; nauis,&
ſol per ſuam elongationem à nobis,eſt cauſa corruptionis cuiuſdam ac tenebrarum. Sicut
enim caligo ſic inopia ſeu paupertas priuatio quædam eſt,non aliquid poſitiuũ[O igitur]
.i.exclamatorie dico[anguſtas].i.ſtrictas & repreſſas[inopesq́; diuitias] eſſe terrenas.i.in
ſeipſis defectuoſas,& cauſas pauptatis in illis qbus auferũt. Imo & ſæpe in illis qbus adue
niũt:q quo plura acquirũt, plura deſiderãt,& ſic miſeri inopesq́; probanẽ,qa pauperior eſt
q plurima habẽs eis nõ eſt cõtentus,ꝗ̃ q modica habẽs cõtentus eſt eis[q̃s nec habere totas
B pluribus licet].i.impoſſibile eſt atq; illicitũ vt plures hoĩes habeãt eaſdẽ & integras,ita ꝙ
vnuſquiſq; eoꝵ ſic habeat eas,[& ad quemlibet ſine cæteroꝵ paupertate non veniant] ſic=
ut iam patuit. Porro ſpirituales diuitiæ, quo liberalius ac vniuerſalius communicantur, eo
in communicante exhuberantius manent,ſicut qui plurimos docet, purgat,accẽdit,ex hoc
nequaquam indoctior,ſed potius doctior,purior, ardentiorq́; efficitur. Non ergo in pecu=
nia,non in argento & auro conſiſtit felicitas,ſed neq; ſatietas. Imo in abutẽtibus ac immo
derate amantibus,nec liberaliter expendentibus ea eſt multiplex culpa, offenſa grauiſſima
cum ſancti patres ac magni doctores Ambroſius atq; Baſilius proteſtentur, quod in De= Ambroſi.
creto quoq; inducitur:Nõ minoris eſt criminis habenti ſua auferre, quàm cum poſſis & ha Baſilius
bes indigentibus denegare. Eſurientium panis eſt,quem tu detines, nudorum indumentũ Diſt. 77. c.
quod tu includis,miſerorum redemptio pecunia quam abſcondis. Tantorum te ſcias bo= Sicut hi
na inuadere,quantis poſſis nec vis præſtare. Præhabitis quoque de auri indignitate concor
dat quod ſanctus fatur Bernardus:Filij Adam genus ambitioſum & auarum,audite: Ar= Bernardus
gentum & aurum quid ſunt niſi terra alba & rubea,quæ ſolus hominum error precioſa ef=
ficit, aut precioſiora quàm ſunt? Veruntamen præinducta non ſunt ita intelligenda,quin
hæc metalla ſpeciales imo & magnas quaſdam habeant vires, cum & aurum valeat cõtra
lepram & vim habeat lætificatiuam,ſed ꝙ nõ eatenus proſunt, vt cæca mens opinatur aua
C ri. ¶ Conſequenter idem probat Philoſophia de gemmis,in quibus etſi pulchritudo ac de
cor conſiſtant,tamen ipſarum ſunt rerum ſubiectiue non hominum,niſi poſſeſſiue. Longe
quoq; inferiores ſunt pulchritudine ac ſplẽdore ꝗ̃ rationales intellectualesq́; creaturę. [An
gemmarum fulgor oculos trahit?]id eſt,allicit & delectat? [Sed ſi quid eſt in hoc ſplendo
re præcipui,]id eſt,ſi aliquid magni, aut magnum quid conſiſtit in hoc ſplendore[gemma
rum lux illa eſt,]id eſt,gemmis ineſt vt accidẽs[non hominum]eſt inhæſiue. Sequitur alia
ratio ad hoc ipſum [Quas quidem]gemmas[mirari homines vehemẽter ammiror. Quid
eſt enim carens animæ motu atque compage membrorum,] id eſt, quid eſt res inanimata
carens anima,quæ eſt principium vitæ ac motus eius, in quo eſt, ſecundum Philoſophum, Philoſoph.
ſecundo de anima. Carens quoque [compage membrorum,]id eſt, connexione, quæ non
inuenitur in corporibus inanimatis, propter quod anima dicitur actus ſeu forma ſubſtan=
tialis corporis organici phyſici,id eſt,corporis naturalis,diſtincta organa ſeu membra ha=
bentis, vt per ea diuerſas exerceat actiones. [quod animatæ rationaliq́; naturæ pulchrum
eſſe iure videatur?]id eſt,nihil in illis inanimatis habetur quod recte & rationabiliter debe
at pulchrum ab hominibus reputari. Quod non eſt ita intelligendum,quaſi gemmæ nihil
participent de ratione & veritate decoris & claritatis,quod per experientiam cõſtat eſſe fal
ſum,præſertim cum iuxta ſancti Dionyſii doctrinã IIII. capitulo de diuinis nominibus vni= S. Dionyſi.
uerſa participẽt pulchro & bono,nec aliquid ſit in rebus quod penitus expers ſit pulchritu=
dinis omnis. Nec rurſus ita intelligẽda ſunt hæc,ꝙ nequaquam debeamus precioſorum la=
pidum pulchritudinem,proprietates,vires,efficacias ammirari,quæ tales ac tãtæ ſunt, ꝙ ra
tiones earum plene cognoſcere non valemus,atque ꝙ aliquid de natura quintæ eſſentiæ in
O iij ipſis

ipſis eſſe cenſetur,non ſubſtantialiter,ſed participanter ac virtualiter magis,ſed ꝙ non de- D
bemus talia mirari immoderate,ſiſtendo in ipſis,vel ea nimis appreciando,ita ꝙ per ea re-
trahamur & impediamur à deo per inordinatam delectationẽ complacẽtiamq́; in illis, vt
hi qui in talibus ſummum ſuum bonum conſtituunt, & rationali creaturæ præferunt ea.
Imo debemus gemmarum ac conſimilium rerum ſpecioſitatem,claritatem,virtuoſitatem
varioſq́; effectus ſapienter mirari,potius tamen ſapientiam ac omnipotentiam dei in illis,
& ex omnibus illis ad creatoris contemplationẽ aſcendere,qui infimis rebus iſtis tam am-
mirabiles & præclaras qualitates,virtutes , formoſitates, efficientias indidit ac impreſſit.
Auguſtin. Hug. Vic. Sic quippe Auguſtinus libro de Ciuitate dei,& Hugo ac alij de gemmarum pulchritudi-
ne ammirati ſunt & locuti. Hinc item ſubiungitur.[Quæ tametſi conditoris opera],id eſt,
quamuis hæ gemmæ ex diligentia & influxu creatoris tanquam ex cauſa fontali,effectiua
& principali[ſuiq́; diſtinctione,]id eſt,ex propria formatione ac ordinatione,tanquam ex
cauſa formali,creata,intrinſeca [poſtremæ aliquid pulchritudinis trahunt,]id eſt, aliquid
formoſitatis vltimæ ac infimæ vtputa naturalis & corporalis ſortiũtur, quæ pulchritudo
eſt infima,loquendo in genere,ſicut & ipſa inanimata corporalia ſunt infima rerum in ge
nerali in ordine vniuerſi, in q̃ prima ſunt intellectualia vt angeli, ſecunda vero rõnalia vt
homines,tertia ſenſitiua,quarta vegetatiua,quinta inanimata, quamuis multiplicius poſ-
ſit rerum ordo diſtingui[infra tamen veſtram excellentiam collocatæ]quia multo inferi- E
oris naturæ ac dignitatis ſunt,q̃ homines[ammirationem veſtram nullo modo mereban
tur,]id eſt,nequaq̃ dignæ fuerunt tam vehemẽter & exceſſiue in ammiratione haberi à vo
bis propter quos creata ſunt inferiora hæc omnia. ¶ Conſequenter declarat Philoſophia
ꝙ nec in naturalibus diuitijs aut earum decore ſit immoderate lætandum,nec quærenda
felicitas[An vos agrorum pulchritudo delectat?] Quod autem ſubiungitur:[Quid ni?]
id eſt,quid aliud aget & quare non delectaret?legi poteſt tanquam reſponſio ex parte Bo
ethij,& etiam ex perſona Philoſophiæ. Frequenter nanque idem interrogat & reſpondet,
Acto.26. præſertim dum quærit,quod alium nouit conceſſurum, quemadmodum in Actis beatus
Paulus ſciſcitatur regẽ Agrippam:Credis rex prophetis?Scio quia credis. [Eſt enim pul-
cherrimi operis pulchra portio,]id eſt,ager ſeu agrorum congeries eſt pulchra pars mun-
di totius,ſeu mũdi ſenſibilis,qui eſt pulcherrimum opus dei,præſertim totum vniuerſum
quod omnium pulchritudinum creatarum totalitatem totiuſq́; ordinis vniuerſi decorẽ
Plato: includit. Et de hoc in primo Thimæi diſſeruit Plato,vt infra dicetur. Porro pulchrum de-
lectat naturaliter viſum,ſicut veritas intellectũ,bonitaſq́; affectum. Hinc ſubditur ex Phi
loſophiæ perſona[Sic quondam ſereni maris facie gaudemus,]id eſt, ita aliquando natu-
raliter delectamur aſpiciendo abyſſum,ſeu quodcunq; brachium eius. Imo & flumina q̃ñ
tranquilla ſunt ſeu quieta & lumine ſolis pfuſa ſunt diaphana atq; clara [Sic cœlũ,ſidera, F
lunã ſolemq́; miramur]. i. de tanta cœleſtiũ orbiũ magnitudine,cauſalitate,virtute,de ſi-
deꝝ ac planetaꝝ venuſtate, celerrimo motu, influẽtijs efficientijſq́; ſtupemus & glamur.
Pſalm.8. Vñ et Pſalmiſta cõcinit:Qm̃ videbo cœlos tuos opa manuũ tuaꝝ,lunã et ſtellas q̃ tu fun
daſti. Quod agere debemus q̃tenus ex tam pclaris effectibus cõſideremus,miremur,cola-
mus,vereamur ac intime diligamus oĩpotentem,ſupſapientem & ſuppulcherrimum crea
Iſaiæ.40. torem. Ad quod hortatur nos ſcriptura,dicens:Leuate in excelſum oculos veſtros,& vi-
dete,qs creauit hæc. De hac cœleſtiũ corpoꝝ ſpecie & amœnitate ad intuendũ ſcriptũ eſt
Eccl.34. in Eccleſiaſtico:Species cœli in viſione gloriæ,ſol in aſpectu,vas admirabile,radios igne-
os exufflans. Magnus dñs qui fecit illum. Luna vas caſtroꝝ in excelſis,in firmamento cœ
li ſplendens glorioſe. Species cœli gloria ſtellaꝝ,mundum illuminãs in excelſis dñs. Hinc
eos qui ex hoꝝ diuinoꝝ effectuum cõſideratione agnouerunt creatorem, aut cognitum
Sapien.13. non coluerunt,reprehendit ſcriptura in libro Sapientiæ:Vani ſunt,inquiens,omnes homi
nes,quibus non ſubeſt ſcientia dei. Et de his quæ videntur bona,nõ potuerunt intelligere
eum qui eſt. A magnitudine eñ ſpeciei creaturæ poterit cognoſcibiliter creator horum
videri[Num te aliquid hoꝝ attingit?]. i. nunquid aliquid hoꝝ tam propinquum eſt tibi,
aut ſic ſpectans ad te , vt de eius pulchritudine debeas immoderate mirari aut delectari?
Liber Cauſarum. Vel,nunqd te aliquid hoꝝ attingit?. i. tantæ dignitatis eſt,vt tu creatura rationalis. Qua-
ſi dicat,non. Veruntñ philoſophi aſſerentes corpora cœleſtia eſſe animata,dixerunt ea ho
Philoſop. minibus digniora,ſicut & author libri de Cauſis. Vñ & Ariſtoteles III. de anima ſolẽ ap-
Plato. pellat patrẽ viroꝝ atq; deoꝝ. Plato quoq; in I. Thimæi ex perſona primi opificis,dicens:
O dij deo



A O dij deoꝝ,quoꝝ pater opifexq́; ego. Per deos deoꝝ intelligit ſidera ac planetas. Tutius
tñ videtur putare ꝙ animata non ſint,quod etiam ſanctus Baſilius,Damaſcenus atq; Cy Baſilius. Ioh. Dam.
rillus affirmant. Porro Auguſtinus ſuper Geneſim & in Enchiridio hoc relinquit ſub du- Cyrillus.
bio[Num audes alicuius talium ſplendore gloriari?]. i. non debes de pulchritudine horũ Auguſtin.
aut conſimilium eis inordinate gaudere , quaſi digniora ſint te. Propter quod in Deute- Deuter.4.
ronomio Moſes loquitur:Ne oculis eleuatis ad cœlum,videas ſolem & lunam,& omnia
aſtra cœli:& errore deceptus,adores ea & colas q̃ creauit dñs deus tuus in miniſteriũ cun
ctis gẽtibus[An vernis floribus ipſe diſtingueris?]. i. nunqd tu ipſe ornaris vernalibus flo
ribus,quibus tempore veris ornantur campi,& arbores decorantur?Quaſi dicat,non. Id-
circo non debes in illis quaſi ſint tua ornamenta gaudere. Quod tamen poteſt & ita expo
ni: An vernis floribus tuipſe diſtingueris? Quaſi dicat : Tu ipſe ornatus es decore multũ
præclariore q̃ illa,præſertim quãtum ad animam. Eſt tñ in illis decor naturalis,tam ingẽs
ꝙ decor artificialis ei nequit eſſe æqualis. Propter quod apud Matthæum loquitur Chri- Matth.6.
ſtus:Videte lilia agri quõ creſcunt. Dico eñ vobis,ꝙ nec Salomon in omni gloria ſua co-
opertus eſt,ſicut vnum ex illis. Etẽi quãuis ars humana imitatur naturam, nõ tñ poteſt
ei æquari ſecũdum Auicẽnam: quemadmodũ etiam natura imitatur artẽ diuinam & in- Auicenna.
creatã,cui æquari nullatenus valet[An tua in æſtiuos fructus intumeſcit hubertas?]. i. an
B hubertas ſeu fertilitas tua,[intumeſcit]. i. augetur & creſcit[in fructus æſtiuos]qui ſ. ma
turãtur æſtate? Tanq̃ dicat: Nõ eſt hæc tua fœcũditas,ſed agroꝝ ex influẽtijs cœleſtium
corpoꝝ,ſecũdum philoſophos, & cõſonat illud Iſaiæ prophetæ: Quõ deſcendit imber de Iſaiæ.55.
cœlo,& illuc vltra nõ reuertitur,ſed infundit terrã & inebriat eã, & germinare eam facit.
Nõ ergo de illa fertilitate licitũ eſt tibi inaniter gloriari [Quid]igit[inanibus gaudijs ra-
peris?]. i. ad qd inordinate exultas,& de creaturis aliter q̃ in deo lætaris. Ideo dixit Aplus:
Qui gloriat in dño glorief. Porro inane gaudiũ eſt,q̃d nõ eſt in deo,nec de deo,nec relatũ 2.Cor.10.
ad deũ,potiſſime q̃d cõſiſtit in actibus vitioſis,& de malo cõcipitur,ſicut in Prouerbijs dr̃ Gaudium inane.
de iniquis:Lætantur cũ malefecerint,& exultant in rebus peſſimis. De tali inordinata læti Prouerb.2.
tia in Eccleſiaſte legitur:Cor ſapientum vbi triſtia,& cor ſtultoꝝ vbi lætitia[Quid exter- Eccẽs.7.
na bona]. i. cur bona exteriora,ſenſibilia & terrena[pro tuis amplexaris]. i. auide cupis,et
& apprehendis quaſi ſint vera & principalia ac propria tua bona? q̃d frequẽter eſt impro-
batũ. Nam & teſte Ambroſio,non ſunt bona hoĩs q̃ ſecum ferre nõ poteſt. [Nunq̃ tua fa- Ambroſius
ciet eſſe fortuna]. i. ipſa fortuna,q̃ eſt cauſa p accidens ſeu effectus fortuitus,iſta exteriora
tpalia bona nunq̃ faciet eſſe tua bona principalia,q̃ ſunt bona hoĩs ſecundũ ꝙ homo. i. ra
tionalis creatura. Et hæc ſunt intellectualia ſpũalia,æternaq́; bona[ quæ à te natura rerũ
fecit eſſe aliena]. i. ipſe creator,q eſt natura naturans, fecit tpalia atq; fortuita bona[alie-
C na à te]. i. alterius naturæ q̃ tu es,cum illa ſint ſecundum ſe tota corruptibilia,nec veræ fe
licitatis capacia. Natura q̃q; particularis naturata & cauſæ illæ ſecundariæ naturales cœ-
leſtes ſunt cauſæ illaꝝ terreſtrium & tpalium reꝝ,videlicet intelligẽtiæ,orbes cœloꝝ ac ſi-
dera,atq; vniuocæ & propriæ cauſæ particulares. Veꝝ his obijci poteſt q̃d in libro de bo
na fortuna ait Philoſop. Sine exterioribus bonis quoꝝ fortuna eſt dña,neminẽ cõtingit Philoſo.
eſſe felicem. Dicendum,ꝙ bona exteriora ſunt hoĩs bona ſecundũ qd,vtputa bona ammi
niculatoria,ſecũdaria & media quædã ad principalia bona,nec coꝝ dña eſt fortuna quaſi
dea quædã aut cauſa p ſe,ſed qa interdũ ſubiacẽt fortunæ,& ex ea proueniunt,vt dictũ eſt
ſæpe. Hinc ſequit:[Terraꝝ quidẽ fructus]. i. fruges agroꝝ & terrena ſcẽtia[aĩantium pro
cul dubio debentur alimẽtis]. i. ex ordinatione creatoris deputata ſunt aĩalium paſtui,&
etiã hoĩm in quantũ cũ brutis cõicant in ſenſitiua & vegetatiua natura. Vñ in Geneſi dñs Gene.1.
ait primis parentibus:Ecce dedi vobis oẽm herbã afferentẽ ſemen ſup terrã,& vniuerſa li-
gna q̃ habẽt in ſemetipſis ſementẽ gñis ſui,vt ſint vobis in eſcam,& cũctis aĩantibus terræ.
Idcirco & Plato loqtur in Thimæo,ꝙ deus iuſſit terrã pro parte eſſe diſcoopertã ab aquis Plato.
propter hoĩm & aĩalium habitationẽ & paſtũ[Sed ſi(q̃d naturæ ſatis eſt)replere indigẽ-
tiã velis]. i. ſi cupias ſatisfacere neceſſitati naturali famẽ extinguẽdo, q̃d ſufficit naturæ hu
manæ q̃ ad eius refectionẽ[nihil eſt]. i. vanũ & vitioſum[q̃d fortunæ affluentiã petas]. i. ꝙ
temporalẽ abundantiã & delicata precioſaq́; fercula appetas. [Paucis eñ]gñibus alimen-
torum[minimiſq́;]. i. valde paruis quantitate[natura contenta eſt]vtputa ſimplicibus ci-
bis ac potibus. Quod patet ad ſenſum in ruſticis & egenis,in incarceratis & ſtudioſis,præ
ſertim in ſanctis religioſis,qui olim abſtinentiſſime & ſobrijſſime vixerũt in eremo, panẽ

& aquam cum grandi parcitate ſumentes,& tamen multo diutius ſaniusq; vixerunt,ꝗ̃ ſecu D
Ecci.37. lares diuites, delicate viuentes. Vnde in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt: Qui abſtinens eſt, adij-
Ecci.31. ciet ad vitam. Sanitas animæ & corporis,eſt ſobrius potus. Rurſus quoque in Eccleſiaſtico
Ecci.37. dicitur:Noli auidus eſſe in omni epulatione,nec te effundas ſuper omnem cibum. In mul-
tis enim eſcis erit infirmitas,& propter crapulam multi obierunt. Deniq; cum anima finis
ſit corporis,ita reficiendum eſt corpus,vt expedit animæ. Hoc eſt ſecundum ꝙ corpus ma-
gis diſpoſitum eſt ad hoc, ꝙ anima per ipſum ſuas perficiat actiones,ac deo deſeruiat in ve
ritate & ſanctitate iuſtitiæ: ad quod certum eſt ſobrietatem & caſtitatem requiri. Ex im-
In guloſos. moderantia quoq; plurima mala ſequuntur. Vnde ſubiungitur:[Cuius ſacietatem,ſi ſuper
fluis vrgere velis,]id eſt,ventrem iam ſatis refectum cœperis prouocare, atq; impellere ad
plus ſumendum,[aut iniucũdum quod infuderis fiet aut noxium,] id eſt,quod vltra acce-
peris de alimento,minus bene ſapiet tibi,nec delectabit guſtũ,quoniam ſatiatus faſtidit &
nauſeat plus ſumendo, aut nociuum erit corpori & animæ, ipſum corpus grauando & ad
infirmitatem diſponendo,ac vitam abbreuiando,animam etiam inclinando ad vitia & in-
Lucæ.21. eptam faciendo ad actus virtutum. Hinc in Luca loquitur Chriſtus: Attendite vobis, ne
Lucæ.6. grauentur corda veſtra crapula & ebrietate. Et denuo: Væ vobis qui ſaturati eſtis,quia
Ioh.Chry. eſurietis. Hinc ait Chryſoſtomus:Simplicior victus & menſa mediocris plurimũ habet iu-
cunditatis. Econtrario diuitum menſæ execrabiles & horridæ, contaminationiſq; plenæ. E
Auguſtin. Auguſtinus quoq;:Sobrietas,inquit, eſt mentis & corporis omniumq; membrorum tute-
la, pudicitiæ ac caſtitatis munimen, pacis & amicitiæ cuſtos, honeſtati ſemper coniuncta.
Econtra gula obruit mentem, rationem excæcat, compunctionem & dei timorem exclu-
dit,bonorum opeꝝ parit faſtidium,ad leuitates diſſolutioneſq; prouocat,atq; libidini mi-
Plato. niſtrat fomenta. Ideo in Phædone aſſerit Plato: Intentio Philoſophi eſt minime circa cor-
Idem. pus eſſe,& maxime diſtare ab eo,& ad aĩam conuerti. Itemq;:Non eſt,ait, Philoſophi cir-
ca ciboꝝ ac potuum aut venereoꝝ voluptates ſtudere,imo hæc omnia deſiderio ſapientiæ
aſpernari. Præterea,quia natura paucis minimiſq; contenta eſt, recte in Eccleſiaſtico con-
Ecci.29. ſcriptum eſt:Initiũ neceſſariæ rei vitæ hoĩm aqua,ſal,lac & panis ſimilagineus,mel,botrus
& oleum. Sed infelix & inſenſata carnalitas ita corrupta eſt ac irrefrenata,vt recte dicat In
Innocentiꝰ nocentius papa: Initium vitæ hominis panis & aqua,guloſis autem non ſufficit fructus ar-
borum,neq; diuerſa leguminum genera,non radices herbarum,nec piſces aquaꝝ:non be-
ſtiæ terræ,nec aues cœli,ſed quæruntur pigmenta,parantur aromata,nutriuntur altilia,ca-
piuntur obeſa:quæ ſtudioſe coquuntur,laute parantur officio miniſtrorum. Verum,vt ait
Prouer.21. ſcriptura:Qui amat vinum & pinguia,non erit ſapiens. Nempe,vt ſanctus Iob proteſtatur
Iob.28. Sapientia non inuenitur in terra ſuauiter viuentium. Et teſte Gregorio, quæ carnem oble
Gregorius ctant,ſpiritum necant. Ideo dixit Apoſtolus:Curam carnis ne feceritis in deſiderijs. Hinc F
Roma.13. demum in vniuerſalibus ſcholis ſobrie viuunt ſtudentes. ¶Deinde tangit Philoſophia, ꝙ
nec in veſtibus precioſis ac ſpendidis ſit lætandũ,nec ſummũ bonum quærendũ[Iam vero
pulchrũ varijs fulgere veſtibus putas].i.tu Boethi æſtimas[pulchrũ].i.delectabile,decẽs,
ornatũ[fulgere veſtibus varijs].i.plurimis ac diuerſis, precioſis & curioſe formatis[quaꝝ
ſi grata intuitu ſpecies eſt].i.ſi pulchritudo veſtiũ talium[grata].i.accepta ac placẽs[eſt in
tuitu].i.in ipſo eaꝝ aſpectu[aut materiæ naturã aut ingeniũ mirabor artificis].i.pulchri-
tudinẽ veſtium aſſcribã lanæ ſeu filis,ex qbus factus eſt pannus, aut arti ſartoris nõ tibi,&
Lucæ.16. ꝗ̃uis te ornent forinſecus,non tñ in anima:imo eã magis deturpãt. Nam & diues ille dãna-
tus q epulabatur ꝗ̊tidie ſplendide,induebatur byſſo & purpura. Ipſa quoq; immoderata ve
ſtiũ multitudo eſt dãnabilis, cum beatiſſimus dixerit Iohães:Qui habet duas tunicas,det
Lucæ.3. non habẽti. Deniq; vt ſancti patres Ambroſi. Chryſoſtomuſq; fatentur:Vir aut mulier ex-
Ambroſiꝰ quiſite ſe veſtiens aut ornans,ac ꝑ hoc alioꝝ oculos in ſe trahẽs,quamuis nullum malũ in-
Chryſoſto. de ſequatur,tamen æternum ſupplicium patietur,quia venenum præbuit ſi fuiſſet qui bibe-
Ecci.11. ret. Hinc in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt:In veſtitu ne glorieris vnꝗ̃. Plato etiã in Phædone eſ-
Plato. fatur:Philoſophus inhonorat & deſpicit veſtimentoꝝ precio differentiũ poſſeſſiones, cal-
ciamentorum quoq; & alios corporis ornatus. Præterea cum vnuſquiſq; debeat ſe veſtire
Veſtitus. ſecundum exigentiam & tenorem ſuæ vocationis ac legis,& lex Chriſti ſit lex totius humi
litatis,maturitatis & exemplaritatis, conſtat ꝙ ad omnem pertineat Chriſtianum, mode-
ſto exemplari humiliq; veſtitu vti ac indui,non curioſo,prouocatiuo,inani. ¶Deinceps
probat Philoſophia ꝙ nec in miniſtrantium copia conſiſtat felicitas. [An vero te longus
ordo



A ordo famulorum,]id eſt, numerus copioſus ſeruorum te inſtar caudæ ſequentium [facit
eſſe felicem? Qui ſi vitioſi moribus ſint].i.immorigerati[pernicioſa domus ſarcina].i.no
ciuum & magnum ſunt onus patriſſamilias domuſq; ſuę, [& ipſi dño vehementer inimi-
ca]præſertim ſi eos corripiat & caſtiget, cum in Prouerbijs Salomon dixerit: Non amat Prouer.15.
peſtilens eum qui ſe corripit [ſi vero probi ſint, quo nam modo in tuis opibus aliena pro-
bitas numerabitur?]id eſt,dato ꝙ probi ſint ſerui tui,probitas eorum te formaliter probũ
non facit,neq; denominat te nec inter diuitias tuas ſpirituales eſt computanda, quamuis
redũdet in te,& ſis particeps eius,ſi eos à vitijs retraxiſti & ad virtutes hortatus es. Ex pręs
habitis Philoſophia primo concludit[Ex quibus omnibus nihil horum,quæ in tuis com-
putas bonis,tuum eſſe bonum liquide monſtratur,]id eſt,ex omnibus rationibus iam pręs
tactis[monſtratur liquide].i.euidenter probatur[nihil horum]videlicet nec diuitias,ne-
que familiam,nec pulchras veſtes,nec alimenta [eſſe bonum tuum].i. reputandum eſſe
principale & proprium bonum tuum,ſicut nunc ſæpe oſtenſum eſt[Quibus ſi nihil ineſt
appetendæ pulchritudinis].i.nihil decoris abſolute optandi, tanꝗ̃ ſit pulchritudo præci-
pua ad beatitudinem pertinens[quid eſt,ꝙ vel amiſſis doleas].i. nõ habes rationabilem
cauſam multum & inordinate dolendi de illarum reꝝ amiſſione[vel læteris retentis?].i.
nec idoneã cauſam habes gaudendi multum de eaꝝ retentione. Hæc nanq; quæ cadunt
B ſub fortuna,quæ in ſe non ſunt bona nec mala moraliter,ſed indifferentia, ita ꝙ poſſunt
obeſſe & prodeſſe, ſecundum ꝙ homo bene aut male vtitur eis, ideo non ſunt per ſe, aut
propter ſe,appetenda,nec fugienda,ſed potius ſub conditione ſaltem implicita,vtpote ſi,
& inquãtum proficua nobis fuerint ad ſalutem vel impeditiua.[Quod ſi natura pulchra
ſunt].i.ſi ex ꝓpria natura ſunt ſpecioſa & appetibilia bona iſta fortuita, ſicut & ſunt:for-
maliter quippe ex ſe pulchra ſunt,ſicut & bona:non autem efficienter,quemadmodũ etiã
homo ex ſua natura formaliter rationalis eſt,efficienter aũt ex deo. Creator quippe dona
uit vnicuiq; rei naturã ſeu ſpeciẽ,qua ex ſe formaliter eſt ens,& bonũ,& pulchrũ[quid id
tua refert?].i.ad te qd hoc pertinet,quia ex hoc tu in te nõ es melior,pulchrior, neq; feli-
cior[Nam hęc per ſe à tuis ꝗ̊q; opibus ſequeſtrata].i.ſeorſum conſiderata & ſumpta atq;
diuiſa à tuis donis ac bonis[placuiſſent].i.pulchra fuiſſent ac placita [Neque enim idcir-
co ſunt precioſa ꝙ].i.quia[in tuas venere diuitias].i.quia cœperunt pertinere ad te,[ſed
qm̃ precioſa videbãt,tuis ea diuitijs annumerare maluiſti].i.voluiſti ea cõiungi opibꝰ tu
is, magis ꝗ̃ non facere hoc:imo & magis ꝗ̃ licuit,appetendo & amando ea nimis intenſe
ꝗ̊d patet ex hoc,qa de eoꝝ amiſſione contriſtatus es immoderanter. Non eñi eſt dolor in
amittẽdo,niſi ſit libido in habẽdo,vt ait Ambroſius. Propter ꝗ̊d etiam ait Caſſianus: Si- Ambroſi.
gnũ ꝙ religioſus ſeu monachus ad rem vſui ſuo cõceſſam inordinate & velut quodã pro Iohannes
C prietatis affectu afficitur eſt,ꝙ de eius ſubtractione turbatur. ¶Cõſequẽter Philoſophia Caſſianus.
ex cõpaſſione cõi circa mortales pie reprehendit eoꝝ inordinatum deſideriũ,& conatum
circa terrena[Quid autem tanto fortunã ſtrepitu deſideratis?].i.cur tam inquieto & im-
petuoſo appetitu deſideratis fortunã.i.proſperitatem fortunæ,ſeu bona fortunę?[fugare
credo indigentiã copia quæritis].i.puto ꝙ ideo qa optatis[indigentiã] veſtrã[fugare].i.
remouere à vobis[copia].i.ꝑ abundantiã,ſicut infirmitas ſanitate expellitur,& vniuerſa
liter cõtraria curãtur cõtrarijs. In hoc tñ per ſuperfluitatẽ exceditis ex inordinato affectu
& cura ſuperflua,quia penuria melius fugatur cõpetentia,ꝗ̃ abundantia reꝝ. Idcirco ſub
iũgitur[Atqui].i.certiue[hoc vobis in cõtrariũ cedit].i.ex abundantia ingerũtur vobis
multa mala grauiora,ꝗ̃ indigẽtia ipſa[Pluribus quippe adminiculis].i.auxilijs [opus eſt
ad tuendã precioſæ ſupellectilis varietatẽ].i.ad cuſtodiendũ, conſeruandũ ac protegen-
dũ abundantiã poſſeſſionũ,ne fraude,dolo,violẽtia,voracitate,furto,rapina,aut alio mo
do ſubtrahãtur [Verũq; illud eſt ꝑmultis eos indigere q permulta poſſidẽt].i.veꝝ eſt di
ctũ illud cõe,ꝙ valde multis indigẽt,q poſſidẽt valde multa. Indigẽt eñi opulenti multis
ſubſidijs,curis,prouiſionibus,cuſtodijs & miniſtris,& raro vel nunꝗ̃ habent tranquillita-
tẽ,ſecuritatẽq; mẽtis.[Contraq;].i.& ecõtra veꝝ eſt[minimo indigere]illos[q abundan
tiam ſuam naturæ neceſſitate,non ambitus ſui ſuperfluitate metiantur].i.qui menſurãt,
refrenant ac temperant[abundantiã]reꝝ[neceſſitate]ſuæ[naturæ] nõ plus appetẽdo de
neceſſarijs vitæ,ꝗ̃ requirit neceſſitas aut ſaltẽ vtilitas ſuæ naturæ[non ſuꝑfluitate ſui am
bitus].i.ambitionis ſeu libidinoſæ ſeu inordinatę affectiõis. ¶Deinde ſubditur alia ratio
reprehenſionis iſtius.[Ita ne autem nullum eſt proprium vobis atq; inſitum bonum?]id
eſt, an

eſt,an ideo ita habetis vos, exteriora iſta quærendo,quia nullum conceſſum & deputatũ D
eſt vobis proprium bonum,vtputa bonum ſpirituale,competens vobis in quantum eſtis
rationalis naturæ[atq; inſitum,]id eſt,bonum naturale & intellectuale,animæ veſtræ in
genitum,vt ſunt memoria intellectualis,ratio & voluntas, inchoatio quædam ſcientiarũ
atq; virtutum,ſeu habitus principiorum in ſpeculatiuis,qui dicitur intellectus,atq; in pra
cticis,qui ab aliquibus appellatur ſynteresis[vt in externis,]id eſt,exterioribus[ac ſepoſi
tis,]id eſt,ſeorſum extra vos poſitis[rebus] puta in rebus caducis & vilibus[bona veſtra
quæratis?]id eſt,ea quæ ad perfectionem pertinent ac ſalutem. Nam ea quę homo potiſ
ſime diligit,in his ſibi profectum & vltimum finem conſtituit, quemadmodum de gulo
Philip.3. ſis & carnalibus ait Apoſtolus:Quorum deus vẽter eſt. Sic nanq; de ſuperbis & ambitio
ſis dicere poſſumus:Quorum deus eſt honor mundanus,& excellentia temporalis. Et iti
Colo.3. dem de auaris:Quorum deus denarius eſt. Propter quod auaritiam vocat Apoſtolus ido
lorum ſeruitutem. Quaſi dicat Philoſophia: Qm̃ propria ac innata bona rationalis crea
turæ ſunt rebus exterioribus multo præſtãtiora, valde indignũ eſt vt in exterioribus ſibi
ſtatuat ſummum bonũ,imo hoc eſt ſubuerſio ordinis rerum. Propterea quaſi ironice ſub
ditur:[Sic rerum verſa eſt conditio,]id eſt,ordinatio rerum ita mutata eſt[vt diuinũ me
rito rationis animal,]id eſt,vt homo q eſt[animal diuinum,]id eſt,deo ſimile[merito,]id
eſt,iure ac priuilegio rationis. Vel,merito, id eſt,per virtuoſos ac meritorios actus ratiõis, E
quantum ad ſimilem ſibi in ſpecie [non aliter ſplendere ſibi niſi inanimatæ ſuppellectilis
poſſeſſione videatur?]id eſt, putet ſe non aliter eminentem & inclytum eſſe,niſi poſſideat
facultates pecuniæ terrenarumq; rerum?[Et alia quidem ſuis cõtenta ſunt,]id eſt, aĩalia
irrationalia contenta ſunt & quieſcunt,dum obtinuerint & habuerint ea ad quæ natura
liter ordinantur:in quibus ſecũdum guſtum & tactum maxime delectantur[vos autem
Gene.1. deo mente conſimiles]ſimilitudine imitatiua,non naturali,vtputa ad imaginem & ſimi
litudinem dei creati,mente,id eſt,quantum ad intellectualem & ſuperiorem animæ porti
onem,in qua ponuntur tres vires,ratio,memoria & voluntas[à rebus infimis excellentis
naturæ ornamenta captatis, ]id eſt, aſſidue capitis ſeu captare conamini,[ornamenta ex
cellẽtis naturæ,]id eſt,profectum,proſperitatem,ſalutem veſtræ aĩæ rationalis,ſeu veſtrę
naturæ intellectualis à tranſitorijs bonis,in quibus vobis finem vltimum collocaſtis,illis
plus adhærendo q̃ ſummo & incommutabili bono[Nec intelligitis,quãtam conditori ve
ſtro faciatis iniuriam]paruipendendo & tranſgrediendo eius præcepta etiam in eius præ
ſentia,ac bono illi prorſus incomparabili & immenſo in omni ſanctitate,dignitate,perfe
ctione & gloria penitus infinito,ꝙ à vobis pater appellari dignatur, præferendo iſta terre
na,fœda,carnalia. Quæ iniuria tanto eſt maior,quanto ipſe deus eſt pręſtantior,& ita eſt
quodãmodo infinita. Vnde & pœna æterna ei debetur: eſtq; in peccato mortali ſumma F
ingratitudo,& certe incomprehenſibilis quædam enormitas. Nempe cum exceſſus in ali
um commiſſus tanto ſit grauior,quanto maior,dignior,ſanctior eſt is in quem committi
tur,quanto etiam ipſe peccãs plura atq; maiora ab illo beneficia eſt ſortitus. Ideo ſicut ne
mo comprehendere valet infinitam excellentiam & beneficentiam creatoris,ita nec enor
mitatem peccati mortalis. Quod etiam conſtat ex hoc,ꝙ pro vno peccato mortali quan
tumlibet modico ſempiterna infertur damnatio. Propter quod ſcribit Euſebius Emiſſe
Euſebius. nus:Si ſcire volumus q̃ graues deus reputet noſtras culpas,reſpiciamus ad pœnas. Verum
tamen etiam impij quidam iſta aliquo modo intelligunt,qui.ſ.ex certa ſcientia peccant.
Sed illa eoꝝ intellectio eſt informis,obſcura, inſipida non formata,nec affectũ immutãs.
Roma.1. De quibus verificatur illud Apoſtoli ad Romanos:Qui cum cognouiſſent deum,non ſic
ut deum glorificauerunt,ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis,& obſcuratum eſt inſipi
ens cor eoꝝ. Hinc quoq; ſecundũ Philoſophũ in Ethicis:Oĩs peccãs eſt ignarus. Et Pſal
Philoſoph. Pſalm.48. miſta fatetur:Homo cũ in honore eſſet nõ intellexit, cõparatus eſt iumẽtis inſipientibus.
Iſaiæ.1. Vñ ad inſinuandũ ingratitudinẽ inſipientiãq; peccãtiũ deus loquitur per Iſaiã: Cognouit
bos poſſeſſorẽ ſuũ,& aſina præſepe dñi ſui: Iſrael aũt me non cognouit. Et per Ieremiam:
Ieremiæ.8. Miluus in cœlo cognouit tempus ſuum , turtur & hirundo & ciconia cuſtodierunt tem
pus aduentus ſui: populus autem meus non cognouit iudicium domini. [Ille genus hu
manum terrenis omnibus præſtare voluit,] id eſt,D E V S omnipotens voluit atque in
Pſalm.8. ſtituit, quòd homines præſtantiores ſint cunctis terrenis. Iuxta illud in pſalmo: Omnia
ſubieciſti ſub pedibus eius. [Vos dignitatem veſtram infra infima quæque]rerum[de
trudi



A truditis,] id eſt, peccando propriæ dignitati maxime derogatis, & viliſſimos facitis voſ
metipſos. Idcirco peccator indignus eſt pane quo veſcitur, aëre quem reſpirat,terra quam
calcat. Imo peccãdo inimicus dei,ſeruus & membrum diaboli, miniſter peccati efficitur.
Ideo in libro Sapientiæ fertur:Cor iniqui cinis eſt,& luto vilior vita eius, quoniam igno Sapien.16.
rauit eum qui ſe finxit. Ariſtoteles quoq; primo Politicorum teſtatur: Sicut homo ratio Philoſoph.
ne vtens eſt animal optimum,ita à lege & iuſtitia ſe auertens, eſt animal peſſimum. Imo
vt denuo loquitur:Homo iniquus decies millies eſt peior beſtia. [Nam ſi oĩe cuiuſq; bo Idem.
num eo cuius eſt,conſtat eſſe precioſius,]id eſt,quoniam conſtat ſeu certum eſt,omne bo
num cuiuſcunq; rei,loquẽdo de bono obiectali perfectiuo alterius[eſſe precioſius,]id eſt,
præſtantius[eo cuius eſt bonum]ſicut & agens honorabilius eſt patiẽte, & perficiens eo
quod perficit[cum viliſſima rerũ,]id eſt, infima iſta terrena [bona veſtra eſſe iudicatis,]
id eſt,obiecta veſtræ felicitatis,in quibus vobis vltimum conſtituitis finem[eiſdem voſ
metipſos veſtra exiſtimatione,]id eſt,proprio iudicio[ſubmittitis]quoniam finis reputa
tur melior his quæ ordinantur ad ipſum. Hinc ſecundum Auguſtinum,peccare nõ eſt ni Auguſti.
ſi frui vtendis,& vti fruendis. Solo etenim ſummo bono obiectaliter eſt fruẽdum,id eſt,
ſumme ac finaliter inhærendum:creaturis vero vtendum,ordinando eas ad deum,cuius
contrarium agit peccator[quod quidem haud immerito cadit,]id eſt,iſtud videlicet tan
B ta veſtra vilificatio,non immerito, imo iuſte & ex veſtro demerito accidit vobis. Quod
conſequenter probatur[Humanæ quippe naturæ iſta conditio eſt,]id eſt, iſta proprietas
[vt tum tantum cæteris rebus(cum ſe cognoſcit)excellat,]id eſt,vt tunc ſolum excellen
tior ſit irrationabilibꝰ creaturis,dũ ſe cognoſcit actu aut habitu cognitiõe ſalubri,forma
ta approbatiua boni & practica, quæ eſt actio doni ſcientiæ non informis ac nudæ ſcien
tiæ. De qua ſalubri ſcientia ſcriptum eſt in libro Sapientiæ: Iuſtum deduxit dominus per Sapien.10.
vias rectas,& dedit illi ſcientiam ſanctorum. In Iſaia quoq;:Diuitiæ ſalutis ſapiẽtia & ſci Iſaiæ.33.
entia[eadem tamen infra beſtias radigatur,]id eſt,hæc eadem natura humana,tunc vili
or brutis reddatur[ſi ſe noſſe deſierit,]id eſt,quãdo ab hac formata ſuijpſius notitia actu
ali aut habituali ceſſauerit. Cum nanq; iſta cognitio ſit actus ſciẽtiæ,q̃ eſt vnum de ſeptẽ Iſaiæ.11.
donis ſpiritus ſancti,quæ dona inſunt vnicuiq; charitatem habẽti,prout Alexander, Tho
mas,Albertus,Bonauentura ſuper ſecundum ac tertium Sententiarum conſcribunt,idcir
co quam diu permanet homo in charitate,tam diu manet in iſta ſcientia:Nec tenetur in
deſinenter ad actualem ſui cognitionem,ſed tempore opportuno. De qua & Apoſtolus 2.Corin.13
fatur:An non cognoſcitis voſmetipſos,niſi forte reprobi ſitis? Hæc ergo cognitio non eſt Scientia
diffinitiua, ſcholaſtica, qua plurimi vicioſi ſciunt ꝙ homo eſt animal rationale mortale, vera.
ſed theologica,deuotionalis, qua homo affectiua ſcientia noſcit ſe dei creaturam,ad eius
C imaginem & ſimilitudinem conditum,ad obtinendum æternam ſalutem per Chriſtum.
Veruntamen ſiue homo cognoſcat ſeipſum hoc modo,ſiue non,attamen excellentior eſt
irrationabilibus rebus, dignitate naturali, ſpecifica, quia peccata non auferunt naturalia,
vt quarto capitulo de diuinis nominibus ſanctus Dionyſius loquitur,ſed excellentiam ſu S.Dionyſ.
pernaturalem gratuitam,meritoriam, quæ per charitatem & gratiam cõdonatur perdit
homo per culpam,beſtijsq; vilior redditur, odibilis & abominabilis deo, quemadmodũ
in libro Sapientiæ legitur:Odio ſunt deo impius atq; impietas eius. Atq; in pſalmo:Viꝝ Sapien.14. Pſalm.5.
ſanguinum & doloſum abominabitur dominus[Nam cæteris animantibus ſeſe ignora
re]intellectuali notitia[natura eſt,]id eſt,naturale & ex natura competit eis, cum non ſint
reflexiua ſuper ſeipſa. Propter quod ſcriptum eſt in Iob:Deus docet nos ſuper iumẽta ter Iob.35.
ræ,& ſuper volucres cœli erudit nos[hominibꝰ vero vitio venit,]id eſt,ex vitijs eſt. Iuxta
illud libri Sapientiæ:Excæcauit illos malitia eorum. Michæas quoq; ait:Nunquid veſtrũ Sapien.2.
eſt ſcire iudicium,qui odio habetis bonum? Vitia namq; ſunt caligo ac tenebræ, inter to Mich.3.
tius luminis fontem ac mentem creatam diuidentes,ſecundum ꝙ Iſaias inducit:Iniquita Iſaiæ.59.
tes veſtræ diuiſerunt inter deum veſtrum & vos. Itaq; ſicut & Rabbi Moſes ait: Propter Rabbi
ſplendorẽ intellectus qd diuinum cõpetit homini. Vnde & II. Thimæi aſſerit Plato:Ho Moſes.
minibus diuina p̃ditis firmitate,diuinitatis cõſortiũ eſt,& appellationis parilitas. [Quàm Plato.
vero late patet hic error veſter].i.valde longe ac late, & plane cõſtat deuiatio & inconſi
deratio veſtra[qui ornari aliquid ornamentis poſſe exiſtimatis alienis?]id eſt,extrinſecus
ita ꝙ ex illis additamentis fiat quid in ſeipſo & in ſua ſubſtantia pulchrius. Propterea di
xit G R E G O R I V S:Quibuſlibet ornamentis ac veſtibus circumponat induaturq; Gregorius
caro

caro,quid eſt caro niſi caro? Hinc vnus fratrum ſancti Bernardi ſuæ ſorori adhuc ſecula- D
ri,& ſeculariter compoſitæ dixit:Stercus es inuolutum[At id fieri nequit. Nam ſi quid ex
appoſitis luceat]vtputa veſtis aut ornamentum[ipſa quidem quæ ſunt appoſita laudan
tur].i.pulchra ac ſplendida appellantur[illud vero his tectum,in ſua nihilominus fœdi
Cyrillus. tate perdurat.]Quemadmodum ſanctus Cyrillus epiſcopus vir eloquentiſſimus atq; do-
ctiſſimus in ſuis refert puerbijs, vulpē dixiſſe ad ſimeā pulchre ſeu potius ridiculoſe veſti
Seneca. tam:O ſi ſpendor ſapientiæ te intus ornaret, in hac veſte te irriſam potius ꝗ veſtitam ad-
uerteres,nec de veſtis decore gauderes, ſed de innata tua fœditate verecūdareris:& glori
atio tua inanis te ita infatuat,vt nec catenam neq; cyppum quibus teneris ligata,& liber-
tate cunctis deſiderabili deteſtituta,conſideres. Veruntamē his obijci poteſt quod ait ſcri-
Pſalm.143 ptura:Filiæ eorum compoſitæ,circumornatę vt ſimilitudo templi. Et multa in ſcriptura
ſimilia leguntur. Et reſpondendum,ꝙ talia dicta ſunt de ornatu exteriori apparenti,non
vero & exiſtenti. Deniq; etſi corpora veſtibus precioſis,curioſis,pompaticis decorātur:ani
mæ multo infelicius per eaſdem deturpantur. Nuncq́; vtriuſq; ſexus perſonæ tam irreli-
gioſe & indecenter incedunt veſtitæ,vt inhoneſtiſſima breuitate & inſenſatiſſima longi-
tudine comprobentur à dæmonibus magis illuſæ, ꝗ arte humana opertæ. Quemadmo-
2.Regū.10 dum ſecundo libro Regum ſerui regis Dauid à rege Ammon turpiter valde deriſi legun
1.Para.19. tur veſtibus eorum vſq; ad nates præſciſſis. ¶ Poſtremo adhuc plenius probat Philo- E
ſophia diuitias eſſe ſpernendas, propter vitia concomitantia eas. [Ego vero nego illud
eſſe bonum,]id eſt,proficuum ad ſalutem[quod noceat habenti].i. quod impedit à ſalu
te[Num].i.nunquid[illud mentior? Minime,inquies. Atqui].i.pro certo[diuitiæ poſſidē
tibus perſæpe nocuerunt].i.peccandi occaſionem,incitamentum, materiam præbuerūt.
2.Timo.4. Non tamen diuitiæ in ſe malæ ſunt, dicente ad Timotheum Apoſtolo: Omnis creatura
dei bona eſt,nec virtus & vitium ſunt in rebus, ſed in bene ac male vtentibus [cum peſſi-
mus quiſq; eoq; alieni magis auidus].i.ex hoc ipſo ꝙ peſſimus eſt,& ex ſua malitia cupi-
dior eſt rerum alienarum[quicquid vſquam auri gemmarumq́; eſt, ſolum ſe qui habeat
digniſſimum putat].i. reputat ſe ſolum eſſe digniſſimum ad habendum [quicquid auri
& gemmarum eſt vſquam].i.in quocunq; loco aut tempore ita infelix cupiditas ac vitio
ſitas ipſum excæcant, vt cum propter ſcelera ſua etiam minimis ſit indignus, digniſſimū
ſe ad habendum omnia arbitretur,cuius ſignum eſt,ꝙ habitis nō contentus,indefeſſe ac-
Iſaiæ.5. quirere plura conatur. Hinc per Iſaiam talibus dicitur: Vę qui coniungitis domum ad do
mum,& agrum agro copulatis. Nunquid vos ſoli habitabitis in terra? Hęc eſt auarorum
inſania,excæcatio denſiſſima, ſtultitia infinita,ꝙ cum anima incomparabiliter ſit nobili-
or corpore,vita quoq; futura inęſtimabiliter ſit diuturnior vita prę ſente,itemq́; interiores
diuitiæ ſine menſura exterioribus ſint præclariores, ipſi miſerrimi de animarum ſuarum F
diuitijs ac ſalute nullam aut nouiſſimam habeant curam,infatigabiliterq́; ſoliciti ſint cō-
gregare terrena,etiam dum reuera competentiam habeant eorundem. Propter quod aſſe
Auguſtin. rit Auguſtinus:Auarus ſimilis eſt inferno,quia infernus quantoſcunq; deuorauerit nō re
Prouer.30 pletur,nec dicit,Sufficit:Ita nec auarus,quanꝗ omnes theſauri in eum confluxerint. Quid
Matth.5. tu Chriſtiane diuitias cupis,cum audias Chriſtum dicentem:Beati pauperes,quia veſtrū
Marci.10. eſt regnum dei? Itemq́;: Quàm difficile qui pecunias habent intrabūt in regnum cœloꝝ?
Lucæ.18. [Tu igitur]ò auare[qui nunc contum].i.fuſtem ſeu baculum gladiumq́;[ſolicitus perti-
meſcis]ambulando per vias, ſeu inter alios exiſtendo cum tuis diuitijs [ſi vitæ huius cal-
Iuuenalis. lem vacuus viator intraſſes, coram latrone ſecurus cantares].i.nec furem nec raptorem,
neq; latronem anxie formidares,quia nil tibi poſſent auferre. Et hoc communiter ita eſt,
præſertim dum impij illi agnoſcerent te nihil tecum habere,quod ipſis poſſit ſeruire. Ali-
qui tamen ita corrupti ſunt & penitus inhumani, vt ſola crudelitate in ipſa humani ſan-
Hierony. guinis effuſione lætentur. Hinc,vt beatus refert Hieronymus, dum latrones in cellam ir-
Hilarion. ruiſſent beati Hilarionis adhuc adoleſcentis,atq; dixiſſent: Quid faceres ſi ad te venirent
latrones? reſpondit:Nudus latrones nō timet. Et illi:Certe occidi poſſes. At ille:Poſſum,
inquit,& idcirco non timeo,quoniam mori paratus ſum. Ecce quanta in tanta pauperta
te ſecuritas,quanta bonæ cōſcientiæ quies. Deinde Philoſophia zelo iuſtitiæ irridens di-
uitiarum proſperitatem,ironice ſubdit:[O præclara opum mortalium beatitudo] Quod
ex contrario accipiendum eſt ſenſu,quaſi dicat,Vere miſera eſt opulētia temporalis,pro-
pter mala culpæ & pœnæ ſibi adiūcta[quam cum adeptus fueris,ſecurus eſſe deſiſti] q̄m
labor



A labor eſt in acquirēdo, timor in poſſedendo,dolor in amittendo. Hinc cum Diogeni in Diogenes.
lectulo quieſcenti fur ſacculum pecuniæ iuxta lectum pendentem niteretur auferre, ille
reſpondit: Tolle miſer,vt facias duos dormire,tanquam dicat: Ego timore perdendi,tu
deſiderio acquirēdi à ſomno impedimur. De malis demum cupiditati annexis,ait Chry Iohannes
ſoſtomus:Diuitiarum ſequela eſt luxuria,ira intemperata,furor iniuſtus,arrogātia,am- Chryſoſtomus.
bitio,contumelia,gula,indignatio,& omnis irrationabilis motus. Et rurſus,vanitas va
nitatum,& omnia vanitas. Hunc verſiculum ſi ſaperent,qui in diuitijs, delitijsq́; verſan-
tur,in cunctis parietibus & veſtibus ſuis,in domo,in ianuis,in cubili,in cœnaculis,& an
te omnia in cordibus & conſcientijs ſuis eum conſeriberent,vt eum indeſinenter oculis
cernerent,ac corde ſentirent.

## Difficultatum ac quæſtionum huius proſæ propoſitio,breuiſq; abſolutio. ARTIC. XVIII.

### IOHANNES.

NVnc allegaſti Ariſtotelem libro de bona fortuna dicentem,quod ſine exte Philoſop.
rioribus bonis, quorum fortuna eſt domina, non contingit eſſe felicem.
Ex qua authoritate concedendū videtur, quod fortuna ſit domina rerum,
B quæ cadunt ſub ea. Quod non apparet, quia ſecundum hoc non videren-
tur erraſſe gentiles,qui coluerunt fortunam. DIONYS. Bona fortunę & Bona naturæ.
bona naturæ realiter idem ſunt,& differunt ratione:dicuntur quippe bona naturæ,quia
ex naturalibus cauſis directe producta,ſeu naturali rerū ordine prouenientia. Sicq́; tem
poralia iſta & diuitiæ naturales,aut etiam artificiales vocātur bona naturæ. Quæ item
dicuntur bona fortunæ,inquantum raro & præter intentionem proueniunt,vel contin- Bona fortunæ.
gunt. Hinc aliqui dicunt,quod bona inferiora conſiderantur tripliciter. Primo,quātum Inferioꝝ conſideratio triplex
ad ſuam originem,& ita dicuntur bona naturalia. Secundo,quantum ad ſuum vſum & I.
poſſeſſionem: & ita ſunt bona humana, quia ad vſum & cōmodum hominum ordina- II.
ta,cum & II. Phyſicoꝝ fateatur Philoſophus,quod homo eſt quodammodo finis omni Philoſop.
um. Quod tamen aliqui aſſerunt de ſolis artificialibus dictum,nihilominus verificatur
de his omnibus, quæ naturaliter ſunt homine inferiora, quia in ordine vniuerſi vide-
mus quod inferiora ad ſuperiora quodammodo ordinantur, & in eorum vſum,cōmo-
dumq́; proueniunt. Vnde in Geneſi dominus ait homininibus: Quaſi olera virentia de- Gene.9
di vobis omnia ad veſcendum. Tertio,quoad prouentum ſeu attributionem:& ita for- III.
tuna nominatur domina eorum, quæ fortuitu accidunt in quantum cum fortuna pro-
ueniunt,& cum ea recedunt. Eſt itaq; domina talium, non vt cauſa per ſe,neq; vt quæ-
C dam dea, ſed vt cauſa per accidens, atque in quantum quis dicitur ex cauſis cœleſtibus
bene fortunatus, vt declaratum eſt ſupra. IOHAN. Si ſine diuitijs non contingit eſſe
felicem,cur Chriſtus in tātum beatificat pauperes, cunctaſq́; diuitias exemplo & verbo
docuit eſſe ſpernendas. DIONYS. Sine diuitijs competentibus non contingit eſſe fe- Matth.5
licem felicitate politica. Diuitiaꝝ vero abiectio,cōfert ad promerendam ac obtinēdum Lucæ.6
beatitudinem cōtemplatiuam,de qua agit ſaluator: Qui etiam aſſerendo:Beati paupe-
res,loquitur de beatitudine viæ, quæ eſt meritum,non præmium vltimatū,nec eſt felici Matth.5
tas cōſummata,ſed inchoata. Et de his iam ſupra diffuſius dictum recordor. IOHAN.
Quomodo veꝝ eſt quod dixiſti,cuncta creata participare primo pulchro,ſicut & primo
vero & primo bono,primoq́; vno,ita quod vniuerſa & ſingula creata ſunt pulchra,ſicut
& bona & vera? DIONYS. Omne creatum aliquid participat pulchritudinis increa-
tæ,propter quod pulchrum vocatur pulchritudine quadam eſſentiali ſpecifica,in quan-
tum à deo productū eſt ſecundum idealem exēplaremq́; rationem mentis diuinæ, vt in
Timęo diſſeruit Plato,& in libro LXXXIII. Quæſtionū Auguſtinus. Hæc quoq; ſpecifi Plato.
ca pulchritudo, quæ eſſentialis eſt rei nil reale ſuperadijcit ei,ſicut nec bonitas nec veri- Auguſtin.
tas nec vnitas entitati. Quemadmodū etiam vnumquodq; creatum,ſecundū ſe ſumptū
dicitur bonū,& oīa ſimul accepta dicūtur valde bona,iuxta illud Geneſis: Vidit deus Gene.1
cuncta quæ fecit, & erant valde bona, ſic vnūquodq; creatū ſecundū ſe dicitur pulchrū
oīa vero pariter ſumpta,ſunt valde pulchra. Propter quod ordo vniuerſi pulcherrimus
eſt. IOHAN. Nónne videmus multa quę in ſe ſunt valde deformia,fœda ſolo aſpectu
horrenda? DIONY. Quid turpius diabolo, ratione peccati,& tamen naturalia in dæ-
P moni-

monibus,vt ſanctus Dionyſius IIII. ait capitulo de diuinis nominibus,ſplẽdidiſſima ma D
nent,nec eſt turpior in mundo cloaca,q̃ peccator impœnitens,vitioſusq́; homo, qui ta-
men in ſua natura & ſpecie multum naturalis pulchritudinis habet? Natura ergo & for
Hieron. ma rei ſubſtantialis in ſe cõſiderata pulchra cenſetur. Hinc ſecundũ Hieronymum,ipſa
quæcunq; gens in prophetis frequenter nomine virginis ac nomine filiæ deſignatur,nõ
ſolum gens Iudæorum,ſed etiam paganorum, vt dum in Iſaia dicitur de populo Chal-
Iſaiæ 47 deorum: Deſcẽde,ſede in puluere virgo filia Babylon,vt in nomine virginis deſignetur na
turæ in ſe ſumptæ integritas, atque in nomine filiæ amabilitas eiuſdem naturæ ſecun-
Sapien. 11 dum ſe conſideratæ. Diligit enim deus cuncta quæ fecit,ſecundum bonam eorum natu
Pulchritudo multifaria. ram, quam ab ipſo ſortita ſunt. Denique pulchritudo eſt multiplex,videlicet corpora-
lis & ſpiritualis,naturalis & ſupernaturalis,ſubſtantialis,accidentalis, & item moralis:
de quibus hic proſequi non eſt opus. In opuſculo autem de venuſtate mundi & pulchri
tudine dei,de his omnibus plenius ſcripſi. IOHAN. Videtur philoſophia in hac pro-
ſa de creaturarum pulchritudine minus bene ſentire,dicendo in ea gloriandum non eſ-
ſe,cum tamen aliqui ſcribant qualiter ex coporali pulchritudine rerum debeamus ad con
templationem increatæ pulchritudinis ac ſapientiæ creatricis aſcendere. DIONYS.
Quàmuis iuxta ſuperficiem literæ,videatur eſſe vt dicis,tamen ſecundum intentionem
Auguſtin. Philoſophiæ & expoſitionem præhabitam ita non eſt. Ideo Auguſtinus libro de Ciui- E
tate & alibi ſæpe, Hugo quoque de ſancto Victore conſcribunt,qualiter infinita ſapien
Hug. Vic. tia, increataque pulchritudo dei etiam in corporalibus rebus, in mixtis & elementis,in
floribus,fontibus, arboribus,gemmis,herbis,metallis,animalibus, in cœleſtibus orbi-
bus,in planetis & ſtellis, præſertim in ſole, & in omni horum ordine ac decore mirabi-
liter ac glorioſe reſplendet, commendatur ac eminet. Imo quis omnium horum pul-
Auguſtin. chritudinem ſatis miretur, digneque explicetur? Vnde de Ciuitate dei loquitur Augu-
ſtinus: Deus nec exigui & contemptibilis animantis viſcera,nec herbæ floſculum,nec ar
boris folium ſine ſuarum condecentia partium & cõgrua pulchritudine, ac harmonia
reliquit. Ad quod hinc inde allegat Plotinum Platonicum,quem præ ceteris tangit me-
Plotinus. lius intellexiſſe Platonem. IOHANNES. Videtur hęc proſa valde ſententioſa & pul
chra. De cuius ſententijs aliquid plus ſi placet proſequere. DIONYS. Iam ante cauſa-
tus es prolixitatem. IOHAN. Allicit me & delectat pulchritudo materiæ,ſententioſi-
taſque ſermonis,quam Philoſophia non niſi breuiſſime tangit, magis quam exprimit.
DIONYS. Faciam quod hortaris.

## Quod beatitudo nõ conſiſtit in terrenis diuitijs. ARTIC. XIX.

DE hac materia diu ante Boethium tam ſapienter quàm eleganter,vt ipſe Boe F
Cyrillus. thius,in ſuis prouerbijs ſcripſit ſanctus Cyrillus,ſic inquiens: Quid tibi ſum
mum bonum eſſe exiſtimas? Nónne id quod maxime diligis? Quantitatem
enim boni ſequitur amor. Quid ergo potiſſime amas? Aurum, inquis, cui
Ecceſ. 10 deſeruiunt vniuerſa. Pecuniæ nanq;,iuxta Salomonis ſententiam,obediũt
omnia. Ad quod tibi reſpondeo: Bene video quod auaritia habet oculum,ſed non viſum,
quia hoc ipſum quod maxime diligis,non cognoſcis. Nempe qua ratione aurum & cæ
tera deſiderabilia diliguntur,nonne quoniam bonitate informãtur? Sed propter quod
vnumquodq; illud magis. Ergo quod vere eſt ſummum bonum,& ipſa bonitatis eſſen
tia, ac prima ratio diligendi, eſt maxime diligendum. Hoc autem nequaquam eſt
aurum: imo plurimi ſapientes ipſum aurum tanquam virtutis ac pacis impedimentum
fugiunt & effundunt. Nam & Bragmanni, vt libera tranquillitate ciuiliter cõuerſentur.
Bragmãni ipſum totaliter à ſuis finibus abdicarunt. Hinc zelatores virtutũ ſenſerunt ipſum rebus
vſibusq́; humanis potius eſſe malum, quàm bonum. Amplius,ſi aurum & corporales
opes ſunt ſummum hominis bonum,cur circumſpectiſſima natura & prouidentia ſum
ma feris magis, quàm hominibus hæc bona præcipue eſt largita. Smaragdinas etenim
gemmas, arenulaſq́; aureas Pythiæ,ac aureos Indiæ montes poſſidẽt,Gryphes metallo-
rum quoque ampliſſimis venis,& multis lapidibus precioſis nobis abditis terra gaudet.
Nonne hinc patet quod ſagaciſſima natura peruerſitatem auaritæ confutauit. Hæc enim
ita à nobis naturaliter alienata,vtputa brutis commiſſa, aut in terris abſcondita faten-
tur à veris noſtris bona ſe aliena. Si igitur omnium amabilium finem quæris,& ſummũ
bonum



A bonum ſyncere diligere cupis,fuge aurum,fuge diuitias,cupiditatis extingue flammas,
Non enim ditant,ſed magis depauperant,dum animum vitioſitate captiuant. Præterea
homini proſperato ac ſatis habenti,ſed plura quærenti fortuna obuians dixit: Cur cha
riſſime non quieſcis,cum iam tribuerim tibi ſatis. Qui reſpondit: Sua dulcedine me at-
trahit bonum,& donec additum fuerit,eſt moleſtum. Cui illa: Video,inquit,quod pau
per effectus es,poſtquam cupiditate plus ſitis. Ecce depauperauit te amara voluntas. Nã
ſi ſatis haberes,nullatenus amplius quæreres. Recte dixit Epicurus philoſophus: In mul Epicurus.
tiplicando veras diuitias, nullo modo eſt adijciendum pecuniæ, ſed auaritiæ detrahen-
dum. Tanto enim homo eſt ditior,quanto cupiditas in eo eſt minor. De his multa pul-
chra ſcribit Cyrillus. Thomas quoque in Summa contra Gentiles tertio libro probat in Tho. Aq.
diuitijs fœlicitatem non eſſe. Fœlicitas enim eſt bonum propter ſe intentum & dilectũ.
Diuitiæ vero non niſi propter aliud appetuntur. Per ſe nanque nil conferunt boni, ſed
vtimur eis ad ſuſtentationem,& ad alia quædam. Inſuper actus virtutis laudabilis eſt,ſe
cundum quod ad fœlicitatem accedit. Laudabiliores autem ſunt actus liberalitatis & ma-
gnificentiæ,qui ſunt circa pecunias,ex hoc quod pecuniæ expenduntur,quàm quod conſeruen
tur. Amplius,illud in cuius conſecutione conſiſtit fœlicitas hominis, oportet eſſe quid
melius homine, pecunia vero eſt quid vilius eo. Verum hæ rationes Thomæ iam in te-
B xtu præhabitæ ſunt. Hinc etiam Plato aſſerit in Phædonem: Propter corporis neceſſita Plato.
tes,pecunias cogimur poſſidere,ſerui huius curæ effecti. Philoſphi vero eſt eis ad ſolam
neceſſitudinem vti. Concordat id Senecæ: Honeſta res eſt læta paupertas. Imo non eſt Seneca.
paupertas, dum læta eſt. Etenim non qui parum habet, ſed qui plus appetit pauper eſt.
Quid enim refert quantũ illi in arca,quantum in horreis iaceat,ſi imminet alieno,ſi non
acquiſita, ſed acquirenda potius computet? Nihilominus idem Seneca iterum pro- Idem.
teſtatur: Egri & imperfecti animi eſt, non poſſe ferre diuitias nec ſcire his vti moderate,
ac virtuoſe expendere. Quod vtique verum eſt,cum in nouo ac veteri teſtamento multi
ſancti fuerint diuites, ſed pauciſſimorum eſt tanta perfectio. Qui & implent illud Pſal-
miſtæ: Diuitiæ ſi affluant,nolite cor apponere. Et item quod prima ad Timotheum ſcri Pſalm 61
bit Apoſtolus: Diuitibus huius ſeculi præcipe non ſublime ſapere,nec ſperare in incerto 1. Timo. 6
diuitiarum,diuites fieri in operibus bonis,facile tribuere,communicare,theſaurizare ſi
bi fundamentum bonum in futurum,vt apprehendant veram vitam. Quod quàm ra-
rum arduumq́; conſiſtit tangitur in Eccleſiaſtico quo habetur: Beatus diues qui inuen- Eccl. 15.
tus eſt ſine macula,qui poſt aurum non abijt, nec ſperauit in pecunia & theſauris. Quis
eſt hic & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita ſua. Ideo ſapiens exorauit: Diui- Proue. 30
tias & paupertatem ne dederis mihi,tribue tantum victui meo neceſſaria. Poſtremo cũ
C perpetuitas vitæ futuræ,incomparabiliter excedat breuitatem vitæ præſentis,bona quo
que gratiæ & dona gloriæ æternalis,potiſſime bonum illud increatum,immenſum,vni
uerſa bona fortunæ & proſperitatis terrenæ. Ideo quanto mens hominis deſuper clari-
us illuſtratur,tanto præcordialiter omnia iſta caduca,perituraq́; aſpernantur,& compa-
ratione bonorum tantorum nullius putat eſſe momenti, & Chriſtum in omni pauper-
tate,humilitate ac ſanctæ charitatis feruore inceſſanter ſectatur.

## Expoſitio moralis huius proſæ. ARTIC. XX.

DE morali demum intelligentia huius proſæ multa addere non oportet,cũ
litera in ſe tota cõſiſtat moralis,certumq́; eſt, quod temporalis proſperitas pe
riculoſa ſit nimis, & copioſa familia ſuis dominis damnabilis, niſi frater-
næ correptionis præceptum in illa adimpleant,vitioſos corrigere enitan-
tur,ſeq́; eis exhibeant exemplares. Multis etiam nunc inductis conſonant
quæ in Eccleſiaſte habentur de diuitiarum,familiarum,delitiarumq́; vanitate, vt eſt il-
lud: Dixi in corde meo,vadam & affluam delitijs,& fruar bonis quæ ſunt. Et vidi quod Ecceſ. 2.
hoc quoque eſſet vanitas. Magnificaui opera mea,ædificaui mihi domos,plantaui vine-
as,feci hortos,poſſedi ſeruos & ancillas,multamq́; familiam habui, coaceruaui mihi ar
gentum & aurum,& diuitias regum. Feci mihi cantores & cantatrices, & delitias filio-
rum hominum. Cumq́; me conuertiſſem ad vniuerſa opera mea,vidi in omnibus vani-
tatem & afflictionem animi,& nihil permanere ſub ſole. Rurſus in eodem aſſerit libro:
Vbi multæ ſunt opes,multi & qui comedunt eas,& quid prodeſt poſſeſſori,niſi quod cernit Ecceſ. 5
 diuitias

diuitias oculis ſuis? Denique ſi tam damnabilis eſt auaritia in ſecularibus viris, & in pa- D
trimonialibus bonis, q̃ dãnabilior eſt in eccleſiaſticis & de pr̃imonio crucifixi ditari, the-
ſaurizare, laute & ſumptuoſe conſumere, propinquis non indigẽtibus dare, beneficia plu-
ra habere, quorum vnum ſuſtentationi competenti ac ſimplici poteſt ſufficere, pręſertim
Bernard. cum ſanctus & illuminatiſſimus pater Bernardus ſcripſerit cuidã illuſtri canonico, vnũ
beneficium ſolum habenti: Quicquid de beneficio tuo vltra ſimplicem victum & veſti-
tum habes & detines, tuum non eſt, furtum eſt, rapina eſt, ſacrilegium eſt. Hinc ſecundũ
Guli. Par. Gulielmum Parrhiſienſem, Petrum Commeſtorem, & authorem Summæ vitiorum ac
Petrus Comeſtor virtutum, qui plura benefiia habet, quorum vnum ſufficere poteſt, matrem ſuam eccleſi-
am ſuis membris & ſuppoſitis priuat, deum ſuo obſequio, pauperes ſuis eleemoſynis, de-
functos ſuis ſuffragijs, fundatores ſuis intentis.

## METRVM V.

Felix nimium prior ætas
Contenta fidelibus aruis.
Nec inerti perdita luxu,
Facili quæ ſera ſolebat. E
Ieiunia ſoluere glande,
Nec bacchica munera norat
Liquido confundere melle,
Nec lucida uellera Serum
Tyrio miſcere ueneno:
Somnos dabat herba ſalubres,
Potum quoque lubricus amnis,
Vmbras altiſſimas pinus.
Nondum maris alta ſecabat,
Nec mercibus undique lectis,
Noua littora uiderat hoſpes
Tunc claſſica ſæua tacebant,
Odijs neque fuſus acerbis
Cruor horrida tinxerat arma.
Quid enim furor hoſticus ulla
Vellet prior arma mouere,
Cum uulnera ſæua uiderent,
Nec præmia ſanguinis ulla?
Vtinam modo noſtra redirent
In mores tempora priſcos.
Sed ſæuior ignibus Aethnæ.
Feruens amor ardet habendi
Heu primus quis fuit ille
Auri qui pondera tecti,
Geminaſq; latere uolentes
Pretioſa pericula fodit?

## Expoſitio metri huius quinti. ARTIC. XXI. F

Præcedenti proſa probauit Philoſophia fœlicitatem hominis non conſiſtere
in diuitijs ſpecioſisve veſtibus, nec in grandi familia, neque in delicatis ciba-
rijs, in quibus homines tempore Boethij ſicut & nunc multipliciter excede-
bant: hic econtrario beatificat & cõmendat primam mũdi ætatem, id eſt, ho-
mines qui tunc erant in quibus mala iſta nõ erant. [Felix nimum prima ętas,] id eſt, ho-
mines primæ ætatis erant valde felices, id eſt, boni ad beatitudinem promerendam be-
ne diſpoſiti, & valde beati in ſpe, & merito comparatione ſequentium [contenta aruis fi-
delibus,] id eſt, campis fructuoſis, hoc eſt, eſu fructuum agrorum & hortorum, qui dicũ-
tur fideles ab effectu, quia produxerũt fructus tempore opportuno, prout homines tũc
ſperabãt [nec] ætas illa [erat perdita,] id eſt, vitiata & corrupta [luxu inerti,] id eſt, vitijs
carnis, quæ cauſant inertiam, id eſt mentis, hebitudinem ac torporem. [Quæ] ætas [ſole-
bat ſoluere ieiunia quæq; ſera,] id eſt, vſq; ad veſperam protracta [glande facili, [id eſt,
Gregori. comedendo glandes & alios fructus. Vnde & Gregorius ait in homilia ꝙ apud veteres
qui & ſemel cõedebant in die, prandiũ hora veſpertina fiebat. [Nec] ætas illa [norat] ꝑ
guſtum [munera bacchica,] id eſt, vina, quoniam nondum colebant vites, nec vinum bi-
bebant. Et ait munera bacchica, iuxta fabulas poetarum, Bacchum eſſe deum vinearum
ac vini dicentium. Multoq; minus norant [confundere,] id eſt, ſimul fundere ac miſcere
cum [melle liquido,] id eſt, humido ex illis commixtis faciendo claretum, nondum eñ
procurabant ſibi talia gulæ irritamenta [Nec inſuper] nouerat [vellera lucida,] id eſt, pã-
nos



A nos albos [Serum,] id eſt, hminum ſic dictorum [miſcere veneno Tyrio,] id eſt, colore
purpureo, purpuram faciendo, quia in veſtium pretioſitate necdum peccabãt. Porro Se- Seres.
res ſunt populi orientales, in quorum terra ſunt vermes qui Bombyces appellantur, qui Bombyx.
in arborum ramis materiam ſerici pariunt. Sicq; per vellera Serum, panni ſerici deſignã-
tur. Venenum quoq; hic ſumitur pro colore, quoniã ſicut qui veneno inficitur, nigri co- Venenum
loris efficitur: ſic color purpureus nigro Conchiliorum cõficitur ſanguine. [Somnos da-
bat herba ſalubres, [id eſt, in herbis & graminibus, ſeu in hortis ſalubriter dormiebant,
ſicut adhuc fertur de Brachmannis, nondum in lectis & thalamis [q;] pro & [amnis lu-
bricus [.i. fluuius defluens [dabat] eis [potum] materialiter, quoniam aquam bibebant,
[pinus altiſſima]. i. arbores ſic vocatæ valde ſublimes, dabant eis [vmbram] quia ſub il-
lis quieſcebant arboribus. Amplius, ætas illa [nõdum ſecabat alta]. i. profunda [maris]
quia non nauigabant per mare. Altum autem pro profundo accipi ſolet, ſicut ibi: Pute- Altum.
us altus eſt. Et in pſalmo: Veni in altitudinem maris. [Nec hoſpes [.i. mercator aduení- Iohan. 4.
ens [viderat noua littora] tranſfretando de gente in gentem [mercibus lectis]. i. collectis Pſalm. 68
ad traſſerendum & vendendum. [Tunc ſæua claſſica]. i. feralia bella noualia [tacebant]
. i. nondum ſonabant nec cœperant. ¶ Hic Philoſodhia proſequirur laudes primæ æta-
tis, & mala temporis noſtri deplangit. [Neq; cruor,] id eſt, ſanguis effuſus [tinxerat hor-
B rida,] id eſt, horribilia [arma odijs acerbis fuſis,] id eſt, odio fraterno nondum inter ho-
mines effuſo, quia tunc nondum vnus poſſedit quod alius cuperet, ideo bella contra ſe
inuicem non mouebant. Vnde Plato in Phædone affirmat, ꝙ propter pecunias bella cõ- Plato.
ſurgunt. Et Seneca proteſtat: Tunc magna quiete homines inter ſe viuerent, ſi hæc duo Seneca.
tollerent pronoia, Meum, &, Tuũ. Hinc quoq;, vt Ariſt. in Politicis refert, Socratis & Philoſop. Socratis
Platonis fuit philoſophia, ꝙ omnia de iure naturali deberent eſſe communia, quatenus & Plato.
inter ſe cõuerſarentur magis pacifice. [Cur enim]. i. ad quid [furor hoſticus]. i. ira ſeu in- philoſophia.
dignatio grauis cuiuſcunq; [vellet prior arma mouere] contra proximos, [cum] ipſi ho-
mines [viderent]. i. intelligerent [vulnera] eſſe [ſæua]. i. pœnoſa [nec vlla præmia ſangui-
nis]. i. ſe non eſſe conſecuturos vllam retributionem pro ſua belligeratione & læſione.
¶ Conſequenter Philoſophia deplorat miſerias temporis huius [Vtinam tempora no-
ſtra redirent modo in modos priſcos,] hoc eſt, vtinam homines temporis huius redirẽt
ad mores laudabiles primæ ætatis tactos [Sed feruens amor habendi] . i. æſtus cupidita-
tis ad plura temporalia acquirẽda [ardet] in corde & appetitiua potentia [ſęuior]. i. cru-
delior [ignibus Aethnæ]. i. montis ſic appellati in Sicilia, ſituati, qui euaporat & eijcit ex
ſe igneas atq; ſulphureas flammas, vſq; ad ſeptem vel octo miliaria. Ex quibus terra in
Gyro aduſta infertilis redditur, vt in epiſtolis ſuis refert Petrus Bleſenſis, addens ibidem Petr. Bleſ.
C ꝙ ignis ille ex igne inferni erumpat. Conſonat his quod ſuper Lucam ſcribit Ambroſi- Ambroſi.
us: Feruentior, inquiens, eſt æſtus concupiſcentiæ, q̃ ignis materialis. Quod probat ibi- Concupiſcentię ignis quãtus.
dem exemplo cuiuſdam, qui oculoꝝ dolore laborãs prohibitus fuit à medico vxorem
cognoſcere, alioquin viſum amttteret. Qui nihilominus concupiſcẽtia inflammatus in
ipſo copulæ apparat, Vale, inquit, amicum lumen. Vnde & Tullius lib. de finibus bo- Cicero.
noꝝ & maloꝝ, Cupiditates, ait, vniuerſas euertunt familias, ex quibus odia, ſeditiones,
iræ & prælia oriuntur, ac amariſſima vita. Hinc quoq; ſanctus Iob proteſtatur: Si dece- Iob 31.
ptum eſt cor meum ſuper muliere, & ad hoſtium amici mei inſidiatus ſum, ſcortum ſit
alteri vxor mea. Hoc enim nefas eſt & iniquitas maxima, ignis eſt vſq; ad conſumptio-
nem deuorans, & omnia eradicans genimina. [Heu quis fuit ille qui primus fodit]. i. fo-
diendo inuenit [pericula pretioſa] vc; [pondera auri tecti]. i. ſub terra abſcõditi [q;] pro
& [gẽmas volẽtes]. i. naturali appetitu inclinatas [latere] in aquarum & fluminum fun-
dis, & item ſub terris, quaꝝ aliquæ à caſu inuentæ leguntur: quemadmodum quidam la-
trones in deſerto Indiæ fame afflicti, effodiendo herbaꝝ radices vt eis veſcerentur, inue-
nerunt pretioſiſſimam gemmam Topazyon omni colore fulgẽtem, qua reges in theſau-
ris ſuis nil pretioſius habent, vt Caſſiodorus recitat ſuper illud pſalmi: Ideo dilexi mãda- Caſſiodo. Pſalm. 118
ta tua ſuper auꝝ & Topazyon. Porro pretioſiores gẽmæ in fluminibus ex paradſo ma-
nantibus inueniũtur, ac varijs artibus obtinẽtur, atq; ex illis in alias defluũt aquas ipſis Ioſephus.
viciniores, prout Ioſephus & Magiſter in hiſtorijs tangunt. Præterea contra iã dicta ob- Petrus Comeſtor
ijci poteſt ꝙ in Eccleſiaſte Salomon loquitur: Quid cauſæ eſt ꝙ priora tempora melio- Eccẽs. 7
ra fuerunt, q̃ nũc ſunt? Stulta eſt enim huiuſmodi interrogatio. Ruſus in eo ꝙ dicitur,

 Preti

METR. V. Pretioſa periculoſa videtur eſſe contradictio quędam. Amplius, multæ commoditates D
venerunt hominibus ex auro & gemmis: non eſt ergo eorum inuentio deploranda. In-
ſuper falſum videtur quod hic dicitur de innocētia primæ ætatis, quoniam Cain primo
genitus primorum parentum fuit nequiſſimus, cuius nequitiam poſteri eius in exordio
Gene.4.6 mundi mox ſequi exorſi ſunt, vt ex diuerſis capitulis Geneſeos eluceſcit, & Ioſephus pri-
Ioſeph.li.1.Ant.Iu. mo libro Antiquitatum teſtatur, & in ſcholaſtica recitatur hiſtoria, vbi & fertur ꝙ rapi
cap.4.5. nis, homicidijs, violentijs, pugnis vacabant. Vnde in Geneſi legitur, ꝙ Cain ædificauit ci
Petrus Comeſtor uitatem, in qua. ſ. ipſe cum ſibi adhærentibus eſſet tutus. Et reſpondēdum ad primū, ꝙ
hi.8.ſcho. Salomon loquitur contra eos qui ipſa tempora ſecundum ſe criminabantur, quaſi mali
cap.31 tia hominum oriretur ex temporum qualitate & prauitate, non ex arbitrij libertate: cū
Gene.4 tamen tempus potius nuncupetur bonum aut malum, ex bonis & malis factis hominū
Matth.6 qui ſunt in tempore ipſo, prout ait Saluator: Sufficit diei malitia ſua. Ad ſecūdum, ꝙ in
Cōtentio. verbis his, Pretioſa pericula, conſiſtit color rhetoricus, qui vocaſ Cōtentio, habetq; fie-
ri, quando in complexo ſignificatio dictionis vnius ſignificationi alterius repugnare vi-
detur, quemadmodum dicitur, Felix ruina, quæ comparatur lapſo in bonum: nec eſt cō-
tradictio, quia eidem diuerſa conueniunt diuerſis reſpectibus, ſicq; aurum ex ſua natura
pretioſum eſt inter metalla, & periculoſum hominibus abutētibus eo, iuxta illud in Ec-
Eccl 31. cleſiaſtico: Qui amat aurum non iuſtificatur. Ad tertium, ꝙ maiora ac plura incommo E
da, tam pœnalia q̄ culpabilia proueniunt hominibus ex auro, q̄ commoda. Ad quartū,
ꝙ Philoſophia hic loquitur iuxta conſuetudinem poetarum dicentium, ꝙ homines in
Cicero. principio dixerunt vitam ſylueſtrem ac ſimplicem: quod & verificari poteſt quātum ad
aliquas nationes ac gentes, cum & Tullius in ſua rhetorica conteſtetur: Fuit tempus in
quo homines more beſtiarum vixerunt ac veſcebantur, & vagabantur ac dormiebant
in agris. Abſolute tamē verum omnino eſt quod ex Geneſi tactum eſt. In cronicis quo-
que habetur, ꝙ Saturnus pater Iouis pulſus regno à filio ſuo, intrauit Italiam, ibiq; do-
cuit homines ſylueſtrem vitam agētes, ædificare domos, vineaſq; plantare, & colere ter-
ram. Deniq; vſq; in præſens quidam Hybernias alij ſylueſtrem vitam ducere narrantur.
Iob.28 Præterea de origine auri apud Iob inducitur: Habet argentum venarum ſuarum princi-
Tho.Aq. pia, & auro locus eſt in quo conflatur. Quocirca ſanctus Thomas & alij quidam cōſcri
bunt: Metalla generantur ex vaporibus humidis reſolutis ex terra virtute ſolis atq; ſtel
larum infra terram retentis. Propter quod metalla ductilia & liquabilia ſunt, ſicut ecō
tra lapides aliaq; huiuſmodi quæ non malleantur neq; funduntur generantur ex exha-
latione ſicca infra terram retenta. Diuerſificantur vero ſpecies metallorum ſecundum
maiorem & minorem depurationem reſoluti vaporis iuxta diuerſitatem digerentis ca-
Aurum. loris, inter quæ aurum videtur puriſſimum, deinde argentum, & iuxta maiorem mino- F
rémue puritatem metalla communiter ſortiuntur diuerſas origines. Cumq; aurum pu-
Argentū. riſſimum ſit, inuenitur vt plurimum, generatum in ſua puritate inter arenulas fluminū,
propter multitudinem euaporationis & caliditatis arenæ. Argentum autem in quibuſ-
dam venis terræ ſeu lapidum. Itaq; dicitur, auro locus eſt in quo conflatur, quia ex mul-
tis arenis colliguntur granala auri, quæ in vnum conflantur, non in loco quocunque,
ſed determinato, in quo debita concurrit proportio virtutis actiuæ ad materiam tali ſpe
Iob.37 ciei determinatam. Hinc iterum ad Iob Elim ait: Ab aquilone aurū venit, & à deo for-
midoloſa laudatio. Pars quippe ſeptentrionalis tenebroſa eſt propter elongationem
eius à ſole. Nihilominus in ſeptentrionalibus regionibus multum reperitur de auro, q̄a
calore propter circumſtans aeris frigus recurrente, ad interiora viſcera terræ, ad genera-
tionem auri ibidem efficacius operatur.

## Myſticus ſenſus huius quinti metri. ARTIC. XXII.

PRæterea myſtice per priorem ætatem intelligi poteſt ſtatus & tempus primiti-
uæ eccleſiæ Chriſti in terra ſancta. Quæ ætas vere feliciſſima fuit, de qua illud
Sapien.4 Sapientiæ excellēter verificatur: Senectus venerabilis eſt, non diuturna, neque
annorum numero cōputata. Tam enim ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectu-
tis vita immaculata. Hæc ætas, contenta fuit fidelibus aruis nec perdita luxu
inerti, quoniam ſobrijſſime, abſtinentiſſime & continentiſſime vixit primitiua eccleſia.
Quæ



A Quæ & ſi interdum pane, vino, piſcibus vtebatur, hoc tn̄ tam modice fuit, vt quaſi pro
nihilo reputeſ. Veſtium q̊q; vilitate, aſperitate, ſimplicitate gaudebat, nec mercimonijs
inſiſtebat neq; mercantijs, maluit mortē patienter pati pro Chr̄o, q̄ pugnando reſiſtere,
& tn̄ in Ieruſalem plures exiſterent Chriſtiani q̄ infideles Iudęi, vt in Itinerario S. Clemē
tis narraſ. Poſtmodū vero tpe S. Anthonij cœperunt plurima milia beatiſſimoꝝ patrū Cle. papa.
& fratrum, eremitæ, cœnobitæ, anachoritæ in deſertis deſeruire altiſſimo cū incredibili
quodam feruore, victualiūq; rigore, veſtiū aſperitate ac tenuitate, cū ſumma patiētia, in-
uiolabili charitate, pfundiſſima humilitate, & breuiter cū perfectiōe incōparabiliter am
pliore, q̄ ætas illa de qua in litera ſatur Philoſophia. Vnde cū ingenti ſuſpirio & lamēta-
tione grauiſſima dicere poſſumus & merito diceremus: Vtinā modo tpa nr̄a redirēt ad
mores illoꝝ, ita ꝙ electoꝝ illoꝝ ſequeremur veſtigia ſaltē nos religioſi, in q̄bus proh do Matth.24
lor refriguit charitas: veꝝ auaritia, ambitio, concupiſcentia flammas iam emiſerūt, nec
adhuc emittere ceſſant, flammis igneoꝝ montiū pericoloſiores, feruentiores & inextin- In eccleſiaſticos.
guibiliores, oīa in eccleſiia deuaſtātes. In qua nūc, heu, heu, heu, vniuerſa videnſ venalia,
in tm̄ vt nec in clauſtris & congregationibus ſymoniaca prauitas, imo & hæreſis euiteſ,
atq; pro cōſecrationibus epiſcopoꝝ & abbatū (pro q̄bus ſc̄dm iura antiqua ſanctorūq;
patrū canones & decreta nil temporale licet exigere) iam exigantur præfixæ dænariorū
B immaniter magnæ & ſolo auditu horrendæ. Quod q̄ ſcandaloſum, quantaꝝ turbatio-
num, contentionū, litiumq; origo ſit experiētia pandit. Heu quis fuit primus ille, q iſtas
abuſiones induxit: q̄s itidem fuit ille, q primus eccleſiā cœpit tpalibus ditare reditibus)
Quod q̄uis Conſtātinus egerit Imperator, pia plane intentione, ſicut & alij reges princi- Conſtant.
peſq; deuoti, immoderata tn̄ opulētia facta eſt eccleſiaſtici ſtatus, in oī gradu ac ordine
ruina præcipua.

## PROSA VI.

QVid aūt de dignitatibus potentiaq; diſſeram, quas uos uerę di
gnitatis ac poteſtatis inſcij cœlo exequatis? Quæ ſi in impro-
biſſimum quęq; ceciderint, quæ incendia flāmis Aethnæ eru-
ctantibus, ꝙ diluuiū tantas ſtrages dederit? Certe (uti memi-
niſſe te arbitror) conſulare imperiū (quod libertatis principiū fuerat) ob
ſuperbiam conſulum ueſtri ueteres abolere cupierunt. Qui ob eandē ſu-
perbiam prius regiū de ciuitate nomen abſtulerant. At ſi quādo quod per
rarum eſt probis honores deferantur, quid in eis aliud, q̄ probitas utentiū
C placet? Ita fit ut nō uirtutibus ex dignitate, ſed ex uirtute dignitatib. honor
accedat. Quæ uero eſt iſta ueſtra expetibilis ac præclara potētia? Nonne
o terrena aīalia cōſideratis quibus præſidere uideamini? Nam ſi inter mu
res uideres unū aliquē ius ſibi ac poteſtatē præ cæteris uendicantē, quāto
moueręris cachinno? Quid uero, ſi ſpectes corpus imbecillius hoīe reperi
re queas, quos ſæpe muſcularꝝ quoq; uel morſus uel in ſecreta queq; re-
ptantium necat introitus. Quo v̄o quiſq̄ ius aliq̊d in quempiā niſi in ſolū
corpus, & q̊d eſt infra corpus, fortunā loquor, poſſit exercere? Num unq̄
libero imperabis aīo? Num mentē firma ſibi ratione cohærentē de ſtatu
proprię q̄etis amouebis? Cū liberꝝ quendā uirꝝ ſupplicijs ſe q̄dā tyrānus
adacturꝝ putaret, ut aduerſum ſe factę cōiurationis cōſcios proderet, lin-
guam ille momordit atq; abſcidit, & in os ſæuientis tyrāni abiecit. Ita cru
ciatus q̊s putabat tyrannus materiā crudelitatis, uir ſapiēs fecit eſſe uirtu-
tis. Quid aūt eſt q̊d in aliū quiſq̄ poſſit facere, q̊d ſuſtinere ab alio ipſe nō
poſſit? Buſiridem accepimus necare hoſpites ſolitum, ab Hercule hoſpi-
te fuiſſe mactatum. Regulus plures Pœnorum bello captos in uincula


conie-

PROSA VI. coniecerat, ſed mox ipſe uinctoꝝ catenis manus præbuit. Vllam ne igi- D
tur eius hoĩs potentiam putas, qui quod ipſe in aliũ poteſt, ne id in ſe alter
ualeat efficere non poſſit? Adhæc, Si ipſis dignitatibus ac poteſtatibus in-
eſſet aliquid naturalis ac proprij boni, nunq̃ peſſimis prouenirẽt. Neque
enim ſibi ſolent aduerſa ſociari. Natura reſpuit, ut contraria quæq; iun-
gantur. Ita cum peſſimos plerunq; dignitatibus fungi dubiũ non ſit, illud
etiam liquet natura ſui bona non eſſe, quæ ſe peſſimis hærere patiantur.
Quod quidem de cunctis fortunæ muneribus dignius exiſtimari poteſt,
quæ ad improbiſſimum quemq; uberiora proueniunt. De quibus etiã il-
lud conſiderandum puto, ꝙ nemo dubitet eſſe fortẽ, cui fortitudinem in-
eſſe conſpexerit. Et cuicunq; uelocitas adeſt, manifeſtum eſt eſſe uelocem
Sic muſica quidem muſicos, medicina medicos, rhetorica rhetores facit.
Agit enim cuiuſq; rei natura quod propriũ eſt, nec contrariaꝝ reꝝ mi-
ſcetur effectibus, ſed ultro quæ ſunt aduerſa depellit. Atqui nec opes inex E
pletam extinguere auaritiam queunt. Nec poteſtas ſui compotem facit,
quem uitioſe libidines inſolubilibus aſtrictum retinent catenis. Et collata
improbis dignitas nõ modo non efficit dignos, ſed prodit potius & oſten
tat indignos. Cur ita prouenit? Gaudetis enim ſeſe res aliter habentes falſis
compellare nominibus, quæ facile rerum ipſaꝝ redarguuntur effectu.
Itaq; nec illæ diuitiæ, nec illa potentia, nec hæc dignitas iure appellari po
teſt. Poſtremo, idem de tota fortuna concludere licet, in qua nihil expetẽ-
dum, nihil naturę bonitatis ineſſe manifeſtum eſt. Quæ nec ſe bonis ſem-
per adiungit, & bonos, quibus fuerit adiuncta, non efficit.

## Expoſitio proſæ huius VI. ARTI. XXII.

HAEc eſt ſexta huius ſecundi voluminis proſa, in qua docet philoſophia in di-
gnitatibus prælaturæ & poteſtatibus præſidẽtiæ nõ conſiſtere ſummũ bonũ
quemadmodũ proſa præcedẽti ꝓbauit hoc ipſum de terrenis diuitijs. [Quid
aũt de dignitatibus]. i. officijs præſidẽtiæ ſpũalis [potentiaq;]. i. ſeculari po- F
teſtate [diſſerã]. i. dicã [quas vos dignitatis ac poteſtatis inſcij]. i. quas vos ambitioſi &
excæcati nõ aduertentes, ꝙ iſta poteſtas ac dignitas ſint potius onera atq; obſeq̃a, q̃ prę-
lationes & imperia, q̃a non ordinant ad proprios veſtros honores & commodũ, ſed ad
ſubditoꝝ vtilitates, nec digne & ſalubriter committunt ambitioſis. Quas inquã [cœlo
exæquatis?]. i. in tm̃ reputatis, acſi eſſent dignitates beatificæ ac ſupnæ, ita ꝙ beatitudo
vr̃a in ipſis cõſiſteret? [Quę ſi in improbiſſimũ quẽq; ceciderint]. i. ſi quicũq; inhoneſtiſ-
ſimus fuerit ad eas promotus [quæ incẽdia flammis Aethnę eructãtibus, ꝙ diluuiũ tan-
tas ſtrages dederit?]. i. in tali caſu dignitas & poteſtas illa erit cauſa tantæ deuaſtationis,
oppreſſionis & occiſinis q̃plrimũ hoĩm, quot flammæ montis ſulphurei noĩe Aethna, &
particularia quæq; diluuia [nõ dederũt]. i. nõ intulerũt tãtas ſtrages. i. hoĩm interfectio
nes. Iſtud patet in tyrannis, & patuit Romæ ſub præſidẽtijs Syllæ & Marij: etenĩ Sylla q̃-
dam tp̃e tot Romanos occidit, vt vnus amicoꝝ eius dixerit ei: Ceſſet manus tua, vt rema-
2. Mach. 5 neant q̃bus imperes. Idem legit lib. 2. Machabę. de impijſſimo rege Antiocho, & de Tri-
phone vicioſiſſimo, vnde ſcriptũ eſt: Erant toto triduo octoginta milia ab Antiocho in-
terfecti, quadraginta milia venũdati. [Certe vti]. i. ſicut [meminiſſe te arbitror] ex hiſto
rijs & cronicis Romanoꝝ [veſtri veteres]. i. antiqui Romani, prædeceſſores patreſq; ve-
ſtri [cupierunt abolere]. i. auferre [conſulare imperium]. i. ipſos conſules & regimen,
præſidentiamq; eorum [ob ſuperbiam conſulum] qui primo cœperunt pie ac prudenter
præeſſe, ſed per honores fuerunt in ipſis mutati mores, ita ꝙ magis quærebant ſeipſos,
Eccl 23 quàm ſubditorum bonum commune, contra illud Eccleſiaſtici: Rectorem te poſuerũt
noli extolli. Eſto in illis quaſi vnus ex ipſis. Curam illorum habe, & ſic conſidera, quod
conſu-



A conſulare imperium. i. regimẽ [fuit libertatis principium] Tarquinius enĩ ſuperbus fuit
vltimus rex Romanoꝝ, immediate ante inſtitutionem & præſidentiam conſulum, atq;
ſub illo rege & aliquando ante erant Romani in ſeruitutem & ſeruilem timorem reda-
cti. Ipſo aũt expulſo ad libertatem meliorem reducti ſunt, vt tangit Auguſtinus libro Auguſt.
de Ciuitate dei. [Qui] Romani, non idem numero, ſed ſpecie [ob eandem ſuperbiã prius
regni de ciuitate nomen abſtulerant.] id eſt, regni præſidentiam à Roma remouerunt
propter regum illoꝝ elationem. Cum enĩ Tarquinius ferox filius præfati Tarquinij ſu- Tarquin. rex.
perbi oppreſſiſſet Lucretiam, vxorem Collatini principis Romani clariſſimam fœminã, Lucretia.
indignati Romani expulerunt patrem illum cum filio, quia tunc conſules præeſſe cœpe-
runt. Quæ omnia in Oroſio geſtiſq; Romanorum plenius continentur, & Thomas in Thomas
libro de regimine regum allegat. [At ſi quando]. i. ſi interdum [quod perrarum eſt]. i.
valde raro contingit [probis honores deferantur]. i. dignitates ac poteſtates offerantur
& committantur viris prudentibus & honeſtis [quid in eis aliud q̃ probitas vtentiũ pla-
cet?]. i. iuſtis & ſapientibus nil aliud principaliter placet in ipſis præſidentibus ſeu pote-
ſtate & dignitate eorum, niſi ipſorum vtentium probitas, qui poteſtate & dignitate vtẽ-
tes, ordinando eas ad ſubditorum ſuorum profectum, non fruuntur, ponendo ſibi finẽ
in excellentia propria, vt agunt ambitioſi, quibus dicitur in libro Sapientiæ: Prębete au- Sapien. 6
B res qui continetis multitudines, diſcite reges & iudices, qui placetis vobis in turbis na-
tionum, quoniam cum eſſetis miniſtri regni dei, non recte iudicaſtis, neq; ſecundum vo-
luntatem eius ambulaſtis. [Ita fit vt non virtutibus ex dignitate, ſed ex virtute dig-
nitatibus honor accedat]. i. ex his ſequitur, quod reuerentia exhibeatur conſtitutis in di
gnitate atq; officio, & dignitatibus ipſis potius propter eorum virtutes, probitatẽ, pru-
dentiam, quàm virtutibus & virtuoſis officiatis, propter præſidentiæ dignitatem. Verum
tamen vnum iſtorum adiuuat aliud, & facit plus honorabile: quoniam magis ſunt ho-
norandi virtuoſi prælati & principes iuſti, quàm qui ſolum ſunt prælati aut principes,
aut ſolum ſunt virtuoſi & ſapientes, nec præſidentes, & hoc cæteris paribus. Virtus ergo
melior eſt & magis propter ſe intenta, quàm dignitas aut poteſtas. Idcirco fœlicitas ma
gis conſiſtit in actu virtutis, quàm dignitatis aut poteſtatis duntaxat. Virtus quoq; vi-
detur præcipua ratio honorandi quemcunq;. Vnde ſecundum Philoſophum, Virtus eſt Philoſo: Virtus.
exhibitio reuerentiæ in ſignum virtutis. Nihilominus honor & obedientia exhibenda
ſunt etiam indignis præſidibus, in his quæ ad eorum ſpectant officiũ cathedramq; con-
cernunt, cum beatiſſimus princeps apoſtolorum beatus Petrus in ſua prima mandet ca-
nonica: Serui ſubditi eſtote dominis, non ſolum bonis & modeſtis, ſed etiam diſcolis. 1. Pet. 2
Deniq; multæ ſunt rationes & cauſæ alios honorandi. Vna eſt origo, ſicq; ſunt hono- Cauſæ ho-
randi parentes. Secunda propter prælationem ſeu præſidentiam, iuxta illud ad Roma- norãdi aliquos
C nos: Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Tertia, propter ſenectutem, Roma. 13
iuxta illud: Coram cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis. Quarta, propter ac- Leui. 19
cepta beneficia. Propter quod deo, magiſtris & parentibus nequit reddi æquiualẽs. Vn- Philoſo.
de in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt: Danti mihi ſapientiam dabo gloriam. Quinta, propter Eccl 51
ſapientiam, ſcientiam & virtutes, iuxta illud: In medio bresbyteroꝝ prudẽtium ſta, & ſa- Eccl 6
pientiæ eorum ex corde coniungere. Et denuo: Cum viro ſancto aſſiduus eſto. Aliqui Eccl 37
autem honorandi ſunt propter plures cauſarum iſtarum. Deus vero incomparabiliter Cauſæ ho-
propter omnes has cauſas, cum & antiquitas ei methaphorice aſſcribatur, æternitas norandi
proprie, qui omnem ſenectutem ſicut & omne tempus includit. Vnde in Daniele legitur deum.
Throni poſiti ſunt, & antiquus dieꝝ ſedit. Præterea quidam ſunt inſipientes, ambitioſi Dan. 7
& vani, quibus placent ipſa dignitas & poteſtas ſecundum ſe aut annexum honorẽ aut
libertatem ſeu propriũ commodũ. Contra quos ſubditur: [Quæ vero eſt iſta veſtra ex-
petibilis ac pręclara potentia] Iſtud partim ironice dicitur, tanq̃ dicat, O infœlices ambi
tioſi, quæ & quanta res eſt iſta tp̃alis præſidentia atq; authoritas, quã tam vehementer
appreciamini, tam intenſe appetitis, quaſi in ea ſit ſalus veſtra? Et vtiq; poteſtas & digni
tas prælatoꝝ ac principũ, pręſertim in euãgelica lege eſt grandis ſublimitas, diuina pro-
prietas, vicariatuſq; dei atq; authoritas ingens, præſertim cũ ordinet ad beatitudinem
ſummã, & cooperet ad eam: attamen donum eſt gr̃æ gratis datę, cõmune bonis ac malis
electis ac reprobis, inuolutũ periculis maximis. Quod digne exercere ac meritorie exe-
qui nequit, niſi per charitatẽ & gratiã gratumfacientẽ, imo & per magnã perfectionẽ, de
q̃bus incertus eſt homo an habeat eas. Idcirco incautũ, pręſumptuoſum temerariũq; cen
ſetur

PROSA VI. ſetur aſpirare & conari ad eã. Hinc ſubdit:[Nonne o terrena animalia conſideratis].i. D
merito attenderetis[quibus præſidere videamini].i. cuius ſpeciei ſint ſubditi veſtri, vide
licet ꝙ eiuſdem naturæ ſint cuius & vos, & confratres ac proximi veſtri, & forſitan mul-
to meliores q̃ vos per gratiam & virtutes, ac forſan magis electi à deo. Ideo nõ debetis
affici ad præſidentiam ſuper ipſos, ſed humiliare vos ipſos, ac dei iudiciũ formidare, qa
iudicium duriſſimũ fiet in his qui præſunt, & potentes potenter tormenta patientur, ac
Sapien. 6 fortioribus fortior inſtat cruciatus, vt dicitur in lib. Sapientiæ. Propter q̃d recte dixit
Io. Chryſ. Chryſoſtomus: Quis eſt q cupit præeſſe & curam appetit aïaꝝ.i. prælationẽ, dignitatẽ,
præbendam, cui cura illa annexa eſt, niſi q non timet iudiciũ dei? O q̃ verum eſt hoc. Et
Rom. 8 qm̃ ita non agitis, terrena animalia brutis eſtis ſimilia, in qbus nõ eſt ratio recta, nec ſa-
pientia vera, ſed prudentia carnis, quæ mors eſt. De talibus loquitur deo Ieremias: Rece-
Ierem. 57 dentes à te in terra ſcribentur. O ergo terrena animalia, non hoïes cœleſtes angelive ter
reſtres, ſed animales, ſenſualitatem ſequentes, de quibus loquitur in ſua epiſtola ſanctus
Iudæ. 1 Iudas apoſtolus: Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, animales, ſpiritum non habentes.
[Nam ſi inter mures videres vnum aliquem ius ſibi ac poteſtatem præ cæteris vendicã-
tem, quanto moueeris cachinno?].i. vtiq; multum rideres, ac derideres ſi cerneres in nu
mero murium vnum murem aſſumentem ſibi ius.i. authoritatem & legem ac poteſta-
tem præſidendi alijs muribus, quia ſtulta eſſet præſumptio, & diceres: En inſenſato ac E
miſero illi muri apparet, ꝙ ſit cæteris muribus melior atq; præſtantior. Quanto magis
tu homo ambitioſe, infelix & fatuus es, qa cũ ſis rationalis creatura tam cæcus es men-
te, ꝙ ad regimen alioꝝ te audes ingerere, cum non ſufficias regere, refrenare, compeſce-
Phil. 3 re temetipſum, nec imples in teipſo illud apoſtoli: Cum metu, timore & tremore veſtrã
ſalutem operamini? Quomodo ergo implebis illud in temetipſo ac alijs? Hinc teſte Gre
Gregorius gorio, vnuſquiſq; toties ad apoſtaſiæ crimen prolabitur, quoties præeſſe hominibus cu-
pit aut delectatur, & quem delectet eſſe hominem iudicem ac prælatum, non delectabit
in die iudicij videre Chriſtum iudicem ſummum. Bene quoq; ad confutandum ambi-
tioſorum inſaniam inducitur ſimilitudo viliſſimi & inquietiſſimi bruti, videlicet muris,
ad cuius ſimilitudinem viles & inquieti ſunt ambitioſi, alijsq; moleſti, ſuſpicioſi, ficti, ac
alios temere iudicantes, detractionibusq; mordentes. Inſuper tangit aliam rationẽ, quę
debeat vnumquemq; reprimere à tanta vanitate, videlicet conſiderationem humanæ
fragilitatis. [Quid vero ſi corpus ſpectes imbecillius homine reperire queas?].i. ſi dili-
genter attendas humani corporis proprietates, quod paſſibiliſſimum eſt, quid queas re-
perire imbecillius.i. impotentius homine, ad reſiſtendum leuius ſi tangatur, nec defen-
datur[quos ſæpe muſcularum quoq; vel morſus, vel in ſecreta quoq; reptantium necat
introitus?].i. quos homines frequenter necat vel morſus minutiſſimarum beſtiarum, ſi F
Exodi 8 cut deus miſit in Aegyptios cyniphes, vel introitus reptantium in quæq; ſecreta, ſicut in
terdum parui ſerpentes intrant per os in ventrem homine dormiente, aut ex ſitula aquã
potante. ¶Conſequenter probat, ꝙ dominatio vnius in alium non ſe extendit niſi in
corpus. [Vero]pro ſed[quo].i. in quo[poſſit quiſq; exercere ius aliquod].i. poteſtatem
[in quemq̃].i. in aliquem hominem[niſi in ſolum corpus]ipſius & in id quod infra cor-
pus eſt? [Loquor fortunam].i. in bona fortunæ, quę ſunt exteriora temporalia fortunę
ſubiecta. Fortuna vero proprie eſt ipſe practicus intellectus, inquantũ eſt cauſa alicuius
effectus, præter propoſitum ſuum & raro. Sicq; fortuna eſt ſuperior corpore. [Num
vnquam libero imperabis animo?] id eſt, libero arbitrio ſubditi tui ſeu alterius non po
teris imperare. [Num mentem ſibi firma ratione cohærentem de ſtatu propriæ quietis
amouebis?] id eſt. ſuperiorem animæ partem ſtabili ac rationabili cõſiderationi, pro-
poſito ſeu fundamento innitentem, non valebis turbare, nec de ſtatu ſuæ tranquillita-
Gregor. tis detrudere, ad quod hortatur Gregorius: Stet, inquiens, inflexiblis mentis noſtræ
ſtatus, nulla nos proſpera eleuent, nec aduerſa perturbent. Vnde in libro Prouerbio-
Prou. 10 rum dicitur: Iuſtus quaſi fundamentum æternum, impius ſicut tempeſtas pertranſiens.
Ecci 5 Et in Eccleſiaſtico: Non te ventiles in omnem ventum. Eſto firmus in via domini, & in
Matth. 11 Ecci 27 veritate ſenſus tui. Porro homines paſſionati & vicioſi ſunt, ſicut arundo vento agi-
Pſalmo 28 tata, & mutantur vt luna, de quibus ait Pſalmiſta: DEVS meus, pone illos vt
rotam, & ſicut ſtipulam ante faciem venti. Deinde quod dictum eſt probat exemplo.
[Cum liberũ quendã virum ſupplicijs ſe quidam tyrãnus adactuꝝ putaret].i. dũ ferox
& im-



A & impius quidam princeps[putaret ſe quendam virum liberum].i. ſapientẽ nõ ſubiectũ
ſed dominantem motibus paſſionum[adactuꝝ].i. compulſuꝝ per tormenta[vt aduer
ſum ſe factæ coniurationis conſcios proderet].i. vt manifeſtaret eos, q coniurauerũt ad
uerſus ipſum tyrannum [linguam ille momordit atq; abſcidit] morſu dentium [& in
os tyranni ſæuientis abiecit].i. in faciem illius proiecit[ita cruciatus, quos putauit tyrã-
nus materiam crudelitatis, vir ſapiens fecit eſſe virtutis.].i. philoſophus ille fecit pœnas
illas ęquas tolerauit, & per quas tyrannus crudelitatem in ipſo exercuit, ipſe conuertit in
materiam virtutum, oſtendendo in eis ſuam fidelitatem ad amicos, ſuam conſtantiam
in aduerſis, ſuam patientiam, imo & fortitudinem in tormentis. Hunc philoſophum qui
dam dicunt Anaxagoram fuiſſe. Aliquid ſimile refert Hieronymus in legenda beatiſſi- Hierony.
mi Pauli primi hæremitæ, quemadmodum perſecutor non valens quendam adoleſcen-
tem per tormenta à fide auertere, fecit eum reſupinum in loco iucundo ligari, vt impu-
dica quædam adueniens & illi ſe applicans, ipſum traheret ad peccandum. Qui fortiſſi-
mus Chriſti miles inflammari ſe ſentiens, propriam linguam morſu amputans, in os de-
oſculantis meretricis expuendo proiecit. IOHAN. Nunquid mutilatio talis eſt licita?
DIONY. Si pro corporis ſanitate licet vnum membrum abſcidere, cur non pro animæ
ſalutæ & conſeruatione iuſtitiæ, & qñ aliter ſubueniri non valet, pręſertim quando hoc
B ſit ex ſecreto inſtinctu ſpũs ſancti, prout de quibuſdam ſanctis fœminis recitat Auguſti-
nus, quæ ne violarentur ſe ſubmerſerunt, & Samſon ſeipſum vna cum Philiſtęis oppreſ- Auguſti.
ſit ac interfecit? IOHAN. Nonne ſerui & filij, præcipue religioſi tenentur ſuis ſuperiori- Iudicũ 16.
bus obedire? Obedire autem eſt actus voluntatis ex iudicio rationis: ergo non ſolum
in corpus, ſed in animam quoq;, imo & in vires eius ſupremas ſeruitus iſta deſcendit, &
vſq; ad eas ſe authoritas præſidentis extendit. DIONY. Hæc quæſtio maior eſt, & obie-
ctio iſta acutior. Veruntamen verbis iſtis philoſophiæ concordat quod Seneca prote- Seneca.
ſtatur: Errat qui putat ſeruitutem in totum deſcendere hominem. Pars eius melior ex-
cepta eſt. Corpora ſeruituti obnoxia ſunt, mens ſui iuris eſt. Quocirca ſcribit Thomas Thomas
in Secunda ſecundę, quæſtione 104. Ex duobus contingit ꝙ inferior non tenetur ſuo ſu- Quando
periori in omnibus obedire. Primo propter pręceptum maioris poteſtatis in contrariũ, obediẽdũ
ſicut magis obediendum eſt regi q̃ militiæ principi. Secundo, ſi ſuperior iubeat quid ſub prælato
iecto, in quo ſubditus non eſt illi ſubiectus, vt ſi pater præcipiat filio penitus continere
nec nubere. Ideo Seneca dixit: Errat qui putat ſeruitutem in totum deſcendere hominẽ.
Hinc in his quæ ad interiorem voluntatis motum mentiſq; actum internum pertinent, Seneca
tenetur homo ſoli deo obedire, homini aũt his quæ exterius per corpus agenda ſunt, &
quoad hæc tenentur inferiores ſuperiori ſuo parere ex voluntate ac rationis iudicio. Et
C iuxta hoc verba philoſophiæ ac Senecæ ſunt ſapienter intelligenda. Deniq; in his quæ
per corpus agenda ſunt, aliqua ſpectant ad corporis naturam, in quibus non tenetur ho
mo homini, ſed ſoli deo obediens eſſe, quoniam omnes natura ſunt pares. Ideo ſi paren-
tes aut domini iubeant prolibus aut miniſtris non contrahere matrimonium, non ge-
nerare nec manducare, non tenentur ſerui & filij in talibus obedire. Vnuſquiſq; vero ſu
periori ſuo ſeruire tenetur in his, quæ concernunt cathedram ſeu iuriſdictionẽ & autho-
ritatem ſui ſuperioris, vt miles duci exercitus in pertinentibus ad bellum, filij parenti-
bus in his quæ ſpectant ad vitæ diſciplinam & curam domeſticam, ſerui domino in fa-
ctis ſeruilibus, religioſus abbati ſeu priori in contentis in regula ſeu ſtatutis ſuæ profeſ-
ſionis. ¶Conſequenter tangitur alia ratio, ob quam ſecularis & corporalis po-
tentia non eſt multum neq; vt ſummum bonum apprecianda, quia quod vnus alteri
per eam irrogat, poteſt tolerari & pati ab aliquo. Quod probat per duo exempla[Quid
autem eſt quod in alium facere quiſquam poſſit, quod ſuſtinere ab alio ipſe nõ poſſit?]
Quaſi dicat, Nihil, ſaltem in aliquo caſu, & ab eodem numero vel ſpecie. Qui enim aliũ
decollat, ab eodem numero decollari non poteſt. [Accepimus] id eſt, ex hiſtorijs co-
gnouimus[Buſiridem]regem Aegypti [ſolitum necare hoſpites] id eſt, eos ſuſcepit ho-
ſpitio, vt eorum bona ſibi retineret, ſicq; crudeliſſimus & cupidiſſimus fuit. [mactatum
fuiſſe ab Hercule hoſpite].i. hoſpitato ab illo rege. Hercules namq; inſtar Samſonis fuit Hercules
fortiſſimus, valdeq; prudens & bonus, bonitate acquiſitarum virtutum. Qui hoſpitatus Iudi. 15
à rege illo prauiſſimo, atq; perpendens machinationes illius, forti manu inuaſit illum, &
occidit in propria domo. Fuitq; Hercules naturalis filius Iouis. [Regulus plures
Pœno-

PROSA VI. Pænorum bello captos in vincula coniecerat.] Iſte fuit Marcus nobiliſſimus regulus & D ſenator, qui à Romanis cõtra Aphricam miſſus, multos pœnoꝝ.i. Aphricanoꝝ, præſertim Carthaginenſium vicit, occidit, vinculauit. [ſed mox ipſe vinctoꝝ cathenis manus præbuit].i. paulo poſt à Carthaginenſibus fuit captus, vinctus, incarceratus: ſicq; præbuit & extendit manus ſuas ad vincula, ad quæ vincti manus ſuas extendunt. De hoc

Auguſtinꝰ Marco tangit Auguſtinus in libro de ciuitate dei, & plenius fertur in Cronicis & cõmentarijs, ꝙ Carthaginẽſes ipſum vinctum dimiſerunt redire Romam hoc pacto, ꝙ perſuaderet Romanis quatenus remitterent ipſis Carthaginenſibus vinctos ex Aphrica. Et ſi Romani hoc facerent, ipſe Marcus maneret liber ibidem: ſi nõ, ipſe rediret Carthaginẽ. Cumq; veniſſet Romam, & cauſam expoſuiſſet Romanis, ipſi totum poſuerunt in arbitrio Marci. Qui ad commune bonum magis q̃ ad proprium reſpiciens, conſuluit vt ipſe remitteretur, qa iam ſenex parum reipublicæ poſſet prodeſſe, & capti ex Aphrica multi ac iuuenes poſſent Romanis obeſſe dimiſſi, & Aphricanis prodeſſe reuerſi: ſicq; Marcus Carthaginem eſt reuerſus, & ab eis crudeliſſima morte peremptus. Ex quo facto Hen-

Henricus de Haſſia. ricus de Haſſia & alij quidam doctores probant, ꝙ homo naturali amore poteſt plus diligere bonum commune q̃ propriũ, & per conſequens deum amplius q̃ ſeipſum. Ex quo vltra concludunt, ꝙ ſine relatione quis pro certo ſcire non valet ſe eſſe in charitate, eo ꝙ amor naturalis tantam conformitatem habere poteſt cum amote diuino infuſo. Et in E hoc Alexander, Thomas, Albertus, Bonauẽtura alijq; concordãt. ¶ Ex his philoſophia concludit [Vllam ne igitur eius potentiam hominis putas?].i. æſtimas tu aliquam eſſe potentiã eius [qui quod ipſe in alium poteſt, ne id in ſe alter valeat, efficere nõ poſſit?].i. qui hoc obtinere aut implere non poteſt, ꝙ nemo alius poſſit ſibi infligere malum, quod ipſe inferre alijs poteſt? Quaſi dicat: Non multum reputanda eſt poteſtas hominis talis.

Auguſtinꝰ Hinc Auguſtinus loquitur in ſermone: Securus minetur mortem qui non timet mortẽ. Si aũt & ipſe timet mortem, aduertat in ſe parem conditionem, & à dño ſimul petat miſerationem. Cur ſe extollit in comminatione inflatior poteſtas, in carne æqualis infir-

Iſaiæ 51 mitas? Hinc & Iſaias inducit: Quis tu vt timeas ab homine mortali, & à filio hominis, q quaſi fœnum areſcit? Hinc quoq; qui alijs iniuriantur nunq̃ ſecuri ſunt, imo iugiter habent vereri ne ipſis fiat quod ipſi alijs intulerunt, vel etiam ab his qui ſciunt eos eſſe in-

Seneca iurioſos in quoſdam. Nemppe vt Seneca faſſus eſt, qui vni facit iniuriam multis minatur, & qui in ſeruos ſuos crudelis eſt, oſtendit ſibi in alijs non deeſſe voluntatem, ſed fa-

Iob 15 cultatem. Ideo quoq; in Iob ſcriptum eſt: Sonitus terroris ſemper in auribus impij, & cũ

Sapien. 17 pax ſit ille inſidias ſuſpicatur. Et in libro Sapientiæ: Semper præſumit ſæua perturbata conſcientia, cum ſit timida nequitia. Vnde & Seneca rurſus teſtatur: Multos timere debet quem multi timent. Et iterum: Nequitia ipſa pœna eſt ſui, qm̃ mala conſciẽtia nunq̃ F eſt ſecura. Idcirco quod alteri feceris, expecta tibi ab alio fieri. Præterea his concordat quod in Iudicum libro Adonibezech ait: Septuaginta reges amputatis manuum ac pe-

Iudicum 1 dum ſummitatibus colligebant ſub menſa mea ciboꝝ reliquias: Sicut feci, ita reddidit mihi dominus. Siquidem filij Iſrael ante hæc verba amputauerant ei manuum ſuarum pedumq; ſummitates. Deinceps ponit aliam rationem ad idem, videlicet ꝙ poteſtates ac dignitates non ſint formaliter atq; moraliter bonę in ſe, neq; beatitudinem continentes, quia ſæpiſſime inſunt & competunt vitioſis hominibus. [Ad hæc, ſi ipſis dignitatibus ac poteſtatibus ineſſet aliquid naturalis ac proprij boni].i. aliquid boni moralis, qđ ſit principale hominis bonum, puta bonum humanum conueniens homini, in quantũ eſt ratione vigens ac vtens ac virtuoſe ſe habens [nunq̃ peſſimis prouenirent].i. vitioſis hominibus non ineſſent formaliter, vt bona moralia & gratiarum chariſmata, quæ & habentem perficiunt, & indignum dignificant. Propter quod aliqui dicunt, ꝙ gratia & virtutes non inſunt indignis, quia eo ipſo quo inſunt, faciunt ſua ſubiecta eis digna. Neq; enim ſolent ſibi aduerſa ſociari].i. contraria ſeu oppoſita ſimul non inſunt eidem, vt virtus & vitium, albedo & nigredo, viſus & cæcitas, præſertim ſecumdum idem & re-

S. Dionyſius. ſpectu eiuſdem. Veruntamen ſecundum beatum Dionyſium, malum, fundatur in bono, cum non ſit aliquid eſſentialiter malum. Non tamen formaliter idem ſunt, nec vnum taliter prædicatur de alio. Propter quod ſubditur [Natura reſpuit].i. naturalis proprietas entium non admittit [vt contraria quæq; iungantur] in eodem ſimul & ſemel, reſpectu eiuſdem & ſecundum idem, & per prædicationem de ſeinuicẽ, eadem tamen ſuperficies poteſt



A poteſt eſſe alba pro vna parte, & nigra pro alia. Idem quoq; homo poteſt eſſe paruus & debilis reſpectu vnius puta gygantis, & magnus ac fortis reſpectu alterius. Veruntamen magiſter in Sententijs ait, ꝙ regula dialecticoꝝ dicens, contraria ſimul eſſe non poſſe, fallit in his contrarijs, quæ ſunt bonum & malum, videlicet quia malum fundaẽ in bono: attamen regula illa ſic intellecta, vt tactum eſt, non fallit in eis. Vnde & Apoſtolus ad Corinthios ſcribit: Quę conuentio lucis ad tenebras? Ieremias quoq; dicit: Quid pa- Ierem. 23 leis ad triticum? Conſonat item his illud Iſaiæ: Væ qui dicitis malum bonum, & bo- Iſaiæ 5 num malum, ponẽtes tenebras lucem, & lucem tenebras. Nihilominus poteſtates & dignitates ſunt bonæ bonitate entis, ſicut & omnia entia poſitiua: imo inſuper ſunt diuinæ proprietates & dona gratiæ gratis datæ, & quædam ſunt poteſtates & dignitates ſupernaturales in euangelica lege. Quemadmodum etiam inſunt hominibus peſſimis, ita & optimis. Quæ omnia Hugo ſuper angelicam hierarchiã magni Dionyſij ſcribit. Vn- Hugo Victorinus de ad Roma. dicit Apoſtolus: Non eſt poteſtas niſi à deo, itaq; qui poteſtati reſiſtit, dei Roma. 13 ordinationi reſiſtit. Nam & Chriſtus in paſſione præſidi dixit: Non haberes aduerſum Iohan. 18 me poteſtatem vllam, niſi datum tibi deſuper eſſet. [Itaq; cum peſſimos plerunq; dignitatibus fungi nõ ſit dubium] vt patet de principibus & prælatis ſcandaloſe ac vitioſe viuentibus, q teſte Gregorio tot mortibus, tot æternis dãnationibus digni ſunt, quot ſub- Gregorius

B diti aut etiam alij ſcandalizantur ex eis [etiam liquet, natura ſui bona nõ eſſe].i. hoc itidem conſtat, poteſtates ac dignitates ex ſua natura non eſſe moraliter bonas [quæ ſeſe peſſimis hærere patiantur].i. quoꝝ naturæ non repugnat ꝙ inhæreant peſſimis. Quo conſtat ꝙ non faciunt hoïem moraliter bonum neq; felicem. Vnde de talibus peſſimis dñs ait per Oſeã: Ipſi regnauerũt & nõ ex me, principes extiterunt & nõ cognoui. Quod Oſeę 7 dñs ideo loquitur, qm̃ q̃uis poteſtas talium ſit ab ipſo, non tñ poteſtatis abuſio, nec ambitioſa & violenta intruſio. [Quod quidem de cunctis fortunæ muneribus].i. de oĩbus donis & bonis fortuitis [dignius exiſtimari põt] ꝙ ſcilicet nõ ſunt moraliter bona [quę ad improbiſſimum quenq; huberiora proueniunt].i. vitioſioribus ſæpe habundantius conceduntur, quemadmodum paterfamilias habens filios duos, vnum obedientẽ & bonum, aliumq; rebellem ac prauum, bona ſua meliora largitur obedienti, viliora rebelli. Sic deus oĩpotens electis & bonis dat bona ſua præſtantiora, hoc eſt, dona gratiæ in præſenti, & dona gloriæ in futuro. Temporalia quoq; ad competẽtiam, vel etiam ad abundantiam ad alioꝝ ſubuentionem. Impijs vero & reprobis, quibus omnia cooperantur in malum, præſtat bona fortunæ ſæpe abundantius: quod & ideo agit, qm̃ ipſe nullum bonum dimittit irremuneratum. Iniqui aũt aliqua bona ex genere operantur, q̃uis non ex charitate, viſitando eccleſiam, eleemoſynas dando, &c. Pro quibus omnipotẽs deus

C temporalia eis rependit, & proſpera mundi concedit, ſeu vitam prolongat. Quæ dona non ſunt moraliter bona, vt conſequenter probat diffuſius. [De quibus] ſcilicet bonis fortunæ [etiam illud conſiderandum puto, ꝙ nemo dubitat eſſe fortem, cui fortitudinẽ ineſſe conſpexerit. Et cuicunq; velocitas adeſt, manifeſtum eſt eſſe velocem.] Accidẽtia nanq; denunciant ſua ſubiecta. [Sic muſica quidem muſicos, medicina medicos, rhetorica rheoricos facit] formaliter, ſeu in genere cauſæ formalis. [Agit eñ cuiuſq; rei natura quod propriũ eſt ei].i. quælibet materia ſeu forma habet aliquã naturalẽ ac propriã actionẽ, per quã põt ſuo fini cõiungi, & ꝓpriam perfectionẽ attingere, alias eſſet fruſtra. qđ & ſupra oſtenſum eſt. Propter quod aſſerit Damaſcenus, ꝙ impoſſibile eſt aliqd eſſe Iohan. Damaſcenus expers ꝓpria operatione. Et talis operatio rei ab aliqbus noïatur actio notionalis, qa Actus notionalis in ea eſt quaſi refloritio quædã naturæ, & per eam natura rei præſertim cognoſciẽ. Vnde cõmuniter dicië, ꝙ operatio arguit formam [nec contrariaꝝ reꝝ miſcetur effectibus].i. Philoſo. cum oppoſitaꝝ naturaꝝ actibus nõ cõmunicat, qa naturæ cõtrarię actiones habent diſtinctas. Frequenter tñ in eodem ſuppoſito ſunt, & ad eundem effectũ cõcurrunt, ſicut mixta cõſtant ex elementis cõtrarijs, q̃rum etiam cõtrariæ qualitates ad congruã complexionem, harmoniã, mixturã requirunẽ ac cõfluunt, cõpoſitum q̃q; ex materia & forma conſtat [ſed vltro quæ ſunt aduerſa depellit].i. contrariũ ſuum expellit pro poſſe, ita ꝙ ſimul nõ ſtant in gradu perfecto, ſed remiſſe, ſicut in tepido eſt aliquid frigoris & caloris, qa vt ait Philoſophus, vnumquodq; tanto plus aut eſt tale, quãto plus aut minus Idem. habet admixtum de ſuo contrario. [Atqui] pro certo [nec opes inexpletam reſtringere auaritiam queunt.].i. diuitiæ non valent inſatiabilem cupiditatẽ reprimere & cõplere.

PROSA VI. [Nec poteſtas ſui compotem fecerit].i.ſecularis & mundana ſeu præſidentialis poten- D
tia,non facit potentem propriæ mentis,ita vt rationi obtemperet, nec dominandi libi-
dine ſuperetur[quem vitioſæ libidines inſolubilibus aſtrictũ retinẽt catenis].i.quẽ pra-
uæ affectiones ambitionis & carnalitatis tenent ualde indiſſolubiliter ligatum vinculis
Prou. 5 vitiorum, ſicut præallegatum eſt illud Prouerbiorum:Iniquitates ſuæ capient impium,& fu-
2.Timo. 2 nibus peccatorum ſuorum conſtringetur. Et quod ait Apoſtolus:Reſipiſcãt à laqueis diabo-
Iſaiæ 5 li,à quo captiui tenentur. Vnde & Iſaias aſſerit:Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis va-
nitatis,& quaſi vinculum plauſtri peccatum. Veruntamen inſolubilitas non dicit omni
modam impoſſibilitatem,ſed grandem difficultatẽ reſipiſcendi, alias habituati in vitijs
de ſua impœnitentia excuſarentur,cum dñs nõ requirat ab homine impoſſibile aliquid.
Porro ex frequentia actus habitus generatur, ex habitu conſuetudo, ex conſuetudine
diuturna neceſſitas quædam.i.vehemens valde inclinatio & impulſio maxima.[Et col-
lata improbis dignitas,nõ modo non efficit dignos, ſed prodit potius & oſtentat indi-
gnos]quia ex dignitate eis collata peccata eorum ſunt grauiora,quia quo altior gradus &
dignitas,eo maior iniquitas:& quo altior eſt aſcenſus,eo perculoſior eſt ruina. Ideo di-
ci ſolet, quod principatus oſtendit virum. Verum his obijci poteſt,quod,vt dictum eſt,accidẽs
denominat ſuum ſubiectum,ergo dignitas facit dignum,ſicut albedo album. Deniq; ſi
dignitas non efficit improbos in prælationibus & dignitatibus poſitos dignos, vicioſi E
principes ac prælati nõ eſſent digni honore,nec eis eſſet obediendum,nec authoritatẽ &
Dignitas duplex. iuriſdictionem haberent. Et reſpondendũ,quod duplex eſt dignitas:Vna pertinẽs ad dona
gratiæ gratis datæ,vt ſunt prælaturæ & principatus. Et hac dignitate ipſa poteſtas & di-
gnitas ſuum ſubiectum efficit dignum. Alia eſt dignitas gratiæ gratumfaciẽtis,qua ho-
mo dicitur dignus deo ac vita æterna. Et ſic dignitas iſta habentẽ non efficit dignũ,ſed
magis indignum:non directe,cum non ſit mala in ſe,ſed indirecte atq; per accidens, ra-
1.Cor. 8 tione abuſionis & ingratitudinis eius cui collata eſt,quemadmodũ ſcientia inflat. [Cur
ita prouenit?].i,quam ob cauſam dignitas ſuum ſubiectũ non efficit dignum?Ad quod
Philoſophia reſpondet [Gaudetis enim ſeſe res aliter habentes falſis compellare nomini-
bus].i.quia placuit vobis res quæ aliter ſe habent,quam prima facie vobis apparet,deſigna-
re per noĩa quæ eis non conueniunt vere[quæ facile rerum ipſarum redarguuntur effectu]
id eſt,quę nomina faciliter probantur nõ conuenire rebus ſignificatis per ea ex rerum il-
larum operibus. Quod probatur ſubdendo[Itaq;].i.certiue[nec illæ diuitiæ,nec illa po
tentia, nec hæc dignitas iure appellari poteſt].i. nullum iſtorum merito ac vere deſignari
poteſt & exprimi per nomen hic poſitum, ita quod diuitiæ illæ non ſunt veræ diuitiæ,quia
depauperant magis quam ditant:nec illa ſecularis poteſtas eſt vere poteſtas, quia habentẽ nõ
facit potentem contra pericula ſua:nec dignitas illa eſt dignitas vera, quoniam indigniſſimis F
ineſt. Verum his obijci poteſt, quod abundãtes in poſſeſſionibus atq; pecunijs ſæpiſſime in
Lucæ 6 ſcripturis diuites appellantur,vt cum ait ſaluator:Væ vobis diuitibus,qui habetis conſo
lationem veſtram. Similiter principes vitioſi & prælati indigni in ſcripturis nominãtur
Sapien. 6 frequenter potentes ſeu digni,vt eſt illud in lib. Sapientiæ:Potentes potenter tormenta
Noĩa cõue nire rebus bifariam patientur. Dicendum quod nomina dicuntur rebus conuenire vere dupliciter. Primo,quoniam
ratio nominis veraciter conuenit rei ſignificatæ,ſicq; rex terrenus vere dicitur dñs,quia
eſt rex ſeruos habẽs. Secundo,quoniam ratio nominis perfecte conuenit rei,ſicq; nulla
Iſaiæ 24 creatura eſt dñs,ſed ille duntaxat qui ait per Iſaiam:Ego dñs. Hoc eſt nomen meũ. Glo-
riam meam alteri non dabo. Omnis autem creatura ſubdita eſt creatori,& indigens eo. Sic
in propoſito terrenæ diuitiæ, poteſtates & dignitates conceſſæ hominibus,vere ſunt di-
uitiæ & poteſtates ac dignitates primo modo,nõ modo ſecundo. Et ita nunc loquitur
Philoſophia,conſolãdo Boethiũ,& deprimẽdo bona fortunæ quę perdidit. [Poſtremo
idem concludere de tota fortuna licet].i. vere & licite dici poteſt de oĩbus fortuitis, quod
nõ ſunt in ſe moraliter & beatificabiliter bona,nec directe efficiunt hoĩem bonum. [in
qua nihil expetendum, nihil natiuæ bonitatis ineſſe manifeſtum eſt].i. clarum quod nihil
expetendũ,i.nil propter ſe optandũ tanquam principale bonum,nihil bonitatis natiuę.i.nil
bonum moraliter, vel ita naturaliter bonum, vt cum malo culpæ ſimul eſſe non queat.
[quæ nec ſe bonis ſemper adiũgit].i.fortuna per ſuos eufortunatos effectus ſeu per ſuas
proſperitates non ſemper aſſiſtit virtuoſis hoĩbus,imo illis multoties contingũt aduer-
ſa[& bonos, quibus fuerit adiuncta,non efficit.].i. eos quibus magis arridet non facit
moras-



A moraliter bonos. Imo per proſpera ſæpe grauius peccant. ¶In his continentur pene
omnia,ex quibus ſanctus doctor in Summa contra gentiles 3. lib. ac alibi probat,quod fe- Thomas
licitas hoĩs non conſiſtit in hac vita in poteſtate ſiue in exteriori potentia. Nam & po-
tentia dicitur in ordine ad alterum,felicitas in ordine ad ſe. Potentia quoq; inſtabilis eſt
& incerta,nec ſubiacet hominis voluntati,ſed fortunæ, quia frequenter magis abundat
in impijs. Deniq; in prouerbijs ſuis ſcribit Cyrillus,quemadmodũ intellectus prudens Cyrillus
voluntati tumidæ ac præeſſe volenti locutus eſt:Caue ne appetendo dominationẽ & po
ten tiam incurras ſuperbiæ ſeruitutẽ, & dum te alijs præfers tuiipſius dominium perdas:
ſed dic an hoc quod deſideras iuſtum putas? Nempe ſi iuſtum non eſt hocipſum appetere,
eſt iniuſtum. Iniuſtitia vero miſeria eſt. Ergo ex hoc appetitu es miſer. Omnis autem miſer
ſuæ calamitatis eſt ſeruus. Porro ſi quid iniuſtũ deſiderans obtineres,plus miſer exiſte-
res:quoniam vnuſquiſq; tanto miſerior eſſe conuincitur, quanto eius voluntas in malis cele-
rius adimpletur. Potentia quoq; non excellentiam,ſed violentiam parit. Iſtud breuiter
tango,vt in libro illo Cyrilli plenius requiratur. Contra appetitum etiam dignitatis re- Idem.
fert prouerbium:Quemadmodum vulpes per blandimẽta ceruam duxit ad vrſum,qua-
tenus vrſus poneret cornua ceruı. Cui ceruus obuiãs dixit:Quo vulpinam ſequeris cau-
dam?At illa:Ad vrſum,inquit,quatenus ſicut & tu cornibus orner ac gaudeam. An ſo-
B lus vis apparere?Cui ceruus compatiens: Caue ait,ne dum apud vrſum perueneris,per-
das pellem & vitam. Qui enim cornua cupit, perdit caput diſcretionis & aures quietis,
&c. Quære ibidem.

## METRVM VI.

NOuimus quantas dederit ruinas
Vrbe flammata patribusq; cæſis,
Fratre qui quondam ferus interempto,
Matris effuſo maduit cruore,
Corpus & uiſu gelidum pererrans,
Ora nõ tinxit lachrymis, ſed eſſe
Cenſor extincti potuit decoris:
Hic tñ ſceptro populos regebat
Quos uidet cõdẽs radios ſub undas
Phœbus extremo ueniẽs ab ortu,
Quos premũt ſeptẽ gelidi triones,
Quos nothus ſicco uiolentus æſtu
Torret, ardentes recoquẽs harenas
Celſa num tandẽ ualuit poteſtas
Vertere praui rabiem Neronis?
Heu grauem ſortẽ quoties iniquus
Additur ſæuo gelidus ueneno.

C Declaratio metri ſexti. ARTI. XXIIII.

IN hoc metro Philoſophia declarat exemplis, quod præcedẽti proſa probauit de
ſeculari poteſtate,quod nec bonitas moralis neq; felicitas in ea cõſiſtat. Eſt ergo
ordo & ſenſus verborum. Nouimus ex Cronicis quantas ruinas.i.quam multas &
magnas deſtructiones dederit.i.intulerit is,qui quondã ferus.i. Nero, qui fero-
ciſſimus fuit,vrbe flammata.i. Roma ſuccenſa. Cupiens enim videre quale & quantũ fuit
incendiũ Troiæ,fecit Romam ſuccendi,quę & partim ex hoc fuit combuſta. Patribusq;
cæſis.i.ſenatoribus interfectis pro maxima parte,quia optauit planctũ magnũ audire,fra-
tre interfecto,quia proprium fratrẽ fecit occidi,vel vt ſolus regnaret,vel(vt fertur)quoniam vo
luit experiri an fratrem ſuũ diligeret,mortẽ eius deflendo. Maduit quoq; effuſo cruore ma
tris ſuæ,quã iuſſit occidi,vt locum cõſpiceret in quo in eius iacuerat vtero,nam & occiſam
aperuit,& videndo eius viſcera pluſtrauit. Vnde ſubiungit,& pererrans,viſu percurrens
hinc inde loca viſcerum intuẽdo,corpus gelidũ.i.corpus matris occiſum, & ex defluxu ſan
guinis infrigidatũ,nõ tinxit ora lachrymis.i.ſine lachrymarum effuſione viſcera matris in
ſpexit,ſed potuit eſſe,imo & fuit cenſor decoris extincti.i.iudex pulchritudinis ſuę ma-
tris,quæ pulchritudo per mortẽ matris fuit extincta: nam viſis matris viſceribus dixit:
Fuit mulier pulchra. Ex quibus patet ineſtimabilis vitioſitas deteſtãdi Neronis,qui vt aſſerit
Leo Papa,fuit oĩm vitiorum furore repletus. Et ſicut ſupra dictũ eſt de Symmacho,quod fuit Leo papa.
adeo bonus,quod ex ſapientia & virtutibus videbatur cõpoſitus:ſic Nero fuit tam irrationa-
bilis & malitioſus,quod ex amentia & ſceleribus cõpoſitus videbatur. Quemadmodũ etiam
Traianus oĩm Romanorum imperatorum gentilium optimus, ſic Nero oĩm illorum fuit peſſi-
Q ij mus.

mus. Qui & beatiſſimos apoſtolos Petrum occidit & Paulum, & primus generalem per D
ſecutionem mouit in Chriſtianos, vt Leo papa in ſermone teſtatur. Hic tamen .i. tam
ſceleratiſſimus Nero regebat populos, quia monarcha fuit, & omnium gentium dñs: nō
tamen vere regebat, ſed tyrannice præfuit, ſed iuxta communem modum loquendi fer-
Regere. tur rexiſſe. Proprie aūt regit, qui ſubditos in debitum dirigit finem. Regebat aūt ſceptro
.i. regali imperio, populos quos phœbus .i. ſol, condens .i. abſcondens, ſub vndas .i. ſub
aquas, radios .i. lucem quam diffundit, quia de ſero occumbens videtur aquas intrare
Oceani. Et reuera deſcendit in ſphæra ſua, perſiſtens ſub elementis & inferioribus ſphæ-
ris, per quod claritas eius abſtrahitur atq; abſconditur nobis. Phœbus inquam, veniens
ab ortu extremo .i. ab orientali parte vbi conſurgit. Quos etiam populos premunt .i.
aſcendendo in altum ſub ſe habent: vel premunt .i. per impreſſionem & influentiam ſuā
quodammodo ſibi ſubijciunt, ſeptem gelidi triones .i. ſeptem frigidæ ſtellę ſeu ſeptiſtel-
lium, quod dicitur vrſa minor. Et dicuntur ſtellæ hæ frigidæ ab effectu, & vocantur &
Stelæ pleiades. ſunt ſtellę pleiades .i. aquaticę, de quibus loquitur deus ad beatum Iob: Nunquid coniū-
gere valebis micantes ſtellas pleiades? Quæ ſpeciale habēt dominium ſuper aquas ſicut
& luna, & ſunt plures q̄ ſeptem, q̄uis ſeptem apparent. Alij vero aliter iſtam clauſulā ex-
ponunt, ſed expoſitio iſta magis apta videt. Quos item populos notus .i. ventes ille au-
ſtralis, violentus .i. impetuoſus, æſtu ſicco .i. calore ſiccante: eſt eñi calidus ventus, torret E
.i. æſtuare facit, recoquens .i. adurens, vel vt aliqui legunt, retorquens .i. ſuo flatu repri-
mens & impellens, arenas ardētes .i. valde calefactas vi ſolis, num .i. nunquid, poteſtas
celſa .i. imperialis potentia, valuit tandem vertere .i. in melius mutare rabiem Neronis
praui? Non vtiq;, ſed ſicut fuit in eo ſumma ſecularis potētia, ita & malitia maxima. Heu
grauem ſortem .i. duram iſtam fortunam deploro, quoties .i. q͛ tam ſæpe, iniquus gladi-
us .i. abuſus potentiæ, ſeu ipſa poteſtas mundana, quæ non in ſe, ſed propter ipſius abu-
ſum vocatur iniqua, additur veneno ſæuo .i. tyranno crudeli ſeu fraudulentiæ eius. Ta-
les eteñi multoties præſunt, & per eos deus corrigit peccatores, ac purgat electos, quem-
Attila rex iniquus admodum Attila rex tyrannide plenus dixit: Ego ſum Attila dei flagellum. Vnde per
Iſaiæ 10 Iſaiam dominus de rege ait Aſſyriorum: Virga furoris mei & baculus ipſe eſt. Ex his pa-
tet quanta ſit ambitioſoꝝ fatuitas, atq; eoꝝ qui ad mundanam aſpirant potentiam.

## PROSA VII.

TVM ego: Scis, inquam, ipſa nimium nobis ambitionē mortalium rerum fuiſſe dominatam: ſed materiam gerendis rebus optauimus, quo ne uirtus tacita conſenēſceret. P. At illa Atqui F hoc unum eſt, quod præſtantes quidē natura mentes, ſed nondum ad extremam manum uirtutum perfectione perductas, allicere poſſit, gloriæ ſcilicet cupido, & optimorum in rempublicam fama meritoꝝ. Quæ q̄ ſit exilis & totius ponderis uacua ſic conſidera: Omnem terræ ambitum (ſicuti aſtrologicis demonſtrationibus accepiſti) ad cœli ſpaciū puncti conſtat obtinere rationem. Id eſt, ut ſi ad cœleſtis globi magnitudinem conferatur, nihil ſpacij prorſus habere iudicetur. Huius igitur tam exiguæ in mundo regionis quarta fere portio eſt (ſicut Ptolomeo probāte didiciſti) quæ a nobis cognitis animantibus incolatur. Huic quartæ ſi quantum maria paludesq; premunt, quantumq; ſiti uaſta regio diſtenditur, cogitatione ſubtraxeris, uix anguſtiſſima inhabitandi hominibus area relinquetur. In hoc minimo igitur puncti quodam puncto circumſepti atque concluſi, de peruulganda fama, de proferendo nomine cogitatis? At quid habet amplum magnificumq; gloria tam anguſtis exiguisq; limitibus artata? Adde, quod ipſum breuis habitacu-





A li ſeptum plures incolunt nationes, lingua, moribus, totius uitæ ratione diſtantes: ad quas tum difficultate itineꝝ, tum loquendi diuerſitate, tum cōmercij inſolentia, non modo fama hoīm ſinguloꝝ, ſed ne urbiū quidē peruenire queat. Aetate deniq; M. Tullij (ſicut ipſe quodam loco ſignificat) nondū Caucaſum montem Romanæ reipub. fama tranſcenderat. Et erat tunc adulta, Parthis etiam cæterisq; id locoꝝ gentibus formidoloſa. Vides ne igitur q̄ ſit anguſta, q̄ compreſſa gloria, q̄ dilatare ac propagare laboratis? An ubi Romani noīs trāſire fama nequit, Romani hoīs gloria progredietur? Quid, q͛ diuerſaꝝ gentium mores inter ſe atq; inſtituta diſcordant, ut q̄d apud alios laude, apud alios ſupplicio dignū iudicet? Quo fit, ut ſi quem famæ prædicatio delectet, huic in plurimos populos nomē proferre nullo modo conducat. Erit igitur peruagata inter ſuos gloria quiſq; contentus, & intra unius gentis terminos pręclara illa famę immortalitas coartabitur. Sed q̄ multos clariſſimos ſuis temporibus uiros B ſcriptoꝝ inops deleuit obliuio? Quanq̄ quid ipſa ſcripta proficiunt, quæ cum ſuis authoribus premit longior atq; obſcura uetuſtas? Vos uero immortalitatem uobis propagare uidemini, cum futuri famam temporis cogitatis: q̄d ſi ad æternitatis infinita ſpacia pertractes, quid habes q̄d de nominis tui diuturnitate læteris? Vnius etenim mora momenti ſi decē millibus conferatur annis, q̄m utrūq; ſpacium definitū eſt, minimam licet, habet tñ aliquam proportionē. At hic ipſe numerus annoꝝ eiusq; quantūlibet multiplex ad interminabilem diuturnitatē ne cōparari quidē poteſt. Eteñi finitis ad ſeinuicem fuerit quædā, infiniti uero atq; finiti nulla unq̄ poterit eſſe collatio. Ita fit, ut quanticunq; prolixi temporis fama, ſi cū inexhauſta ęternitate cogitetur, nō parua ſed plane nulla eſſe uideatur. Vos aūt niſi ad populares auras inanesq; rumores recte facere neſcitis. Et relicta conſcientiæ uirtutisq; præſtantia, de alienis præmia ſermunculis poſtulatis. C Accipe in huiuſmodi arrogantiæ leuitate, q̄ feſtiue aliquis illuſerit. Nam cum quidam adorſus eſſet hoīem contumelijs, qui non ad ueræ uirtutis uſum, ſed ad ſuperbam gloriam falſum ſibi philoſophi nomen induerat, adieciſſetq; iam ſe ſcituꝝ an ille philoſophus eſſet, ſiquidem illatas iniurias leniter patienterq; toleraſſet: ille patientiā pauliſper aſſumpſit acceptaq; contumelia uelut inſultans: Iam tandem, inquit, intelligis ne me eſſe philoſophum? Tum ille nimium mordaciter: Intellexerā, inquit, ſi tacuiſſes. Quid autem eſt quod ad præcipuos uiros (de his enim ſermo eſt) qui uirtute gloriam petunt: quid inquam eſt, quod ad hos de fama poſt reſolutum morte ſuprema corpus attineat? Nam ſi (quod noſtræ rationes credi uetant) toti moriuntur homines, nulla eſt omnino gloria, cum is cuius ea eſſe dicitur non extet omnino. Sin uero bene ſibi mens conſcia terreno carcere reſoluta cœlum libera petit, nonne omne terrenum negocium ſpernet, quæ ſe cœlo fruens terrenis gaudet exemptam?

### Expoſitio proſæ huius VII. ARTI. XXV.

PROSA VII.

PRæcedentibus proſis Philoſophia oſtendit felicitatẽ non eſſe in diuitijs & po- D
tentijs, hic oſtendit ꝙ non conſiſtit in fama & gloria. [Tum], i. poſt hæc, ego
Boetius inquam. i. dixi, o philoſophia tu ipſa ſcis, ambitionẽ. i. ſuperbiam & in
ordinatam affectionem, mortalium rerum. i. tpalium diuitiaꝝ, poteſtatũ ac
dignitatum, eſſe dominatã minimã. i. modiciſſime ſeu penitus nihil nobis, prout hoc in
primo libro plenius eſt expreſſum: ſed materiam gerendis rebus optauimus. i. deſidera-
uimus occupationẽ bonam, circa gerenda. i. circa pertinentia ad bonum reipub. & ad
ea quæ rationabiliter ſunt agenda in omni materia occurrente, q̃ ne. i. per quã occupa-
tionem, virtus tacita. i. prudentia nõ exercitata, ſed in ſe occultata, conſeneſceret. i. vetu-
ſtate ſua in ſe deperiret: quia virtutes practicæ, quaꝝ finis eſt operatio, qñ nõ exercitant
minus vigent & negliguntur, vt etiam de humilitate, patientia, obediẽtia patet. Meritũ
quoq; præmium virtutũ in actione & executione eaꝝ actuali conſiſtũt, nec aliter creſce-
re multum vident. Propter q̃d in clauſtris perſonæ religioſæ exerceri ſolent in exercitijs
Ecci 41 harum virtutũ. Vnde in Eccleſiaſt. aſſerit: Sapientia abſcondita & theſaurus inuiſus, quę
vtilitas in vtriſq;? At illa. i. philoſophia ad hæc reſpondet: Atqui. i. certe, hoc. i. ipſa ap-
petitio laudis humanæ & honoris mundani, & fama optimoꝝ meritoꝝ. i. excellentiſſi-
morum laudabiliũ actuum exhibitoꝝ in rempublicã. i. pro bono cõmuni, q̃d diuinius
Philoſo. eſt q̃ bonum proprium, vt 1. dicitur Ethicoꝝ, ideo cõmendabilius eſt occupari in illo. E
Hoc inquam eſt vnum principiũ, q̃d poſſit allicere. i. ad bene agendũ inducere mentes
q̃dem præſtantes natura. i. ex naturali diſpoſitione nobiles & prædignas, tanq̃ egregiæ
indolis exiſtentes, quę magis afficiuntur ad talia, q̃ ad diuitias atq; carnales delicias, cum
& in Eccleſiaſtico ſcriptum ſit: Curam habe de bono nomine. Sed nondum perductas
Eccl 41 ad extremam manum, id eſt, vltimam & conſummatam executionem laudabiliũ exer-
citiorum, perfectione virtutũ. i. pertingendo ad excellentias virtutũ heroicaꝝ. Imo vt
Thomas etiam recitat Thomas libro de regimine regum, iſtud quidẽ philoſophi dixerunt eſſe fi-
nem pręmiũq; virtutũ, præſertim hi qui nõ poſuerunt aliam vitã poſt præſentẽ. Propter
q̃d valde ſoliciti erant poſt mortẽ manere ſaltẽ in memorijs ac laudibus hoĩm. Vnde re-
Hierony. fert Hieronymus in vita S. Hilarionis, cum Alexander rex deueniſſet ad Achillis ſepul-
chrum, dixit: Beatũ te iuuenis, q magni viri, puta Homeri, laudibus frueris. Veruntamẽ
Alexander animã rationalẽ aſſeruit immortalẽ. Iterum glorioſus narrat Hierony. in li-
bro contra Heluidiũ vilem hæreticũ, ꝙ tpe gentilitatis quidã in Aſia incendit templum
Idem. Dianæ. Mane populo concurrẽte atq; ſtupentibus vniuerſis qs tm̃ facinus ꝑpetraſſet, ille
prodidit ſemetipſum. Qui amplius admirati cur hoc egiſſet ſciſſitabant. Reſpondit: Vt
q̃a per opa probitatis nõ potui, ſaltẽ hoc maleficio facerẽ mihi nomẽ æternũ. Veruntã-
men ſicut in libro præfato Thomas demonſtrat, opinio illa nõ eſt vera, q̃m recordatio F
& laus hoĩm non eſt virtutũ ſufficiens præmiũ. ¶ Quod & conſequenter probat Phi-
loſophia: Quæ fama, q̃ ſit exilis. i. permodica, & totius vacua ponderis. i. expers reputa-
tionis ac pro nihilo reputãda, præſertim cõparatiue loquẽdo, hoc eſt, reſpectu famę, lau-
dis ac gloriæ regni cœleſtis: ſic conſidera oẽm terræ ambitum. i. totam terrã in gyro, ſi-
cuti aſtrologicis demonſtratinoibus accepiſti. i. verum eſſe conſenſiſti, quia hoc aſtro-
logi Alfraganus, Albumaſar, Albategni concorditer probant ac tenent, ad cœli ſpaciũ,
id eſt, ad magnitudinẽ firmamenti ſeu primi mobilis, potiſſime cœli empyrei, puncti cõ-
ſtat obtinere rationẽ. i. ſe habet quaſi punctũ. i. ſi terra ad cœleſtis globi magnitudinem
conferat. i. ſi comparet ad molem orbis cœleſtis, q inſtar globi ſphericæ eſt figuræ, nõ tñ
ſolidus intus quemadmodũ aliqs globus, nihil ſpacij. i. quãtitatis, prorſus habere iudi-
Punctus. cetur: veruntamẽ iſtud eſt pie intelligendũ. Punctus nanq; eſt quid indiuiſibile. Propter
q̃d iuxta Euclidẽ, poſitionẽ nõ habet in cõtinuo. Indiuiſibile aũt quotieſcũq; ſumptũ nõ
reddit aliq̃d maius, ideo continuũ incomparabiliter excedere dicit punctũ. Sic autẽ nec
cœlũ nec totũ vniuerſum corporeũ tranſcendit terrã, ſed moles terrę aliq̃ties ſumpta eſ-
ſet æqualis: imo & maior magnitudine cœli: nihilominus modus iſte loquẽdi admittit
ad inſinuandũ quaſi incomparabilẽ cœli exceſſum in magnitudine ſup terrã. Nã & mini-
ma ſtella viſu notabilis maior eſt tota terra, & tñ ſtella reſpectu cœli reputat vt pũctus.
Ex q̃bus pateſcit, ꝙ ſicut ſtella in veritate maior eſt q̃ apparet, ita & cœlũ. [Huius igitur
tam exiguæ in mundo regionis]. i. huius elementaris regionis terrenæ ſeu elementi ter-
ræ, quæ præfato modo eſt [exigua] id eſt, parua [quarta fere portio eſt (ſicut Ptolomęo
proban-



A probante didiciſti) quæ à nobis cognitis animãtibus incolãtur [. i. vix quarta pars terræ
inhabitatur ab animalibus quæ nobis ſunt cognita. Quod dicitur propter piſces qui cõ-
morantur in aquis, quorum ſpecies pro maxima parte nobis incognitæ ſunt, ſicut in li-
bro Sapientiæ legitur. De his autem loquitur Ptolomæus in libris ſuis, Quadripartito, Sapien. 19 Ptolomæ.
Almageſti, Centilogio. Porro Ptolomæus iſte princeps aſtronomorum rex fuit Aegy-
pti cultor vnius dei, ad cuius petitionem Septuaginta interpretes tranſtulerunt libros ve-
teris teſtamenti de Hebræo in Græcum. Erat enim Ptolomæus ſtudioſiſſimus, & habuit
in biblioteca ſua ſeptuaginta milia librorum, vt Cancellarius Parrhiſiẽſis Iohannes re-
fert in tractatulo ſuo de laude ſcriptoꝝ. Fuit quoq; Platonicus. Vnde in prologo ſuper
Geneſim narrat B. Hieronymus, ꝙ in Platonis dogma cadere videbatur. Aliqui tamen Hierony.
affirmãt ꝙ non fuit rex, ſed Hieronymus ſuper Danielem dicit expreſſe ꝙ fuit rex Aegy- Idem.
pti. Idem teſtatur Ioſephus, magiſter quoq; in hiſtorijs. [Huic quartę, ſi quantum maria Ioſephus li. 12. anti.
paludeſq; pręmunt, quantumq; ſiti vaſta regio diſtenditur, cogitatione ſubtraxeris]. i. ſi Iud. cap. 2
per imaginationem & intellectum ſeparaueris ab illa quarta parte terræ tantam magni- Petrus Comeſtor
tudinem, quanta occupatur ac operitur à particularibus maribus, paludibus, fluuijs, ſta-
gnis, torrentibus ac cæteris aquis, tantum quoq; quãtum eſt ſpatium terræ ſeu vaſta de-
ſerta, & inhabitabilis regio præ carentia aquæ & nimia ariditate [vix anguſtiſſima inha
B bitãdi hoĩbus area relinquetur]. i. locus valde anguſtiſſimus remanebit hominibus ad
inhabitandum. Anguſtus, inquam, reſpectiue loquẽdo. Porro area accipi ſolet pro hor- Area.
reo in quo blãda excutiuntur. Deinde tranſſumptiue accipitur pro quacunq; prouincia
terra, regione quæ aquis cingitur & fluctibus eius concutitur, & cuius habitatores varijs
aduerſitatibus hinc inde tanguntur ac moleſtantur. Sicq; Iſaias loquitur Iudææ ac ſyna- Iſaiæ 21
gogæ: Tritura mea & filia areæ meæ, quæ à dño deo audiui, reuelaui tibi [In hoc igit mi-
nimo puncti quodam puncto ciucumſepti atq; concluſi]. i. vos homines contenti ac cõ-
morantes in hac tam parua parte terræ, quæ pars eſt quaſi punctũ reſpectu totius elemẽ-
ti terræ, quæ tota terra elementaris ſe habet vt punctum comparatione regionis cœle-
ſtis [de peruulganda fama, de proferendo nomine cogitatis]. i. ſolici eſtis quomodo va-
leatis famam claram acquirere, ac nominetenus diuulgari, cognoſci, laudari: In quo ap-
paret imperfectio ac vanitas veſtra, & merito ita nõn ageretis: Imo contemptis his vanis
& modicis toto affectu ſatageretis deo maieſtatis immenſæ placere, & in patria illa cœ-
leſti per approbationem cognoſci, reputari, felicitari. Hinc ſubditur [Ad quid habet]. i.
permodicum habet [amplũ] extenſiue [magnificumq;] intenſiue [gloria]. i. fama, ſeu lau-
dibus hominum iuncta notitia [tam anguſtis exiguiſq; limitibus arctata]. i. non diffuſa
mihi per loca terræ habitabilia, tam ſtricta & numero parua. Inſuper nec per omnia lo-
C ca iſta poteſt diffundi, propter varias cauſas. Propter quod ſubditur [Adde]. i. per conſi-
derationem adiũge iam dictis [ꝙ hoc ipſum breuis habitaculi ſeptum]. i. ꝙ ſpatiũ iſtud
habitabilis terræ [plures incolunt nationes lingua]. i. ideomatibus [moribus]. i. conſue-
tudinibus, inclinationibus, obſeruantijs, apparatuq; geſtuum [totius vitæ ratione]. i. le-
ge & cultu [diſtantes, ad quas tum difficultate itinerum, tum loquendi diuerſitate, tũ cõ-
mercij inſolentia]. i. inquietudine mercationum [non modo fama hominum ſingulo-
rum, ſed ne vrbiũ quidẽ ꝑuenire queat] Iſtud experimẽtaliter cõſtat & ex ſcripturis pro-
batur, cũ & li. IIII. Regũ legatur, ꝙ Ioſaphat rex Iuda & Ioram rex Iſrael, atq; rex Edom, 4. Reg. 3
periclitantes in ſolitudine ꝑ aquæ penuria, anguſtiati ſunt valde, dixitq; Ioſaphat: Eſt ne
hic propheta domini, vt per eum deprecemur dñm? Ad quod dum vnus reſpõdiſſet, Eſt
hic Eliſæus propheta, q fudit aquam ſuper manus Eliæ, Ioſaphat ait: Eſt apud eum ſer-
mo domini: Ex quibus videtur ꝙ Ioſaphat nõdum audiarat famam Eliſæi. q tamen fu-
erat tam magnus propheta & plurium author miraculoꝝ. De iſto quoq; ſubdit Philo-
ſophia exemplũ [Aetate deniq; Marci Tullij] q fuit tempore Iulij Imperatoris & Octa- Cicero.
uiani, & à ſocio Octauiani cũ Anthonio fuit occiſus iam ſenex, vt li. de Ciuitate recitat
Auguſtinus, ac alio noĩe dictus Cicero inter rhetores princeps [ſicut ipſe quodam loco
ſignificat]. i. quodã libro deſcribit [nondũ Caucaſum montẽ Romanæ reip. fama trã-
ſcendat]. i. nondũ deuenerat ad homines commorantes trans montem ſic appellatum,
cum tamen Roma eſſet domina mundi, & tot bellis victorijſq; præclara. Porro, vt legi-
tur, Caucaſus mons eſt in regno Ciciliæ, vbi creſcit & piper: vſque quem montem tunc Caucaſus mons.
tendebatur Romanum imperium. In cuius montis auſtrali parte eſt ingens calor,

Q iiij & in

PROSA VII. & in parte eius aquilonari frigus intenſum. In quo etiam mōte niues abūdant. Propter D
quod à græco nomine καύκασος. i. niueus ſeu candidus, ipſe mons nūcupatur [Et erat tūc
adulta] .i. Romana politia fuit tempore Iulij multum prouecta & ſatis diu durauerat, ſic
ut & vnus homo fertur adultæ ætatis expletis, pueritiæ ſeu infantiæ annis [Parthis etiā
cæteriſq; id locorum gentibus formidoloſa,] id eſt, tam Parthi qui dicuntur fugiendo
pugnare ſagittando retrorſum, quàm aliæ gentes ea loca inhabitantes tūc timebant Ro
1.Mach.8. manos, etiam diu ante tempora Tullij. Vnde libro primo Machabæoꝝ habetur: Quicū
que audiebant nomen eorum timebant eos, quia quibus vellēt auxilio eſſe vt regnarēt,
regnabant: quos autem vellēt regno deturbabant & exaltati ſunt valde [Videſne igit̃]
oculis cordis [q̃ ſit anguſta, q̃ compreſſa gloria, quam dilatare ac propagare laboratis]
Iſtud patet & ſequitur ex prædictis [An vbi Romani nominis fama tranſire nequit, Ro-
mani hominis gloria progredietur] id eſt, non vtique veriſimile eſt, nec ſolitum vt fama
vnius perſonæ longius ac latius diffundatur, quàm fama communitatis, cuius pars eſt il
la perſona [Quid ꝙ diuerſarum], id eſt, quid dicis ad iſtud, & quid putas ſequi ex hoc, ꝙ
diuerſarum [gentium mores inter ſe, atq; inſtituta diſcordant] præſertim apud illos qui
habent leges diuerſas, in quibus variæ ordinationes & obſeruantiæ ordinantur, vt ſunt
Chriſtiani, Iudæi & Saraceni [vt quod apud alios laude, apud alios ſupplicio dignum iu
Ius natu- dicetur] quia quod in vna lege iubetur, in alia prohibetur. Attamen ius pure naturale E
rale. apud omnes eſt idem, niſi ſint aliqui valde corrupti, contra naturalem rationem agēdo.
[Quo fit] id eſt, ex iſto contingit [vt ſi quem famæ prædicatio delectet] id eſt, de ſua fa-
matione & laude glorietur [huic in plurimos populos nomen proferre, nullo modo cō-
ducat] id eſt, nullatenus proſit, ꝙ nomen eius & fama procul feratur ad gentes diuerſas
diuerſarum legum ac rituum, quia quod vna gēs in ipſo laudaret, alia vituperaret [Erit
igitur peruagata inter ſuos gloria quiſq; contentus] id eſt, merito debet cōtentari de fa-
ma ſua inter homines ſuæ legis, & intra vnius gētis terminos præclara illa famæ immor
talitas coarctabitur. Iſta ſunt plana. IOHAN. Senſus, fateor, imo & ſtylus iſte in ſuper
ficie planius eſt, ſed difficile mihi eſt videre qualiter vera ſint. Nónne Abraham, Iſaac, Ia
cob aliiq; prophetæ ac patriarchæ veteris teſtamenti apud Chriſtianos, Iudæos & Sara-
cenos famoſi ſunt? Socrates quoq; Plato, Ariſtoteles & alij clariores philoſophi? quidā
quoq; pugnatores egregij, Hector, Alexander, Iulius Cæſar? DIONYS. Philoſophia
videtur hic loqui ſecundum ea quæ contingunt, vt in pluribus. Iſti quoque qui aduerſis
gentibus collaudantur, in his taliter commendantur, in quibus diuerſæ gentes vnanimi
ter ſentiunt, & quantum ad hoc ſunt quaſi gens vna. Chriſtiani vero ſcripturas veteris
teſtamenti norunt eſſe diuinas, ideo laudāt eos qui in ſcripturis illis præconizantur. Phi
loſophos item laudamus, inquantum naturalem rationem recte ſecuti ſunt, & iuxta na F
turalem legem vixerunt. Porro impijſſimus Machometus ſic vtriuſq; teſtamēti ſcriptu-
ras à deo datas fatetur, vt nihilominus in multis contradicat vtriſque. IOHAN. Quo
modo poteſt hoc eſſe, cum hoc contradictionem implicare videatur? DIONYS. Nō-
ne Arrius, Neſtorius, Manichęus, Fotinus, Sabellius, Pelagius, ac cæteri hæreſiarchæ faſ-
ſi ſunt ſcripturam euangelicæ legis eſſe à deo, nihilominus contradixerunt ei in multis,
& quidam eorum aſſeruerunt eam eſſe inficiatam in multis paſſibus certis, quod & Sar-
raceni Machometum ſequentes vſque in præſens affirmant [Quod quàm ſtultum ſit di
cere, & quàm facillime ac apertiſſime reprobetur, in libris quos contra Alchoranum, id
eſt, contra librum legis Mahumeti edidi, in dialogo quoque diſputationis inter Chriſti-
anum & Sarracenum clarius demonſtraui. IOHAN. In quibus ergo conueniunt, &
in quibus diſſentiunt mutuo Chriſtiani & Sarraceni? DIONYS. Iſtud eſt quædam di-
Alchoram greſſio, tamen breuiter reſpondebo: Alchoram Arabicum nomen eſt, & interpretatur
collectio capitulorum ſeu legum, quia in libro illo continentur præcepta atq; capitula
Sergius legis vel potius fecis, quam Mahumetus finxit ſe accepiſſe à deo. In veritate autem acce-
hæreſiarc. pit eam à Sergio monacho apoſtata hæretico Neſtoriano. Neſtorius quippe Conſtanti
Neſtorius nopolitanus patriarcha & archiepiſcopus fuit hæreticus, renouans hæreſim Fotini hære
Fotinus. tici epiſcopi Meſopotamiæ, aſſerentis Chriſtum eſſe hominem purum, non verum de-
um. Sicq; tenent Sarraceni hucuſque, concedentes ꝙ Ieſus Chriſtus fuit verus Meſſias
in lege promiſſus, in prophetis pronuntiatus, per apoſtolos prędicatus. Sicq; fatentur ꝙ
fuit ſummus propheta, ſapientiſſimus atque ſanctiſſimus homo, filius virginis miſſus à
deo



A deo, non autem admittunt ꝙ fuit verus & naturalis filius dei, ſequētes in hoc præfatos Auicennæ
hæreticos. Quæ omnia in Alcharano conſcripta ſunt. Vnde & Auicenna Arabs, & Ma vesania.
humeti legem ſecutus ſaltē in multis, in methaphyſica ſua teſtatur ꝙ Ieſus Nazarænus
fuit multo ſapientior atq; moralior Mahumeto. Quod & ipſemet Mahon Balphimio
Varadaſt, id eſt, Mahumetus (multa etenim nomina habet) in ſuo faſſus eſt Alcharano.
Deniq; ait quatuor fuiſſe magnos prophetas. Quorum primus fuit Ieſus Chriſtus. Pri-
mus, inquam, perfectione & dignitate, non tempore. Secundus Abraham. Tertius Mo-
ſes. Quartus ipſe Mahumet. IOHAN. Magnum eſt ꝙ fides Chriſtiana etiam ab ad-
uerſarijs tot & talia teſtimonia habet: præcor ergo ne tędeat aliqua horum ex Alchara-
no teſtimonia allegare. DIONYS. Quinto Alcharani capitulo legitur: Angeli Mari-
am alloquentes, dixerunt: O Maria omnibus viris mulieribuſq; ſplendidior, mundior
atque iucundior, tibi ſummi gaudij nuntium cum verbo dei, cuius nomē eſt Ieſus Chri
ſtus, qui eſt facies omnium gentium in hoc ſeculo & futuro ſapiēs vir, optimus, ab vni-
uerſitatis creatore mittitur. Illa reſpondit: O deus cum virum non tetigi, quomodo con
cipiam filium? Angeli reſponderunt: Deo nihil occurrit impoſſibile, omnia prout vult
operanti. Ipſe filium tuum cum diuina virtute veniētem, librum legiferum omniſq; ma
giſterij peritiam, & teſtamentum ac euangelium edocebit. Ipſe Chriſtus cæcos & mutos
B curabit, morpheaticos ac leproſos mūdabit, mortuos creatore cooperante viuificabit.
Rurſus in Alcharano quaſi ex dei perſona dicitur ad Iudæos: Chriſtum Mariæ filiū, cui
commiſimus euangelium, quod eſt lumen & confirmatio teſtamenti, miſimus ò Iudæi.
In eodem libro legis Sarracenorum bis fertur, ꝙ Iudæi idcirco à deo abiecti ſunt ac per
mundum diſperſi, quoniam Chriſtum pro Meſſia eis promiſſo recipere noluerunt. Hęc
tibi ſufficiant, nunc ad literam redeūdum. [Sed q̃ multos clariſſimos ſuis tpibus viros]
.i. valde multos viros qui in tempore vitæ ſuæ fuerunt in ſapientia ac virtute præclari
[ſcriptorum inops deleuit obliuio] .i. à cordibus & memorijs hominū remouit ipſa ob
liuio indigens ſcriptoribus & hiſtoriographis. Qui quoniam talia geſta & verba nō de-
ſcripſerūt, ideo viri illi præclari obliuioni ſunt dati [Quanq̃ quid ipſa ſcripta proficiūt]
.i. q̃uis ipſa ſcripta hiſtorialia, & alia aliq̃d proſunt, quia ad aliq̃d vtilia ſunt [quæ] ſ. ſcri
pta [cum ſuis authoribus premit [.i. cōſumit [lōgior atq; obſcura veteſtas] .i. magna &
protracta antiq̃tas, qua paulatim præteritoꝝ memoria obruit, libri perdūtur & corrum
puntur. Ideo in Eccleſiaſte inducitur: Nō eſt priorum memoria, ſed nec eoꝝ quæ poſtea Ecclēs.1
futura ſunt erit recordatio apud eos q futuri ſunt in nouiſſimo. Saluſtius quoq; in Ca- Saluſtius.
telinario cōqueritur, ꝙ geſta Romanoꝝ ſunt nimis famoſa propter ſcriptoꝝ inopiam.
Athenienſium autem famoſiora propter ſcribentium copiam. Hinc etiam Auguſtinus Auguſtin.
C aſſerit expedire vt de eiſdē materijs diuerſi cōſcribant, q̃a non oīm ſcripta ad oēs deueni
unt [Vos vero immortalitatē vobis propagare videmini] .i. vobis apparet, ꝙ procuretis
quandam perpetuā permanentiā [cum futuri famā tpis cogitatis] .i. dum cogitatis ꝙ fa-
ma veſtra & vos ipſi per eā manebitis deinceps p̄ oīe tempus futuꝝ in cordibus hoīm.
[Quod ſi ad æternitatis infinita ſpatia pertractes] .i. ſi cōpares ipſum tempus quod nūc
habes [quid de nominis tui perpetuitate lęteris] .i. quid reſtat tibi vt merito glorieris de
hoc ꝙ poſt mortē habebis famā diuturnā? Q. d. Nō habes rationē aut materiā bonę glo
riationis in hoc [Vnius etenī hora momēti] .i. hora quātūlibet breuis & modica modi-
ciſſimi tp̄is, vt momēti q̃d pro inſtanti reputatur [ſi decē milibus cōferatur annis] .i. ſi cō
paretur quantulibet lōgo finito aut finiendo [q̃m vtrunq; ſpatiū diffinitum eſt, minimā
licet, habet tn̄ proportionē aliquā] .i. tempus illud breuiſſimum habet aliquā proportio
nem, q̃uis valde paruā ad tempus illud permaximū, quia vtrunq; finitū eſt. Propter q̃d
minimū illud toties poſſet repeti, ꝙ æquaretur maximo illi, quēadmodū vna hora, imo
minutum vnius horæ ac centeſima pars eius poſſet toties multiplicari, ꝙ cōſtitueret cē-
tū milia annoꝝ [At hic ipſe numerus annoꝝ] .i. numerus iſte decē miliū annoꝝ [eiuſq;
quantumlibet multiplex] .i. numerus eiuſmodi quātumcunq; multiplicatus, vt viginti
milia centum milia &c̄. [ad interminabilē diuturnitatem] .i. ad æternitatē [ne cōparari
quidē poteſt] .i. certe comparari non valet. Finiti enim & infiniti comparatio nulla eſt.
Nam quotieſcunq; finitum multiplicetur, nunquam conſtituit infinitum. Et hoc eſt q̃d
ſubditur [Etenī finitis ad ſeinuicē fuerit quædā, infiniti vero atq; finiti nulla poterit vn-
q̃ eſſe collatio] .i. quædā collatio, ſeu cōparatio [fuerit] .i. eſſe poterit [finitis] .i. vni rei fi
nitæ

PROSA VII. nitæ cum alia refinita, vt vni numero & ſpatio finito cum alio numero ſpatioq; finito, D
ſed finito cum infinito & econtra non eſt comparatio vlla proprie ſumpta & in genere
aliquo, q̃uis cretura dicatur ſimilis creatori p imitationẽ[Ita fit vt quamlibet].i.quantũ.
cunq;[prolixi].i.diuturni[temporis fama, ſi cũ inexhauſta].i.indeficiẽti [æternitate co
gitetur].i.cõparetur[non parua, ſed plane nulla eſſe videat̃].i.nullius momẽti.[Vos au
tem niſi ad populares aures]vel auras[inaneſq; rumores recte facere neſcitis].i.non ſci
tis iuſte agere virtuoſeq; viuere, niſi ad obtinendũ laudes hoĩm[& rumores].i.famas in
anes. Vel ſenſus eſt: Neſcitis agere recte, niſi ſecũdũ iudicium vulgariũ hoĩm. Hoc eſt, ea
agendo, q̃ ipſi reputant bona, ſeu eis ſunt placita. Et quocunq; hoꝝ modoꝝ agere bona
Ambroſi. ex gñe, non eſt vere agere bene, cũ ſit vana intentio. Nempe, vt ait Ambroſ. intentio tua
Matth. 6 imprimit ſpeciem operi tuo. Et Chriſtus: Si oculus tuus fuerit ſimplex. i. intentio ſynce
ra & recta, totũ corpus tuum lucidũ erit. i. tota cõgeries opeꝝ inde procedens erit virtu
Ibidem. oſa. Hinc de Scribis & Phariſæis propter hoĩm laudes & cõmoda ieiunantibus, oranti
bus, eleemoſynas dãtibus dixit frequenter: Amen dico vobis, receperunt mercedẽ ſuã.
Nec ſolum priuant ſe mercede ſalutis æternæ, pro qua hanc temporalẽ, vilẽ ac vanam fa
mam, laudẽ, commoditatẽ ſuſcipiũt, veꝝ æternam ſibi damnationẽ mercãtur [& relicta
2. Cor. 1 cõſciẽntiæ virtutiſq; præſtantia].i.abiecta dignitate ac atteſtatione bonæ cõſciẽtiæ, gra
tiæ ac virtutũ, de qua fatur Apoſt. Gloria noſtra hæc eſt teſtimoniũ cõſcientiæ noſtræ. E
Seneca. Veꝝ, vt Seneca eſt locutus, Famã multi verẽtur, conſcientiã pauci [de alienis præmia ſer
munculis poſtulatis] i.præmia bonoꝝ quæ videmini agere cõſtituitis in paucis verbis,
quibus ab alijs laudari, famari, ſublimari expetitis. Iſtud eſt opus infinitæ ſtultiæ, potius
Matth. 25 velle & quærere hoĩbus complacere, q̃ deo, & magis appetere mercedem temporalẽ, ina
nem, q̃ gloriam æternalem. Hi vani hypocritæ de numero ſunt fatuaꝝ virginum, q̃ non
acceperunt oleum in vaſis ſuis. i. charitatẽ, quæ inſtar olei vngit, lucet & lenit, ac ſpiritua
lem lætitiam de actibus virtuoſis non poſuerunt in cordibus & cõſcientijs ſuis. Idcirco
Iob. 27 à ſponſi nuptijs excluduntur. Ideo ſcriptum eſt: Nunquid deus exaudiet vocem hypocri
tæ, cum venerit ſuper eum anguſtia, aut poterit in omnipotẽte delectari. ¶ Conſequen
ter Philoſophia oſtẽdit iſtud per exemplum [Accipe in huiuſmodi arrogãtiæ leuitate]
.i.ad cognoſcendum plenius leuitatẽ vanæ gloriæ elationiſq; huius, & ad deteſtandum
eandem[accipe].i.aduerte[q̃ feſtine].i.q̃ prompte ac cito. Vel, q̃ feſtine.i. egregrie & vr
bane[aliquis illuſerit].i.ſapiens quidã recta intentione irriſerit quendã inanẽ & fictum.
[Nam cum quidam]Athenienſium[adorſus eſſet hoĩem cõtumeijs].i.aggreſſus fuiſſet
per opprobria ad probandum patientiam eius[qui]ſic probatus [non ad veræ virtutis
vſum].i.fructũ[ſed ad ſuperbam gloriã].i.gloriationẽ inanem [falſum ſibi philoſophi
nomẽ induerat].i. mendaciter reputauit & appellauit ſe appellariq; voluit philoſophũ F
[adieciſſetq;].i.ſapiẽs ille dixiſſet[ſe iam ſcituꝝ, an ille philoſophus eſſet] non ſolum ſci
Petientia. entia, ſed & virtute[ſiquidẽ].i.certe[ſi]ille probatus [illatas iniurias leniter patienterq;
toleraſſet].i.opprobria ſibi illata. Patiẽtia nanq; eſt oĩm probatrix virtutũ. Idcirco ſi ho
Prouer. 18 mo cõtumelijs cæteriſq; aduerſis patientiã habeat & cõſeruet, ſignũ eſt ꝙ ſit virruoſus
ac prudens. Ideo in Prouerbijs Salomon ait: Doctrina viri p patientiã noſcitur. Quo cir
Gregori. ca ſcribit Grego. Tanto vnuſquiſq; cõuincitur minus doctus, quãto minus patiens. Pro
Prouer. 14 pter q̃d denuo Salomon proteſtatur: Qui patiens eſt, multa gubernat̃ prudẽtia. His ſimi
Seneca. le eſt quod Seneca quoq; deprompſit: Ignis aurum probat, miſeria viros fortes[Ille pati
entiã pauliſper aſſumpſit].i.probatus ille forinſecus ſimulauit ſe patientẽ, nõ ex virtute,
ſed pro laude humana[acceptaq; cõtumelia]ab illo prudẽte[velut inſultãs]probãti, ꝙ. ſ.
iam per patientiã ipſummet viciſſet Iam tandẽ, inquit, intelligis ne me eſſe philoſophũ?
Tum ille]ſapiẽs[nimiũ mordaciter].i.tũc Atheniẽſis ille acriter valde reſpõdens[Intel
lexeram, inquit].i. cognouiſſem te eſſe philoſophũ[ſi tacuiſſes]nõ prorũpendo in verba
propriæ laudis. Præterea ſimile huic videt̃ quod in Collationibus patrũ & item in Vitis
Serapion. patrum narratur, quemadmodum quidam fratrum viſitans abbatẽ Serapionẽ, poſuit ſe
in terra ad pedes abbatis. Quem cum abbas admonuiſſet vt ſurgens ſecũ ſederet, ille q̃ſi
humilians ſe reſpondit ſe indignum ſedere in terra. Cum Serapion dixiſſet ad fratrem:
Fili mane in cella tua, non expedit tibi ita hinc inde tranſire, frater ille ad impatientiam
motus eſt, & impatientiæ ſigna oſtendit in vultu. Cui Serapion: Iam, ait, dixiſti te indi
gnum in terra ſedere, & modo non potuiſti vnum verbum pie admonitionis audire.
Heu



A Heu quàm multi ſunt tales, qui ſe verbis humiliant, increpati autem ab alijs, impati
entes redduntur aqtue redarguunt. ¶ Poſtremo tangitur ratio ſpecialis & apta, cur cõ
temnẽda ſit gloria vana, & fama humana. [Quid autem eſt quod ad præcipuos viros]
.i.ad ſapientes ac virtuoſos[de his enim eſt ſermo].i. de talibus loquor hic[qui virtute
gloriam petunt].i.propter virtutes ſuas quęrũt gloriã adipiſci, nõ per opa mala, vt iam
dictum eſt ſupra[Quid, inquam, eſt quod ad hos de fama poſt reſolutum morte ſupre
ma corpus attineat ] .i.quid ſpectat ad hos de fama habenda poſt corporis reſolutio
nem?[Nam ſi(quod noſtræ rationes credi vetant) toti moriuntur homines].i. ſi homi
nes moriuntur non ſolum quo ad corpus, ſed etiam quantum ad animam [quod ratio
nes noſtræ]philoſophicæ[vetant].i.prohibent[credi] quibus probatum eſt animas ra
tionales eſſe immortales[nulla eſt omnino gloria].i.fama illa defuncti non eſt alicuius
rei, nec aliquid ei confert[cum is cuius ea eſſe dicitur, non extet omnino. Si vero bene ſi
bi mens conſcia].i.anima ſit conſcientiæ bonæ[terreno carcere reſoluta].i.à carne mor
tali exuta[cœlum libera petit] .i. ad creatorem ſuum cœlo empyreo præſidentem regre
ditur, à vinculis vitiorum, ac omni reatu erepta & expers. Iuxta illud Eccleſiaſtis: Puluis Eccẽs. 12
reuertatur in terram ſuã, & ſpũs redeat ad deum qui dedit illum [nonne terrenum om̃e
negocium ſpernent].i.diuitias, delitias, poteſtatem, famã, laudem & gloriam ſeculi hu
B ius ac vitæ præſentis [quæ ſe cœlo fruens, terrenis gaudet exemptam?].i. quæ mens ſeu
anima[fruens cœlo].i.felicitate cœleſti ac rege cœlorum deo omnipotente[gaudet ex
emptam].i.liberatam[terrenis].i.à corpore iſto mortali, in quo etiam terra, quãtum ad
molem præ dominatur, quod ipſi animæ fuit frequenter ſpiritualium actuũ impedimẽ
tum, iuxta illud libri Sapientiæ: Corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & depri Sapien. 9
mit terrena habitatio ſenſum multa cogitantem.

## Difficultatum, quæſtionum huius proſæ & compendioſa abſolutio. ARTIC. XXVI.

### IOHANNES.

ORitur mihi dubitatio circa inducta, primo, An commẽdabile ſit bonam fa
mam & laudem gloriamq; appetere. Et videtur ex conſiderationibus Phi
loſophiæ nunc introductis, ꝙ non. In oppoſitum eſt, ꝙ Auguſtino teſtan
te, qui negligit famam, crudelis eſt. DIONY. Famam bonam appetere cõ
tingit dupliciter. Primo, ex priuato amore, & per reſpectũ ad ſeipſum. Hoc Fama quõ petenda.
eſt, ad proprium honorem ſeu commodum. Et hoc eſt ſuperboꝝ & cupidoꝝ, in ſe ho
norari & propria commoda optantium adipiſci. Quod item eſt hypocritaꝝ, quibus lo Matth. 23
C quitur dñs: Væ vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, qui comeditis domos viduaꝝ & pu
pilloꝝ, oratione longa orantes. Secundo, ex charitate ad dei honorẽ & gloriã proximo Homo qd deo qdq; proximo.
rumq; ædificationẽ, & propter iuſtitiæ debitũ adimplẽdum. Vnuſquiſq; eñi tenetur deo
conſcientiã purã, & proximo bonũ exemplũ, ſicut in Eccleſiaſtico ſcriptũ eſt: Vnicuiq; Ecci. 17 &
mandauit deus de proximo ſuo. Vbi rurſus præcipit: Curã habe de bono noĩe. Vnde & 41.
apud Matth. docet Saluator: Sic luceat lux veſtra corã hoĩbus, vt videãt bona opera ve Matth. 5
ſtra, & glorificẽt patrẽ veſtrũ qui in cœlis eſt. Sic itẽ nõ debemus velle laudari in nobis,
ſed in deo, iuxta illud in pſalm. In dño laudabit̃ anima mea, ſicut ſi qd boni in nobis eſt, Pſal. 33
hoc deo attribuat̃. Porro gloria multipliciter ſumit̃. Primo, pro lætitia, vt cũ ait Apoſt. Gloriã accipi multifariam.
Qui gloriat̃ in dño glorieẽ. Secũdo, pro maieſtate & excellẽtia. Vñ dr̃ in lib. Prouer. Sic
ut q mel cõedit multũ nõ eſt ei bonũ, ſic q perſcrutator eſt maieſtatis, opprimet̃ ã gloria. 2. Cor. 10
Et Iſaias ait: Plena eſt oĩs terra gloria eius. Tertio, pro clara cũ laude notitia. Gloriã pri Proue. 26 Iſaiæ 6
mo modo ſumptã debemus in deo appetere, cũ dicat Apoſto. Gaudete in dño ſemp. Et Philip. 4
Pſal. Seruite dño in lætitia. Similiter gloriã ſecũdo modo acceptã, vt in gr̃a atq; virtuti Pſalm. 99
bus ſimus veraciter excellẽtes, in om̃i humilitate, patiẽtia, obediẽtia, ſobrietate ac ſancta
dilectione. Idem dicendũ de gloria tertio mrdo dicta, vt agnoſcamur in bonis, & laude
mur tpe opportuno in oĩm bonoꝝ datore. Tñ, Seneca proteſtãte, magnũ eſt laudabilẽ Seneca.
eſſe & non laudari. IOH. Placet oĩno iſta reſponſio, ſed quæro, an etiã aĩæ ſanctæ in cœ
lo receptæ optẽt & amẽt has famas & laudes? DION. Quemadmodum reproboꝝ au
getur damnatio, dum eorum exẽplis & documentis iniquis viatores ad peccandũ trahũ
tur, ſic beatoꝝ augetur felicitas quantũ ad præmiũ accidẽtale, dũ eoꝝ exẽplis & doctri
nis

nis fideles inducuntur ad bona. Ergo ipſi volũt in deo laudari, glorificari, ac famoſi ha- D beri. Philoſophia autem in hac proſa docet, ne quis famam & gloriam in ſe aut propter ſe quærat. Imo, quantum in nobis eſt, & quoniam deum tam frequenter enormiterq; offendimus, debemus potius velle vituperari, contemni, irrideri, ab omnibus conculcari, præſertim hi qui nõ præſunt. IOHAN. Quia in textu expreſſum eſt, ꝙ gloriæ cupido & optimorum fama meritorum poſſint ad bene agendum allicere, quæro, an iſta ſint fines & præmia actuum virtuoſorum in præſidentibus? DIONY. De hoc ſanctus Thomas *(Thomas.)* in libro de Regimine regum: Quibuſdã, inquit, viſum eſt regis ſeu præſidentis præmium non eſſe niſi gloriã & honorẽ. Vnde Tullius lib. de republica dicit, regẽ gloria eſſe alendum. *(Cicero. Philoſop.)* Eius rei rationem aſſignare videtur Ariſtoteles, quoniam princeps cui non ſufficit honor & gloria, conſequenter tyrannus efficitur, verum ex hac æſtimatione inconuenientia multa ſequũtur. Nihil enim in rebus humanis videtur eſſe fragilius gloria & honore fauoris humani, cum dependeat ex opinionibus hominum, & verbis eorum, quibus nihil mutabilius eſt in hac vita humana. Deniq; cupido huiuſmodi repugnat veræ magnanimitati. Qui enim fauorem hominum quærit, neceſſe eſt in omni quod dicit aut facit eorum deſeruiat voluntati. Et ita dum omnibus ſtudet placere, ſeruus fit ſingulorum. Propter quod idem Tullius libro de officijs, cupidinem gloriꝗ dicit eſſe cauendam, quoniam eripit animi libertatem. *(Cicero. Principi boni quid proprium)* Rurſus, ad boni principis ſpectat officiũ, huma- E nam contemnere gloriam, ſicut & cætera temporalia bona. Imo fortis virtuoſiq; animi eſt pro iuſtitia deſpicere, non ſolum gloriam, ſed etiam vitam. Hinc fit quoddam mirabile, vt quia actus virtuoſos cõſequitur gloria, ipſaq; gloria virtuoſe contemnitur, vt homo ex contemptu gloriæ glorioſior fiat. *(Saluſtius.)* Propter quod de Catone narrat Saluſtius: Quo minus gloriam appetebat, eo plus eam aſſequebatur. Hinc & communiter dicitur: Honor, ſeu gloria ſequitur fugientem. Amplius, ex cupidine gloriæ principes multi ſeipſos & ſuos exercitus expoſuerunt magnis periculis. Habet itidem cupido gloriæ ſimulationem ſibi annexam. Cum enim difficile ſit paucisq; conueniat veras habere virtutes quibus ſolis honor debetur & gloria, multi gloriam cupientes, fiunt virtutum ſimilatores. *(Saluſtius.)* Ideo ait Saluſtius: Ambitio multos mortales falſos fieri cogit, aliud clauſum in pectore, aliud promptum habere in lingua. Itaq; quoniam reges & præſidentes ſunt dei vicarij ac miniſtri, præmiũ ſui regiminis ac laboris preſtolari debent à deo, non principaliter nec vltimate in præſenti, ſed in futuro in regno cœleſti, in quo tanto copioſius premiabuntur, quanto nunc ſyncerius quærũt bonum commune & dei honorem ex vera charitate & zelo iuſtitiæ. ¶Præterea ex his edocemur, ꝗ contemnenda ſit appetitio mũdani honoris ac gloriæ temporalis, etiamſi homo fieri poſſet dominus terrꝗ totius, cum tota habitabilis terra ſit quantitatis tam modicæ comparatiue loquendo. Quãto magis viles, vani & excæcati ſunt, qui deſiderio prælationis & præſidẽtiæ vnius prouintiæ aut vrbis, ſeu congregationis, perdunt animas ſuas, & ambitioni, quæ innumerabilium vitiorum origo eſt ſuccumbunt, deum ac cœleſtis regni principatum amittunt? F Erubeſcant ergo hypocritæ & ſimilatores, ac callidi qui contra ſe prouocant iram DEI. *(Iob. 36)* Audi qui talis es Auguſtinum dicẽtem: *(Auguſtin. In hypocritas.)* O hypocrita, ſi bonum eſt eſſe iuſtum, deuotum & virtuoſum, cur vis apparere quod non vis eſſe? Si malum eſt malum eſſe, cur vis eſſe quod non vis apparere? Si bonum eſt bonum apparere, melius eſt bonum eſſe. Si malum eſt malum apparere, peius eſt malũ eſſe. Aut ergo appare quod es, aut eſto quod appares. Gregorius quoq; teſtatur: *(Gregori.)* Qualis hypocrita imperitis hominibus eſſe videtur, talis vult ab oĩbus reputari, & paratior eſt mori ꝗ corripi. Hypocrita quot vitijs plenus eſt, tot ſtercoribus coram deo anima eius fœtet. Hypocritarũ corda diabolus tacitus tenet, & in ipſis ipſe quaſi quietus dormit, vbi eos quos poſſidet quieſcere non permittit. Ideo corã deo cor tuum ſemper conſtitue, coram eius conſpectu te diſcute, & coram oculis eius fictus, turpis, vitioſus conſiſtere erubeſce, cum Seneca dicat: *(Seneca.)* Non alius ꝗ optimus animus pulcherrimus dei cultor eſt. Poſtremo argumento philoſophiæ in fine proſæ huius tacto, ſimile fuit argumentum, Catonis *(Cato.)* quo ſibi animæ immortalitatem perſuaſit, ſic arguendo: Aut immortalis eſt anima, aut mortalis. Si immortalis, expedit ſi credere ac tenere, alioquin poſt mortem erubeſcemus de noſtro errore. Si mortalis, non nocet eius immortalitatem putare, quia poſt mortem inde non erubeſcemus, & interim bonæ ſpei exiſtimus.

Metrum



A

# METRVM VII.

QVicunq; ſolam mente præcipiti petit
Summumq; credit gloriam,
Late patentes ætheris cernat plagas,
Arctumq; terrarum ſitum
Breuem replere nõ ualentis ambitũ
Pudebit aucti nominis.
Quid o ſuperbi colla mortali iugo
Fruſtra leuare geſtiunt?
Licet remotos fama p populos means
Diffuſa linguas explicet.
Et magna titulis fulgeat claris domus,
Mors ſpernit altã gloriam,
B Inuoluit humile pariter & celſum caput,
Aequatq; ſummis infima
Vbi nũc fidelis oſſa Fabritij manẽt?
Quid brutus aut rigidus Cato?
Signat ſupſtes fama tenuis pauculis
Inane nomen literis.
Sed quid decora nouimus uocabula
Num ſcire conſumptos datur?
Iacetis ergo prorſus ignorabiles
Nec fama notos efficit:
Quod ſi putatis longius uiam trahi.
Mortalis aura nominis.
Cum ſera uobis rapiet hoc etiã dies,
Iam uos ſecunda mors manet.

## Explanatio ſeptimi huius metri. ARTIC. XXVII.

HOc in metro Philoſophia verſibus canit q̊d præcedenti in proſa proſaice de vanitate gloriæ ac famæ mundanæ deprompſit. Cuius contẽptibilitatem ac modicitatẽ primo declarat ex paruitate habitabilis terræ, reſpectu cœleſtiũ corporũ. Itaq; ait: [Quicunq;] homo [petit]. i. cupit & accedit [mente præcipiti]. i. corde inordinato, feſtinante atq; ſeipſum præcipitãte [gloriã ſolam]. i. famam et reputationem humanã duntaxat, [q;] pro & [credit ſummã]. i. ꝙ ipſa ſit gloria ſumma [cernat]. i. inſpiciat [plagas ætheris]. i. regiones corporis cœleſtis [late patentes]. i. vndique apparentes, iuxta illud pſalmi: Q̃m videbo cœlos tuos [q;] pro & [ſitum terrarũ arctum]. i. ſtrictũ cõparatione cœleſtium corporũ [pudebit nois aucti]. i. erubeſcet de ſua fama vulgata. *(Pſalm. 8)* Nõis inquam [non valentis replere ambitum terræ breuẽ]. i. nõ potentis deuenire ad vniuerſos commorantes in terra, quæ reſpectu cœli tam parua eſt. ¶Conſequenter idem oſtendit ex mortis conſideratione [quid]. i. ad quid [ſuperbi geſtiũt]. i. cu- C piunt [fruſtra leuare colla]. i. erecta ceruice ex tumore incedere [iugo mortali]. i. cũ onere ſuæ mortalitatis, ita ꝙ conſideratio propriæ mortalitatis nõ humiliat eos, iuxta illud Iob: *(Iob 15)* Cucurrit impius aduerſum deum erecto collo. Quo cõtra de ſe ſanctus fatetur Hieronymus: *(Hierony.)* Nihil à pueritia vitare ſic ſtudui, ſicut erecta ceruice incedere. Etenĩ in Eccleſiaſtico *(Ecci. 24)* increata ſapientia proteſtatur: Superborũ & ſublimium colla propria virtute calcaui [licet]. i. quamuis [fama means]. i. diffundens ſe [per populos remotos]. i. longe ab inuicem diſtantes [diffuſa]. i. vndiq; ſperſa [explicet]. i. ad loquendum de ſe reſoluat [linguas, & domus magna fulgeat titulis claris] id eſt, appellationibus ſeu laudibus inclytis [Mors ſpernit gloriam altam]. i. nõ parcit inhabitantibus [domos] tales [&] ipſa mors [inuoluit]. i. ſuꝗ corruptioni includit [caput humile pariter & celſum]. i. paruos & magnos [q;] pro & [æquat infima ſummis]. i. minimos & abiectiſſimos hoĩes maximis, id eſt, ſummis hoĩbus, quantum ad hoc ꝙ indifferenter tollit vniuerſos ac ſingulos, ſicut in verſibus dicitur: Mors fera, nequam, mors nulli parcit, & æquam. Cũctis dat legem, tollit cũ paupere regẽ. ¶Hinc Philoſophia per exẽpla probat huius vitæ famæq; mũdanæ breuitatẽ & inſtabilitatẽ [Vbi nũc oſſa fidelis Fabricij?] Q. d. In tumulo iacẽt, aut alibi ſunt diſperſa. Fuit aũt Fabricius *(Fabricius.)* cõſul Romanorũ, q vocatur fidelis, nõ fide aut fidelitate catholicæ fidei, quia paganus fuit, ſed fidelitate q̃ eſt pars iuſtitiæ naturalis politicæ, qm̃ valde fidelis fuit reip. de q̊ in geſtis Romanorũ multa legũtur, quorũ vnũ hoc eſt, ꝙ dum quadã vice miſſus à Romanis obſideret ciuitatẽ quandã Pyrrhi regis, pædagogus nobiliũ puerorũ ciuitatis illius callide pueros illos adduxit in manũ Fabricij. Qui tãtã infidelitatẽ pædgaogi deteſtãs puerisq; cõpatiẽs remiſit p ſuos miniſtros pueros ipſos ſuis pa-

R rentes

rētibus vna cũ pędagogo. Quo cognito Pyrrhus rex, ait: Fabricius eſt, ꝗ difficilius poſſet à ſua probitate deflecti, ꝗ̃ ſol à ſuo motu impediri[Quid Brutus, quid rigidus Cato], id eſt, vbi & ꝗd iam ſunt viri iſti Romani, olim præcipui, rectores boni cõis: Brutus autem expulſo ab vrbe Tarquinio ſuperbo vna cũ Collatino factus eſt conſul Romanoꝝ. Cato demum rigidus appellatur, quĩ iuſtus fuit & plurimũ ſerioſus, qui & prudentiſſimus fuit, & milites ſuos ſobolem atq; familiam rexit diſtricte[Fama]eoꝝ[ſuperſtes].i. poſt eos manens[tenuis].i. permodica, quia paulatim eſt minorata[ſignat].i. notificat[pauculis literis].i. per modica ſcripta[nomen inane].i. noĩa eoꝝ, quæ dicuntur inania, quĩ res ſeu perſonæ ſignificatæ per ea, non ſubſiſtunt quantum ad corpora [Sed quid nouimus vocabula decora].i. quamuis ſciamus illoꝝ viroꝝ nomina pulchra, quæ quamuis modo inania dicta ſunt ob cauſam expreſſam, tamen nunc decora dicũtur, quia illuſtrium olim perſonaꝝ ſunt noĩa[Num].i. nunquid ideo[datur].i. cõceditur[nobis videre cõſumptos].i. mortuos, eamq́; in puluerem reſolutos[Ergo]ò viri pręfati[iacetis]in ſepulchris quantũ ad corpora, totum enĩ denoĩatur frequenter à parte[ignorabiles prorſus].i. omnino ignoti faciali atq; ſenſibili cognitione[Nec fama efficit]vos[notos].i. ex fama veſtra non poteſtis diſtincte ac perfecte cognoſci[Quod ſi putatis vitam]veſtram [longius trahi].i. prolõgari[aura].i. rumore[nominis mortalis].i. famæ tranſitoriæ, tamen[cum dies ſera].i. vltima ſeu tarde veniens[rapiet].i. auferet[vobis hæc].i. hanc famam, quæ tandem obliuione deletur[Iam manet].i. expectat[vos mors ſecunda].i. damnationis miſæria, quæ eſt priuatio vitæ gloriæ, quæ mors pro peccatis infligitur etiam ſecundũ veram philoſophiam, ꝙ vt Pythagoras, Socrates, Plato dixerũt: quamuis mortem illam non putauerint eſſe æternam. Vel mors ſecunda vocatur obliuio, hoc eſt, deletio à memoria, qua mortui in memorijs hoĩm aliqualiter viuũt. Porro Pythagoras animas iniquoꝝ aſſeruit deſcendere in infernum, quæ etiam eſſe perhibuit in medio terræ. Plato quoq; in Phædone affirmat procul valde ſub terra altiſſimum .i. profundiſſimũ eſt baratrum. Et rurſus ibidem: Quicunq;, ait, nõ luſtratis nec expiatis in auernũ abierit in cœno iacebit. Veruntñ iſti dixerunt aĩas poſt certa tpa liberari, & rurſus incorporari. Auicẽna vero & Algazel aĩas ſemel ſeparatas amplius incorporari negãtes, dixerũt pœnas illas finiri poſt cõpetentem purgationẽ, quĩ nullũ violẽtum perpetuũ, animasq́; purgatas intelligẽtiæ infimæ copulari. Quod tñ nõ ſolum eſt cõtra euangelicã legem, ſed et contra Alchoranũ ſeu legẽ Mahumeti, in qua pœna inferni prædicat̃ æterna. Præterea ſicut nos Chriſtiani neminẽ dicimus veraciter religioſum, imo nec Chriſtianũ quantũlibet doctũ, niſi ſimul ſit etiã virtuoſus: ſic philoſophi neminẽ reputauerunt veꝝ philoſophum neq; philoſophi noĩe dignum, niſi virtutibus ꝗq; intentum. Et ſicut aſſerimus ad vitandũ vitia virtuteſq́; acquirẽdas ꝓcipue ſuffragari aſſiduã mortis memoriã, ita & ipſi. Vñ in Phædone aſſeruit Plato: Reuera philoſophantes morti ſe præparãt, & circa concupiſcentias nõ obſtupeſcere ſolis philoſophis cõpetit. Idcirco ſi videris aliquẽ moleſte ferre cũ debeat mori, nullo modo fuit philoſophus. Et rurſus: Meditatio philoſophoꝝ eſt ſeparatio & ſolutio animæ à corpore. Inſup de his Seneca dixit ꝗ plura: Philoſophia, inquiens, facere docet, nõ dicere tñ, & hoc exigit vt ad legẽ ſuam. i. iuxta Philoſophiæ inſtitutionẽ quiſq; viuat, ne ſermo vitę diſſentiat. Ante oĩa vide an in ipſa vita profeceris. Philoſophia non eſt populare artificiũ, non in oſtẽtatione nec verbis, ſed in rebus conſiſtit. Ideo hoc turpiſſimũ eſt ꝗd nobis obijci ſolet, ꝙ verba Philoſophiæ tractamus, nec opa exercemus. Ante oĩa mors ipſa ante oculos eſt habẽda, tam ſeni ꝗ̃ iuueni. Hinc hortatur S. Bernardus: In omnibus tuis memorare nouiſſima tua. Mortis horrorẽ, metuendum iudicij diuini diſcrimen, ardentis gehennæ metũ nunꝗ̃ patiaris ab oculis tuæ mentis recedere. Nihil ſic reuocat à peccatis, vt aſſidua & intenta meditatio mortis.

Marginal letters: D; E; F.

Marginal notes: Pythago. Socrates. Plato. — Auicenna. Algazel. — Plato. — Seneca. — Bernard.

## PROSA VIII.

SEd ne me inexonerabile cõtra fortunam bellũ gerere putes eſt aliqñ cum de hoĩbus illa fallax nõnihil bene mereat̃: tum. ſ. cũ ſe aperit, cũ frontẽ detegit, moreſq; profitet̃. Nõdũ forte quid loquar, intelligis? Miꝝ eſt, quod dicere geſtio, eoq; ſentẽtiam uerbis explicare uix queo. Etenĩ plus reor hoĩbus aduerſam, ꝗ̃ proſperã

prodeſ



A prodeſſe fortunã. Illa enĩ ſemper ſpecie felicitatis cũ uidet̃ blanda, mentit̃. Hæc ſemper uera, cũ ſe inſtabilẽ mutatione demõſtrat. Illa fallit, hæc inſtruit. Illa mendaciũ ſpecie bonoꝝ mentes fruentiũ ligat, hæc cognitione fragilis felicitatis abſoluit. Itaq; illam uideas uentoſam fluentẽ ſuiq; ſemper ignaram. Hãc ſobriã ſuccinctamq; & ipſius aduerſitatis exercitatione prudẽtem. Poſtremo felix a uero bono deuios blãditijs trahit: aduerſa plerunq; ad uera bona reducẽs uelut unco retrahit. An hoc inter minima æſtimandũ putas, ꝙ amicoꝝ tibi fideliũ mentes, hæc aſpera, hæc horribilis, fortuna detexit? Hæc tibi certos ſodaliũ uultus ambiguusq; ſecreuit. Diſcedens ſuos abſtulit, tuos relinquit. Quãti hoc integer et(ut uidebaris tibi)fortunatus emiſſes? Deſine nũc amiſſas opes quęrere, quod pretioſiſſimum diuitiarum genus eſt amicos inueniſti.

### Expoſitio octauæ huius proſæ. ARTIC. XXVIII.

B IN præhabitis oſtendit Philoſophia vanitatem atq; fallaciam fortunæ in proſperis, hic commendat eam in aduerſitatibus: & hoc pluribus rationibus probat, ſimul oſtendens tpalia eſſe potius ſpernenda, ꝗ̃ magnifacienda aut appetenda. Ait ergo Philoſophia [Sed ne inexonerabile cõtra fortunã gerere bellum me putes].i. me æſtimes ò Boethi, ꝙ geram implacabilem pugnam ſeu diſputationem cõtra fortunam, eam ex immoderata deteſtatione vituperando[Et aliquando].i. interdum contingit[cum de hoĩbus illa fallax].i. dum ipſa fallax exiſtens in ſuis effectibus circa hoĩes[nonnihil bene mereatur].i. aliqñ laudabilitatis promereatur, faciendo aliquid boni [tum. ſ. cum ſe aperit].i. tunc cum perfectiſſimum ſuum oſtendit qualis in veritate exiſtat [cum frontem detegit].i. modum ſeu exordium ſui acceſſus vel ſimulationẽ ſuã denudat & patefacit[moreſq́; profitetur].i. ipſo facto loquitur & declarat ſuas proprietates[Nondũ forte quid loquar intelligis].i. ſenſum verboꝝ iſtoꝝ & meã intentionẽ adhuc forſitan nõ aduertis[Miꝝ eſt ꝗd dicere geſtio]id eſt, ꝗd opto exprimere [eoq́; ſententiã verbis explicare vix queo].i. valeo. Facilius enĩ eſt alta & difficilia mente cõcipere, ꝗ̃ verbis exprimere, quemadmodũ facilius eſt dicere & docere, ꝗ̃ opere adimplere[Etenĩ plus hoĩbus reor aduerſam ꝗ̃ prodeſſe proſperam fortunã].i. fortunã proſperam in ſuo effectu ſeu effectũ fortuitum proſpeꝝ arbitror magis obeſſe ꝗ̃ prodeſſe,

C quantũ ad animaꝝ ſalutẽ, ꝗd iam frequenter ſupra poſitũ eſt. [Illa enĩ ſemper ſpecie felicitatis cũ videtur blanda, mẽtitur].i. fortuna proſpera [ſemp mẽtitur].i. falſe promittit [ſpem felicitatis].i. ſufficientiæ[cũ videtur blãda].i. demulcẽs ꝑ diuitias, delitias honoreſq́;[Hæc].i. fortuna aduerſa[ſemp vera eſt cũ ſe inſtabilẽ mutatione]ſui[demõſtrat] vꝫ per mutationẽ ſui effectus, dando aduerſa poſt proſpera [illa fallit].i. fortuna proſpera decipit felicitatẽ promittendo[hæc inſtruit]qa vexatio aduerſitatis dat intellectũ, per quã intelligit homo, ꝙ fortunæ proſperitas incerta, vana, inconſtans eſt[illa mendacium ſpecie bonoꝝ mentes fruentiũ ligat].i. fortuna proſpera[ligat].i. excæcat & in errorem detinet[mentes fruentiũ]q mentes fruentiũ]q bonis creatis, caducis fruuntur, illis inhærendo finaliter, in quibus ſibi felicitatẽ conſtituũt[mendacio].i. falſitate pręfata [ſpecie bonoꝝ].i. ſub apparẽtia & quadã ſimilitudine bonoꝝ veroꝝ. Malũ enĩ nõ appetitur niſi ſub ratione & ſimilitudine boni, ita ꝙ eſt bonũ apparens, cũ bonum ſit volũtatis ſubiectũ. Vel, ſpecie bonoꝝ mẽdacium.i. fallacium, vtputa diuitiaꝝ, delitiaꝝ &c̃. [Hæc cognitionẽ fragilis felicitatis abſoluit].i. fortuna aduerſa[abſoluit].i. falſam eſſe demõſtrat[cognitionem]mũdanæ beatitudinis, qua cognitione erronea qs putat in terrenis fortuitis felicitatẽ cõſiſtere. Vel, abſoluit.i. ab errore liberat mentes cognitione fragilis.i. terrenæ felicitatis, qua cognitione ſcitur ꝙ felicitas illa ſit fallax [Itaq; illã].i. fortunã proſperã[videas].i. cõſideres eſſe[ventoſam].i. elatione tumoris inflatã, qa proſperitas & opulẽtia talis extollit[fluentẽ ſemp].i. inſtabilẽ [ſuiq́; ignarã]quia execcat ita, ꝙ ex ea homo putat ſe eſſe felicẽ, cũ longe ſit aliter[hanc ſobriã ſuccinctamq́;, & ipſius aduerſitatis exercitatione prudentẽ].i. fortunã aduerſam aduerte eſſe[ſobriã].i. non præ

Isaiæ 28



ſum

METR. VIII. ſumptuoſam,ſed moderatã[ſuccinctãq;].i.expeditã & paratam ad meliora ꝑ hoc ꝙ fa D
cit hoīem ſeipſum cognoſcere,atq; prudentem]& expertã[exercitatione aduerſitatis]q̃
Iſaiæ 28 ad cognitionem veritatis præparat & inducit, iuxta illud Iſaiæ: Tantummodo ſola ve-
Iſaiæ.26 xatio dabit intellectũ auditui. Et rurſus Iſaias loquitur deo: In ttibulatione murmuris,
doctrina tua eis.In Ieremia quoq; iuxta tranſlationẽ LXX.interpretũ dicitur: Per oẽm
Eccl 34 flagellationem erudieris. Vnde in Eccleſiaſtico ſcriptũ eſt:Vir in multis expertus,cogita
bit multa.Eſtq; cõe verbũ:Qui nõ informatur ꝟbis,eſt informãdus verberibus. Philo-
Philoſop. ſophus quoq; ait:Qui contradicit ſenſui aut principijs ꝑ ſe notis indiget pœna. ¶[Con-
ſequenter ſubditur diſtinctio alia inter vtranq; fortunã[Poſtremo felix à vero bono de
uios blanditijs trahit]felix.i.proſpera fortuna[trahit].i.abducit[deuios].i.aberrantes
à via ſalutis[à vero].i.ſummo & incõmutabili[bono]q̊d eſſentialiter bonũ eſt & boni
tas ſupereſſentialis,indepẽdens,incircũſcripta,ſuppuriſſima,cuius cõparatione oĩe bo
Lucæ 18 nũ creatũ eſt quaſi nõ bonũ, cũ in euãgelio dicat Saluator: Nemo bonus niſi deus. Ab-
ducit aũt[blãditijs].i.per blanda & delectabilia,quibus affectus allicit, & iudicium ra-
Prouer.1 tionis corrũpitur,iuxta illlud Prouerbioꝝ: Auerſio paruuloꝝ interficiet eos,& proſpe-
Deute.32 ritas ſtultoꝝ perdet eos. Vñ in Deutero. habetur:Incraſſatus eſt dilectus & recalcitrauit
[Aduerſa plerunq; ad bona vera reducẽs velut vnco retrahit].i. fortuna aſpera,q̃ ſenſu
alitati videt aduerſa[reducẽs].i.occaſionaliter ac materialiter admonens hoīem reuerti E
Pſalm.26 [ad vera bona]i.ſpũalia & æterna,de qbus in pſalmo: Credo videre bona dñi in terra
viuẽtiũ.Item ad dona gratiæ in ꝑſenti,ac munera gloriæ in futuro.Finaliter vero ad ſu-
Seneca. perditiſſimũ ac ſuperſplendidiſſimũ fontẽ totius boni.Ideo Seneca dixit:Calamitas oc-
caſio eſt virtutis. Retrahit & auerſos à deo[vnco].i.ſua curuitate ſeu diſtortione,qua fa
cit mentẽ experimẽtaliter ſcire,ꝙ in temporalibus iſtis nõ eſt ſalus.Hoc expertus homo
Ierem.31 electus Ieremias fatetur:Caſtigaſti me dñe & eruditus ſum,quaſi iuuẽculus indomitus.
Oſeæ.2. Hinc animæ peccatrici & electæ dñs ait per Oſeã:Ecce ego ſepiã viam tuã ſpinis & ſepi-
am eam maceria,& dices: Reuertar ad viꝝ meum priorẽ.i. ſponſum cœleſtẽ, qa melius
mihi erat tũc q̃ nũc. Nõ eñ inuenit aĩa verã,ſalubrẽ ſtabilemq; quietẽ,niſi in deo,iuxta
Auguſtin. q̊d loquitur Auguſtinus:Dñe creaſti nos propter te,& inquietũ eſt cor noſtrũ q̊uſq; per
tingat ad te.Deinde tangit alia fortunæ aduerſæ vtilitas.[An hoc inter minima æſtimã
dum putas,ꝙ amicoꝝ tibi fideliũ mentes hæc aſpera,hæc horrilis fortuna detexit].i.nõ
vtiq; debes inter minima bona cõputare,ꝙ euentus iſte diſfortunatiſſimus,quo à maxi-
ma proſperitate ad maximã aduerſitatẽ deiectus es,ꝑduxit te ad cõſiderandum & agno
ſcendũ q ſunt tui fideles & cõſtantes amici: qui.ſ.in tanta aduerſitate tibi intime condo
lent & pro poſſe ſuccurrunt, nõ obſtante proprio eoꝝ periculo q̊ ſe ſciunt per hoc duriſ-
Cicero. ſimi iram tyranni incurrere. Amicitia quippe in aduerſis potiſſime cõprobatur.Propter F
q̊d libro de amicitia Tullius protulit: Quid dulcius,q̃ habere fidelẽ amicũ cum quo au-
deas loqui vt tecũ,q tibi in bonis cõgaudeat,in aduerſis cõdoleat: Qui ſi in aduerſis nõ
manſerit cõſtans,nõ verus eſt amicus.Deniq; grauiſſimũ crimen eſt amicũ ſe fingere &
nõ eſſe,in tñ vt IX.Ethicoꝝ dicat Philoſophus:Qui fingit ſe amicũ & non eſt, peior eſt
Eccl.6 eo qui fingit falſam monetã.Hinc quoq; in Eccleſiaſtico docet:Si poſſides amicũ,in ten
tatione poſſide illũ,& nõ facile credas illi teipſum,eſt eñ amicus ſecundũ tempus ſuum,
Prouer.17 & nõ permanet in tpe neceſſitatis. Veraciter ergo ait in Prouerb. Salomon: Frater in an
Lucæ 22 guſtijs cõprobatur. Hinc Chriſtus apoſtoloꝝ amicitiã laudãs, dixit in cœna nouiſſima:
Vos eſtis q permanſiſtis mecũ in tẽtationibus meis.[Hęc tibi certos ſodaliũ vultus am-
biguoſq; ſecreuit].i. fortuna aduerſa diſtinxit tibi inter facies amicoꝝ tuoꝝ ſtabilium
atq; nutantium,quoꝝ interiores apparatus & diſpoſitiones effectualiter tibi notificauit
[diſcedens,ſuos abſtulit,tuos reliquit].i. fortuna aduerſa recedendo à te ſecum aſporta
uit fictos inſtabileſq; amicos , qui nõ propter te ſed propter tua, propter terrenam pro-
ſperitatem,propter propria cõmoda ſua ſe tibi amicabiliter applicabant,quemadmodũ
Prouer.14 in Prouerbijs legitur:Amici diuitum multi[tuos].i.veros amicos tuos[reliquit]qui nec
propter aduerſa diſcedũt à te,de quoꝝ vnoquoq; ait ſcriptura: Omni tempore diligit q
Proue.17 amicus eſt:Et denuo:Vir amicabilis ad ſatietatẽ magis amicus erit q̃ frater[Quanti hoc
Prouer.18 integer(& vt videbaris tibi)fortunatus emiſſes] Quanti.i. pro quanto pręcio [emiſſes
hoc]vtputa diſcernere inter amicos veros & nõ veros[tu integer].i.in cunctis abundãs
nondum per aduerſa plurima laceratus[& vt].i. dum[videbaris tibi adhuc fortunatus]
id eſt,



A id eſt,proſperitatibus pollens:Hoc eñ ad plura valet,& pericula multa cauet,qm̃ multi
falluntur & grauia damna patiunt ex amicitijs fictis & falſis amicis. Imo vt Seneca Tul Seneca. Cicero.
liuſq; teſtãtur:Nulla peſtis tam apta ad nocẽdum,ſicut fictus amicus,ac domeſticus ho-
ſtis. De quibus in Ieremia habetur: Sagitta vulnerans eſt lingua eoꝝ. In ore ſuo pacẽ cũ
amico ſuo loqtur,& occulte ponit ei inſidias.[Deſine nunc amiſſas q̃rere opes].i.noli eſ Ierem.9
ſe ſolicitus ad recuperandũ terrenas opes deperditas [q̊d precioſiſſimũ genus diuitiaꝝ
eſt,amicos inueniſti].i. veros amicos q̊s in aduerſis expertus es tibi eſſe fideles,q multo
amabiliores,digniores & ꝑtioſiores tibi ſunt & eſſe debent,q̃ quæcunq; terrenæ diuitię,
iuxta illud Eccleſiaſtici:Amico fideli nulla eſt cõparatio. Amicus fidelis medicamentũ Eccl.6
vitæ & immortalitatis: nec eſt digna põderatio auri ad bonitatẽ fidei.i.fidelitatis illius.
De hac amicitia vera fat Hieronymus: Vera illa amicitia & Chr̃i glutino copulata, quã Hierony.
nõ vtilitas rei familiaris,nõ pręſentia corpoꝝ,nõ ſubdola & palpans adulatio, ſed dei ti
mor & ſtudia cõciliãt ſcripturaꝝ. Hæc amicitia charitatiue atq; fideliter corripit & emẽ
dat quicqd reprehẽſibile viderit in amico, quemadmodũ aſſerit Auguſtinus: Obiurget Auguſtin.
amicus amicũ nõ iactantiæ ſtudio, ſed charitatis affectu: neq; monitio nimis ſit aſpera,
nec obiurgatio cõtumelioſa. Oĩa autem cõtenta in proſa iſta præhabita ſunt etiã ſæpe,
nec immorari oportet. Et per fortunã aduerſam deſignantur euẽtus cõtrarij,ſeu quæcũ-
B que mala pœnalia,de qbus certũ ꝙ frequẽtius cõtingant electis q̃ reprobis. Et per talia
electi à peccatis purgant,ad profectũ gratiæ diſponũtur, Chriſti paſſionibus cõforman
tur,à futuris quoq; eruũtur ſupplicijs,& ad beatitudinẽ æternalẽ cõpendioſius perducũ
tur. Et quia per ea creſcunt in omni virtute & gratia,idcirco ꝑ ea illuminatur,humilian-
tur,deo iungũtur. Proſpera vero multa ſunt cauſa elationis,excæcationis,innumerabili
umq; culpaꝝ & infernaliũ tormentoꝝ,quoꝝ cauſa perhibetur fortuna. Cauſa,inquam,
per accidens: voluntas vero eſt cauſa peccati, nec ꝑ proſpera neceſſitatur ad mala culpæ,
ſed inclinatur, diſponit & occaſionẽ ſortit multiplicem. De his multæ authoritates fre-
quẽter inductę ſunt,vt ꝙ dñs ait:Ego vos amo,arguo & caſtigo. Et quod in Prouerbijs Apocal.3
ſcriptũ eſt:Diſciplinã dñi fili mi ne abijcias,& ne deficias cũ ab eo corriperis. Quẽ eñ di Prouer.3
ligit dñs corripit. Vnde & Ieremiæ dñs proteſtat:Caſtigo te ne tibi innoxius videaris. Et
II.libro Machabęoꝝ aſſeritur:Etenĩ nõ diu ſinere peccatoribus ex ſentẽtia agere,ſed ſta Ierem.29 2.Mach.6
tim vltiões adhibere,magni beneficij eſt indiciũ. Porro maxima atq; grauiſſima dei ira
eſt, ꝙ hoīem in ſua cõuerſatione iniqua permittit tpaliter proſperari,turpiter delectari,
impune peccare,ſicut de impijs legitur in lib. Iob:Impij viuũt cõfortati ſunt ſubleuatiq;
diuitijs, & non eſt virga dei ſup eos. Et qm̃ virga paternæ caſtigationis nõ puniũtur in Iob.21
præſenti,flagellis diuinæ vltionis atq; æternæ damnationis torquentur in futuro,quem
C admodum S. Iob ſubdit ibidem:Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna de- Ibidem.
ſcendunt. Noli ergo ad proſperitatẽ affici temporalẽ, aduerſa ſimul cũ patientia magis
gliſce q̃ proſpera. Ora deũ quatenus ſic te paternaliter caſtigare,ſic temporaliter viſitare
dignet,ne pereas in æternũ. Inſtrueris ex hac proſa diſfortunia magis q̃ fortunia affecta
re. Nẽpe,vt aſſerit Auguſtinus, magnæ virtutis eſt cõtra proſperitatẽ luctari ne illiceat, Auguſtin.
ne corrũpat:magnæ felicitatis eſt à terrena felicitate nõ vinci. Nemo aũt frangit aduer-
ſitatum moleſtia,q proſperitatũ delectatione nõ capit. Et ecce proſpera ſeculi huius ve-
ram habẽt aſperitatẽ. falſam iucunditatẽ,certũ dolorẽ,voluptatẽ incertã, duꝝ laborem,
frequẽtẽ mœrorẽ, & tandẽ ſequit oĩbus his intollerabilius malũ, infernale ſupplicium.

## METRVM VIII. libri ſecundi.

QVod mundus ſtabile fide
Concors uariat uices,
Quod pugnantia ſemina
Fœdus perpetuum tenent,
Quod phœbus roſeum diem
Curru prouehit aureo,
Vt quas duxerit heſperus
Phœbe noctibus imperet,
Vt fluctus auidum mare
Certo fine coerceat,
Ne terris liceat uagis
Latos tendere terminos:

METR. VIII.

Hanc rerum ſeriem ligat
Terras ac pelagus regens,
Et cœlo imperitans amor:
Hic ſi frena remiſerit,
Quicquid nunc amat inuicem,
Bellum continuo geret.
Et quam nunc ſocia fide
Pulchris motibus incitant,
Certant ſoluere machinam.
Hic ſanctos populos quoq; D
Iunctos fœdere continet,
Hic & coniugij ſacrum
Caſtis nectit amoribus
Hic fidis etiam ſua
Dictat iura ſodalibus
O felix hominum genus,
Si ueſtros animos amor,
Quo cœlum regitur, regat.

## Expoſitio metri huius octaui. ARTIC. XXIX.

QVia in fine proximæ proſæ Philoſophia cõmẽdauit amorẽ dicẽs, ꝙ cũctis diuitijs ꝓferatꝛ iam in hoc metro cõmẽdat diuinũ & increatũ amorẽ, oſtẽdẽs ꝙ ipſe ſit cauſa fontalis exẽplariſq; ratio, imo & effectiuũ principiũ oĩm reꝝ totiuſq; ordinis vniuerſi atq; cõnexionis & cõcordię tã diuerſoꝝ entiũ inter ſe. Ait ergo: [Amor regẽs terras & pelagus]. i. mare & oĩa elemẽta, & q̃ continent in eis, de E quo dictũ eſt ſupra: Oĩa certo fine gubernãs [& imperitãs cœlo]. i. aſſidue ac inceſſabiliter imperãs, reſidẽs ac preſidẽs cœlo, ac inde inferiora quoq; gubernãs [ligat]. i. manu tenet ſeu cõſeruat [hãc ſeriẽ]. i. cõnexionem & ordinẽ reꝝ [ꝙ mũdus variat concordes vices]. i. mutat vniformiter tempoꝝ vices ſeu horas. Quod facit mũdus, qm̃ ſit in mũdo, & naturales cœleſteſq; cauſę huius mũdi hoc agũt executiue, & principaliter deus, cuius inſtitutione ac iuſſu corpora cœleſtia ſuo motu cauſant tẽpoꝝ vices, vc; diẽ ac noctem, mẽſes & annos. Annus nanq; accipit & cauſat ex motu ſolis in propria ſphæra ab occidẽte in oriẽtẽ, quẽ ſemel cõplet in anno. Mẽſes vero ex cõpletione motus lunæ in ꝓprio orbe ab occidẽte in oriẽtẽ. Diſtinctio ꝟo dieꝝ ac noctiũ ꝓcedit ex circũuolutione ſolis q̃tidiana, motu raptus primi mobilis, iuxta q̃d legit in Gene. Dixit deus, Fiãt luminaria in firmamẽto cœli, & diuidant diẽ ac noctẽ, & ſint in ſigna, & tpa, & mẽſes, & annos [ꝙ ſemina pugnãtia]. i. elemẽta ſibijnuicẽ ꝑ ſuas q̃litates cõtrariantia [tenẽt fœdus ꝑpetuũ]. i. incorruptibilẽ cõſiſtentiã [& connexũ in ordine vniuerſi] ita ꝙ q̃uis mutuo cõtrarient & vnũ agat in aliud quãtũ ad partes extremas cõtiguas, nunq̃ tñ totaliter abinuicẽ corrũpunt, ea quoq; q̃ ſunt inuicẽ propinqora, ſymbolũ. i. cõuenientiã adinuicẽ habẽt maiorem. Ex hac cõſideratione etiã ſacra & ingenioſa virgo Barbara adhuc catechumena arguit & cõcluſit in corde ſuo vnũ eſſe oĩm creatorẽ, coordinatorẽ, rectorẽ & cõſeruatorẽ F qm̃ tã diuerſa atq; cõtraria, tã multa & magna inter ſe diſſimilia nõ potuiſſent in vnum ordinẽ tã ſtabilẽ & cõcordẽ, tã decoꝝ & cõnaturalẽ cõueniſſe ac ꝑmanere, niſi hoc totũ ab vno & eodẽ effectiuo ſapiẽtiali principio eſſet effectũ. Eodẽ itẽ argumẽto vtit Damaſcenus lib. II. [ꝙ phœbus prouehit]. i. ſucceſſiue producit [diẽ roſeũ]. i. claꝝ ac dulcem, qm̃ tẽpus diurnũ nocturno ſuauius ac medicinalius ꝓhibet quouſq; aduesperaſcat [curru aureo]. i. motu auriformi, decoro ſeu in ſua ſplendẽti quadriga, iuxta modũ loquẽdi poetaꝝ, etiamq; Platonis, vt ſupra expoſitum eſt [Et]. i. ꝙ [phœbe]. i. luna [imperet]. i. præſit [noctibus] illuminando & influẽdo ſicut præhabitũ eſt frequẽter [Vt mare]. i. oceanũ cingẽs & ambiẽs terrã totã [auidũ]. i. oĩm fluminũ ſuſceptiuũ inſtar auari qui pecunia nõ repletur, iuxta illud Eccleſiaſtes: Oĩa flumina intrant mare, & mare nõ redundat [Quas noctes heſperus duxit,] id eſt, ſtella veſpertina adduxit, quoniam illa apparente nox cõmuniter inchoatur [coerceat]. i. reſtringat & coarctet [fluctus]. i. inundationes ſuas intumeſcenteſq; fluctus [fine certo]. i. intra ripã & terminũ ſibi præfixos, quẽadmodum in Iob loqtur deus: Quis concluſit oſtijs mare, quando erũpebat quaſi de vẽtre procedẽs, cum ponerẽ nubẽ veſtimentũ eius, & caligine illud quaſi infantiæ pãnis obuoluerem? Circũdedi illud terminis meis, & poſui vectem & oſtia, & dixi: Hucuſq; venies, & nõ procedes amplius, & hic cõfringes tumẽtes fluctus tuos. Quod breuiter tãgens Pſalmiſta deprompſit: Cõgregans ſicut in vtre aquas maris, ponens in theſauris abyſſos. Ex quoꝝ cõſideratione debemus ſuperdigniſſimi creatoris maieſtatẽ ac ſapientiã admirari, eiuſq; oĩpotentiam colere ac vereri. Ad q̃d inſinuãdũ ipſe ꝑ Ieremiã locutus eſt: Audi

popu

Annus. Menſis. Dies. Noctes. Gene. 1

S. Barbaræ martyris philoſophia.

Ioh. Dam.

Eccẽs. 1

Iob. 38

Pſal. 32

Ierem. 5



A popule ſtulte, qui non habes cor. Me non timebitis, qui poſui arenã terminũ mari præceptum ſempiternũ, q̃d non præteribunt? Intumeſcent fluctus eius & nõ tranſibũt illud. [ne liceat] ſupple mari [tendere terminos latos]. i. extendere & dilatare ſuos meatus [terris vagis]. i. per campos & eremos, in qbus multi ac multa vagant. Vel ſenſus eſt, non liceat terris his vagis tendere terminos latos, ita ꝙ maior pars terræ fiat inhabitabilis, q̃ deus inſtituit. Ex his patet error quorundã philoſophoꝝ dicentium, ideo partẽ terræ in ſuperficie eſſe ab aquis diſcoopertam, habitationiq; hoĩm ac brutoꝝ patere, qa ſol ſuo calore illam ſiccat. Et q̃uis videatur innaturale, ꝙ terra grauior aquis pro parte emineat aquæ per reſpectũ ad particularem naturam, qua grauioribus competit eſſe deorſum attamen per reſpectũ ad vniuerſalem naturã iſtud eſt naturale propter conſeruandum ordinem vniuerſi, ad quem exigitur vita hoĩm ac brutoꝝ. Quod totũ Plato in Timæo multo melius clariuſq; expreſſit, q̃ diſcipulus eius Ariſtoteles in lib. ſuo de cœlo & mũdo aut alio loco, vt tangit Guilielmus in lib. de Vniuerſo. Hinc ait in primo Timęi: Terram vero matrem & altricem animantiũ oĩm terrenoꝝ conſtituit, vt ſcilicet illoꝝ habitationi & alimoniæ deſeruiret. Inſuper de curru aureo ſolis in eodẽ primi inducitur: Illa etiam fama quæ vobis quoq; comperta eſt, Phaetontem quondam ſolis filium currus aſcendiſſe luciferos, &c. Quod nõ iuxta literæ ſuperficiẽ eſt ſumendũ. ¶ [Conſequẽter B pandit Philoſophia, ꝙ niſi inſtitutu & influxu quodã diuini & increati amoris creaturæ in ſuis limitibus atq; ordinibus conſeruarent, protinus diſſoluerent ab inuicem, ordoq; rerum, imo & mundi machina repente relaberentur in nihilum. [Si hic] amor diuinus, qui deum ad mundi creationẽ ex propria ſua bonitate induxit, qa (vt S. Dionyſius proteſtatur) amor dei nõ reliquit deũ ſine germine. [remiſerit]. i. ſe à creatis ſubtraxerit & conſeruare deſtiterit [quicqd nunc amat inuicem]. i. naturalem inclinationẽ, connexionem, concordantiã habet cum alio [continuo geret bellũ]. i. mox diſcrepabit & diſſoluetur ab illo [& certẽt]. i. creata iſta certabũt & cooperabunt [ſoluere] ab inuicem diſſipare [machinã mundi]. i. ſpecies & indiuidua reꝝ. [Quam machinã, incitant nunc]. i. conſeruare ſatagũt [motibus pulchris]. i. decentibus actibus, conatibus & proportionibus ſuis adinuicẽ. His concordat q̃d in 2. Timæi Plato introducit, ſummũ deũ cauſis ſuperioribus cœleſtibus ſic loquentẽ: O dij deoꝝ, quorũ opifex idem paterq; ego, opa ſiquidem vos mea, diſſolubilia natura, me tñ ita volente indiſſolubilia. Omne ſiquidem iunctũ natura diſſolubile eſt, nec tñ vnq̃ diſſoluemini, quia voluntas mea maior eſt nexu veſtro, & vegetatior ad æternitatis cuſtodiã [Hic q̃q; amor continet populos cunctos]. i. ſpũaliter vnitos [fœdere ſancto] i. firmata lege boni amoris. Et hic amor [nectit ſacꝝ coniugij]. i. ſacramentũ matrimonij [amoribus caſtis]. i. mutuis dilectionis cõiugalis, C qua coniugati ſibijnuicẽ ſeruant fidem, ſicut ait Apoſt. Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus eccleſiã. [Hic]. i. amor iam dictus [dictat etiã]. i. præfigit & demonſtrat [fidis ſodalibus]. i. fidelibus ſocijs [ſua iura]. i. leges ac debitũ modum ſocialiter viuendi ad inuicem, vt habeant mutuo ſocietatẽ honeſtam, vnuſq; alteri non in malo, ſed in bono aſſiſtat, nec vnus alium ad aliquid vitioſum hortetur, nec propter alium tale qd operetur. Ideo ſcriptum eſt: Noli pro amico inimicus fieri proximo. Atq; vt Salomon loqtur: Homo amicabilis ad ſocietatẽ magis amicus erit, q̃ frater. Sic plane Dauid & Ionathas ſocietatẽ veram habebant adinuicẽ. Potiſſime quoq; in euangelica lege Amilius & Amicus, quoꝝ præclari & miri actus leguntur. Qui aũt ſocij ſunt in vitijs, erunt ſocij in tormentis, & peccatum vnius redundat in alium. Hæc eſt ſocietas vitioſa, qua vnus aliũ concitat ad peccatum, quæ iugiter eſt vitanda. [O quàm felix eſſet genus humanum] & ipſi vos homines [ſi amor] diuinus [quo regitur cœlum] id eſt, regnum cœleſte, cuncta quoq; cœleſtia corpora, & ipſa triumphans eccleſia. Cœleſtia autem corpora per intelligentias gubernantur & per animas nobiles, ſecundum Philoſophos. Principaliter autem originaliterq; à DEO, ſicut in libro de Cauſis habetur: Cauſa prima regit res omnes, præter quod commiſceatur cum eis. [Regat animos veſtros] ita quod diuinæ pietatis atque æternæ charitatis inſtinctibus, inſpirationibus, influentijs acquieſcatis. DEVS autem eodem amore omnia regit, quo condidit. Electos vero & iuſtos non ſolum efficienter regit ſuo æterno & increato amore, videlilicet rationales creaturas, ſed & formaliter regit eos directione amoris ſupernaturalis infuſi, vt puta cha-

Ierem. 5

Plato.

Ariſtotel.

Plato

Plato.

Ephe. 5

Eccl. 6

Prou. 18

1. Reg. 18. 20, 23

Liber cauſarum

PROSA VII. ta charitatis, qua excitat corda obedientia ac deuota ad omne bonum. Quæ vtiq; D
charitas ignis eſt, de quo in euangelio ait ſaluator: Ignem veni mittere in terram, & quid
volo, niſi vt accendatur? Regit item nos deus per angelos ſanctos, per prælatos, per præ-
ſidentes, per legem naturalem, diuinam, poſitiuam & ſupernaturalem. Vnde loquiť per
Oſeæ 8 Oſeã: Scribam ei multiplices leges meas. In Iob quoq; ſcriptum eſt: Vtinam deus oſten-
Iob 11 deret tibi ſecreta ſapientiæ ſuæ, & intelligeres ꝙ multiplex eſt lex eius.

## Pertractatio myſtica metri octaui huius lib. II. ART. XX.

PRæterea ſpiritualis intelligentia huius capituli ex præinductis ſatis elici po-
teſt. Hoc etenim agit dilectio creatoris ac ſaluatoris ad nos, ꝙ mundus. i. ec-
cleſia militans, ſtabili fide varias vices concordes. i. eiſdem temporibus redeũ-
tibus eadẽ renouat ac perſoluit diuina officia, atq; cuilibet horæ deputat cer-
ta obſequia ac præconia deo reddenda. Item, ꝙ ſemina pugnantia. i. caro &
anima contra ſeinuicem concupiſcentia, tenent fœdus perpetuum. i. concorditer & ex
pacto ſeruiant deo, carne in ſpiritus ſeruitutem redacta. Quod etiam phœbus. i. Chri-
ſtus ſol iuſtitiæ, prouehit. i. producit diem gratiæ & illuminationis diuinæ in eccleſia &
anima Chriſtiana. Luna q̃q;. i. eccleſia triumphans, ſeu beatiſſima virgo, imperat nocti-
Ephe. 5 bus. i. peccatoribus qui conuerti voluerint, qualibus ſcripſit Apoſtolus: Fuiſtis aliquan- E
do tenebræ, nunc autem lux in dño. Item, vt auidum mare. i. hoc ſeculum nequam coer-
ceat. i. non plus perſequatur iuſtos, q̃ Chriſtus præſtitit & permittit.

¶ Præterea ſi ſaluator charitatem nobis abſtulerit, nulla de cætero erit concordia ſa-
lutaris, & qui conſenſerunt ſalubriter ſtatim diſſentient, eritq; confuſio ordinis & pertur-
batio multiplex in tanta eccleſiaſtica hierarchia timo, qui nunc charitate formati alios
pacificare ac ordinare nituntur, charitate amiſſa in ipſis erunt turbulenti, aliosq; turba-
1. Iohan. 3 bunt. Porro per charitatem diuerſę gentes, tribus & linguæ ſunt vnum Chriſti ouile, &
vnus ſanctus populus dei, iunctus fœdere firmo, ita ꝙ parati ſunt pro fratribus animas
ponere. i. pro ſalute proximi mori. Nec ſine hac charitate valent coniugati ſacramentũ
Heb. 13 coniugij inculpabiliter obſeruare, ita vt impleãt illud Apoſtoli: Honorabile connubiũ
& thorus immaculatus, nec ſeinuicem ſpiritualiter & ſyncere diligere, ac monere quæ
ſunt ſalutis, ſic nec commendanda ac felix ſocietas ſine charitate poteſt habere. De his
quia frequenter præhabita ſunt, ita pertranſeo. Nec incertum, quin ſicut in corpore or-
ganico multa membra iunguntur, per varias ſuas colligationes, & vnum corpus conſti-
tuunt, ſic in Chriſti eccleſia fideles perſonæ per charitatem vnitæ eccleſiam vnam effici-
Galat. 3 unt, dicente Apoſtolo: Omnes vos vnum eſtis in Chriſto. In charitate igitur fixi
& integri iugiter ſtemus, ſine qua prorſus indigni ſumus Chriſtiani nomi- F
ne, cum ſanctus IOHANNES proteſtetur: In hoc co-
Iohan. 13 gnoſcent omnes quia diſcipuli mei eſtis, ſi charitatem
habueritis ad inuicem.

Libri ſecundi finis.

A # D. DIONYSII CARTHV-
# SIANI IN SANCTI MARTY-
## ris Seuerini Boethij de conſolatione philoſophiæ librum tertium enarratio.

## A. M. T. Seuerini Boethij de conſolatione philoſophiæ lib. III. PROSA I.

IAm cantũ illa finierat cũ me audiẽdi auidũ ſtupentẽq; arrectis
adhuc auribus carminis mulcedo defixerat. Itaq; paulopoſt: O
inquam, ſummũ laſſorꝝ ſolamen animorꝝ, quantũ me uel ſen
tentiarꝝ pondere, uel canendi etiam iucũditate refouiſti? Adeo,
ut me iam poſt hæc imparem fortunæ ictibus nõ arbitrer. Itaq; remedia,
quę pauloante acriora eſſe dicebas, nõ modo non perhorreſco, ſed audiẽ-
B di auidus uehementer efflagito. P. Tũ illa: Senſi, inquit, cum ṽba noſtra
tacitus attentusq; rapiebas, eumq; ſuæ mentis habitum uel expectaui, uel
(quod eſt uerius) ipſa perfeci. Talia ſunt quippe quæ reſtant, ut deguſtata
quidem mordeant, interius aũt recepta dulceſcant. Sed ꝙ tu me audiendi
cupidũ dicis, quanto ardore flagrares, ſi quonam te ducere aggrediamur,
agnoſceres? B. Quonam, inquam? P. Ad ueram, inquit, felicitatem, quã
tuus quoq; ſomniat animus, ſed occupato ad imagines uiſu ipſam illam
non poteſt intueri. B. Tum ego: Fac obſecro, & quæ ſit illa uera ſine cun
ctatione demonſtra. P. Faciam, inquit illa, tui cauſa libenter. Sed quę tibi
cauſa notior eſt, eam prius deſignare uerbis atq; informare conabor, ut ea
perſpecta, cum in contrariam partẽ deflexeris oculos, ueræ ſpecimen bea-
titudinis poſſis agnoſcere.

## Expoſitio proſæ huius I. ARTI. I.

C POſtq̃ libro ſecũdo Philoſophia adhibuit deſolato ſuo alũno Boethio medi-
cinalia mediocria, lenitiua, hoc eſt, muſica atq; rhetorica, argumẽta ac media
ad probandum, ꝙ de terrenæ proſperitatis amiſſione non ſit contriſtandum,
ſed potius gloriandũ. Hic ad idem probandum inducit probationes ac media
acriora, amplius ponderanda, oſtendẽdo quæ ſit & in quo conſiſtat felicitas falſa, & ex
oppoſito quæ & in quo ſit felicitas vera. Deniq; in huius tertij libri exordio oſtẽdit Boe-
tius, quantum fructum Philophia in ipſo produxerit, conſolando & inſtruendo eum, ſu-
per hæc ſe gratum eſſe declarans, & adhuc plenius edoceri ac conſolari peroptans. Itaq;
ait [Iam cantum illa finierat]. i. Philoſophia iam terminauerat documẽta ac ſuauia mu-
ſica metrica atq; proſaica, id eſt, rhetorica & proſaica in ſecundo libro digeſta, quibus fi-
nitis tanq̃ aliqualiter fatigata paululum ceſſauit ac reſpirauit, quemadmodum itinera-
tor vnã expleta dieta repauſat hoſpitio. Sic Cicero in ſuis libris ſe fatetur interdum ad
aliquantulum tempus intermiſiſſe ſtudiũ ſuũ, quatenus paulo poſt ardentius illud reſu-
meret. [Cum mulcedo] id eſt, dum ſuauitas cantus præfati [defixerat] id eſt, fixum in
ipſum audiendum [adhuc auribus erectis] id eſt, applicatis, vt diſtinctius & viuacius il-
lud audirem [me auidum audiendi] tam ſapientia verba, ſicut in Eccleſiaſtico dicitur: Eccl. 3
Auris bona cum omni concupiſcentia audiet ſapientiam. Vnde ſuper Iohannem lo- Auguſti.
quitur Auguſtinus: Ad ſapientiam audiendam debet homo auidas fauces habere [ſtu-
pentem] id eſt, cum mentis quodam ſtupore admirantem de ſententiarum profundita-
te ac vetuſtate ſermonis, ſicut & Plato ait in primo Timæo: Principium orationis, id eſt Plato.
ſermonis tui admiror. [Itaq; paulo poſt] id eſt, modicũ interuallum ſilentij philoſophiæ

PROSA I. [Inquam]id eſt,dixi,o tu philoſophia[ſolamen ſummum]id eſt,conſolatrix valde alta D
Seneca Philoſo. & magna. Propter quod Seneca dixit:Qui vult ſine tædio viuere,ſtudeat philoſophiæ,
quæ vt in Ethicis Ariſtoteles faſſus eſt,admirabiles delectatiões habet admixtas. Nem-
pe cum veritatis conſideratio ſit intellectus refectio,naturaliter eam delectat, quemad-
modum melodia auditum. [Quantum] id eſt,valde multum[me refouiſti]ideſt refo-
cillaſti[vel pondere].i.precioſitate[ſentẽtiarum].i.ſublimium ſenſuum, vel [iucundi-
tate canendi].i.dulcedine metrici tui ſermonis, in quo ſicut metris eſt frequens eleuatio
atq; depreſſio vocis.Imo horum vtroq; [adeo].i.intantum[vt non arbitrer]id eſt,non
putem aut iudicem [eſſe me imparem].i.inæqualem[ictibus].i.aduerſis euentibus[for-
tunæ] Sed q̃ importuna & dura fuerit illa in percutiendo,tam fortis & patiens ero in ſu-
ſtinendo: quia, vt docuiſti, ſalubrius eſt pati & habere aduerſa ,quàm proſpera. Vel
ſenſus eſt:Non arbitror me imparem ictibus fortunæ,id eſt,æqualiter ſum paratus ſuſci-
pere acceſſus fortunæ in proſperis & aduerſis , & qualitercunq; pulſet me conſtans ma-
Philoſo. nere propono,ſicut ait Philoſophus de homine virtuoſo, q̄ eſt quaſi tetragonus,id eſt,
firmiter ſtans qualitercunq; impellatur. Ex his patet q̄ verba philoſophiæ ſunt ponde-
roſa veritatis & vtilitatis valore. Verba autem inſipientium leuia ſunt & infructuoſa,
quamuis ipſi in eis delectentur,& ſapientialia putent. Propter quod quodam verboſo &
garrulo verba prophetante,quidam propheta dixit:Vtinam audires te auribus noſtris. E
Ecci 12 Hinc in Eccleſiaſte ſcriptum eſt::Verba ſapientum ſunt quaſi ſtimuli,&quaſi claui in al-
altum defixi , id eſt, firma & penetratiun , ſalubriter pungentia reos , & pungentia
Ecci 21 pœnitentes atq; deuotos. In Eccleſiaſtico quoq; ſcriptum eſt: Verba prudentium ſtate-
ra ponderabuntur. Vnde de homine ad loquendum inconſiderato,non veraci non fru-
ctuoſo communiter dicitur:Ipſe eſt leuis in verbis.[Itaq; remedia]id eſt medicinalia do-
cumenta[quæ paulo ante]id eſt, libro præcedenti [acriora eſſe dicebas]id eſt,ad intelli-
gendum ac implendum difficiliora, ſeu magis alta, perfecta ac ardua [non modo non
perhorreſco,ſed audiendi ea auidius vehementer efflagito.]Qui enim proficere incipit
& ſcientiarum dulcedinem paulatim plus experitur,ad profectum ſcientiæ ac virtutum
validius inflammatur. Propter quod ſapientia in Eccleſiaſtico teſtatur:Qui edunt me
Ecci 24 adhuc eſurient,& qui bibunt me adhuc ſitient.[Tum illa]videlicet philoſophia: [Senſi
inquit]id eſt,conſideraui ſic eſſe[cum verba noſtra tacitus attentusq; rapiebas]id eſt,ve-
3.Reg.20. lociter ac feruide audiebas,iuxta illud lib.3.Regum:Velociter rapuerunt verbum de ore
eius.Sic diſcipulus debet audire magiſtrum,prout in Eccleſiaſtico habetur:Audi tacẽs,
Ecci 32 & pro reuerentia accedet tibi gratia bona.[Cumq; tuæ mentis habitum vel expectaui]
id eſt,tunc verba noſtra ſic aduertiſti,dum expectaui habitũ mentis tuæ,id eſt,dum pre-
ſtolabar cognoſcere tuæ mentis diſpoſitionem [vel(quod eſt verius)ipſa perfeci]id eſt, F
verius eſt q̄ ego philoſophia perfeci,id eſt, formaui & compleui habitum tui cordis, qa
per verba mea conſolatoria & inſtructiua impreſſi diſpoſitiue bonam habitudinẽ, tran-
quillitatem & docilitatem in mentem tuam. Sicq; primam illam diſpoſitionem turbulẽ-
tam habuiſti à te,hanc vero tranquillam habes à me. Et quia Boethius fuit hucuſq; be-
neuolus & attentus ad audiendum, conſequenter prouocat eum ad diligentiorẽ dicen-
dorum attentionem,ſubdendo:[Talia ſunt quippe quæ reſtant,vt deguſtata quidẽ mor-
deant]id eſt,prima & ſuperficiali apprehenſione videantur amara , vtputa ſenſualitati
Ecci 6 moleſta, iuxta illud Eccleſiaſtici:Quàm aſpera nimis eſt indoctis hominibus ſapientia.
Gregorius Vnde Gregorius expoſitorie loquitur: Aduerſarius noſter in via eſt ſermo diuinus ſeu
ſacra ſcriptura, carnalibus deſiderijs noſtris contraria in hac vita. [Interius autem rece-
pta dulceſcant]id eſt,diligenter conſiderata mentem delectent,dum ſalubria eſſe noſcũ-
Philoſo. tur,quemadmodum potio medicinalis in ſe amara, guſtuiq; pœnalis,placet & dulcis eſt
Mich. 2 animo ægri inquãtum curatiua. Nam & ratio deprecatur ad optima. Hinc per Michæã
loquitur ſapiẽtia increata: Nonne verba mea bona ſunt cũ eo qui recte graditur? [Sed
q̄ tu te audiendi cupidum dicis]id eſt, quod tu aſſeris te auidum ad audiendum quæ di-
Iob 29 cam hoc approbo. Sic & ſanctus Iob dixit: Qui audiebant me aperiebant os ſuum qua-
ſi ad imbrem ſerotinum[Quanto ardore flagrares]id eſt,valde feruenti accendereris af-
fectu[ſi quonam te ducere aggrediamur,agnoſceres?]id eſt, ſi ſcires ad quàm ſublimia
atq; ſalubria documenta , ad quam præclaram felicitatem & altam contemplationem
inci-



A incipiemus iam te erigere ac transferre.[Quonam inquam?]id eſt,ego Boethius dico &
quæro:Quo me vis ducere? [Ad veram,inquit,felicitatem.]id eſt,philoſophia reſpon-
det,ad beatitudinem plenarie contentatiuam totius deſiderij tui te volo perducere[quã
tuus quoq; ſomniat animus] id eſt,quam intellectus tuus obſcure & imperfecte appre-
hendit,& naturaliter tuus cupit affectus. Omnis etenim mens creata beatitudinem natu-
raliter appetit,quamuis non omnes cognoſcant in quo conſiſtat,& quid ſit vera felicitas Beatitudinem naturaliter expetendam
Omnes quippe apprehendunt beatitudinem in vniuerſale tanquam bonum quoddam
perfectum,in particulari vero deueniant circa diſtinctam eius notitiam. Hinc quarto
de ciuitate dei loquitur Auguſtinus:Nemo eſt qui ſe nolit eſſe felicem. Quinto quoq; Auguſt.
de ciuitate dei: Omnium,ait,rerum optandarum plenitudinem, id eſt, plenam conſecu- Idem.
tionem & poſſeſſionem conſtat eſſe felicitatem.[Sed occupato ad imagines viſu]id eſt,
viſu tuo interiori,videlicet intellectu intento circa creaturarum imagines & ſenſibilium
formas[ipſam illam non poteſt intueri]id eſt,intellectus tuus ita rerum ſpeciebus depi-
ctus,non valet veram illam beatitudinem ſynceriter contemplari. Cum enim iuxta Phi- Philoſo.
loſophum contingat plura ſimul ſcire habitualiter,vnũ vero duntaxat intelligere actua-
liter , certum eſt quod mens tanto impotentior ineptiorq; conſiſtit ad conſiderandum
ſpiritualia & diuina, quanto plus immergitur ac detinetur circa inferiora. Hinc & in li- Liber cauſarum.
B bro de Cauſis aſſeritur,quod virtus tanto eſt fortior,quanto plus vnita. Hinc & Plato in Plato.
Phedone & libro de prophetijs diſſeruit, quod homines circa ſenſibilia occupati, & cir-
ca exteriora verſantes,vera bona ſpeculari & apprehendedere negligunt, nec ad illumi-
nationem ſecretam ſunt apti.[Tum ego]Boethius[fac obſecro] o philoſophia quo tan-
gis. Et ſumitur hic,fac,pro dicere ſeu docere[Et quæ vera illa ſit]id eſt, quæ ſit vera bea-
titudo [ſine cunctatione demonſtra] id eſt , ſine dilatione oſtende. Feruido nanq; af-
fectui dilatio eſt moleſta. Ideo Seneca in ſuis fatur prouerbijs: Celeritas in deſiderio Seneca.
mora videtur. Salomon quoq; in Prouerbijs ait: Spes quæ differtur affligit animam,li- Prou. 13
gnum vitæ diſiderium veniens.[Faciam,inquit,illa]puta philoſophia[cauſa tui] id eſt,
amore tui & propter tuam ſalutam [libenter]quod poſtulas, totum tamen principali-
ter atq; finaliter propter deum, & ad eius honorem & gloriam. [Sed quæ tibi cauſa no-
tior eſt]id eſt,falſam felicitatem,& fortunæ proſperitatem,quam ſatis expertus es [eam
prius deſignare verbis atq; informare conabor]id eſt,in primis illam tibi deſcribam,&
de ea informabo [vt ea perſpecta] id eſt , plenarie cognita [cum in contrariam partem
deflexeris oculos]id eſt,ad beatitudinem veram illi oppoſitam conuerteris intuitũ men-
tis.[vere ſpecimen beatitudinis poſſis agnoſcere]id eſt,clare agnoſcas forman & ſpecifi-
cam rationem ac decorem beatitadinis veræ veritate rei,quæ ſcilicet eſt ſummum homi-
C nis bonum. Oppoſita enim iuxta ſe poſita clarius innoteſcunt. Deniq; res poteſt cogno-
ſci tripliciter. Primo,per accidentia ſua , potiſſime per accidentia propria , quia ſecundũ Philoſo. Rem quãſque cognoſci trifariam
Philoſophum libro de anima,accidentia magnam partem conferunt ad cognoſcẽdum
quod quid eſt. Secundo,per ſimile. Et ita ex creaturis cognoſcimus creatorem,& per ef-
fectum cauſam. De duobus quoq; ſimilibus omnino dicimus: Vidiſtis iſtum,illum vi- Philoſo.
diſtis. Tertio,per ſuum contrarium. Vnde ſecundum Philoſophum,eadem eſt ſcientia Idem.
contrariorum. Propterea qui paupertatem expertus non eſt nec infirmitatem , non ſcit
perfecte quid ſit opulentia rerum,quanquam veraciter in Eccleſiaſtico ſcriptum ſit:Me- Ecci 30
lius eſt corpus validum q̃ cenſus immenſus.

## De ſpirituali intelligentia huius primæ proſæ. ART. II.

HOmo fidelis tentatus, afflictus periculis anguſtijsq; circundatus theologiæ
ſeu ſacræ ſcripturæ aut increatæ ſapientiæ conſolationibus ac doctrinis refe-
ctus,refocillatus,corroboratus fatet: Iam cantũ illa finierat.i.hymnos,pſal-
mos & cantica ſpũalia,quibus ſcriptura quotidie conſolat,inſtruit & confor-
tat fideles, qbus etiam cantibus iugiter laudat in eccleſijs deum omnium,
iudicem iuſtum,& deuotos oblectat, ac admonet ad Colocenſes,dicens: Pax CHRI-
STI exultet ſemper in cordibus veſtris,docentes & commonentes voſmetipſos in hy- Col. 3
mnis & pſalmis & canticis ſpiritualibus, cantantes in cordibus veſtris domino. His
theologiæ cantibus delectatus homo deuotus mira recreatur dulcedine, eaſq; diutius
cupit

PRIOSA VII. cupit audire cum Pſalmiſta confitens deo: Q; dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper D
Pſam. 118. mel ori meo. De hoc in libro Confeſſionum loquitur Auguſtinus, quemadmodum in
Auguſtin⁹ plaſmodijs eccleſiæ ſuauiter ſonantis liquefiebat & accendebatur, & pre dulcedine reſol
uebatur in lachrymas, ſic refocillatus fidelis ad theologiam & ſapientiam increatã excla
mat: O ſummum ſolamen oĩm animoꝝ laſſorum, quę in euangelio dulciſſime loqueris:
Matth. 11 Venite ad me oẽs qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiã vos. Et per Iſaiam: Confor
Iſaiæ 34 tamini manus diſſolutæ, & genua debilia roboramini. Qui puſillo animo eſtis conuale-
ſcite, & nolite timere. Ecce deus veſter veniet, & ſaluabit vos. Quantũ me refouiſti pon-
dere ſententiaꝝ ac ſuauitate pſalmoꝝ laudumq; diuinaꝝ? Quibus ſentẽtijs euangeliũ
ſancti Iohannis ſpecialiter plenum eſt, epiſtolæ quoq; Pauli apoſtoli, in qbus ſunt quæ-
2. Petri 3 dam difficilia intellectu, ſicut & princeps ait apoſtoloꝝ in 2. ſua Canonica, atq; vt ſuper
Auguſtin⁹ Iohannẽ loquitur Auguſt. Ex ore beatiſſimi Petri in die Penthecoſtes prædicantis prę-
cioſiſſima pondera veritatum cadebant. His leges diuinæ ſententijs & ſpiritalibus con-
ſolationibus animus roboratus ad quoſcũq; ictus fortunæ eſt præparatus, & cũ fiducia
Pſalmo 26 pſallit: Dñs illuminatio mea & ſalus mea, quem timebo. Ideo remedia acriora non per-
timeſco, hoc eſt, quamcunq; pœnitentiæ auſteritatẽ ſubire paratus ſum, imo & religio-
Galat. 3 nem quantumlibet arduã, & cum Apoſtolo humiliter dico: Mihi abſit gloriari, niſi in
cruce domini mei Ieſu Chriſti, per quẽ mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Hæc E
exercitia pœnitentialia, ſtatuta monaſtica, obſeruantiæ regulares deguſtata in princi-
Pſalmo 16 Pſalmo 43 pio mordent, ita vt ſeruus dei domino confitens dicat: Propter verba labiorum tuorũ
ego cuſtodiui vias duras. Et rurſus dicunt electi: Propter te mortificamur tota die, æſti-
mati ſumus ſicut oues occiſionis. Interius autem recepta dulceſcunt. Dum etiam in con
ſuetudinem veniunt & ſtrenue obſeruantur, facillima fiunt, & cum gaudio exercentur,
Pſalm. 118 iuxta illud in Pſalmo: In via teſtimonioꝝ tuorum delectatus ſum, ſicut in omnibus diui
Ezech. 3 tijs. Porro in Ezechiele & Apocalypſi deſcribitur, quemadmodũ liber datus Ezechieli,
Apoca. 10 liber quoq; datus Iohanni ad deuorandum fuit in ore eorum, dulcis tanq̃ mel, deinde
amareſcere fecit ventrem eorum. Sed hoc altiorem habet elucidationem. Sed quanto
ardore flagrares, ſi quo te ducere volo agnoſceres, ad veram ſcilicet felicitatem, quæ eſt
beatifica & fruitiua viſio dei perpetua? Quam ſi ſynceriter & condigne attenderemus,
eius deſiderio & amore vehementer accenderemur, infatigabiliter operaremur, neq; nos
aliquid tanta remuneratione dignum agere poſſe aut pati deuotiſſime fateremur, dicen-
Roma. 8 tes: Non ſunt condignę paſſiones huius temporis ad gloriam illam æternam. Sed proh
dolor ita exterius ſumus fuſi, ſic circa terrena atq; carnalia occupati, ꝙ propriam digni-
tatem aduertere, tamq; inæſtimabilem beatitudinem nobis promiſſam conſiderare ne-
Sopho. 1 gligimus. Ideo inſipientiſſimi ſumus, & conputruimus in fecibus noſtrę carnalitatis, ig- F
nauiæ & teporis, ſicut iumenta in ſuis ſtercoribus, ita ꝙ Chriſtus iudex noſter dicit de
Apoca. 3 quolibet noſtrũ id Apocalypſi: Quia tepidus es incipiam te euomere ex ore meo. Tan-
Gregor. ta vero beatitudine non eſt dignus, vt ait Gregorius, q pro ea quotidie non exorat cum
Iſaiæ 52 lachrymis. Excutiamur ergo de puluere, nec tanta ſalute patiamur nos ſpoliari: quia qui
eam amiſerit non ſolum tanta priuabitur gloria, imo etiam infernalia & æterna ſortiet
Auguſt. tormẽta. Intueamur quod S. loquitur Auguſtinus: Tanta eſt pulchritudo ſummę & in-
creatæ iuſtitiæ, tanta amœnitas bonitatis incircũſcriptæ ac primæ, tanta iucunditas lu-
cis æternæ, hoc eſt, incommutabilis veritatis atq; ſapientiæ, vt etiam ſi non liceret in ea
manere, ipſam videre eaq; frui niſi vnius diei hora, ꝙ propter hoc merito contemneren
tur innumerabiles anni vitæ præſentis pleni delicijs. O q̃ inæſtimabiliter delicioſum,
præclariſſimum deſiderabiliſſimumq; conſiſtit ipſam ſuperſanctiſſimam deitatem, &
ſuperbeatiſſimam trinitatem in ſeipſa clare, fruitiue ac ſecure ſine fine cõſpicere. Quàm
excæcati, vani & viles, & reuera miſerrimi ſunt, qui propter carnis ſpurcitias, mundi ho-
nores, opes terrenas, tanta ſe priuant felicitate, & inſuper intolerabiles ſibi meren-
tur pœnas gehennę, in qua nunq̃ inuenitur ſpes veniæ. Cur tu miſer & miſerabilis atque
ignobilis homo amplius ad caduca, q̃ ad creatorem tuum, tam infinite & incomparabi
liter bonum, pulchrum, ſuauem, & in omni perfectione, ſanctitate & gloria infinite ſu-
pereminentem afficeris?

## METRVM I.

Qui



A QVI ſerere ingenuum uolet agrum,
Liberat arua prius fruticibus,
Falce rubos filicemq; reſecat:
Vt noua fruge grauis Ceres eat.
Dulcior eſt apium mage labor,
Si malus ora prius ſapor edat.
Gratius aſtra nitent, ubi nothus
Deſinit, imbriferos dare ſonos.
Lucifer ut tenebras pepulerit,
Pulchra dies roſeos agit equos
Tu quoq; falſa tuens bona, prius
Incipe colla iugo retrahere
Vera dehinc animum ſubierint.

### Expoſitio metri huius primi. ARTI. III.

QVod in fine proſæ præcedentis philoſophia diſſeruit ſe primo velle falſam fe-
licitatem oſtendere quid ſit, vt vitetur, ſicq; veram beatitudinem declarare vt
apprehendatur, hoc in iſto metro deducit rationabiliter fieri per quædam ex-
empla, quia in primis neceſſe eſt mala eradicare, errores abijcere, damnabilia
B remouere, anteq̃ virtutes, ſapientia, beatitudo obtineantur. Ad quod inducit Philoſo-
phia quatuor ſimilia. Primum de agro [Qui]. i. quicunq; agricola [volet]. i. deſiderabit
[ſerere]. i. ſeminare [agrum ingenuum]. i. fertilem terram, ſicut in Ezechiele terra pro- Ezech. 20
miſſionis vocatur terraꝝ egregia, de qua fertur in Pſalmo: Pro nihilo habuerunt terrã Pſam. 105
deſiderabilem. [liberat]. i. purgat [prius arua]. i. ſulcos ſeu terras [fruticibus]. i. herbis
nociuis fructificationem impedientibus [que]. i. [reſecat]. i. amputat [falce]. i. huiuſce-
modi ferreo inſtrumento [rubos]. i. ſpineta [& filicem]. i. herbam ibi impertinentem ſic
nominatam [vt Ceres gratis]. i. grauida cauſa frugum, ſeu tellus fœcundata [eat]. i. pro-
ceſſum habeat vſq; ad meſſem [noua fruge]. i. recentibus bladis & fructibus quæ produ-
cit. ¶ Conſequenter ponitur ſecundum ſimile & exemplum [Labor apum]. i. mel q̃d
apes laborioſe producunt, colligendo ex floribus eius materiam [eſt dulcior mage]. i.
magis & perceptibilius [ſi ſapor malus. i. amarus, edat. i. efficiat ſeu mordeat, prius ora]
comedentium mel, quia ſic experimentalius percipiunt mellis ſuauitatem, eo ꝙ oppoſi-
ta iuxta ſe poſita euidentius pateant: & quia dulcedo mellis amaritudinem afflictiuam Philoſo.
expellendo guſtum releuat ampliusq; delectat. ¶ Sequitur tertium ſimile: [Aſtra ni-
tent. i. ſplendent, gratius. i. magis acceptabiliter, vbi nothus]. i. quãdo ventus ille auſtra-
lis interdũ intempeſtuoſus ac pluuiæ adductiuus [deſinit dare (. i. ceſſat emittere & cau-
ſare) ſuos imbriferos]. i. commotiones imbribus iunctas. ¶ Sequitur exemplum quar
C tum: [Vt poſtq̃ lucifer. i. ſtella matutina, pepulerit. i. expulerit, tenebras noctis] non ꝙ
totaliter eas remoueat, ſed pro parte ſuoq; ortu denunciat eas protinus expellendas per
ſolis aduentum [dies clara agit equos roſeos]. i. celeres curſus delectabilesq; proceſſus
ſeu rutilantem auroram, ipſos quoq; equos inſtar roſarum decoros atq; amœnos, tunc
agit. i. mouet & excitat ad currendum, ſecundum ꝙ tempus dicitur facere ea quæ fiunt
in tempore, vt dictum eſt ſæpe. ¶ Conſequenter philoſophia ad propoſitum applicat
iſta: [Tu quoq;, o Boethi, tuens]. i. conſiderans [prius falſa] & felicitatem falſam & eius
effectus, qui ſunt excæcatio mentis, læſio, perditio animæ ac totius damnatio hominis.
[incipe retrahere iugo colla]. i. mentis ceruicem & arbitrij libertatem inſtar colli erectã,
ſicut in libro Iob dicitur de ſuperbo: Cucurrit aduerſus deum erecto collo. Quo contra Iob. 15
in Eccleſiaſtico docetur: Deprime valde ſpiritum tuum, quia vindicta impij vermis & Ecci 7
ignis. Iugo. i. à ſeruitute falſę iniquitatis ac terrenæ proſperitatis. [Dehinc]. i. ſtatim hoc
facto [vera bona]. i. virtutes & meritorij actus [ſubierint]. i. ingredientur [animam]. i.
ſpiritum tuum ſeu mentem, nec oportet ꝙ ibi ſit prioritas temporis, ſed naturæ, niſi lo-
quendo de bonis veris ſecundum eſſe perfectum. Vitia etenĩ & errores ac falſitates non
expelluntur niſi per veram informationem & veritatis illuminationem atq; virtutum
adeptionem ſeu infuſionem, ſicut nec ægritudo niſi per ſanitatis acceſſum, & peccatum
per gratiam. Loquendo quoq; de virtutibus acquiſitis, virtutes paulatim non inſtanta-
nee acquiruntur, & primo acquiritur diſpoſitio, quæ ſucceſſiue fit habitus. Virtutes autẽ
infuſæ in inſtanti deſuper tribuuntur. Quibus infuſis non ſemper protinus expelluntur

 vitioꝝ

viciorum priſtinorum reliquiæ,neq; infectio fomitis,hoc eſt,pronitas ad peccãdum,de- D
bilitas reſiſtendi peccatis,& difficultas bene agendi:ſed quanto inſtantius exercet ſe ho
mo in actibus bonis exercitijsq; virtutum,inuocando dei auxilium, tanto plus iſtæ reli-
quiæ extirpantur, & bona eis contraria,hoc eſt,robur reſiſtendi tentationibus & pecca-
tis, firmitas ſtandi,facilitas & alacritas ad bene agendum creſcunt, augentur & perfici-
untur in eo,prout Alexander,Thomas,Bonauentura,Petrus,Richardus,& alij ſuper ſe-
cundum Sententiarum,& etiam ſuper tertium iſta concorditer ſcribunt.

## Enarratio metri huius primi myſtica. ART. IIII.

IVxta ſpiritalem intellectum,ager eſt cor humanum,in quo ſeminandum eſt verbum
dei,prædicatio ſalutaris,doctrina ſalubris. Iterum ſemen radicale ſcientiarum ac vir-
tutum ſunt habitus principiorum,tam in ſpeculatiuis q̃ practicis,ex quibus procedi-
Baſilius mus ad particulares ſcientias ac virtutes nobis innatas, vt in regula ſua ſanctus ſcri-
Iohan. Damaſcenus bit Baſilius & Damaſcenus libro ſecundo. Si ergo in ſcientijs itemq́; virtutibus cupis
Pſalm. 118 proficere,verbum dei audi libenter,& iuxta illud te rege,iuxta illud Pſalmiſtæ:In corde
Tob. 4 meo abſcondi eloquia tua,vt nõ peccẽ tibi. Hinc Tobias dixit filio ſuo: Audi fili mi ver
ba oris mei,& ea in corde tuo tanq̃ fundamenta conſtrue. Doctrinas quoq; magiſtrorum E
& patrum tuorum auide ſuſcipe,firmiter retine,nec à deſiderio & conatu proficiendi de
Sapien. 3 ſiſtas,quia vt ſcriptum eſt:Sapientiam & diſciplinam qui abijcit infelix eſt. Cumq́; ſciẽ-
tiæ ſine virtutibus ſint ſicut colores ſine lumine,ſcientiam tuam virtutibus orna. Arua
animæ tuæ,id eſt,potentias eius à vitijs & paſſionibus purga,moralibus ſtudendo ac in-
ſiſtendo virtutibus. Et primo omnium ſuperbiam omnium iniquitatum radicem pror-
ſus de corde tuo euelle,humilitatem,manſuetudinem,patientiam,caſtitatem,temperan
tiam inibi inplantare,ſtabilire,conſeruare non ceſſes,cum per Tobiam dicatur: Super-
Tob. 4 biam nunq̃ in ſenſu tuo nec in animo tuo dominari permittas. In ipſa enim ſumpſit in-
Ecci 6 itium omnis perditio. De hoc in Eccleſiaſtico multa ſunt ſcripta:Non te,inquit,extollas
Ecci 10 in cogitatione tua velut taurus. Qui in ſe tenuerit ſuperbiam, replebitur maledictis, &
ſubuertet eum in finẽ. Odibilis coram deo & hominibus eſt ſuperbia. Deus ſuperbis re
Iacob 4 ſiſtit,humilibus autem dat gratiam. Itaq; falce diuini timoris reſeca ab interioribus ani-
1. Petri 5 mæ tuæ rubos, id eſt,ſpinas & tribulos inuidiæ,indignationis, amaritudinis,ſolicitudi-
niſq; terrenæ,cupiditatis iniquæ,ſecularis & inordinatæ triſtitiæ. Multos nanq; occidit
Ecci 30 talis triſtitia. Et vt Salomon proteſtatur:Putredo oſſium eſt inuidia. Qui rurſus in Pro
Prou 14 uerbijs in perſona Sapientiæ ait de homine negligente,paſſionato: Per agrum hominis
Prou. 24 pigri tranſiui,& per vineam viri ſtulti,& ecce totum impleuerunt vrticæ,operuerant ſu-
perficiem eius ſpinæ. Inſuper labor apum,videlicet mel,id eſt,diuina conſolatio & ſpiri- F
tualis iucunditas ſuauior eſt in mente, quæ tribulationes, afflictiones,tentationes per-
peſſa eſt. Ideo dominus electos ſuos in talibus viſitat gratioſe, ſecundum illud Tobiæ:
Tob. 3 Poſt tempeſtatem tranquillum facis,& poſt fletum exultationem infundis. Ideo ad Co-
2. Cor. 1 rinthios ſcribit Apoſtolus:Benedictus deus qui conſolatur nos in omni tribulatione no
Pſalmo 93 ſtra. Et ſanctus Dauid regratians pſallit deo: Secuudum multitudinem dolorum meorum
in corde meo,conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Si ad hanc gratiæ liber-
tatem,ſapientiæ charitatem, virtutum ſplendorem cupis pertingere, incipe collum tuũ
Iſaiæ 52 retrahere à viliſſima vitiorum ac dæmonum ſeruitute, iuxta quod in Iſaia habetur:Ex-
cutere de puluere,conſurge,ſolue vinculum colli tui,& ei toto corde miniſtra,cui ſerui-
re, regnare eſt. Quia qui deo obſequitur,vincit ſeipſum,& præualet,imo & dominatur.
Seneca. Ideo Seneca dixit:Vis habere honorem,dabo tibi magnum imperium:Impera tibi.

## PROSA II.

TVM defixo paululum uiſu,& uelut in anguſtam ſuæ men-
tis ſedem recepta,ſic cœpit. P. Omnis mortalium cura, quã
multiplicium ſtudiorum labor exercet, diuerſo quidem calle
procedit, ſed ad unum tamen beatitudinis finem nititur per-
uenire.



A uenire. Id autem eſt bonum,quo quis adepto nihil ulterius deſiderare que-
at. Quod quidem eſt omnium ſummum bonorum, cunctaq; intra ſe con
tinens bona. Cui,ſi quid abforet,ſummum eſſe non poſſet,quoniam relin
queretur extrinſecus quod poſſet optari. Liquet igitur eſſe beatitudinem
ſtatum bonorum omnium aggregatione perfectum. Hunc,uti diximus,
diuerſo tramite mortales omnes conantur adipiſci. Eſt enim mentibus ho
minum ueri boni naturaliter inſerta cupiditas, ſed ad falſa deuius error
abducit. Quorum quidem alij ſummum eſſe bonum nihilo indigere cre-
dentes,ut diuitijs affluant,elaborant. Alij uero bonum quod ſit digniſſi-
mum ueneratione iudicantes, adeptis honoribus reuerẽdi ciuibus ſuis eſſe
nituntur. Sunt qui ſummum bonum in ſumma potentia eſſe conſtituãt:
hi uel regnare ipſi uolunt,uel regnantibus adhærere conantur. At quibus
optimum quiddam claritas uidetur, hi uel belli uel pacis artibus glorio-
B ſum nomen propagare feſtinant. Plurimi uero boni fructum gaudio læ-
titiaq; metiuntur:hi feliciſſimum putant uoluptate diffluere. Sunt etiam
qui horum fines cauſasq; alterutro permutent, ut qui diuitias ob potentiã
uoluptatesq; deſiderant: uel qui potentiam,ſeu pecuniæ cauſa,ſeu profe-
rendæ nominis petunt. In his igitur cæterisq; talibus humanorum actuũ
uotorumq; uerſatur intentio, ueluti nobilitas fauorq; popularis, quæ ui-
dentur qnandam claritudinem comparare:uxor ac liberi,qui iucunditatis
gratia petuntur. Amicorum uero,quod ſanctiſſimum quidem genus eſt,
non in fortuna,ſed in uirtute numeratur. Reliquum uero uel potẽtiæ cau-
ſa,uel delectationis aſſumitur. Iam uero corporis bona promptum eſt
ut ad ſuperiora referantur. Robur enim magnitudoq; uidentur præſtare
ualentiam,pulchritudo atq; uelocitas celebritatem, ſalubritas uoluptatẽ.
Quibus omnibus ſolam beatitudinem deſiderari liquet. Nam quod quiſ-
C que præ cæteris petit,id ſummum iudicat eſſe bonum, quod eſſe beatitu-
dinem definimus. Quare beatum eſſe iudicat ſtatum, quem præ cæteris
quiſq; deſiderat. Habes igitur ante oculos propoſitam fere formam felici-
tatis humanæ:opes,honores,potentiam, gloriam,uoluptates. Quæ qui-
dem ſola conſiderans Epicurus, conſequenter ſibi ſummum bonum uo-
luptatem eſſe conſtituit,eo quod cetera omnia iucunditatem animo uide-
antur afferre. Sed ad hominum ſtudia reuertor,quorum animus etſi cali-
gante memoria,tamen bonum ſummum repetit:ſed uelut ebrius domum
quo tramite reuertatur ignorat. Num enim uidentur errare hi,qui nihilo
indigere nituntur? Atqui non eſt aliud quod æque perficere beatitudinem
poſſit, quam copioſus bonorum omnium ſtatus,nec alieni egens, ſed ſi-
bi ipſi ſufficiens. Num uero labuntur hi,qui quod ſit optimum, id etiam
reuerentiæ cultu digniſſimum putant? Minime. Neque enim uile quid-
dam contemnendum eſt, quod adipiſci omnium fere mortalium labo-
rat intentio. An in bonis non eſt numeranda potentia? Quid igitur? Num
imbecillum ac ſine uiribus æſtimandum eſt, quod omnibus conſtat eſſe

PROSA VII. præſtantius? An claritudo nihilipendēda eſt? Sed ſequeſtrari nequit, quin omne quod excellentiſſimum ſit, id etiam uideatur eſſe clariſſimũ. Nam non eſſe anxiam triſtemq; beatitudinem nec doloribus moleſtijsq; ſubiectam, quid attinet dicere, quando in minimis quoq; rebus id appetitur, quod habere fruiq; delectet. Atqui hæc ſunt quæ adipiſci homines uolunt, eaq; de cauſa diuitias, dignitates, regna, gloriam, uoluptatesq; deſiderant, quod per hæc ſibi ſufficientiam, reuerentiam, potentiam, celebritatem, lætitiam credunt uenturam. Bonum eſt igitur, quod tam diuerſis ſtudijs homines petunt. In quo quanta ſit naturæ uis facile monſtratur, cum licet uariæ diſſidentesq; ſententiæ, tamen in deligendo boni finem conſentiunt. D

## Elucidatio proſæ huius II. ARTI. V.

HIC Philoſophia proſequitur quod præmiſit, oſtendendo quæ falſa & quæ vera felicitas. Primo tamen breuiter tangit, quid & in quo ſit vera felicitas. E [Tum] vtputa vltimo metro completo, Philoſophia, quæ hic per modum & ſub forma honeſtæ ac ſapientis matronæ deſcribitur [viſu(corporali) defixo]id eſt, inclinato [paululum] vt acutius conſideraret maturiusq; proferret quæ concepit, interiori quoq; viſu defixo, id eſt, humiliato, ſeu ad propriæ imbecillitatis conſiderationem reducto, vt ſic magis ſobrie & ſine præſumptione loqueretur innitendo dei auxilio, quemadmodum Plato ait in primo Timæi: Memento tam me qui loquor, quàm vos qui auditis homines eſſe, atq; ita in rebus ſublimibus mediocrem elocutionem magni cuiuſdam eſſe onus laboris. [& velut recepta] id eſt, quaſi eleuata eſt [in ſedem anguſtam (id eſt, in apicem)ſuę mentis]id eſt, ad ſupremum ſui acuminis, ſeu ſuperiorem partem rationis, quæ intendit rationibus æternis ac diuinis conſulendis & contemplandis, vt ſecundum decreta & conſilia ſummæ & increatæ ſapientiæ procedat & agat. Hæc ſedes & manſio mentis eſt anguſta, id eſt, ſtricta & ardua inter errores extremos contrarios medium tenens, quemadmodũ via ſalutis dicitur arcta, prout apud Matthæum ait Saluator: Quàm anguſta porta & arcta via, quæ ducit ad vitam, & pauci inueniunt eam. [cœpit ſic]id eſt, ita loqui exorſa eſt. [Omnis cura]. i. ſolicitudo, intentio, inclinatio ſeu affectio hominum [mortalium, quam(curam)labor]id eſt, occupatio ſeu conatus[ſtudiorum multiplicium]id eſt, actuum diuerſorũ, quod poteſt eſſe intranſitiua conſtructio. F [exercet]id eſt, actuat, format, exequitur, [nititur peruenire ad vnum finem beatitudinis]intranſitiue, vt ante, quemadmodum dicitur virtus dei, iſt eſt, virtus quæ eſt deus, hoc eſt, ad vnum beatificum finem, quæ eſt æterna felicitas. [Sed quidem (.i. pro certo)procedit]hæc cura[calle diuerſo] id eſt, per diſtincta & varia media, ſeu via multiplici. Deniq; vniuerſi fideles, qui vere cognoſcunt ad quam beatitudinem ſint creati, ſoliciti ſunt hanc beatitudinem adipiſci, & ad eam referunt quicquid agunt & habent, loquendo de eis inquantum fideles ſunt, id eſt, ex recta fide agentes. Vnde ad Roma. ait Apoſt. Habetis fructũ veſtrum in ſanctificatione, finem vero vitã æternam. Hinc apud Iohã. Chrs loquit deo patri de ſeipſo: Dediſti ei poteſtatẽ oĩs carnis, vt omne q̊d dediſti ei, det eis vitam æternã. Hæc eſt aũt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verũ deum, & quẽ miſiſti Ieſum Chriſtũ. Ad hanc felicitatẽ qdam tendunt per viam mandatorum. i. obſeruando p̃cepta dei atq; eccleſię, aliqui vero per viam conſiliorũ, obſeruãdo euangelica Chri conſilia, p̃ſertim tria, vt religioſi, & in vtraq; ſunt differẽtię multę. Nam qdam ſunt coniugati, qdam vidui aut viduæ, aliqui adhuc liberi ſeu ſoluti, qdam ſeculares, qdam canonici, quidã presbyteri, q tñ aliqua vota faciunt, religioſorũ quoq; diuerſa ſunt gña, inter q̊s ſunt quatuor mendicantiũ ordines, deinde Benedictini, Carthuſienſes, Ciſtercięſes, &c. Hi oẽs ad eundẽ numero beatitudinis finẽ tendũt, id eſt, ad ſummũ & incõmutabile bonũ, vtputa deum excelſum & glorioſum, q eſt beatitudo & finis beatificus, obiectalis, in q̊ tanq̃ in ſummo vnicoq; obiecto conſiſtit oĩs creatę mentis felicitas. Clara vero & immediata ac fruitiua eius cognitio, eſt beatitudo & finis ſimpliciter vltimus,

Plato. Matth, 7 Roma, 6 Iohan, 17



A mus, formalis, qui finis atq; fœlicitas eſt formalis immediataq; vnio mentis creatę cum beatitudine obiectali. Veruntamen ad huius beatitudinis formalis cognitionẽ non peruenerunt Philoſophi in lumine naturali, ſed per reuelationem ac fidem & theologię doctrinam innotuit hoĩbus iſta felicitas. Eſt demũ & naturalis quædã contemplatio ſummi boni, de qua dictum eſt ſæpe, in qua philoſophia & meliores philoſophi beatitudinẽ hoĩs ſtatuerunt, ad quam etiã diuerſi diuerſis callibus acceſſerunt, ad quã etiam per naturalis legis obſeruantiã recte iretur. Porro loquendo de vltimo fine & beatitudine in communi, oẽs tendunt ad beatitudinem eandem in gñe. Conſtat q̊q; ꝙ obiectalis beatitudo eſt eadem numero, quæ eſt ſummum & prorſus incommutabile bonum: beatitudo vero formalis & ſupernaturalis eſt eadem ſpecie, imo & ſpecies ſpecialiſſima. Similiter & beatitudo naturalis, formalis, contẽplatiua: beatitudo aũt formalis in cõmuni accepta eſt eodem gñe. Deniq; ad beatitudinem ſupernaturalem patrię vnuſquiſq; idonee tendit, ea adimplendo quæ ad ſuam ſpectant vocationẽ, profeſſionẽ aut ſtatum: vt ſi qd ſupererogauerit hoc proderit illi. [Id aũt]. i. beatificus ille finis[eſt bonum, q̊ adepto]. i. fruitiue poſſeſſo & clare per ſpeciẽ cognito [nihil vlterius deſiderari queat] q̊d ad beatitudinis ſpectat eſſentiam. Per q̊d obiectio ſoluitur, qua argui poſſit, ꝙ aĩæ ſanctę deum beatifice conſpicientes, adhuc deſiderant ſuorũ corporum reſumptionẽ & glorificationem, B quæ nõ ad eſſentialem & principalem felicitatẽ remunerationẽq; pertinent, ſed ad præmium accidentale. [Quod qdem eſt oĩm ſumma bonorũ] i. oĩm bonorũ altiſſimũ, imo vniuerſis & ſingulis bonis infinite præſtantius atq; perfectius. In quo, vt diuinus Dionyſius proteſtatur, eſt oĩm bonorũ & pulchrorũ ac deſiderabilium infinita ſimpliciterq; perfecta poſſeſſio, qm ipſum eſt primum & independens illuminatũ & ſuperſimpliciſſimum bonum, & eſt bonitas pura ac ipſa bonitatis eſſentia. Quod etiã in lib. de Cauſis, & in elementatione theologica Procli aſſeritur & probatur. Vnde ſubiungitur[cunctaq; intra ſe continens bona]. i. oĩm bonorũ ac oĩm rerũ perfectionẽ in ſe eminẽtiſſime ac ſimpliciſſime habens & cõprehendens: oĩa quoq; in ipſo ſunt virtualiter, cauſaliter, conſeruatiue, ſicut in primo fonte & primo cauſali principio, exemplariter etiam, idealiter atq; vitaliter ſunt in ipſo, iuxta illud Iohan. Quod factũ eſt. i. oĩs creatura, in ipſo vita erat. De quo ait Apoſt. Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt oĩa. [Cui ſi qd abforet]. i. ſi vlla ei deeſſet perfectio[ſummum eſſe non poſſet.] Quia in omni gñe primum eſt perfectum in gñe illo. Ideo primum bonum nõ eſſet ſummũ bonum, niſi oẽm in ſe perfectionem abſolute includeret. Propterea 5. Metaphyſices ait Philoſophus, ꝙ ſolum primum ens eſt ſimpliciter vniuerſaliterq; perfectũ. Quocirca aduertendũ eſt Anſchelmi documentũ, dicentis: Quicquid, ſimpliciter loquẽdo, melius eſt ineſſe, q̃ deeſſe, C (hoc eſt, quicquid perfectionẽ nominat abſolute) hoc conuenit deo, eſtq; in eo cum excellentia penitus infinitatimo conſubſtantialiter eſt idem ipſe, cui ait Pſalmiſta: Tu aũt idem ipſe es. [Quid relinqueretur extrinſecus q̊d poſſet optari]. i. aliqua eſſet perfectio in ipſa realiter non contenta, quæ & ab ipſo & ab alijs poſſit deſiderari, & ita nec deus in ſeipſo eſſet perfectus. Vnumquodq; eñ põt appetere perfectionẽ qua caret. Ex his elicit & concludit Philoſophia beatitudinis diffinitionẽ, ſeu potius quandã deſcriptionẽ. [Liquet igitur]. i. ex præhabitis conſtat [beatitudinẽ eſſe ſtatum bonorũ oĩm aggregatione perfectũ]. i. conſiſtentiã intellectualis naturæ, continentẽ in ſe omne bonũ, q̊d abſolute perfectionẽ deſignat, & appetibilius eſt habere, q̃ eo carere. De hac deſcriptione infra plenius dicã. [Hunc, vti diximus]. i. ſtatũ iſtum, ſicut iam tactũ eſt [diuerſo tramite]. i. varijs vijs ac medijs[oẽs mortales conantur adipiſci.] Contra hoc obijci poſſet, ꝙ multi nõ credunt talem ſtatum ac felicitatẽ homini eſſe poſſibilẽ, ſicut q aſſerunt animã humanam eſſe mortalem, ſicut infelix Auerrois. Similiter q opinant hoĩem creatum nõ eſſe, neq; pertingere poſſe, niſi ad beatitudinẽ naturalem, vt Auicenna & Algazel ſenſiſſe videntur. Conformiter, qui impie viuunt, & q felicitatẽ conſtituunt in diuitijs aut delicijs honoreue ſœculi, aut in poteſtate, fama, aut gloria tẽporali, de quibus & quorũ opinionibus iam introducta ſunt multa libro 2., nec hi q deſperant aut occidunt ſeipſos. Verum ad iſta patebit poſt pauca ſolutio in hac proſa, & pro nunc poterit reſponderi, ꝙ oẽs mortales. i. qdam de hominibus, vt ſit diſtributio pro generibus ſingulorũ, nõ pro ſingulis generum. Vel omnes recta ratione vtententes, qui ſoli digni ſunt homines appellari. Vel ſimpliciter, omnes optant adipiſci hunc ſtatum abſolute, quia credunt eum ſibi

Contẽplatio naturalis. S. Diony. Lib. cauſa. Proclus Iohan. 1 Roma. 11 Philoſo. Anſchel. Pſalm. 101. Auerrois error Auicennæ veſania

 eſſe

PROSA II. Philoſo. eſſe poſſibilem,vel ſub conditione ſi eſſet poſſibile. Vel optant hunc ſtatum, loquendo D
de eo in generali.i.aliquid quod ipſi apprehendũt vt tale bonum, aut ei magis conſimi-
le.Vel certe appetunt eum appetitu quodam naturali, ſecundum quod oẽs dicunt bea-
titudinem naturaliter deſiderare,vt dictum eſt.Hinc ſubditur:[Eſt em̃ mentibus hoĩm
veri boni naturaliter inſerta cupiditas] .i. naturalis inclinatio ſeu appetitur, habitudo
& ordo à deo inſita eſt & impreſſa omni menti humanæ, ſeu aĩæ rationali,ita ꝙ intelle-
ctus naturaliter inclinat, mouetur & tendit ad verum,imo ad primam veritatẽ actu aut
habitu, & concreatus eſt intellectiuæ potentiæ habitus primorum principioꝝ in ſpecu-
Philoſo. labilibus.Qui habitus à Philoſopho intellectus vocat in Ethicis. Habitus q̃q; primorũ
principioꝝ in agibilibus,quẽ multi vocãt ſynteriſin,vt ſuper 2. Sententiaꝝ diffuſe indu-
xi. Similiter voluntas naturaliter inclinat ad bonum,& ad ſummũ bonũ ac felicitatem,
Iohan. Damaſcenus iuxta quẽ modum Damaſce. aſſerit 1.lib.ꝙ oĩbus naturaliter inſerta eſt cognitio exiſtẽ-
di deum.[Sed ad falſa deuius error abducit] .i. fallax opinio,excæcatio,praua affectio,
erronea informatio mentẽ corrũpit,abducit à vero bono,q̃d eſt deus, atq; à bono in vni
uerſali bene & vere apprehenſo, ad falſa & deceptoria bona,q̃ ſunt bona apparẽtia,in q-
bus eſt aliq̃d vtilitatis ſeu delectationis, ſufficientiæ aut honoris, per q̃d trahit & allicit,
appetit atq; corrũpit & inficit intellectus iudiciũ, ita ꝙ errat in particulari,q̃uis rite ſen-
tiat in vniuerſali.[Quorum(hoĩm)alij].i.nonnulli[credentes q̃dem nihilo indigere eſſe E
ſummum bonũ]Hoc ſcd̃m vnum intellectũ eſt veꝝ,nec cõpetit niſi beatitudini increatę
ac ſuperbeatiſſimo deo,q̃ indiget oĩs creata eſſentia, in tm̃ vt nec in momento cõſiſtere
Pſalmo 15 queat ſine præſentia ac manutenentia eius, cui cantat Pſalmogra. Dixi dño,deus meus
es tu,qm̃ bonoꝝ meoꝝ nõ eges. Poteſt & ita intelligi:Nihilo indigere.i.nullius rei tpa-
lis & corporalis indigentiã habere eſſe ſummũ bonũ, q̃d eſt falſum:nec eſt mirum ſi ita
putantes dixerint diuitias ſeu in terrenis diuitijs eſſe ſummũ bonũ.Porro ſi ita intelliga
tur,nihilo indigere .i. competentiã ſeu ſufficientiã ſimplicẽ habere,eſſe ſummũ honum,
nec ſic videt verificari,qa beatitudo plenitudinẽ & abundantiã comprehendit prȩſertim
beatitudo ſupnaturalis.Nullo aũt indigere ex his,quæ ad beatitudinẽ requirunt ac per-
tinent,eſt vtiq; vera felicitas,vtputa ſtatus & conſiſtentia oĩm bonoꝝ aggregatione per
fecta.Qui aũt ſcd̃o modo intelligunt[elaborãt].i.vltra modum conant[vt affluent].i.
abundẽt[diuitijs]terrenis,quę tñ nõ ſunt veræ ac principales diuitiæ,ſicut oſtenſum eſt,
diuitias tñ potiſſimum amant,quia ſufficientiã quandam promittunt, cum & Salomon
Eccl 10 Philoſo. conteſtat:Pecunię obediũt oĩa. Et iuxta Philoſo. Nummus eſt quaſi fideiuſſor hoĩs in
indigentijs cunctis. [Alij vero bonũ q̃d ſit digniſſimũ].i.præſtantiſſimũ ac optimũ bo-
num[veneratione iudicantes] .i.reputantea conſiſtere in honore[adeptis honoribus re
uerendi ciuibus ſuis eſſe nitunt] .i. ſtudent potiſſime ad hoc,ꝙ à conciuibus honorent: F
ſicq; in honoribus iſtis mundanis & humanis felicitatẽ ſuam reponunt,q̃d reprobatũ eſt
ſup. atnec tñ hoc eſt tam deteſtabile & nociuum in præſidentibus, ſicut in voluptatibus
& diuitijs felicitatẽ locari:quia cum honor debeatur virtuti,tales ſolent curare,vt ſaltem
ſpecietenus & apparenter ſint honeſti & boni,nec ſunt ſubditis tam violenti & iniurioſi
Philoſo. vt præſidentes qui diuitias & voluptates ſuper oĩa quærunt,vt & Philoſophus loqtur,&
Thomas. Aegidius Roma. Thomas atq; Aegidius in libris ſuis de regimine regũ ac principũ introducũt. [Sunt q
ſummũ bonũ in ſumma potentia eſſe conſtituãt] .i.qdã exiſtunt,q conſtituãt.i. dicant
eſſe felicitatẽ in ſua potẽtia.i.in poteſtate ac dignitate præſidentiali,quã hñt aut obtine-
re deſiderãt.[Hi vel regnare].i.p̃ſidere alijs[ipſi volunt]ita ꝙ cũ libidine p̃ſunt, aut gli-
ſcunt præeſſe[vel regnãtibus adherere conant]vt ꝓmoueantur,& conregnare ſeu parti-
cipare in p̃ſidentia poſſint, aut conſiliarij aut ſecretarij principũ prælatorũue fieri[At]p
&,ſupple aliqui ſunt[q bus claritas].i.fama & gloria tpalis [videt eſſe optimũ qddã].i.
ſummũ bonũ[Hi feſtinant].i.accelerant[propagare].i.ꝓmulgare & ſibi efficere atq; ac-
quirere[nomen glorioſum] .i.rumorẽ magnificũ ad propriã laudẽ,nõ ad dei honorẽ,&
proximoꝝ profectũ[artibus].i.induſtrijs[belli].i.per ſtrenuos bellicos actus,vt Alexã
der rex[aut pacis artibus].i.p cõſilia pacificãdi diſcordes,aut cõſeruãdi pacẽ inter cõcor
Ambroſi. des,q̃d in ſe bonũ eſt,ſed ex ꝑuerſa intentione fit prauũ,dicente Ambroſio:Intentio tua
imprimit ſpeciẽ operi tuo.[Plurimi vero].i.valde multi[metiunt]menſurãt remunerã-
dum q̃d ſentiunt[fructum boni] .i. actum virtutis[gaudio].i.voluptate carnali[& lætiti-
tia].i.exultatione proprij cordis gloriando[Hi feliciſſimum putant voluptate defluere]
id eſt



A id eſt,in voluptatibus abundare.[Sunt etiam qui permutent].i. aliqui ſunt qui varient
[fines & cauſas horum].i. qui vnum prædictorum ordinant ad aliud,& econtra: & q̃d
vnus cupit pro medio,alter acceptat pro fine. Vnde expoſitorie & pro exemplo ſubiun-
gitur[Vt qui diuitias deſiderant].i.diuitias cupiunt,tãquam medium quoddam[ob po-
tentiam & voluptates].i. quatenus per diuitias adipiſcãtur dominium & delectationes
carnales[Vel qui petunt[.i.ſunt aliqui qui ecõuerſo petunt.i.quærunt & optant[poten
tiam].i.dignitates,officia.principatũ[cauſa pecuniæ] .i.finaliter ſeu intuitu ſeu amore
pecuniæ lucrandæ per poteſtatem[ſeu cauſa nominis proferendi].i. finaliter vt ſint ma
gis famoſi & cogniti.Iſtud quoq; in Ethicis Ariſtoteles ſcribit, quemadmodum vnum Philoſop.
peccatũ aſſumitur vt finis alterius, vt dum quis furatur aut fœneratur vt luxurietur, ad
quod ſine pecunia nequit pertingere. Et talis potius appellãdus eſt luxrioſus q̃ auarus,
quia à fine denominatio capitur. Alter luxuriatur vt ditetur.i. pecunias inde acquirat,q
magis cenſendus eſt auarus q̃ luxurioſus,quamuis vtriq; in vtriſque vitijs rei ſint.[Igitur
intentio,]id eſt,finis ſeu intuitus] actuum humanorum votorum,]id eſt, deſideriorum
[verſatur in his]id eſt,circa hæc occupatur,puta in quinque prædictis:quæ ſunt diuitiæ,
honor,voluptas,gloria & poteſtas,ita quod fama continetur ſub gloria[cæteriſq; tali-
bus]id eſt,in conſimilibus quę reducuntur ad iſta,de quibus ſubiungitur[Veluti]id eſt,
B ſicut ſunt[nobilitas] quæ ſecundum Philoſophum eſt antiquata opulentia.Et vt aliqui Idem.
addunt, etiam innata probitas, deriuata ex parentela. Ex qua ſecundum Albertum li- Albertus.
bro de laudibus beatiſſimæ virginis,frequẽter contingit quod filius regis,quamuis me-
lancolicus, ſit magis magnanimus, quàm filius ruſtici ſanguineus ſiue cholericus. [Fa-
uorq; popularis ] id eſt , applauſus & laus vulgi [quæ videntur quandam claritudinem
comparare]id eſt,ad famæ eminentiam pertinere.Sicut etiam [vxor ac liberi] id eſt, fi-
lij[qui iucunditatis gratia petuntur]id eſt,propter delectationem communiter appetũ-
tur[Amicorum vero quod ſanctiſſimum quidem genus eſt]id eſt,genus amicorum pro
certo virtuoſiſſimum,vtputa in bono honeſto fundatum [non in fortuna, ſed in virtu-
te numeratur]id eſt , merito computatur non inter bona fortunæ ſicut nec virtus , quæ
nec habetur nec acquiritur nec operatur niſi ex propoſito,ſed in virtute, id eſt, inter bo-
na virtutum quæ ex intentione habentur & agunt. Sicq; per genus amicorum deſigna-
tur vera & virtuoſa amicitia, qua vnus vult & exhibet alteri bonum propter ipſius pro-
fectum & felicitatem,nõ propter proprium commodum aut delectationem [Reliquum
vero]id eſt,aliud duplex amicitiæ genus[aſſumitur]id eſt, acceptatur ſeu exercetur [vel
cauſa potentiæ]id eſt, intuitu proprię poteſtatis agendæ ſeu vtilitatis per eam acquiren-
dæ aut conſeruandæ[vel cauſa delectationis] Itaque ſicut triplex eſt bonum,vtputa de- Bonum triplex.
C lectabile, vtile & honeſtũ: ita & triplex amicitia ſeu amatio in ipſis fundata. De quibus
pertranſeo,quia frequenter præhabita ſunt. ¶Conſequẽter declarat,quõ adhuc aliqua
alia corporalia bona reducant ad quinq; præfata. [Iam vero promptũ].i.facile eſt pen-
ſare[vt].i.ꝙ[bona corporis].i.bona corporalia[referant].i.reducant [ad ſuperiora].i.
ad quinq; bona ſupra expreſſa[Robur em̃[.i. fortitudo corporalis]magnitudoq;].i.pro
ceritas corporis[vident præſtare violentiã].i.cõferre ac deduci ad poteſtatẽ. Nam in cæ
teris paribus, in maiori corpore dicitur eſſe maior virtus. Hinc in ſcripturis magnitudo
ac robur quorũdam gigãtum deſcribitur, ſicut in Geneſi & libro Numerorum & libris Gene.6
Regum patet de Og & Golia ac alijs. [Pulchritudo atq; velocitas] præſtant celebritatẽ Nume.21 Deute.3
.i. famam ſolennem. Hoc patet de Abſolon filio Dauid; & de Azael filio ſororis ipſi- 1.Reg.17
us Dauid. Qui Azael fuit velociſſimus curſor [Salubritas voluptatem] id eſt, ſanitas 2.Reg.14
confert & ſpectat ad delectationẽ.[Quibus omnibus]id eſt,in quinque præfatis & cæte 2.Reg.2
ris quæ reducuntur ad ea [liquet] id eſt, patet[deſiderari ſolam beatitudinem]id eſt, fe-
licitatem iſtam terrenam, quam inſipientes reputant ſolam & veram beatitudinem eſ-
ſe, quoniam bona hæc putant eſſe potiſſima. [Nam quod quiſque præ cæteris petit,]id
eſt, quod vnuſquiſque appetit de reliquis rebus[id ſummum bonum iudicat eſſe] quia
in illo ſibi conſtituit finem, quod eſſe beatitudinem definimus. [Sed ſummum bonum
eſſe beatitudinem definiuimus] id eſt , determinauimus . [Quare quiſque indicat ſta-
tum ] illum [beatum ] formaliter [ quem deſiderat præ cæteris ] ſtatibus. [Habes igi-
tur ante oculos ] id eſt, clare nunc vides oculo intellectuali [formam felicitatis huma-
næ propoſitam] tibi in his [fere], id eſt, quaſi totaliter , quamuis adhuc non ſatis clare.

PROSA II. ¶Deinde exprimit ea quæ ſunt quaſi forma huius apparẽtis & falſæ felicitatis terrenæ. D
[Opes,honores,potentiam,gloriam,voluptates]quæ in quinq; iam ſæpe expoſita ſunt.
[Quæ quidem Epicurus].i.philoſophus nomine Epicurus,de quo dictum eſt ante[con
ſiderans]hæc quinq;[ſola].i.præ cæteris,tanquam principalia bona[conſtituit].i.poſu
it[conſequenter ſibi].i.ex vi argumentationis ſuæ,tanquam concluſionem ex dictis ſu-
is ſequentem[Voluptatem]carnalem guſtus & tactus [eſſe bonum ſummũ] formaliter
magis q̃ aliquid alioꝝ[eo quod cætera omnia].i.ob hoc quod alia quatuor iam expreſ-
ſa[iucunditatem animo videantur afferre].i.adducere & cõferre ad voluptatem,ad quã
requiruntur diuitiæ,& cætera cooperantur ad habẽdum materias delectationum exhu-
beranter.Deniq; de his quinq; aſſignatur ſufficiẽtia quædam,qm̃ omne bonum aut eſt
vtile aut delectabile aut honeſtum.Illi ergo qui dicunt ſummum bonum eſſe bonũ vti-
le,felicitatem conſtituunt in diuitijs.Et qui dicũt ſummum bonum eſſe bonum delecta
bile,felicitatem ponunt in delitijs.Qui enim ſummum bonum aſſerunt eſſe bonum ho-
Ratio duplex. neſtum,diuerſificantur, qm̃ bonum honeſtum eſt bonum ſecũdum rationem.Ratio au
tem eſt duplex, vz ſpeculatiua & practica. Sed de bono honeſto quod in ſpeculatione
conſiſtit,rudes iſti non loquebantur qui ſola exteriora & manifeſta attendebant. Et ita
de bono rationis practicæ aliquid tractauerunt, & tale bonum ſecundum eos conſiſtit
vel in hoĩm opinione: & ita eſt de gloria, de qua nunc ſermo vel in exercitio proprij a- E
ctus circa alios, & ſic eſt poteſtas: vel in exercitio actuum aliorum circa ſe, & ita eſt ho-
Epicurus. nor.Porro Epicurus omnia ad materiam retulit quam dixit eſſe totam reꝝ ſubſtãtiam,
formas quoq; ſubſtantiales dixit nõ eſſe niſi accidentales modos,diſpoſitiones,harmo
nias & qualitates in ipſis materijs. Vñ & aĩam rõnalem dixit eſſe mortalẽ: ſicq; fuit om̃i
Plato. no imperitus philoſophus,cuius imperitiã Plato & Ariſtoteles oſtenderunt & deſtruxe
Ariſtote. runt. ¶Cõſequenter philoſophia applicat præinducta magis determinate ad homines.
[Sed ad hominum ſtudia reuertor].i.mẽte regredior ad conſiderandum diſtinctius,co
natus,intẽtionesq; hominum[quorum]hominum[animus].i. mens[repetit].i. iterum
& iterum appetit,quærit,intendit[ſummum bonum]à quo per crationem exiuit,& pro
pter quod facta eſt.i. beatitudinem, ſicut expoſitum eſt[& ſi].i.quamuis[memoria]in-
tellectuali quæ eſt realiter idẽ quod intellectus,ſecundũ q̊d intellectus locus eſt ſpecieꝝ
[caligẽte].i.cæcutiẽte,ſeu obſcure vidente iudicando in particulari. Tñ ſic eſt.ſ.ſi mens
[ignorat] in particulari[q̊ tramite].i.ꝑ quã viã[reuertaẗ domũ] .i.ad beatitudinis veræ
fontẽ ac locũ ſeu patriã[ſicut ebrius]q ſcit ſe domũ habere & cupit ad eã ꝑtingere,tñ er-
rat in via. Vel ſic:Mens ignorat,q̊ tramite reuertatur ad ſummũ bonum,ſicut ebrius ne-
Eccĕs.12 ſcit viam qua redeat domum. Vnde in Eccleſiaſte ſcriptum eſt: Spiritus redeat ad illum
qui dedit eum ¶Deinde oſtenditur in quo hominum mentes non deuient,& in quo er- F
rent [Nunquid vidẽtur errare hi qui nihilo indigere nituntur?].i. qui conantur non in-
digere aliquo?Hoc eſt,ſufficientiam plenam habere,atq; in hoc beatitudinem ſuam po-
nunt. Cuius ratio ſubditur:[At qui].i. pro certo[nõ eſt aliud quod eam æque].i.tam ꝑ
fecte[beatitudinem perficere poſſit,q̃ copioſus bonoꝝ omniũ ſtatus]Hoc enim intrin-
ſece tanq̃ cauſa formalis ſpecifica proficit beatitudinem,cuius diffinitio eſt,ſicut iam pa
tuit eſſe ſtatum oĩm bonoꝝ aggregatione profectum[Nec alieni indigens].i. ſtatus be-
atificus nõ eſt egens extrinſici boni [ſed ſibijpſi ſufficiens].i. intra ſe habẽs & continẽs
quæ ad ipſum requiruntur atq; ſufficiunt Hoc nanq; eſt de ratione ipſius, ratione homi-
nis eſt,ꝙ ſit animal rõnale.Ex quibus probatur,ꝙ hi qui beatitudinem ponunt in diui-
tijs,non errant in hoc ꝙ ponunt eam in hoc quod eſt,Nihilo indigere,q̊d eſt quaſi in ma
iori bene ſentire,quando ſic arguunt:In hoc beatitudo conſiſtit,in quo homo ſufficien-
tiam habet.Sed hoc eſt pecunia,quod eſt errare in minore etiam in particulari. ¶Con-
ſequenter oſtendit hoc ipſum de his qui ponunt beatitudinem in honore[Num vero hi
labuntur].i.nunquid decipiuntur[qui quod ſit optimum, id etiam digniſſimum putãt?
Minime].i.illi non errant in generali,qui putant illud cultu reuerentiæ eſſe digniſſimũ,
Reuerentia. id eſt,exhibitione reuerentiæ[quod ſit optimum]vtputa ſummum bonum,cum reuerẽ-
tia debeatur virtuti ſeu bonitati.[Neq; enim vile quoddam contemnendumq; eſt,quod
adipiſci omnium fere mortalium laborat intentio]Imo vtique hoc eſt valde dignum &
altum.Sed quare hic addit,fere, cum tamen iam abſolute vniuerſaliter dixerit, ꝙ om̃es
mortales hoc quærunt,niſi forſitan propter eos qui nondum ratione vtuntur, aut pror-
ſus ir-



A ſus irrationabiles facti ſunt?In iſto ergo non errant ſed in ſubſumendo,ꝙ hoc ſit honor
humanus ac temporalis.Deinde idem declarat de his qui felicitatem ponunt in poteſta
te.[An in bonis non eſt numeranda potentia]hoc eſt,ipſa poteſtas eſt vtiq; computan
da inter bona[Quid igitur]id eſt,quid ſequeretur, ſi hoc diceret? [Num imbecillum]id
eſt,non infirmum[&]pro id eſt[ſine viribus æſtimandum eſt quod omnibus]rebus[cõ-
ſtat eſſe præſtantius]vtputa ſummum bonum ſeu felicitas, quæ cæteris cunctis quæ or
dinantur ad eam eſt dignior?ergo ad eam pertinet ac requiritur actiua potẽtia. [An cla
ritudo]id eſt,celebris fama]nihili pendenda eſt?]non plane,quoniam ſcriptum eſt:Me Eccĕs.7
lius eſt nomen bonum,q̃ vnguenta pretioſa. Et Salomon loquitur:Nomen bonum im Prouer.15
pinguat oſſa.[Sed ſequeſtrari nequit]id eſt, claritudo iſta à ſummo bono ſeu felicitate
ſeparari nõ valet, nec poteſt ſequeſtrari à veritate[quin omne quod excellẽtiſſimum ſit,
id etiam videatur]id eſt,vere conſpiciatur[eſſe clariſſimum]id eſt,celeberrimum fama.
¶Inſuper probat ꝙ delectatio quoq; ad beatitudinem ſpectet,ita ꝙ non penitus errãt,
qui in voluptate felicitatem conſtituunt.[Nam nõ eſſe anxiam triſtemq; beatitudinem,
nec doloribus moleſtijsq; ſubiectam,quid attinet dicere?].i. nõ eſt neceſſarium hoc pro
bare,cum conſtet per ſe,loquendo de beatitudine,quæ eſt præmium,tm̃ non de ea quæ
meritum,de qua ait Saluator:Beati qui lugent.Et rurſus: Beati qui perſecutionem pati- Matth.5
B untur propter iuſtitiam.[Quãdo in minimis quoq; rebus id appetitur,q̊d habere fruiq; Ibidem.
delectetur]hoc eſt,in rebus valde paruis,& in cibo & potu id appetitur quod habere &
frui eſt delectabile ¶Poſtremo Philoſophia oſtendit,qualiter homines deuiãt hæc que-
rendo[Atqui]pro certo[hæc ſunt quæ adipiſci homines volunt]vtputa nullo indigere
gaudere,potentẽ conſiſtere[eaq; de cauſa] .i. propter hanc cauſam[diuitias,dignitates,
regna].i.dominia ſeu poteſtates[gloriam voluptatesq; deſiderant,quod per hęc ſibi ſuf
ficientiam,reuerentiam,potentiam,celebritatem, lætitiam credũt eſſe futuram].i. quia
per quinq; præfata putant ſe adepturos veram & idoneam ſufficientiam & ſalubrẽ ho-
norem,poteſtatemq; ſalutarem, & cætera quæ ad veram felicitatem ſpectant, quia non
penſant vanitates,inſufficientias,fallacias,inſtabilitatesq; iſtis annexas, nec ea rite atten
dunt ac diligunt in quibus vere ac ſalubriter conſiſtunt,ſufficientia,honor,gloria,fama,
poteſtas, vz dona gloriæ,& ea quæ veram felicitatem concernunt, quæ in increato,in-
circumſcriptibili bono ſuperbeatiſſime continentur.[Bonum eſt igitur].i.hoc patet &
ſequitur ex prædictis, q̊d bonũ veꝝ ac ſummũ ſeu bonum finale & ipſa felicitas eſt q̊d
[tam diuerſis ſtudijs homines petunt].i.ꝙ finaliter optant & quærunt mediate vel im-
mediate, & vel in generali aut ſpeciali tam varijs vijs,ſtudijs ac medijs.[In quo]ſcilicet
conatu & naturali inclinatione ac motu[facile monſtratur].i.facile declaratur[quanta
C ſit vis]. i.vigor naturalis ordinationis atq; tendentiæ,ſeu impreſſionis[naturæ] creatæ
intellectualis,quæ naturaliter beatitudinem appetit. Vel,quanta ſit vis naturæ naturãtis
videlicet dei, cuius impreſſio eſt tam tenax, & cuius omnipotentia ſic reſplendet in ſuis
effectibus[Cum licet].i.ꝙ quamuis[ſententiæ].i. doctrinæ hominum de vijs pertigen-
di ad felicitatem,item de obiectis in particulari,in quibus cõſiſtat felicitas[ſint]tam[va
riæ]&[diſſidentes].i.diſſentientes,ſicut iam patuit [tamen conſentiunt].i. omnes con-
cordãt[in fine boni diligendo]hoc eſt, in bono finali vltimate & principaliter appeten
do,videlicet ꝙ felicitas ſit omnibus finaliter appetenda.

## Difficultatum huius ſecundæ proſæ atque perbreuis abſolutio.

## ARTICVLVS VI.

### IOHANNES.

CIrca hæc,quæſtiones occurrunt:Et primo apparet,ꝙ omnes homines non ap
petunt beatitudinem,nec appetitu naturali,nec animali,nec intellectuali. Ap
petere nanq; eſt mente in aliquid ire. Sed nõ oẽs tendunt in beatitudinẽ,imo
ꝙ plures tendunt in id quod eſt beatitudini directe contrariũ,vtputa vniuer-
ſi qui ex certa ſcientia atq; propoſito peccant,qui Salomone teſtante,Lætan Prouer.2
tur cum male fecerint,& exultant in rebus peſſimis. Rurſus, quod ineſt à natura,omni-
bus ineſt æqualiter,nec ad oppoſitum aſſueſcit,& vt in pluribus adimpletur. Sed nõ oẽs
æqualiter optant felicitatẽ,nec maior pars hoĩm conſeqtur eã. DIONY. Ad iſtud ex
dictis Ariſto. Thomas, Albert. Aegidius,alij cõcorditer dicũt,qa vt VII. dr̃ Ethicoꝝ in Philoſop
ordine

PROSA II. ordine appetibilium ſeu agendoꝝ ita ſe habet finis,ſicut principium in ſpeculabilibus. D
Cumq́; in omni genere id quod eſt primum & maximum cauſa ſit poſteroꝝ, ideo ſicut
cognitio primi principij in ſpeculabilibus eſt cauſa cognitionis concluſionum, ſic ap=
petio finis eſt cauſa appetendi cætera cuncta quæ ſunt ad finem. Cumq́; beatitudo ſit fi=
nis vitæ humanæ,quicquid voluntas appetit facere,ad beatitudinem refert, & eius deſi=
derio agit quod & experimentaliter conſtat. Nemo etenim aliquid cupit, niſi ſub ratio=
ne alicuius boni, cum bonum ſit quod omnia appetit, vt primo Ethicorum aſſeritur.
Idem. Sicq́; illud habendo aut obtinēdo ſe reputat felicitati viciniorem, qm̄ bonum additum
bono facit appropinquare bono perfecto,quod eſt beatitudo. Hinc quælibet appetitio
& operatio in beatitudine ordinat̃,non tamen quælibet recta eſt, quia ad hoc ꝙ volun=
tas ſit recta duo exiguntur. Vnum ꝙ habeat debitum finem: Aliud,vt per proportiona
Deſideriū ꝑuerſum. ta & debita media tendat in illum. Quamuis quoq; omnia deſideria referantur ad finē,
tamen cōtingit deſiderium vtroq; modo eſſe peruerſum. Primo, ſi appetatur beatitudo
non vera. Secundo,ſi q̄ratur ꝑ media improportionata. IOHAN. Quęro ergo, An oēs
appetant naturaliter beatitudinē veram. Videtur ꝙ imo,q̄a ſi oēs appetunt beatitudinē,
Auguſtin. ergo aut verā,aut falſam. DIONY. Hanc quæſtionē atq; materiā tractat B. Auguſti.
diſt.49. parag. Solereriam. XIIII. de Trinitate ſatis diffuſe,& Magiſter IIII. Sententiaꝝ. Ad quam Bonauentura in
Scripto quarti cōpendioſe reſpondet: Duo ſunt dicens q̄ pariunt appetitū,vz cōuenien= E
Gene.2 tia appetibilis,& indigētia appetētis. Cūq; rationalis aīa creata ſit ad imaginem & ſimi=
litudinem dei,capax eſt ſufficiētiſſimi boni,& ꝑ hoc inuenit in eodē cōuenientiam. Ipſa
etiam in ſe & ex ſe nullatenus ſufficit ſibi,ac ꝑ hoc eſt in ea indigētia grandis. Ideo dico,
ꝙ anima verā beatitudinē naturaliter appetit. Et ſi inſtes, Ergo & eā cognoſcit,quia(vt
frequēter aſſerit Auguſtinus) nemo poteſt diligere,q̄d ignorat. Dicēdū,ꝙ duplex eſt in=
Inſtinctus duplex ad bonum. ſtinctus ad bonū. Vnus ad bonū in gn̄ali,alter in ſpeciali. Similiter duplex eſt appetitus.
Dictamē ergo boni in gn̄ali,venit ex cognitione naturali,& quātū ad hoc,nō eſt error.
Dictamē vero in ſpeciali huius aut illius boni,nō eſt oīno ex habitu naturali, ſed etiā per
ſubſumptionē factam à ratione deliberāte, atq; in hoc poteſt error accidere: ſimiliter de
appetitu intelligendū eſt. Oēs itaq; habēt appetitū verę beatitudinis in generali: ſimili=
ter habēt cognitionē beatitudinis veræ in gn̄ali,vtputa ꝙ ſit bonū ſufficiēs. Veꝝ ſuffici
entiā illā quidam cōſtituunt in diuitijs,alij in delitijs,alij in bono increato. Q̄d aūt tam
multi cōſecutione felicitatis priuant̃,cōtingit per accidens ex fragilitate naturæ,imbecil
litate intellectualitatis hūanę,corruptioneq́; fomitis ac varijs cauſis intrinſecis & extrin
ſecis: q̄bus homo inclinat̃ & trahitur ad peccata,q̄ ſola felicitatē impediunt. IOHAN.
Cum volūtas ſit libera,quō veꝝ eſt,ꝙ non poteſt nō velle beatidinē? DIONYS. Nulla
potētia poteſt fieri in ſuū obiectū,niſi ſub obiectali ratione obiecti. Cūq; obiectū appeti F
tus ſit bonū,obiectū vero volūtatis ſit bonū intellectū,i.intellectualiter cognitū,nō po
teſt appetitus neq; volūtas aliquid velle,niſi ſub ratione aliqua boni, nec in hoc ineſt ei
libertas aliter ſe habēdi: imo in hoc voluntas eſt quædā natura,& inſtar naturæ eſt ope=
rans,libere tn̄ tēdit in beatitudinē talē aut talē,nec ad veram libertatē requiritur poſſe in
vtrunq; oppoſitoꝝ in om̄ibus. Alioquin ſancti in patria qui ita ſunt cōfirmati in bono
ꝙ nullatenus queūt ſe inde auertere, liberi nō eſſent: imo, nec ipſe ſuꝑbeatiſſimus deus,
qui vere liberrimus eſt. IOHAN. Cur ergo quidam peripatetici dicunt in deo volunta
tem nō eſſe,nec ipſum libere operari ad extra,ſed potius neceſſitate naturæ? DIONY.
Albertus. Albertus in cōmentario ſuo ſuper librū de Cauſis narrat, ꝙ peripateticoꝝ præcipue
Ariſtote. Auicenna Auerrois. Algazel Ariſtoteles, Auicenna, Auerrois, Algazel, Theophraſtus dicūt voluntatē nō eſſe in deo.
Sed hoc paꝝ eſt ponderādum, qm̄ philoſophi illi hoc dicunt nō de volūtate immobilis
cōplacentiæ,q̄ vtiq; eſt in deo,ſed de volūtate indigentiæ & appetētiæ ꝑfectionis nō ha=
bitæ,q̄ ſuꝑꝑfectiſſimo deo nō cōuenit. Porro ꝙ dixerūt deum oꝑari ad extra neceſſitate
naturæ,fuit erroneum,non tamen intellexerunt hoc ſic,quaſi nō ageret ſapientialiter &
Auicenna Algazel. intellectualiter,cum & Auicenna teſtetur,ꝙ ſola prima cauſa agit pure liberaliter,& Al=
gazel fateatur,ꝙ emanatio creaturarum à creatori comparetur emanationi donorum à
datore,& artificiatorum ab artifice: ſed ꝙ prima cauſa videns q̄ bonū & condecēs ſit,ꝙ
ipſa bonitatē ſuam cōmunicet,nō poteſt hoc nō facere. Propter q̄d etiā opinabant̃ mun
Plato. dū ab æterno fuiſſe. Nihilominus Plato q̄ cæteris fuit diuinior in primo Timęi clariſſi
me loq̄tur,ꝙ dei voluntas ſit oīm reꝝ cauſale atq; fontale principiū. IOH. De his am=
plius



A plius ſciſcitari non audeo,ne prolixitate excedam,ſed deſcriptionem felicitatis quā Phi=
loſophia inducit cupio explanari. Nempe cum felicitas ſit actio, imo ſimplex & optima Status.
actio,non videtur eſſe ſtatus,nec aggregatione completum. DIONY. Status quādam
quietationem importat. Et quia per felicitatē mens quietatur & immobilitatur in ſum=
mo bono,felicitas ſtatus vocat̃. Nam & actus qui eſt felicitas,non conſiſtit in motu,ſed
quiete. Quamuis etiam felicitas,quantum ad ſuam eſſentiam,ſit actio ſimplex multa tn̄
ad eam concurrunt ac pertinent. Nec enim contemplatio ſine dilectione,nec econtra,
neq; vtrunq; ſimul ſine delectatione ad felicitatē ſufficeret,idcirco ad hoc innuendū di=
citur: Status oīm bonoꝝ aggregatione ꝑfectus. ¶ Poſtremo verbis iſtis Boethius circa
principiū huius proſæ prolatis, Oīs mortaliū cura,q̄ multipliciū ſtudioꝝ &c. cōcordat
q̄d in exordio Ethicoꝝ ait Philoſophus: Oīs ars & oīs doctrina & actus & dilectio bo= Philoſop.
nū quoddā appetere vidētur. Ad perfectionē em̄ oīa mouētur naturaliter & ſalutē,pro=
pter q̄d bene dicit̃ bonū ex q̄ om̄ia appetunt. Idcirco in ipſo tanq̄ in fine adepto oīs mo
tus & deſideriū quietātur. Rurſus his conſonat q̄d in collationibus patrū Abbas Moſes Moſes Abbas.
anachoreta diſſeruit: Oēs,inquiēs,diſciplinę ac artes,oīſq́; profeſſio & inſtitutio,σκοπὸν
,i.deſtinationē,& τέλον,i.propriū finē,ſortitæ ſunt. Intellectualis igitur creaturæ cōuer=
ſatio habet σκοπὸν ſeu diſtinationē,i.quandā perfectionē finalē,ad quā ordinātur cæte=
B ra exercitia eius,q̄ eſt finis eius interior in hac vita,vtputa puritas cordis,ſeu contempla=
tio dei ſyncera. Et telon,i.beatitudinē obectalē,de qua dicta ſunt plura. Præterea his cō= Proclus.
cordāt theoremata Procli in q̄bus teſtat̃,om̄e q̄d procedit ab alio,cōuerti ad id à q̄ proce
dit,& præſertim oēm intellectū creatū primū & increatū intellectū cōuerti,in q̄ eius per= Idem.
fectio felicitaſq́; cōſiſtit. Hinc in elemētatione theologica Proclus diſſeruit: Om̄e cauſa
tum manet in ſua cauſa,& procedit ab ea & ad ipſam cōuertitur. Itemq́;: Oīs,inquit,cō= Idem.
uerſio ꝑ ſimilitudinē efficitur eoꝝ q̄ conuertūtur ad id ad q̄d conuertuntur. Et rurſus in
alio theoremate ſapiētiſſime fatur: Appetibile oībus eſt intellectus diuinus & primus,et
procedūt oīa ab intellectu,& totus mūdus ab intellectu ſubſtantiā habet & ad intelle=
ctū illū ſtat inceſſanter cōuerſus: à q̄ indeſinēter depēdet & cōuerſari deſiderat. Hinc etiā
oīs mētis creatæ, imo & oīs creaturæ ꝑfectio eſt ſuo creatori in aliq̄ ordinatæ aſſimilari
id q̄ aſſimilatione ſita eſt creatæ mētis felicitas, ꝓut hoc Thomas in Sūma cōtra gentiles Thomas.
lib. III. per multa oſtendit capitula. Vn̄ & ſuꝑ quartū Sententiaꝝ diſtinctione XLIX. Se
cūdos,ait,motores ordinari oportet in finē primi motoris ꝑ diſpoſitionē eis impreſſam
à primo motore,vt dū aīa mouet manū,& manus baculū,& baculus aliquem cædit. Sed
hoc diſtat in motibus naturalibus & violentis,ꝙ in motibus violētis impreſſio relicta à
primo motore in ſecūdis motoribus eſt præter naturā eoꝝ. Propter q̄d oꝑatio ſequens
C eſt laborioſa. In motibus vero naturalibus impreſſio talis eſt naturalis in ſecūdis moto=
ribus,propter q̄d oꝑatio ſequēs extat cōueniēs. Vn̄ in lib. Sapiētiæ habetur, ꝙ ſapientia Sapien.8.
diſponit oīa ſuauiter,qm̄ vnaquæq; res ex natura ſibi diuinitus indita,tendit in id q̄d ex
diuina prouidētia ordinat̃. Cumq́; cūcta procedāt à deo,in quantū eſt bonus, ideo cun
cta creata ſecundū impreſſionē à creatore acceptā inclinant̃ in bonū appetendū ſecūdū
modū ſuū,quatenus ſic in rebus inueniat̃ circulatio q̄dam,dū ingrediētes à bono reuer=
tunt̃ in bonū. Hæc demū circulatio id quibuſdā creaturis ꝑficitur,in alijs remanet impfe
cta. In intellectualibus nanq; ꝑficitur,q̄ cognoſcēdo ac diligēdo cōuertūt̃ in ipſum. Hinc
cōſtat,ꝙ nullus poſſit appetere miſeriā,neq; malū culpæ,nec malū pœnæ,nec mortē, ni
ſi ſub rōne alicuius boni apparētis ad minus. Sic em̄ dānati appetūt mortē & prorſus nō
eſſe,in quātū mors & nō eſſe apprehēdit̃ vt terminus tātæ calamitatis ac pœnæ. Quēad=
modū aūt tactū eſt ſæpe ex nūc dictis edocemur in ſolo ſummo,incōmutabili,incōpara
bili,ſuꝑopulētiſſimo,ſuꝑdelitioſiſſimo,& ſuꝑhonorabiliſſimo bono,in q̄ gloria infinita
poteſtas immēſa felicitatē noſtrā cōſtituere,q̄rere,ſtabilire atq; in ipſo indeſinēter mēte
quieſcere.

## METRVM II.

QVantas rerum flectat habenas
Natura potens, quibus immenſum
Legibus orbem prouida ſeruet
Stringatq́;, ligans irreſoluto

Singu

METR. II.

Singula nexu placet arguto
Fidibus lentis promere cantu:
Quamuis peni pulchra leones
Vincula geſtent, manibuſq; datas
Captent eſcas, metuantq; trucem
(Soliti uerbera ferre) magiſtrum,
Si cruor horrida tinxerit ora,
Reſides olim redeunt animi
Fremituq; graui meminere ſui,
Laxant nodis colla ſolutis
Primuſq; lacer dente cruento
Domitor rabidas imbuit iras.
Quæ canit altis garrula ramis
Ales caueæ ſi clauditur antro.
Huic licet illita pocula melle
Largaſq; dapes dulci ſtudio
Ludens hominum cura miniſtret:
Si tamen arcto ſaliens tecto, D
Nemorum gratas uiderit umbras,
Sparſas pedibus proterit eſcas,
Syluas tantum mœſta requirit,
Syluis dulci uoce ſuſurrat.
Validis quondam uiribus acta
Pronum flectit uirga cacumen.
Hanc ſi curuans dextera remiſerit
Recto ſpectat uertice cœlum.
Cadit heſperias phœbus in undas,
Sed ſecreto tramite rurſus,
Currum ſolitos uertit ad ortus,
Repetunt proprios quęq; recurſus, E
Redituq; ſuo ſingula gaudent,
Nec manet ulli traditus ordo
Niſi quod fini iunxerit ortum
Stabilemq; ſui fecerit orbem.

Elucidatio metri huius ſecundi. ARTIC. VII.

QVod in præhabita proſa dixit Philoſophia, magnam valde eſſe vim & propri
etatem naturæ, nec ad oppoſitum aſſuefieri, in verſibus iſtis metrice canit, in q
bus ordo & ſenſus verborum eſt: [Placet] mihi Philoſophię [promere] id eſt,
declarare [nexu arguto] id eſt, verſibus iſtis artifilioſis. Porro ſingulare p plu
rali, ſeu verſu, id eſt, congerie verſuum horum [Fidibus lentis] id eſt, chordis flexibilibus
vtputa pedibus verſuum horum moroſis, vt melius intelligantur [quantas habenas] id
eſt, quàm multa vincula regitiua ſeu colligantias [rerum natura potens flectat] id eſt, or
dinatis motibus ſeruet. Et poreſt per naturam potentem author naturæ omnipotens in
telligi, hoc eſt, omnibus naturam naturaleſq; vires ac proprietates, curſum ac ordinem
tribuens & conſeruans: & item natura naturans ac naturata, puta intelligentiæ & cauſę
Liber Cauſarum. cœleſtis, quæ inferiorum ſunt productiuæ, prout in libro de Cauſis habetur de prędictis
his, quæ ibidem contra fidei veritatem contenta ſunt. Placet etiam promere mihi, [qui- F
Pſalm. 148 bus legibus] id eſt, ordinationibus ac præceptis, iuxta illud in pſalmo: Statuit ea in ſecu
lum ſeculi, præceptum poſuit & non præteribit. Atq; in Ieremia: Si leges cœlo & terræ
non diſpoſui, vt ſupra ſæpius ac plenius eſt allegatum [natura prouide] id eſt, prouiden-
tialiter agens, & ſapientiſſima in ſeipſa, loquendo de natura naturate. Intelligentiaq; eſt
agens infallibile & non errans [ſeruat] id eſt, manu tenet in eſſe & curſu ac ordine ſuo,
[orbem immenſum] id eſt, mundum valde magnum, quia à deo prorſus incircumſcri-
Eccl. 16 pto decuit produci vniuerſum prægrande. De quo in Eccleſiaſtico legitur: Quæ eſt vita
mea in tam immenſa creatura: quod eſt quaſi magna domus ſui authoris, de qua accipi
Baruch. 3 poteſt illud Baruch: Quàm magna eſt domus dei, & ingens locus poſſeſſionis eius. Ma-
gna & non habens finem. Veruntamen cum impoſſibile ſit creaturam creatori æquari,
oportuit mundum in ſe eſſe finitum, & per conſequens ſuo creatore infinitam incompa-
rabilemq; minorem, quia finiti ad infinitum nulla eſt comparatio. Ideo reſpectu creato-
ris etiam totum vniuerſum eſt tanquam puluiſculus & atenula minima, ita φ non ſolũ
Sapien. 11 de terræ elemento, verum etiam de toto vniuerſo verificatur illud ſapientiæ: Tanquam
momentum ſtateræ, ſic ante te domine orbis terrarum, & tanquam gutta roris ante lu-
cani. Deniq; de hoc vniuerſo ſeu potius de toto mundo ſenſibili ſeu materiali habuerũt
Plato. quidam Philoſophi præſertim Platonici cum principe ſuo Platone opiniones non parũ
mirabiles, aſſerentes totum hunc mundum eſſe animatum & animal maximum. Vnde
in primo Timæi loquitur Pla: Nec fas, id eſt, decens erat bonitati pręſtãti, videlicet deo,
quicq̃



A quicq̃ facere, niſi pulchrum, eratq; certum tantæ diuinitati nihil corũ quæ ſequuntur he-
bes duntaxat, nec intelligens eſſe melius intelligente, intellectum vero non niſi animæ
prouenire. Hac igit̃ reputatione intellectu in animo poſito, anima quoq; in corpore col-
locata totũ animantis mũdi ambitum cũ venerãda illuſtratione cõpoſuit, ex quo appa
ret ſenſibilẽ mundũ animal eſſe diuinæ prudentiæ ſanctione. Hoc idem aſſerit Proclus Proclus.
platonicus in Elemẽtatione theologica theoremate 167. Ipſe, inquiens, mundus aĩatus
eſt, & intellectũ habẽs. Hinc XIIII. de Ciuit. dei XVII. cap. Auguſt. diſſeruit: Aĩam mun- Auguſtin.
di Plato dixit à centro terræ vſq; ad cœli ſummũ diffundi & extẽdi per numeros muſi-
cos, vt ſit mundus iſte animal maximũ, beatiſſimũ, ſempiternũ, cuius aĩa perfectã ſapien
tiæ felicitatẽ teneret, & propriũ corpus nõ relinqueret. Cuius etiã animalis quatuor ma
gnas partes eſſe aſſeruit, quatuor elemẽta. Inſup X. de Ciuit. dei recitat Auguſt. quemad Idem.
modũ Plotinus platonicus poſuit tres principales ſubſtãtias, vz patrẽ & νόησιν, ac animã Plotinus.
mũdi. Verũ iſta erronea ſunt cẽſenda non ſolũ ſecudũ inuiolabilẽ ſanctæ fidei veritatẽ,
ſed item ſecundũ verã philoſophiã, & iuxta peripatethicorũ doctrinã, prout etiã S. Tho
mas in Summa cõtra gẽtiles lib. II. ac III. efficaciter ac rationaliter probat. [Stringitq;]. i.
ipſa natura cõnectet oĩa, redigẽdo ea in vnũ ordinẽ vniuerſi [ligãs]. i. ipſas creaturas cõ-
ſocians atq; cõfœderans [nexu irreſoluto]. i. indiſſolubili nodo ac vinculo coordinatio
B nis, prout ſupra VII. metro libri primi eſt diffuſe expoſitũ, q̃ habetur: Oĩa certo fine gu-
bernans, ac alijs locis. ¶ Hinc Philoſophia probat p quatuor ſimilia ſeu exempla q̃d di
ctũ eſt, & primo in animali greſſibili, puta leoni [Quamuis leones pœni]. i. Aphricæ ſeu
Aphricani. Nã Aphrica alio noĩe dicit̃ Pœni. Inde dicit̃ bellũ punicũ. i. Aphricanum [ge
ſtent vincula pulchra]. i. collaria q̃ eorũ collis imponũtur vt mãſueſcant, ſeu repriman-
tur à ſua feritate [Et captent]. i. aſſidue capiãt [eſcas datas] eis manibus magiſtri eos do-
mãtes & cuſtodiẽtes [Et metuãt magiſtrũ] eos domãtem [trucẽ]. i. eis crudelẽ [ſoliti fer-
re]. i. pati [verbera] ab eodẽ. Tamẽ [ſi cruor tinxerit ora horrida]. i. ſi ipſi terribiles leo-
nes cõederint carnes quarũ cruore ipſorũ ora madefiãt [redeũt animi olim reſides]. i. na
turales eorũ crudelitates & corda ferocia, q̃ ante à ſua quieſcebãt ferocia renouãtur, imo
& ſi ſanguinẽ videãt mox quaſi furere & ſæuire incipiunt. Nempe per eſum carniũ ſan-
guiniſq; aſpectum reuouatur eorũ crudelitas, vt ſcribit Solinus. [Et fremitu graui]. i. in- Solinus.
genti terribiliq; rugitu] meminere ſui]. i. proprię naturæ recordant̃ per effectus ſuos oſtẽ
dendo ſe eſſe leones [Laxant colla]. i. colla ſua liberant à vinculis, rumpẽdo collaria &
erigendo propria colla [nodis ſolutis]. i. catenis ſeu vinculis illis cõfractis [Et domitor]
ille leonum [lacer]. i. dilaniatus [dente cruento]. i. dentibus leonũ ſanguine tincto [im-
buit]. i. explet ſe materialiter docet propria laceratione [iras rabidas] leonũ. i. leones ad-
C adhuc iracundos cõſiſtere & rapaces ¶ Cõſequenter ad idem ſubiũgitur ſecundũ exem-
plũ in animalibus volatilibus [Ales garrula]. i. auicula quaſi loquax [quæ canit]. i. can-
tat [ramis altis] ſup q̃s ſedet [claudit̃ antro cauer]. i. domũcula [licet cura hoĩm ludens]
. i. q̃uis ſolicitudo habentiũ auem huiuſmodi ludens. i. ſolatiũ habens cũ ea [miniſtret]
. i. exhibeat huic aui [pocula illita melle] mellita [dapeſq; largas]. i. fercula copioſa. Hoc
eſt, quæcunq; alimenta ſuæ naturæ cõuenientia [ſtudio dulci]. i. blãda diligẽtia & cona
tu [ſi tamẽ ipſa] auis [ſaliens tecto arcto]. i. ex ſtricto domicilio ſuo [viderit vmbras ne-
morũ gratas]. i. loca ſylueſtria ſibi accepta [proterit pedẽ]. i. calcãdo contẽnit [eſcas ſpar
ſas]. i. fuſas in ſua domũcula] mœſta]. i. ipſa auis q̃ fuit triſtis coarctata in cauea illa [re
qrit tm̃ ſyluas] vbi cũ labore inuenit ſimplicia neceſſaria ſuę vitæ, magis amãs libertatẽ
volãdo, q̃ abundantiã in clauſura [ſuſurrat]. i. modulando canit [voce dulci ſyluas]. i.
per loca arborea. De hoc Cyrillus in ſuis prouerbijs fabulariter quidem & moraliter in- Cyrillus.
troducit, quemadmodũ vulpes cernẽs ſymeã ridiculoſe veſtitã & catenula irritatam de
gloria ſuæ veſtitus intumeſcentem, irriſit eandẽ φ non attendit ſe illo veſtitu magis de
riſam q̃ veſtitam ac ipſa catena libertate priuatã, quam animalia cũcta deſiderant. ¶ Se-
quitur exemplũ tertium in vegetalibus [Virga arcta]. i. mota deorſum [viribus validis]
. i. cũ magna violentia [quondam]. i. ante [flectit cacumẽ]. i. altitudinẽ ſuã [pronũ]. i. de
orſum ad humũ. Veruntamen [ſi dextera curuans hanc]. i. virgam flectendo eam deor-
ſum [remiſerit]. i. ſuæ naturæ dimiſerit eam ceſſando à violenta depreſſione, ipſa virga
[ſpectat cœlum]. i. mox ſurſum ſe eleuat [vertice recto]. i. ſtatura erecta vt eſt ſuæ natu
ræ [Phœbus]. i. ſol [cadit]. i. cadere videtur [in vndas]. i. aquas [heſpereas]. i. occidenta-
T les.

METR. II. les. Sic nanq; videtur ſtantibus in ripa maris, prout hoc ſupra expreſſum & expoſitū eſt D
frequēter [Sed vertit]. i. mutat [rurſum] id eſt, de mane [currum ad ortus ſolitos] id eſt,
Eccēs, 1 ad conſuetos ortus ſurſum verſus orientem [tramite ſecreto]. i. per viam in ſua ſphæra
ſub zodiaco nobis occultam, iuxta illud Eccleſiaſtes: Oritur ſol & occidit, & ad locū ſu-
um reuertitr, ibiq; renaſcēs gyrat per meridiem & flectat ad aquilonem. Hinc iuxta phi-
loſophos atq; aſtronomos, hoc fieri dicitur ſub circulo obliquo, ſub quo & omnes pla-
netæ mouere dicuntur. ¶ Conſequenter ex his particularibus exemplis generale docu-
mentum infertur, ꝙ ſcilicet omnia naturaliter redeunt ad id quod eorum naturis conue
ens eſt: [Quæq;]. i. entia cuncta [repetunt]. i. iterum petunt & renouāt [proprios recur-
ſus]. i. operationes & motus ſibi cōnaturales dum ſuæ dimittuntur naturæ nec aliunde
impediuntur [Et ſingula gaudent]. i. naturalem complacentiam ſeu conuenientiam ha-
Sapien. 8 bent, ſecundum ꝙ ſapientia dicitur omnia ſuauiter diſponere, [reditu ſuo]. i. reditione
ad connaturalia ſibi, præſertim dum per violentiam impediuntur: dum vero à deo mi-
raculoſe aliter diſponuntur, hoc proprie non eſt contra, ſed ſupra naturam eorum [Nec
ordo traditus]. i. habitudo & lex ſeu proprietas creaturis à deo impreſſa & naturaliter
data [manet]. i. inuiolate perſeuerat in aliquo ente, [niſi quod ortum]. i. principium: [ſu
um iunxerit fini]. i. peruenerit per ſuam operationem ad finem propter quem factū eſt,
tendendo in finem illum quantum in ſe eſt. [Et fecerit orbem ſui ſtabilem]. i. circularē E
curſum ſuæ congruentem naturæ, redeundo ſecundum modum ſibi poſſibilem ad fon
tem ſuæ proceſſionis. i. ad cauſale principium à quo productum eſt, quemadmodum in
Proclus. Elementatione ſua loquitur Proclus: Omē procedens ab aliquo, ſecundum eſſentiā ad
Idem. id conuertitur à quo procedit. Et rurſus in alio theoremate conteſtatur: Omē procedens
ab aliqo & cōuerſum, circularē habet operationem. Hinc totus mūdus & oīa q̄ ſunt ad
primam cauſam cōuertuntur, naturaliter autē cognitiue, aut intellectualiter. Propter q̄d
Liber cauſarum. aſſerit Proclus & author libri de Cauſis: Oīa etiā procedūt ab vna prima cauſa. Et rur
ſus: Oīs multitudo ab vno procedit, & redit ad illud. Sicq; iuxta diuinū Dionyſiū, in oī-
S. Diony. bus eſt circulatio quædā. ¶ Præterea præinductis cōcordat quod ſup illud Danielis, Mi
Danie. 14. Hierony. ſit dn̄s angelum ſuum & cōcluſit ora leonum ſcribit Hieronymus: Nō feritas leonū mu
tata, nec eoꝝ ablata natura, ſed diuina virtute repreſſa & ora eoꝝ obſtructa ne læderēt
Iacobi 4 dei prophetam. Veꝝ his obijci poteſt q̄d ſcriptum eſt alibi: Oīs natura beſtiaꝝ & volu-
crum & ſerpentū domita eſt & domātur oīa à natura humana. i. humana arte atq; in-
Beda. duſtria, vt Albertus & Nicolaus de Gorra exponunt. Quo circa loqtur Beda: Legimus
Plinius. in Plinio immaniſſimū aſpidem in Aegypto à q̄dam patrefamilias domitā, q̄ de cauer-
na ſua q̄tidie exiens à menſa illius ſuam accepit annonam. Legimus item ſcribēte comi-
te Marcellino manſuefactā tygridē ab India Anaſtaſio principi miſſam. Sic & leo bene- F
ficij exhibitione domat. Ad quæ reſpondendū videtur, ꝙ animalia multa aliquid habēt
diſciplinabilitatis, ita ꝙ aſſuefieri poſſunt paulatim ad aliqua quæ prima facie videntur
eoꝝ naturæ contraria, quæ tamen ſi ſibiipſis dimittantur ad priſtina reuertūtur, aut ſubi
to aut paulatim, atq; faciliter prouocatur agere quod eorum eſt naturæ. Sic deniq; ele-
phantus maxima beſtia arte capitur, domatur & informatur vt & regem adoret. Sic igi
tur prædicta omnia concordantur. In ſupnaturalibus vero & miraculoſis operibus na-
turalia frequenter diuina virtute ac miniſterio angelorum à ſuis naturalibus actionibus
ſuſpenduntur, ſicut dum martyres ſancti neq; ab ignibus neq; à ferociſſimis beſtijs læde
bantur.

## Pertractio huius metri myſtica. ARTIC. VIII.

AMplius, iuxta allegoricū & tripologicū ſenſum p orbē immēſum deſignat
vniuerſalis eccleſia toto orbe diffuſa, quā Chr̄s deus natura naturās euāge-
licis legibus regit, ac diuerſa gr̄a hoīm ex omī tribu, gente & lingua in vnū
populū Chriſtianū, & in vnū ouile ac vnū gregē redegit, adiuuat ac ſeruat:
ipſoſq; electos indiſſolubili charitatis nexu cōſtringit & ordinate gubernat
prout iſtud iam ſupra frequēter eſt myſtice explanatū. Inſup p leones intelligūt vno mo
do hoīes ſuperbi & feroces, qui per gratiam Chriſti & euāgelicæ legis iugū miteſcūt, q ſi
propter ſua demerita deſerant à gr̄a protinus ſęuiūt ſicut an̄, & cōtra ſuos ſupiores inſur
gūt, q̊ꝝ increpatiōes & diſciplinā antea verebāt, & iuxta q̊ꝝ diſpoſitionē ieiunabāt & ab
ſtinebant



A ſtinebant ac reficiebantur, qui ruptis obedientiæ vinculis omnia ſecundū voluntatē pro
priam cōtumaciter operantur ¶ Præterea diuerſi hoīes ſecundū diuerſitatem vitioꝝ ſu-
orum, diuerſaꝝ beſtiaꝝ nominibus exprimunt. Vnde in Iſaia de diuerſis vitioſis homi- Iſaiæ 11
nibus ad Chriſtum cōuerſis & in eius ouili cū virtuoſis cōcorditer cōmorantibus ac de-
ſuper reformatis legitur prophetatū: Habitabit lupus cū agno & pardus cū hœdo accu-
babit, vitulus & ouis & leo ſimul morabuntur. Amplius, p garrulam auē intelligi poteſt
pſona mūdana & vaga, q̄ cōuerſa claudit antro, in quo niſi ad dei timorē & ad ſpiritalē
amorem ac vitioꝝ horrorē atq; ad mundi cōtemptum ſe dederit, cito ſanctæ religionis
rigorē faſtidiet, & ipſam ſui clauſuram deteſtās, q̄uis in clauſtro ſufficienter, imo & abū-
danter reficiatur, ſpiritalibus quoq; alimonijs, ſaluberrimis ſacramētis, ſalutaribuſq; do
ctrinis abundet, de monaſtici tecti arcto proſiliens ad loca mūdana ſibi accepta redibit.
De qualibus in ſecunda ſua canonica beatiſſimus Petrus: Melius, ait, illis erat nō cogno- 2. Petri. 2
ſcere viam iuſtitiæ, q̄ poſt agnitionem retrorſum reuerti. Contigit enim illis illud vere
Prouerbij: Canis reuerſus ad vomitū ſuum, & ſus lota in vilutabro luti. At vero, per vir
gam violenter incuruatam ac depreſſam intelligitur cor ſuperbum, non vere, ſed ficte
ambitioſe aut ſeruili timore ſe foris humilians, iuxta illud in Eccleſiaſtico: Eſt qui neq-
ter ſe humiliat, & interiora eius plena ſunt dolo. Quod dum ſibiipſi relinquitur, ut ho- Eccl. 19
B norem præſidentiamve conſequitur, inſipienter extollitur, & perdit ſeipſum, & (quantū
in ipſo eſt) etiam ſibi commiſſos. De quo in libro Iob ſcriptum eſt: Vir vanus in ſuperbi- Iob. 11
am erigitur, & tanquam pullum onagri ſe liberꝝ natum putat. De cuius perditione rur-
ſus apud Iob affirmatur: Si aſcenderit vſq; ad cœlum ſuperbia eius, & caput eius nubes Iob. 20
tetigerit, tanquam ſterquilinium in fine perdetur, & velut ſomnium auolans non inue-
nietur. ¶ Præterea per ſolem in aquas heſpereas corruentem ſignificatur quicunque vir
perfectus, iuxta illud Eccleſiaſtici: Homo ſanctus in ſapientia manet vt ſol, qui cadit in
aquas, dum varijs tribulationibus, tentationibus, aduerſitatibuſq; pulſatur, vexatur, ob Eccl 27
ruitur, ſicut dixit Apoſtolus: Supra modum grauati ſumus. Veruntamē non ſuperatur, 2. Cor. 1
imo implet illud Iacobi: Omne gaudium exiſtimate fratres cum in diuerſas tentationes Iacobi 1
incideritis: imo denuo oritur, & ad alta conſcendit, cōtemplando diuina in aduerſis mo
re ſibi ſolito, ſicut in proſperis. Poſtremo, quoniam nihil perfectum, nil ordinatum niſi
principium ſuum iunxerit ſuo fini, ordinemus noſipſos, & generationem noſtram car-
nalem ac ſpiritalem ſeu baptiſmalem ad dei honorem & beatificum finem, ad quem in-
deſinenter tendamus feruide aſpiremus, efficaciterq; gradiamur.

## PROSA III.

C VOS quoque terrena animalia, tenui licet imagine, ueſtrum ta-
men principium ſomniatis, uerumq; illum beatitudinis finem,
licet minime perſpicaci, qualicunq; tamen cogitatione proſpi-
citis: eoq; uos ad uerum bonum naturalis ducit intentio, & ab
eodem multiplex error abducit. Conſidera nanq;, an per ea quibus ſe ho-
mines adepturos beatitudinem putant, ad deſtinatum finem ualeant per-
uenire. Si enim uel pecunia, uel honores, cæteraq; tale quid afferunt, cui ni
hil bonorum abeſſe uideatur: nos quoq; fateamur fieri aliquos horum ade
ptione felices. Quod ſi neq; id ualent efficere, quod promittunt boniſque
pluribus carent: nonne liquido falſa in eis beatitudinis ſpecies deprhendi-
tur? Primum igitur teipſum, qui paulo ante diuitijs affluebas, interrogo:
Inter alias abundantiſſimas opes, nunquam ne animum tuum cōcepta ex
qualibet iniuria confudit anxietas? Atqui inquam tam libero me fuiſſe ani-
mo, quin aliquid ſemper angeret, reminiſci nequeo. P. Nonne quia uel ab
erat, quod abeſſe non uelles, uel aderat quod adeſſe noluiſſes? B. Ita eſt, in
quam. P. Illius igitur præſentiam, huius abſentiam deſiderabas. B. Confi

PROSA III. teor,inquã.P.Eget uero,inquit,eo quod quiſq; deſiderat.B. Eget,inquã. D
P.Qui uero eget aliquo num eſt uſq; quaq; ſibi ipſe ſufficiens? B.Mini-
me,inquam.P.Tu itaq; hanc inſufficientiam plenus,inquit,opibus ſuſti-
nebas?B.Quid ni,inquam.P.Opes igitur nihilo indigentem ſufficientem
que ſibi facere nequeunt.Et hoc erat quod promittere uidebantur. Atqui
hoc quoq; maxime conſiderandum puto,ꝙ nihil habeat ſuapte natura pe
cunia,ut his a quibus poſſidetur inuitis nequeat auferri?.B.Fateor,inquã.
P.Quid ni fateare,cum eam quotidie ualentior aliquis eripiat inuito. Vn
de enim forenſes querimoniæ,niſi quod uel ui uel fraude a nolentibus pe-
cuniæ repetuntur ereptæ?B.Ita eſt,inquam.P.Egebit igitur,inquit,extrin
ſecus petito præſidio,quo ſuam pecuniam quiſq; tueatur?B. Quis id,in-
quam,neget?P.Atqui non egeret eo niſi poſſideret pecuniam,quam poſ-
ſet amittere.B.Dubitari,inquam,nequit.P. In cõtrarium igitur elapſa res
eſt.Nam quæ ſufficientes ſibi facere putabantur opes,alieno potius præ- E
ſidio faciunt indigentes.Quis autem modus eſt q̃ pellatur diuitijs indigen
tia?Num enim diuites eſurire nequeunt? Num ſitire non poſſunt? Num
frigus hybernum pecunioſorum membra nõ ſentiunt?Sed adeſt,tu inqui-
es,opulentis q̃ famem ſatient,q̃ ſitim frigusq; depellant.Sed hoc modo cõ
ſolari quidem diuitijs indigentia poteſt, auferri penitus non poteſt. Nam
ſi hæc hians ſemper atq; aliquid poſcẽs opibus impletur, maneat neceſſe
eſt quæ poſſit expleri.Taceo ꝙ naturæ minimum,q̃d auaritiæ nihil ſatis
eſt.Quare ſi opes nec ſubmouere indigentiam poſſunt,& ipſæ ſuam fa-
ciunt,quid eſt ꝙ eas ſufficientiam præſtare credatis?

Elucidatio proſæ huius tertiæ. ARTIC. IX.

AB hoc loco deinceps in hoc tertio libro proſequitur Philoſophia diffuſius,
ꝙ in nullo quinq; præfatorum,hoc eſt, nec in diuitijs, neq; in voluptatibus,
nec in honore,neq; in poteſtate,nec in fama conſiſtat felicitas.Quod quam F
uis iam ante euidẽter oſtenſum ſit,nihilominus adhuc plenius demonſtrat.
Matth.12 Lucæ 6 Siquidem in hoc libro eadem ſatis ſæpe reiteratur,quia,vt ait Saluator, Ex abundantia
cordis os loquitur.Philoſophia autem ex feruenti compaſſionis affectu, hic conſolatur
afflictum Boethium,& ſub eius perſona vnumquenq; virum catholicum ſapiẽtem,mul
tipliciter tribulatum:cui non ſufficit vt ſemel aut bis conſolatoria audiat verba,ſed ea ſi
bi frequenter ſunt inculcanda,quouſq; inualeant præualeantq; in ipſo.Sic in prophetis,
in libro pſalmorum, in libro Iob, in libris ſapientialibus eadem ſub alijs verbis aut ſub
alia forma verborum ſæpius repetuntur,non nugatorie,ſed vtiliter valde.Iam ergo Phi
loſophia iterum probans ꝙ in diuitijs nequaquam beatitudo exiſtat, ait: [Vos quoque
Iohan.3 ò terrena animalia[.i.ò homines terrenis atq; carnalibus magis q̃ cœleſtibus ac diuinis
Iohan.17 intenti,ſicut ſacratiſſimus Iohannes Baptiſta deprompſit:Qui de terra eſt,de terra loqui
1 Iohan.4 tur.Quocontra de electis ſuis diſcipulis loquitur Chriſtus: De mũdo non ſunt,ſicut &
Philoſop. Proclus. ego non ſum de mundo.Sic & in prima ſua epiſtola de reprobis iniquis ſanctus fatur Io
Iohan.8 hannes:Ipſi de mundo ſunt,& de mundo loquuntur, & mundus eos audit.[tenui licet
imagine,veſtrum tamen principium ſomniatis].i.vos ſomniatis,hoc eſt,inſtar ſomniã-
tium imperfecte & obſcure apprehenditis ſummum bonum,quod eſt veſtrum principi-
um effectiuum & creatiuum,à quo, iuxta Philoſophum, omnibus deriuatum eſt eſſe &
viuere.De quo XI.Theoremate loquitur Proclus: Omnia entia procedũt ab vna prima
cauſa.Et Theoremate XII.Omium entium principium & prima cauſa eſt bonum.Hinc
vt in Iohanne legitur,Chriſtus interrogatus à Iudæis,Tu quis es?reſpõdit:Ego ſum prin

cipium



A cipium qui & loquor vobis.Somniatis ergo principium veſtrum imagine tenui.i.debi-
li mente,in quo conſiſtit dei imago,quæ etiam dei imago vocatur[veꝝq; cogitatione p-
ſpicitis[.i.intelligitis [finem illum verum beatitudinis].i. veꝝ illum beatificum finem,
qui eſt obiectaliter ipſemet deus,formaliter vero beatifica viſio eius,[cognitione quali-
cunq;].i.aliquãtula[licet tamen].i.quãuis[minime perſpicaci].i.clara & intuitiua.Nẽ-
pe,vt dictum eſt,omnibus naturaliter inſerta eſt cognitio exiſtendi deum, quod per na-
turalem rationem à diuerſis diuerſimode,hoc eſt,maius & minus cognoſcitur, ſecundũ
ꝙ vnus eſt alio ingenioſior,ſeu magis exercitatus in philoſophia.Scitur quoq; ex fama
cõmuni,& à ſimplicibus per fidem & per ſcripturas.Qui autem ſunt illuminati dono ſa
pientiæ ac cæteris donis clarius deum cognoſcunt,etiam contemplatione & guſtu inter-
no.Perfecti vero & ſancti in hoc mundo deum cognoſcunt, & ſuperbeatiſſimam trini-
tatem fide illuminata rationibus credendoꝝ,purificatæq; mentis intelligentia, atq; per
myſticam theologiam & feruentiſſimam charitatem.Hinc ad inſinuandum q̃ generali-
ter deus cognoſcatur ab omnibus tempore euangelicæ legis, prædictũ eſt à Ieremia:Nõ
docebit vir vltra fratrem ſuum dicens, Cognoſce dominum. Omnes enim cognoſcent Ierem.31
me à minimo eoꝝ vſq; ad maximũ,ait dominus.Iſaias quoq; ait:Repleta eſt terra ſcien Iſaiæ.11
tia domini.[Eoq;].i.propter hoc[vos & ad verum bonum naturalis ducit intentio].i.
B naturalis inclinatio trahit vos ad deſiderium ſummi boni,ac veræ felicitatis, loquendo
de ea in generali[& ab eodem multiplex error abducit]ſicut expoſitum eſt proſa proxi-
ma præcedẽti.Peccata quippe, errores & paſſiones à ſumma bonitate ac prima veritate
elongant,iuxta illud Iſaiæ:Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter deum veſtrum & vos.Pro Iſaiæ 59
pter quod deus qui vbiq; eſt præſens dicitur longe eſſe ab impijs, nõ locali diſtantia,ſed
diſſimilitudine.Vnde IX.de Ciuitate dei loquitur Auguſtinus: Nulla eſt alia à deo lon- Auguſtin.
ginquitas, niſi eius diſſimilitudo. Ideo recte diſſeruit ſanctiſſimus Iſaias:Iſte omnis fru- Prouer.15 Iſaiæ 27
ctus,vt auferatur peccatum. Sola nanque peccata impediunt nos à gratia & profectu,iu
xta illud Ieremiæ:Peccata veſtra prohibuerunt bonum à vobis. ¶Conſequenter Philo Ierem.4
ſophia probat propoſitum,hortans Boethium,imo & quemlibet hominem ad conſide
randum hoc ipſum. [Conſidera nanque an per ea quibus ſe homines adepturos beati-
tudinem putant,ad deſtinatum finem]id eſt, ad præintentam felicitatem [valeant per-
uenire.] Hæc conſideratio vtilis eſt & ſalubris ad veram ſpectans prudentiam ad quam
Salomon nos hortatur:Poſſide ſapientiam,poſſide prudentiam,& cuſtodiet te. Arripe Prouer. 4
illam,& exaltabit te.Glorificaberis cũ eam fueris amplexatus.Dabit capiti tuo augmẽ-
ta gratiarum,& corona inclyta proteget.[Si enim vel pecunia vel honores,cætera[vtpu
ta poteſtas,fama,voluptas[tale quid afferant]id eſt, talem ac tãtam perfectionem & ſuf
C ficientiam præſtiterint[Cui nihil bonorum abeſſe videatur] homini ſapienti non deui-
anti.[nos quoque fateamur fieri aliquos horum adeptione felices]cum dictum ſit felici
tatem eſſe ſtatum omnium bonorum aggregatione perfectum. [Quod ſi neque id va-
lent efficere quod promittunt] id eſt, ſi hæc temporalia nequeunt dare hominibus verã
& ſalubrem ſufficientiã contentantem,quæ omne malum pœnæ ac culpæ excludat.[bo-
niſq; pluribus carent].i. multæ perfectiones,virtutes,& bonitates eius deſunt, quæ non
comprehenduntur in eis,vt ſunt ſpiritalia animæ bona,à quibus magis impediunt.[nõ-
ne liquido falſa in eis beatitudinis ſpecies deprehenditur?]id eſt,vtique à bene cõſideran
te cognoſcitur liquide ſeu aperte ꝙ in illis ſit falſa apparẽtia felicitatis. Falſum enim eſt
ſignum quod prætendit & deſignat id quod non eſt.Dicuntur quoque illa terrena felici
tatem promittere materialiter,quoniam ſunt materia ex cuius conſideratione homines
inſipientes beatitudinem ſibi præſumunt inuenire in illis. [Primum igitur teipſum qui
paulo ante diuitijs affluebas interrogo] id eſt, quæro primo à teipſo qui ante exilium
abundaſti diuitijs[Nunquam ne]id eſt,vtrum vel nunquid[anxietas]id eſt,afflictio do
loris aut mœroris[concepta ex qualibet iniuria]id eſt,quacunque offenſa[confudit]id
eſt,turbauit[animum tuum inter opes illas abundatiſſimas]id eſt,valde copioſas. Ad
quod reſpondet Boethius[:Atqui,inquam]id eſt,pro certo dico [reminiſci nequeo] id
eſt,non valeo recordari:[me fuiſſe]tunc [libero animo]id eſt,mẽte ita tranquilla[quin
ſemper]id eſt,omni die aliqua hora [angerer]id eſt,anguſtiarer & turbarer [aliquo] id
eſt,aliqua aduerſitate,cura, formidine, diſplicentia & remorſu. ¶Ex hac reſponſione
Philoſophia vlterius ſciſcitatur:[Nonne]ſupple id contingit[quia vel aberat, quod ab-

 eſſe

PROSA III. eſſe nõ velles,]id eſt,quia defuit tibi q̃d optaſſes adeſſe.[vel aderat quod abeſſe non vel- D
les,vel aderat quod adeſſe noluiſſes?]Reſpondit Boethius: [Ita eſt,inquam.]Ex quibus
Philoſophia concludit: [Illius igitur præſentiam,huius abſentiam deſiderabas,]id eſt,
optabas præſentiam boni amati,& cupiebas abſentiam,ſeu carentiam mali,quod dete-
ſtabaris. Ex eadem quippe radice procedit aliquid velle & amare,& eius oppoſitum nol-
Auguſtin. le atque odire,vt in libro LXXXIII. quæſtionum aſſerit Auguſtinus:imo omnes animæ
affectiones ac paſſiones aliqualiter profluunt ex amore. Nempe ex hoc quod aliquid a-
mo, in eius præſentia & poſſeſſione delector,in eius amiſſione contriſtor, dum illud nõ
habeo,ipſum deſidero,ſi ipſum tanquam poſſibile eſtimo,ſpero,alioquin inde deſpero.
Et hoc Thomas in prima Secundæ magis declarat. Hinc etiam ſancti patres teſtantur,
vniuerſa peccata ex priuato ac improbo ſui amore oriri,quo amat ſe homo in ſe,& non
in deo.[Confiteor,inquam,]id eſt,ego Boethius iſtud concedo.[Eger vero, inquit, eo
quod quiſque deſiderat,]id eſt,Philoſophia inquit,vnuſquiſque indiget re illa quam ac-
quirere optat.[Eget,inquam,]id eſt,ego Boethius concedo,quod eget re illa. Ad quod
Philoſophia ſubiungit:[Qui vero eget aliquo,non eſt vſquequaque,]id eſt, omni mo-
do[ſibiipſi ſufficiens?B.Minime,inquam]ego Boethius,id eſt, nequaquam ſibi in ſe ex-
tat ſufficiens. Philoſophia [inquit: Tu itaque]ò Boethi [ſuſtinebas inſufficientiam,]id
eſt,paupertatem & indigentiam iſtam,quando adhuc eras[plenus] ſeu abundans terre- E
nis diuitijs?[B.Quid ni,inquam,]id eſt,ego Boethius dico,quid aliud quàm hoc conſe-
quens eſt?Ex quibus Philoſophia infert concluſionem principalem intentam [Opes igi-
tur nihilo indigentem,ſufficientemq́; ſibi facere nequeunt,]id eſt,ex hoc ſequitur, quòd
diuitiæ non valent hominem facere nulla re indigentem , neque ſibi in ſe ſufficientem.
[Et hoc erat ꝙ promittere videbantur,]id eſt,diuitiæ videbantur promittere homini &
ipſum aſſecurare de hoc quod eas habendo alijs rebus non indigeret.[Atqui]pro certo
[hoc quoque maxime conſiderandum puto.] Et tangitur hic ratio ſecunda ad idem,
quoniam id ſufficientiam nequit præſtare,quod auferre valet ſuo poſſeſſori ipſo inuito,
& talis eſt potentia: quæ ratio tacta eſt ſæpe. [ꝙ nihil habet ſuapte natura pecunia,] id
eſt, quod pecunia nihil habet ex propria ſua natura. [vt his à quibus poſſidetur inuitis
nequeat auferri.]Eſt enim quid pure corporale, ideo poteſt violenter auferri. [Fateor,
inquam,]ego Boethius. Ad quod Philoſophia. [Quid ni fateare?]id eſt,quid aliud age-
res in hoc,niſi quod hoc verum eſſe concederes? Quod patet ad oculum ſicut ſubiungi-
tur:[cum eam quotidie valentior quis eripiat inuito?] vt patet in ſpoliatore.[Vnde eñ
forenſes querimoniæ,]id eſt,quærelæ & impetitiones quæ fiunt in foro iudiciali conten-
tioſo.[niſi quod vel vi vel fraude nolentibus pecuniæ repetuntur ereptæ?] id eſt, niſi ex
hoc quod pecuniæ ereptæ,id eſt,ablatæ ſeu detentæ, vel violentia vel dolo à non volen- F
tibus requiruntur?[Ita eſt,inquam,] ego Boethius. Et Philoſophia: [Egebit igitur, in-
quit,extrinſecus petito præſidio quo ſuam pecuniam quiſq; tueatur]id eſt, quilibet poſ-
ſeſſor pecuniæ indigebit[preſidio,]id eſt,auxilio aliunde poſtulato,quo defendat ſuam
pecuniam. Nam & reges per ſuos miniſtros & alia munimenta cuſtodiunt ſuos theſau-
ros.[Quis id, inquam,neget?] id eſt, ego Boethius dico, quod nemo poſſit rationabili-
ter hoc negare. Ad quod ſubdit Philoſophia:[Atqui,]id eſt, certe[non egeret eo] tali
auxilio[niſi poſſideret pecuniam.]id eſt,opulentiam[quam poſſet amittere. Dubitari,in-
quam,]ego Boethius[nequit.] Ex quibus Philoſophia concludit: [In contrarium igi-
tur res relapſa eſt, ]id eſt , pecunia induxit & fecit oppoſitum ei , quod facere promitte-
bat. [Nam quæ ſufficientes ſibi facere putabantur opes,]id eſt, facultates ſeu pecuniæ,
de quibus putauit poſſeſſor earum quod facerent eum ſibiipſi ſufficientem[alieno poti-
us præſidio faciunt indigẽtes]eos à quibus poſſident. ¶Deinde tertia ratio ad idem ſub-
iungitur:[Quis autem modus eſt quo pellatur diuitijs indigentia].i.non poteſt modus
aliquis rationabiliter aſſignari quo indigentia totaliter per diuitias expellatur.[Nũ eñ
diuites eſurire nequeunt].i.nũquid opulenti nõ poſſunt eſurire?[Nũ ſitire non poſſunt?]
Quaſi dicat,Vtiq; ipſi poſſunt eſurire atq; ſitire,ſicut & pauperes.[Num frigus hybernũ
pecunioſoꝝ mẽbra nõ ſentiunt].i.imo vtiq; corpora diuitũ affligũt frigore hyemali,q̃d
vocat hybernũ ab hybernia q̃ eſt regio frigida valde. Deinceps philoſophia ſoluit inſtã-
tiã quã cõtra hoc facere poſſet Boethius[Sed adeſt tu inq̃s].i.tu forſitã dices:Adeſt[o-
pulẽtis q̃ famẽ ſatient,q̃ ſitim friguſq́; depellant].i. diuites hñt facultates & opes, per q̃s
eua-



A euadãt indigẽtias iſtas, qm̃ habeat in promptu veſtes & alimenta. Ad q̃d Philoſophia
reſpondet:[Sed hoc modo conſolari quidem diuitijs indigentia poteſt].i.inopia ſeu de-
fectus ſiue afflictio poteſt taliter per diuitias refoueri,releuari,atq; ad tẽpus expelli. [au-
ferri penitus non poteſt]quin redeat tempore ſuo,& caſu multiplici. [Nam ſi hæc ſem-
per hians atq; aliquid poſcens opibus expletur].i.ſi indigentia iſta ſemper optans & pa-
rata recipere id quo eget,atq; aliquid poſcens.i. ad poſtulandum inducens ſatiatur [ma-
neat neceſſe eſt quæ poſſet expleri] .i. hoc oportet vt adhuc remaneat in potentia indi-
gentia aliqua,quæ valeat ſatiari:quotidie enim renouãtur defectus iſti.[Taceo ꝙ natu-
ræ minimum,ꝙ auaritiæ nihil ſatis eſt.] Taceo.i.non niſi breuiter exprimo,ꝙ naturæ
ſatis eſt.i.ſufficit minimum.i.valde modicum,quemadmodum alibi dictum eſt: Natu-
ra paucis minimiſq́; contenta eſt. Auaritiæ vero nihil ſatis,quia vt Salomon loquit̃,aua-
rus non impletur pecunia. Ex his infertur: [Quare] .i. propter quod[ſi(pro quia)opes Eccl 5
nec poſſunt ſubmouere] .i.penitus tollere [indigentiam]ſicut probatum eſt,imo vt Se-
neca proteſtatur:Multo ditior minuſq́; indigens ac ſufficientior ſibi eſt , qui permodica Seneca.
habens contẽtatur eiſdem,q̃ qui plurima habens cupit & alia[& ipſæ ſuam faciunt]Pau-
pertas ſpontanea eſt opulẽtia maxima,cui promittitur regnum cœlorum, qua electi dei Math. 5
ditantur,ſicut dixit Apoſtolus:Altiſſima paupertas eorum abundauit in diuitias ſimpli- 2.Cor.8
B citatis eorum. Talis fuit ſanctus atq; doctiſſimus ille Pierius Chriſti ſacerdos apud Ale- Pierius cõ-
xandriam olim degens,rebus pauperrimus,vita & mente mundiſſimus, doctor eccleſiæ feſſor.
incomparabilis, atq; ad Chriſtianæ ſapientiæ philoſophiam expedientiſſimus. Et ipſæ
ſuam faciunt,id eſt, ipſæ diuitiæ faciunt,id eſt,adducunt & cauſant indigentiam ſuam,
qua diues indiget aliorum auxilio,qua ſuas tueatur diuitias, ne auferantur ſibi inuito.
Hinc teſte beato Gregorio , ſicut hydropicus potando ſibi ſitim multiplicat , ita auarus Gregorius
congregando ſibi pecunias,cupiditatem ſuam magis accendit:quæ quo magis accendi-
tur,tanto plus à charitate facit diſtare. [quid eſt quod eas ſufficientiam præſtare creda-
tis?]id eſt,irrationabilis eſt illa credulitas, qua putatis quod diuitiæ ſufficientiam præ-
ſtent,cum nihil conferant q̃d non habent. Veruntamen quotidianas indigentias quaſ-
dam ad tempus repellunt.

## METRVM III.

QVamuis fluente diues auri gurgite
Non expleturas cogat auarus opes.
C Oneretq; baccis colla rubri littoris,
Ruraq; centeno ſcindat opima boue,
Nec cura mordax deſerit ſuperſtitem,
Defunctumq; leues non comitantur opes.

Declaratio metri huis tertij. ARTI. X.

HIC Philoſophia metrice pandit quod proſaice iam deprompſit, videlicet in
diuitijs non ſufficientiam,ſed inquietudinem, curam,timorem fallacem eſſe.
Eſt itaq; ſenſus[Quis diues auarus cogat].i.ſimul agat ſeu congreget[opes
non expleturas].i.non ſatisfacturas cupidinẽ eius. Et hoc dico[gurgite auri
fluente].i.dato ꝙ profunditas maris aſſidue eijceret aurum,ſicut ebullit & eijcit aquam.
[Et oneret colla].i.humeros[baccis].i.gemmis[littoris rubri] q̃a in illis littoribus ma-
gis inueniunt̃[Et q̃uis ſcindat(.i.aret)rura opima] .i.agros pingues[boue centeno].i.
centum bobus,attamen[nec cura mordax].i. ſolicitudo mentem corrodẽs ac pungens
nõ deſeret ſuperſtitẽ].i.nõ recedet ab auaro viuẽte , niſi forſitan deo ꝑueniente ac inſpi-
rante vere pœniteat.[Et opes leues]..terrenę celeriter tranſeuntes ac modicę dignitatis,
parui valoris[non comitant̃ defunctum]iuxta illud in Pſalmo:Relinquent alienis diui- Pſalm. 48
tias ſuas. Et:Homo cum interierit non ſumet oĩa,neq; deſcendet cũ eo gloria eius. Verũ Ibidem
vt in Apocaly. habetur,opera illoꝝ ſequentur illos. Vnde & Iob ait:Diues cũ dormierit Apoca. 14
nihil ſecum aufert,apprehendet eũ quaſi aqua inopia. Hoc eſt q̃d in Pſalmo cantamus: Iob 20

 Dormie-

PROSA IIII. Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerūt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis. D
Pſalmo 75 Imo de earum abuſu ratio requiritur diſtricta. Propter quod in libro Iob perhibetur: Di
Iob 20 uitias quas deuorauit euomet, & de ventre illius extrahet eas Deus. Deniq; his concor
Bernard. dat quod ſanctus ait Bernardus ſuper pſalmum: Qui habitat: Cupiditas radix iniquita-
Pſalm. 101 tis ex cordis inedia & obliuione procedit, quod idcirco terrenis inhiat, quia oblitum eſt comedere panem ſuum, panem lachymarū & compunctionis, & minime meditaꝛ cœleſtia. Infelicitas in cupiditate, qa nō felicitas vt putaꝛ. Quid enī? Si forte alicui in terrenaꝝ rerum affluentia videaꝛ cōcupita felicitas arridere, eo ipſo infelicior eſt, quo magis illam amplectitur. Diuitiaꝝ inſatiabilis amor longe amplius deſiderio ſuo animum torquet,
Cyrillus. quàm eam ſuo refrigeret vſu. Hinc demum in Prouerbijs ſuis ait Cyrillus: Totum officium opulentiæ mundialis in tribus aſſiduis vitijs, & in vno continuo tormēto cōſiſtit. Videlicet in inſatiabili cupiditate, in inquieta rapacitate, in illiberalitate continua & timiditate perpetua. O infeliciſſimæ mundiales diuitiæ, omni ſtudio deteſtandæ, quaꝝ dilectio cupiditas, acquiſitio, rapacitas, poſſeſſio, illiberalitas & conſeruatio eſt. Quid cupiditate ſceleſtius, qd rapacitate iniquius, & illiberalitate deformius, atq; timiditate moleſtius? Hinc igitur aſpernemur terrena, & quo corpore nobilior eſt anima, tanto ardentius ſatagamus animam locupletare virtutibus, q̄ exteriorē hoīem rebus caducis.

E

## PROSA IIII.

Sed dignitates honorabilem reuerendūq;, cui prouenerint, reddunt. Num uis ea eſt magiſtratibus, ut utentiū mentibus uirtutes inſerant, uitia depellāt? Atqui nō fugare, ſed illuſtrare potius nequitiam ſolent. Quo fit ut indignemur eas ſæpe nequiſſimis hoībus contigiſſe. Vnde Catullus licet in curuli Noniū ſedentē ſtrumam tamen appellat. Vides ne, quantū malis dedecus adijciāt dignitates? Atqui minus eorꝫ patebit indignitas, ſi nullis honoribus inclareſcant. Tu quoq; num tandem tot periculis adduci potuiſti, ut cum Decorato gereres magiſtratum, cum in eo mentem nequiſſimi ſcurrę delatoriſq; reſpiceres? Non enim poſſumus ob honores reuerentia dignos iudicare, quos ipſis honoribus iudicamus indignos. Atſi quem ſapientia præditum uideres, num poſſes eum uel reuerentia, uel ea qua præditus eſt ſapientia, non dignum putare? F B. Minime. P. Ineſt enim dignitas propria uirtuti, quā protinus in eos quibus fuerit adiuncta transfundit. Quod quia populares facere nequeunt honores, liquet eos propriam dignitatis pulchritudinem non habere. In quo illud eſt aduertendum magis. Nam ſi eo abiectior eſt quo magis a pluribus quiſq; contemnitur, cum reuerendos facere nequeat, quos pluribus oſtentat deſpectiores, potius improbos dignitas facit, uerum non impune. Reddunt nanq; improbi parem dignitatibus uicem, uidelicet quas ſua contagione commaculant. Atqui, ut agnoſcas ueram illam reuerentiam per has umbratiles dignitates non poſſe contingere, ſic collige. Si quis multiplici conſulatu functus in Barbaras nationes, fortunæ deuenerit, uenerandum ne Barbaris honor facit? Atqui ſi hoc naturale munus dignitatibus foret ab officio ſuo quoquo gentiū, nullo modo ceſſarent. Sed ignis ubiq; terrarum nunq̄ tamen calere deſiſtit. Sed qm̄ id eis non propria uis, ſed hominum fallax annectit opinio, uaneſcunt ilico cum



A cum ad eos uenerint, qui dignitates eas eſſe nō ęſtimant. Sed hoc apud extaras nationes. Inter eos uero apud quos ortæ ſunt nō perpetuo perdurāt. Atqui præfectura magna olim poteſtas, nunc inane nomen, & ſenatorij cenſus grauis ſarcina. Si quis quondam populi curaſſet annonā, magnus habebatur, nūc ea præfectura quid abiectius? Vt enī paulo ante diximus, quod nihil habet proprij decoris opinione utentium, nūc ſplendorem accipit, nūc amittit. Si igitur reuerendos facere nequeunt dignitates, ſi ultro improborum contagione ſordeſcūt, ſi mutatione temporꝫ ſplendere deſinunt, ſi gentium æſtimatione uileſcunt, quid eſt ꝙ in ſe expetēdę pulchritudinis habeant, nedum alijs præſtent?

### Expoſitio huius proſæ quartæ. ARTI. XI.

PRæcedenti proſa Philoſophia oſtēdit, ꝙ felicitas in delicijs non conſiſtat, hic ꝓbat ꝙ nec in dignitatibus, poteſtatibus neq; honoribus [Sed dignitates honorabilem venerandumq; cui ꝓuenerint reddunt.] i. q̄uis in diuitijs nō con-
B ſiſtat felicitas, forſitan tñ dices & opinaberis, ꝙ p̄laturæ & poteſtates ſeu p̄ſidentiæ reddant hoīem cui inhæſerint honorabilē, quantū ad exteriorē honoris exhibitionem, & reuerendā. i. reuerentia dignū, quantū ad mentis iudiciū & affectū. Iſtud ſcd̄m quoſdā negatiue atq; ironice diciꝛ. Q. d. Dignitates iſtud nō faciunt in veritate, q̄uis aliqui ita exiſtiment. Huic expoſitioni videꝛ cōſonare q̄d ſubdiꝛ [num vis ea eſt magiſtratibus, vt vtentium mentibus virtutes inſerant, vitiaq; depellant?] i. nunq̄d dignitates & officia, ſortita ſunt hanc vim, vt habeant gratiā & virtutes ſibi annexas, & eas ſecū inducant, ita ꝙ cordibus officiatorꝫ ac præſidentiū ingerant eas, ac vitia ipſa abſtergant? Q. d. Non. Dignitates enī p̄laturæ atq; officia ſunt dona grãe gratis datæ, q̄ bonis ac malis electis ac reprobis ſunt coīa, vt concorditer ſcribunt doctores ſuper 2. & 3. Senten. Specialiter q̄q; Thomas in 1. Secundæ. Nam & Iudas proditor fuit apoſtolus, Balaāq; pro- Iohan. 13
pheta. Hinc ſubdit [Atqui (. i. certe) nō fugare ſed illuſtrare potius nequitiā ſolent]. i. di- Num. 23
gnitates & p̄ſidentiæ non ſolent vitia extirpare, ſed colorare, imo quodāmodo dignificare, dum homo vitioſus ob ſuam præſidentiā honoraꝛ. Vnde in Paſtorali S. ait Grego. Gregor.
Culpa in imitatione vehementer extendiꝛ, dum iniquus q præeſt pro gradus ſui eminētia in veneratione habetur. [Quo fit]. i. ex qua re contingit [vt indignemur eas ſæpe nequiſſimis hoībus contigiſſe]. i. indigne & egre feramus ꝙ dignitates iſtæ frequenter cō-
C cedunꝛ hoībus vitioſis prorſus indignis. Et hæc indignatio pōt eſſe bona, & ex charitate, ac zelo iuſtitiæ prouenire, inquantū illi indigni ſunt, & qa id cedit ad dei inhonorationem & plurimorꝫ ſcādalum ac coītatis iacturam, cum in Eccleſiaſt. ſcriptū ſit: Secundū Eccl 10
iudicem populi, ſic & miniſtri eius. Et qualis eſt rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Propter q̄d ait Gregor. Dum rector per vitiorꝫ abrupta gradiꝛ, grex hunc ſequēs in p- Gregorius
ditionis profundū pręcipitaꝛ. [Vnde Catullus licet in curruli Noniū ſedentiū, ſtrumā tñ appellat]. i. ex hac cauſa ipſe Catullus poeta Veronenſis, nominauit virꝫ iniquū noīe Nonium ſtrumā. i. gibbū ſeu vile ſupfluum, q̄uis Nonius ille ſederet in curuli. i. in ſede ſublimi, qa ſenator fuit aut conſul. [Vides ne]. i. nonne conſideras [quantū malis dedecus adijciant dignitates?]. i. q̄ magnam confuſionē dignitates ſuperaddant iniquis qui pręſunt, quorꝫ peccata vehementer grauanꝛ ex altitudinę officiorꝫ, qa quo gradus eſt altior, eo ruina eſt maior, vt ait Hierony. Atq;, vt aſſerit Gratianus, grauiora facit delicta dignitas delinquentis. Quemadmodum ridiculum eſſet, ſi omnino indoctus poneret ſe in Hierony.
cathredra ad docendū, ſic pręſumptuoſum, deforme ac ſtultū eſt, ꝙ homo iniquus ponit ſe in ſolio iudiciali ad iudicandū, cum & teſte Philoſopho, iudex debeat eſſe quaſi viua Philoſo.
lex, & aīata iuſtitia. Cumq; rex & princeps illiteratus ſit quaſi aſinus coronatus, quanto magis prælatus indoctus nec virtuoſus? [Atqui minus eorum patebit indignitas, ſi nullis honoribus inclareſcant.] id eſt, nullis officijs ac dignitatibus ſublimentur, quia ſic minus vitioſi conſiſterent. [Tu quoque, num tandem tot periculis adduci potuiſti?] id eſt, nunq̄ tu Boethi potuiſti tot periculis aduerſitatibuſq; circūdari aut inuolui [vt cū Decorato gerere magiſtratū putares?] i. vt dignum duceres gerere. i. exercere magiſtratum,

tum.i. conſulis & ſenatoris officium, Decorato .i. conſule impio ſic vocato. [cum in eo D
mentem nequiſſimi ſcurræ delatoriſq; reſpiceres] .i. cum per certa indicia, verba & opa
attenderes ꝙ eſſet nequiſſimus, inſtar ſcurræ ſeu mimi & accuſatoris mendoſi. Credibi-
le eſt, ꝙ duo iſti iniqui fuerunt à Theoderico tyrãno promoti, quoꝝ nequitias atq; con-
ſortia abhorrebat Boethius [Non enim poſſumus ob honores reuerentia dignos iudi-
care, quos ipſis honoribus iudicamus indignos.] id eſt, propter dignitates & officia nõ
valemus iniquos præſidentes reputare venerandos & reuerentia dignos, quos propter
eorum facinora arbitramur indignos ipſis ſuis officijs. [At ſi quem ſapientia præditum
videris] id eſt, ſi conſpiceres quem .i. aliquem, præditum .i. ornatum ſapientia [num] .i.
nunquid [poſſes eum vel reuerentia, vel ea qua eſt ſapientia præditus, non dignum pu-
tare?] .i. non poſſes rationabiliter iudicare illum eſſe indignum reuerentia, quæ ei debe-
tur ratione ſapientiæ ſuæ, iuxta illud Eccleſiaſtici: In duobus contriſtatum eſt cor meũ.
Vir bellator deficiens per inopiam, & vir ſenſatus contemptus. In quibus verbis innui-
Eccl 26 tur, ꝙ ſicut viro bellatori, qui ſcilicet pugnat pro defenſione patriæ, iuxta illud Catonis:
Cato Pugna pro patria, ſeu pro æquitate aut bono communi, debetur ſuſtentatio competẽs,
& neceſſariorum prouiſio, ſic ſapienti reuerentia. Vnde & in libro Prouer. legitur: Pre-
Prou. 17 cioſi ſpiritus vir eruditus. Aut eſſe indignum ſapientia ipſa quam habet: quoniam ſapi-
entia, quemadmodum & gratia & virtutes dignificat formaliter ſuum ſubiectum ipſo E
ſpirituali habitu ſeu actu quo perficit, & formaliter loquendo de ſubiecto, vt eſt tale. B.
[Minime] .i. nequaq̃ id dicere poſſe. P. [Ineſt enĩ dignitas propria virtuti] .i. ex propria
atq; intrinſeca ratione conuenit virtutibus dignitas, hoc eſt, bonitas vitij expulſiua, gra-
tifica, meritoria, ad beatitudinem introductiua: quod virtutibus infuſis doniſq; ſpiritus
ſancti præcipue competit. [quam protinus in eos quibus fuerit adiuncta] .i. quam dig-
nitatem virtus confeſtim [transfundit] in homines quibus ineſt. Nam ſicut albedo for-
maliter dealbat ſuum ſubiectum, ita ꝙ non ineſt non albo: ita ſapientia & virtutes ſua
dignificant bonificantq; ſubiecta, ſic ꝙ non inſunt neq; inhęrent niſi bonis & dignis ho
minibus, loquendo de vera & ſalubri ſapientia, quæ vicioſis nõ ineſt, cum nec prudentia
inſit niſi virtuoſis, ſecundũ Philoſo. Vnde dictum eſt à ſapiente: In maliuolam animam
Philoſo. Sapien. 1 non introibit ſapientia. [Quod q̄a populares facere nequeunt honores] .i. dignitates &
poteſtates ſeculares, nec etiam gratiæ gratis datæ, neq; virtutes informes, quæ oĩa ſtare
poſſunt atq; haberi cum peccato mortali. [Liquet eos propriam dignitatis pulchritudi
nem non habere] .i. conſtat ꝙ huiuſmodi poteſtates, dona, virtutes & gratiæ gratis da-
tæ non gratum facientes careant decore bonitatis expellentis peccatum, quę eſt bonitas
virtutis formatę. ¶ Conſequẽter Philoſophia id probat, qm̃ dignitates reddũt ſua ſub-
iecta indigna magis, deſpectiora ac viliora. [In quo] .i. in qua materia [illud eſt animad- F
uertendum magis. Nam ſi (pro quia) eo abiectior eſt, quo magis quiſq; à pluribus con-
temnitur] .i. quoniam vnuſquiſq; eſt tanto abiectior, ſaltem in cordibus cognoſcentiũ
ipſum, quo à pluribus iuſte deſpicitur [dignitas facit] .i. ipſa dignitas, officiũ ſeu honor
popularis facit homines prauos magis [improbos] .i. deteſtabiliores [cum nequeat eos
facere reuerendos quos oſtentat] .i. aſſidue oſtendit [deſpectiores] .i. viliores pluribus,
vtputa his qui non habent huiuſmodi dignitates, & tamen ſunt boni vel non ita mali, ſi-
cut ſi eſſent in dignitatibus conſtituti. [Vnde non impune] .i. non ſine talionis vltione
hoc fit, ꝙ ſcilicet dignitas ſic vitiat hominem prauum. [Reddunt nanq; improbi parem
dignitatibus vicem, quas ſua contagione commaculant] .i. improbi faciũt dignitatibus
ſicut dignitates faciunt improbis. Nam ſicut dignitates dehonorant & maculãt impro-
bos, ita econtra improbi reddunt ipſas dignitates minus venerandas, & ſuo modo ſper-
nendas. Veruntamen iſtud fit diuerſimode. Dignitates enim non ſunt ſubiecta culpaꝝ,
neq; in ſe viles ſunt, nec directe maculant improbos, cum ſint quędam poſitiua bona ac
dei dona ac ſimplices formæ: ſubiecta vero dignitatum ſunt vitiorum ſubiecta, & pro-
pria abuſione, negligentia, peruerſitate fœdantur ac rei redduntur, cuius euentus occa-
ſiones ſunt dignitates, quæ & ratione vilitatis ſui ſubiecti dicuntur vileſcere atq; fœda-
ri minuſq; honorari. ¶ Deinde tangitur ad idem probatio alia: [Atqui .i. certe [vt
cognoſcas veram illam reuerentiam per has vmbratiles dignitates non poſſe continge
re, ſic collige] .i. vt certo cognoſcas veram reuerẽtiam, quæ debetur virtutibus nõ poſſe
alicui prouenire ad dignitates tranſitorias & obſcuras, quæ ſunt potius vmbræ cœleſtiũ
digni-



A dignitatum, q̃ veritates. Aduerte quod ſubditur: [Si quis multiplici conſulatu functus]
id eſt, frequenter conſul & officiatus effectus, quemadmodum Sylla & Marius, qui ta-
men peſſimi erant, vt Orozius refert [in barbaras nationes forte deuenerit.] Barbari au-
tem vocantur omnes, præter Hebræos, Græcos & Latinos. [venerandumne barbaris Oroſius.
honor faciet?] id eſt, an honor, vtputa dignitas faciet illum à barbaris honorari? Quaſi
dicat, Non. [Atqui ſi hoc naturale munus dignitatibus foret] .i. ſi hoc munus, videlicet
facere aliquid venerabile eſſet naturale dignitatibus [ab officio ſuo quoquo gentiũ nul-
lo modo ceſſarent] .i. dignitates nullatenus deſiſterent, quoquo gentium .i. quocũq; lo-
co habitationis hominum, ab officio ſuo, id eſt, ab hoc ſuo effectu. [Sicut ignis vbiq; ter
rarum] .i. in quocunq; fuerit loco [nunq̃ tamen calere deſiſtit] .i. nunq̃ deſinit in ſe cali
dus eſſe ſeu calefacere ſi habuerit calefactibile ſibi approximatum. Quod enim eſt alicui
proprie naturale, eſt ab ipſo inſeparabile. [Sed quoniam id eis non propria vis, ſed homi
num fallax annectit opinio] .i. quia facere aliquid eſſe honorabile, non annectit .i. non
confert eis dignitatibus propria vis .i. naturalis proprietas, ſed opinio hominum fallax
qui exteriora magis q̃ intrinſeca penſant, ipſæ dignitates [vaneſcunt ilico] .i. mox ſper-
nuntur [cum ad eos venerint, qui dignitates eas eſſe non exiſtimant.] puta ad barbaros
aut alios, qui ignorant aut non putant eas eſſe dignitates, ideo ſubditur: [ſed hoc apud
B exteras nationes] .i. ab alienis gentibus non reputantur aut non cognoſcuntur dignita-
tes territorij huius, imo nec iugiter durant in eadam vrbe aut patria. Vnde ſubiungitur:
[Inter eos vere apud quos ortæ ſunt] .i. inter quos primo inſtitutæ ſunt dignitates [nõ
perpetuo perdurant] q̊d patet in particulari. [Atqui (pro certo) præfectura magna olim
poteſtas] .i. ipſa præfectura fuit quondam magna dignitas apud Romanos. Propter q̊d
Symphronius præfectus pater adoleſcentis, qui ſanctam Agnetam petijt ſibi dari in con
iugem, dixit ſe agere in faſcibus præfecturæ, & ideo ſibi non poſſe præferri etiam nobi-
liſſimum virum, vt narrat Ambroſius. [nunc inane eſt nomen] .i. dignitas illa Romæ Ambroſ.
ceſſauit, ſaltem Boethij tempore. Et ſic nomen pręfecturæ fuit inane, .i. ſine effectu & re ſi-
gnificata, ſicut nunc dicitur patriarcha Alexandrinus, prout in nomine illo deſignatur
relatio [& ſenatorij cenſus grauis ſarcina] hoc eſt, ſarcina cenſus ſenatorij eſt nunc gra-
uis, intelligendo per ſarcinam onus illius officij, cui olim ſenſus & penſio annuatim da-
batur, ſicq; fuit tunc officium honoratum, poſtmodum vero factum eſt ſarcina grauis,
& periculoſa, quoniam ſenatores apud imperatores & reges frequenter accuſabantur, &
varia ſuſtinuerunt diſpendia occaſione officij. [Si quis quondam populi curaſſet anno-
nam, magnus habebatur] .i. officium annonatus fuit olim apud Romanos dignitas grã-
dis. Romani quippe monarchiam tenentes miſerunt annuatim quoſdam viros ad regio
C nes ſibi ſubiectas, ad recipiendum frumentum ab illis pro tributo, quod frumentum vo
cabatur annona, & qui præfuit viris id exequentibus fuit tunc eximiæ dignitatis. [nunc
ea præfectura (.i. illo officio) quid abiectius eſt?] Quia tempore Boethij quaſi nullius fuit
momenti. Porro præfectura aliquando proprie ſumitur pro ſpeciali officio, ſicut & pau-
lo ante, ſed in hac clauſula capitur extenſe pro dignitate communiter, & per hac contra
hitur ad annonatum. [Vt enim paulo ante diximus, ꝙ nihil proprij habet decoris] .i. q̊d
ex ſua natura & propria ratione nõ habet decus & dignitatẽ, ſicq; decoris eſt hic media
correpta, tñ põt legi media ꝓducta, q̄a iam dictũ eſt ꝙ dignitas nõ habet propriã pulchri
tudinem ſolum [opinione vtentiũ nunc ſplendorẽ accipit, nũc amittit] .i. interdũ hono-
ratur, interdũ contemnit ex varia opinione ſeu æſtimatione vtentiũ ipſo noĩe dignitatis
q dum reputant eã impendũt ei honorẽ, alias eã deſpiciunt. Alij exponũt: opinione vtẽ-
tium ipſa dignitate, q̊d nõ videtur idoneũ, qm̃ iuxta illoꝝ opinionẽ nõ impenditur ho-
nor dignitati, ſed iuxta alioꝝ opinionẽ, q̄a nec honor eſt in honorato, ſed honorãte. Iam
q̊q; præhabitũ eſt, ꝙ fallax opinio hoĩm adiecit reuerentiã dignitati. Poſtremo epilogã
do Philoſophia cõcludit [Si igitur reuerendos dignitates facere nequeunt] ſi pro q̄a, di-
gnitates nequeũt hoĩes facere reuerẽdos, ſicut expoſitũ eſt [ſi vltro improboꝝ cõtagiõe
ſordeſcũt] .i. cũ vltra hoc ſordeſcũt .i. vilipendunt contagione improboꝝ .i. ex vitijs ha
bentium eas [ſi mutatione tempoꝝ ſplendere incipiunt] .i. ex variatione eoꝝ quæ fiunt
in tp̃e incipiũt reputari & eſſe ponderis alicuius [ſi gentiũ æſtimatione vileſcunt] quia à
barbaris contemnunt [q̊d eſt q̊d in ſe expetendæ pulchritudinis habeãt] .i. parũ aut ni-
hil pulchritudinis veræ veraciterq; optãdæ includũt [nedũ alijs præſtẽt] .i. nec alijs mul
tum pñt conferre, cũ nihil agat vltra proprium gradum.
Diffi-

## Difficultatum huis proſæ, ac dilucida abſolutio. ART. XII. D

### IOHANNES.

Circa hæc oritur mihi quæſtio prima hæc: Videtur mihi Philoſophia in tota
hac proſa prætendere, ꝙ dignitas inexiſtens iniquis, non eos non modo fa-
ciat reuerendos, & ꝙ ex dignitatibus ſuis non fiant digniores, ſed viliores
& magis deſpecti, imo & deſpectiores. Ex quibus ſequi videtur, ꝙ talibus nõ
eſſet obediendum tanq̃ ſuperioribus atq; maioribus. Rurſus aſſerere, ꝙ di-
gnitas non facit dignum, tale eſt, ac ſi dicatur, ꝙ ſapientia non faciat ſapientem, neq; al-
bedo album. Nonne accidens denominat ſubiectum ſuum? Etſi dignitas non faciat ho-
mines reuerendos, cur Dauid intantũ venerabatur Saulem regem iniquum? DIONY.
Bona & vtilis eſt quæſtio & argumentatio iſta, & tangit ſcripturam, cum glorioſus Ar-
1. Petri 2 chiapoſtolus in ſua prima dicat epiſtola: Serui ſubditi eſtote in omni timore dominis,
non tantum bonis & modeſtis, ſed etiam diſcolis. Inſuper hæreticum eſſet pertinaciter
affirmare, ꝙ vitioſi prælati aut principes ratione ſuæ iniquitatis ſuas amitterent iuriſdi-
ctiones, poteſtates, authoritates aut dignitates, per quas & propter quas ſunt honoran-
Roma. 13 di tanq̃ vicarij dei. Ad quod inſinuandũ ſcribit Apoſtolus ad Romanos: Reddite omni-
bus debitum, cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. Prima quoq; ad Timot. E
1. Tim. 5 Qui, ait, ſub iugo ſunt ſerui, dominos ſuos omni honore dignos arbitrentur. Quod etiã
de infidelibus & vitioſis dominis intellexit, vt Haymo & cęteri expoſitores concorditer
Ephe. 5 proteſtantur. Vnde ad Epheſios docet etiam ſeculari poteſtati ac dignitati ſic eſſe obedi-
endum: Serui, inquiens, obedite domininis carnalibus cum timore & tremore in ſimpli
Bernard. citate cordis veſtri ſicut Chriſto. Hinc beatus Bernardus loquitur in quodam ſermone:
Non ſufficit vt prælatis noſtris ad oculum obtemperemus, niſi cum promptitudine &
reuerentia cordis id faciamus. Quod ſi alicuius prælati conuerſatio tam reprehenſibilis
videatur, vt diſſimulari non poſſet, propter eum tamen, à quo eſt omnis prælatio &
poteſtas, eſt honorandus. IOHAN. Per hæc dubitationem meam auxiſti, non ſoluiſti,
quia Philoſophia videtur hic apertiſſime oppoſitum confirmare. DIONY. Duplex eſt
Prælatio duplex. dignitas, maioritas ſeu poteſtas: Vna prælationis ſeu præſidentiæ, alia conuerſationis &
virtutum, ſeu meriti vitæ. Prima ſpectat ad dona gratiæ gratis datæ, ad quam pertinent
gradus dignitatum & officiorum ac principatuum eccleſiaſticorum, vt ſuper Angelicã
Hugo Victorinus hierarchiam Hugo de ſancto Victore exponit. Secunda ad dona gratiæ gratum faciẽtis
noſcitur pertinere. Dum ergo Philoſophia teſtatur impios in dignitatibus poſitos ex
ipſis dignitatibus non eſſe maiores, nec reuerendos, nec digniores, ſed vilores, vult dice-
re, ꝙ ex dignitatibus illis nõ debetur nec conuenit eis dignitas, veneratio, maioritas, per- F
tinens ad dona gratiæ gratumfacientis, quæ debetur homini ratione virtutum ac meri-
to fidei. Non autem intendit negare quin ipſis conueniat dignitas adminiſtrationis &
prælaturæ, ob quam etiam venerandi ſunt & obediẽtia digni, inquantũ ſunt dei vicarij.
Porro ſecundum modum loquendi doctoꝝ pro nunc maioritas & dignitas in populo
Chriſtiano, abſolute loquendo, attenditur, penes dona gratiæ gratis datæ, videlicet pe-
nes gradus prælationum, præſidẽtiarum, officiorum ac principatuum eccleſiaſticorum:
bonitas autem penes perfectionem charitatis & gradus virtutum. Hinc malus pręlatus
ac princeps maior ac dignior eſt ſubdito virtuoſo, non melior: imo ſubditus virtuoſus
eſt melior illo ſecundum gloſam Decreti. Idcirco Durandus in Summa ſua libro ſecũdo
Maioritas, ait, in tribus attenditur, vtputa in prærogatiua ordinis, in prętogatiua conſe-
crationis, & in prærogatiua diſpenſationis. Idem loquitur Raimundus, & Iohannes in
Summa confeſſorum, Bartholomeus in Summa Piſanna, adduntq; quartam prærroga-
tiuam, videlicet temporis. IOHAN. Bona, clara, vtiliſq; ſolutio, qua multa concordan-
tur, quæ prima fronte videntur contraria. Sed ſecũdo oritur dubitatio mihi de eo quod
dictum eſt, neminem eſſe indignum ſapientia & virtutibus, quibus ex propria natura cõ-
uenit dignitas, i. bonitas expulſiua iniquitatis. Nonne omnes indigni ſumus tot & tan-
Gen. 32 tis donis ac beneficijs dei, cum & S. Iacob patriarcha in Geneſi fateatur: Domine minor
ſum omnibus miſerationibus tuis. DIONY. De homine talia dona habẽte poſſumus
loqui dupliciter: Primo ſecundum ſe, nude ſeu materialiter, & ita indignus eſt eis, ſicq;
deuoti & ſancti frequenter teſtantur ſe eſſe indignos gratia deuotionis ac diuinæ miſe-
rationis



A rationis, quæ eis hubertim & benigniſſima ſpiritus ſancti præuentione confertur. Secũ-
do, formaliter prout ſunt talibus donis formati, ſicq; eis ſunt digni, quoniam dona illa
dignitatem eis intrinſecam & dignificationem, qua ſubiectum efficiunt dignũ inſepara
biliter ferunt ſecum: ſicq; Alexander, Thomas, Bonauentura, Petrus, Richardus de me-
dia villa, & alij ſuper ſecundum & tertium Sententiaꝝ affirmant, quod dona gratię gra-
tum facientis non conferuntur nec inſunt indignis.

### METRVM IIII.

Quamuis ſe tyrio ſuperbus oſtro
Comeret & niueis lapillis,
Inuiſus tamen omnibus uigebat
Luxuriæ Nero ſeuientis.
Sed quondam dabat improbus uerendis
Patribus indecoros curules.
Quis illos igit̃ putet beatos
Quos miſeri tribuũt honores

### Elucidatio metri huius quarti. ART. XIII.

B In hoc metro declarat Philoſophia metrica melodia, q̃d proſaice in proſa
probauit præhabita, eſtq; ordo verborum: [Quamuis Nero] imperator [luxu
riæ ſæuientis]. i. indomitæ, qua quaſi nulli pepercit [ſuperbus comeret]. i. or-
naret ſe oſtro tyrio]. i. purpura veſte: nam purpura tingitur in ſanguine oſtri
. i. piſcis ſic nominati, qui in mari iuxa Tyrum abundat. Hinc purpura alio nomine vo-
catur oſtrum. [& lapillis niueis]. i. gemmis candidiſſimis inſtar niuis [tamen inuiſus]. i.
odioſus omnibus [vigebat]. i. in poteſtate viuebat, nõ ꝙ boni inuidebant ei aut oderãt
eum vt hoĩem, ſed inquantũ tam vitioſum ac peſſimũ: ſic eñ & ipſi deo odio ſunt impius Eccl 14
& impietas eius. Et hoc eſt odium virtuoſum quo oditur culpa, & amatur perſona, de q̊ Pſalm. 138
ait Pſalmiſta: Perfecto odio oderam illos. [Sed improbus]. i. peſſimus ille Nero [dabat
quondam patribus verendis]. i. ſenatoribus [curules indecoros]. i. ſedes & dignitates ſe-
natorum & conſulũ indecoras. i. inhoneſtas per abuſum tanti tyranni, ſicut in proſa pro-
xima præcedenti expoſitũ eſt. [Igitur quis putet]. i. nemo rationabiliter putare iudica-
reve poteſt [illos honores eſſe beatos]. i. illas dignitates eſſe felices in ſe aut beatificãtes,
[quos miſeri]. i. infelices & peſſimi [tribuunt.] In quibus verbis tangitur duplex ratio,
cur in dignitatibus non conſiſtit felicitas. Prima eſt, q̄a impij & miſeri, in q̄bus eſt miſe-
ria pœnæ & culpæ, habent eas. Secunda, q̄m tribuũt eas alijs, nec tñ beatificant illos.

### PROSA V.

C An uero regna regumq; familiaritas efficere potentem ualent?
Quid ni, quando eoꝝ felicitas perpetuo perdurat. Atqui plena
eſt exemplorum uetuſtas, plena etiam præſens ætas, qui reges
felicitatem calamitate mutauerint. O præclara potentia, quæ
nec ad conſeruationem quidem ſui ſatis efficax inuenitur. Quod ſi hęc re-
gnorm poteſtas beatitudinis author eſt, nonne ſi qua parte defuerit felicita
tem minuat, miſeriã importet? Sed q̃uis late humana tendantur imperia,
plures neceſſe eſt gentes relinqui, quibus regũ quiſq; nõ imperet. Qua ue-
ro parte beatos faciens deſinit poteſtas, hac impotentia ſubintrat quæ mi-
ſeros facit: hoc igit̃ modo maiorẽ regibus ineſſe neceſſe eſt miſerię portio
nem. Expertus ſortis periculoꝝ tyrannus regni metus pendent̃ ſupra ver-
ticem gladij terrori ſimilauit. Quæ eſt igit̃ hæc poteſtas, quę ſolicitudinũ
morſus expellere, quæ formidinum aculeos uitare nequit? Atqui uellent
ipſi uixiſſe ſecuri, ſed nequeunt. Dehinc de poteſtate gloriantur, an tu po-
tentem cenſes, quem uideas uelle, quod non poſſit efficere? Potentẽ cenſes
q ſatellite latus ambit? Qui quos terret, ipſe plus metuit. Qui ut potens

PROSA V. eſſe uideatur in ſeruientiũ manu ſitus eſt. Nam q̃d ego de regum familia- D
ribus diſſeram, cũ regna iſta tantæ imbetillitatis plena demonſtrẽ. Quos
quidem regia poteſtas ſæpe incolumis, ſæpe aũt elapſa proſternit. Nero
Senecam familiarẽ præceptorẽꝗ; ſuum ad eligendæ mortis coegit arbi-
trium. Papinianũ diu inter aulicos potentẽ militũ gladijs Anthonius obie
cit. Atqui uterq; potentiæ ſuæ renunciare uoluerunt, quorũ Seneca opes
etiam ſuas tradere Neroni, ſeq; in ocium conferre conatus eſt. Sed dum
ruituros moles ipſa trahit, neuter quod uoluit effecit. Quæ eſt igitur iſta
potentia, quã pertimeſcunt habentes: quã nec cum habere uelis, tutus ſis:
& cum deponere cupias, uitare non poſſis? An præſidio ſunt amici, q̊s nõ
uirtus, ſed fortuna conciliat? Sed quẽ felicitas amicũ fecit, infortuniũ faciet
inimicũ. Quæ uero peſtis efficacior ad nocendũ, q̃ familiaris inimicus?

Elucidatio proſæ huius quintæ. ARTI. XIIII.

OStenſo ꝙ nec in diuitijs, neq; in honore & dignitate cõſiſtat felicitas, hic pro- E
batur ꝙ nec in principatu neq; dominio, neq; in familiaritate magnatũ. [An
vero regna regumq́; familiaritas efficere potentẽ valent?] Hoc interrogatiue
& negatiue legendũ eſt. An, i. quæro vtrũ, regna, i. regalia dominia & princi-
patus terreni, regumq́; familiaritas, i. ſingularis amicitia ac ſecretus cõuictus, fauor & aſ-
ſiſtentia principum, valent aliquem efficere potentem, illa potentia quæ excludit poſſi-
bilitatem incidẽdi miſeriã. [Quid ni]. i. q̃d ad hoc poterit reſponderi, niſi ꝙ iam ita ſit.
Hoc Philoſophia ironice dicit, nam ſubdit: [q̃n eoꝝ felicitas (.i. terrena proſperitas) per
durat perpetuo] Q.d. Si hic immortaliter viuerent in proſperitate cum ſecuritate illam
Ecci 10 nõ amittendi, q̊d nequaq̃ ita ſe habet, cum in Eccleſiaſt. ſcriptũ ſit: Oĩs potẽtatus breuis
vita, ſic & rex hodie eſt, & cras morieť. Hinc ſubdiť [Atqui (.i. pro certo) plena eſt exem-
plorum vetuſtas] .i. antiqua hiſtoria plena eſt exemplis [plena eſt etiã præſens ætas]. i. hi-
ſtoria tpis huius [q̃ reges]. i. qui & quot reges ac principes [felicitatẽ calamitate mutaue-
rint]. i. proſperitatẽ ſuam pdiderunt & miſeri effecti ſunt, vel bello vel morte aut captiui
Iob 12 tate ſublati, ſicut in lib. Iob de dño dicitur: Baltea regum diſſoluit, & præcinxit fune re-
nes eoꝝ. Verum de his allegata ſunt ſuperius multa, quæ non oportet repetere, ſed pro-
lixitatem vitare. Nam & difficiliora ſequuntur, & harũ ſenſus proſarũ præhabitus eſt, id-
circo pertranſeundum. Hinc de iſta potentia exclamat ironice: [O præclara potentia] F
regum ac principũ ſeculi huius [quæ nec ad conſeruationẽ q̃dem ſui ſatis efficax inuenit]
.i. q̃ nec ſeipſam põt diu ſeruare in eſſe. Vnde Alexandro magno defuncto vnus philoſo
phorum deprompſit: Heri Alexander multos à morte potuit liberare, hodie ſeipſum ab
Baruch 3 ea nõ valuit pſeruare. Ideo recte dictũ eſt à Baruch: Vbi ſunt principes gentium & q do-
minantᷓ ſuper beſtias terræ? Exterminati ſunt & ad inferos deſcenderũt. De q̃bus in Eze-
Ezech. 32 chiele frequenter habeť: Dederunt formidinem ſuam in terra viuentium, & dormierunt
Iob. 10 cum his q deſcenderunt in lacum ad terram nouiſſimã. De qua S. Iob ait: Dimitte me vt
plangam paululum dolorem meũ anteq̃ vadam & nõ reuertar ad terram vmbroſam &
opertam mortis caligine, terram miſeriæ & tenebraꝝ, vbi vmbra mortis & nullus ordo,
1. Mach. 2 & ſempiternus horror inhabitat. Hinc quoq; 1. Machabæo. Matthatias dixit de Antio-
cho rege nequiſſimo: A verbis peccatoris ne timueritis, q̃m gloria eius ſtercus & vermis,
hodie extollitur, & cras non inuenietur. Præterea ad idem probandum ſecunda ſubiun
gitur ratio: [Quæ hæc regnorum poteſtas]. i. dominiũ tpalium territorioꝝ [beatitudinis
author eſt]. i. cauſa & datrix ſeu forma felicitatis [nonne ſi qua parte defuerit]. i. ſi po-
teſtas iſta non extenderit ſe vbicunq; ſe extendere poſſet [felicitatem minuat, miſeriam
importet?]. i. neceſſario ſequitur, ꝙ defectus illius potentiæ beatitudinẽ minuat, atq; mi-
ſeriam felicitati contrariam introducat. Vbi etenim rei perfectio terminatur, ibi eius im
perfectio inchoatur. [Sed q̃uis late humana tendantur imperia]. i. regna mundi, quæ per
ſeptem climata & per quatuor principales mundi plagas, Indiam, Aſiam, Africã ac Eu-
ropam extenduntur, [plures neceſſe eſt gentes relinqui] .i. adhuc neceſſario remanent
aliquæ



A aliquæ gentes [quibus regum quiſq; nõ imperet]. i. quibus nullus regum potuit impera-
re. Quod ſuper Danielem alioſq; prophetas S. Hieronymus conteſtatur, Magiſter q̊q; in Hierony.
hiſtorijs ac Ioſephus. Idcirco in lib. Eſdræ loquiť Cyrus: Oĩa regna terræ dedit mihi deus Eſdræ 1
cœli, & conſimilia ꝟba per hyperbolen exponunť. [Qua vero parte beatos faciẽs deſinit
poteſtas]. i. vbi poteſtas iſta terrena finiť, quæ à q̃buſdam putať felicitare potentẽ [hac]
ſ. parte [impotẽtia ſubintrat]. i. ineſſe cognoſciť: impotẽtia nãq; videtur priuatio aut ne-
gatio quædam magis q̃ aliq̃d poſitiuum [quæ miſeros facit] eo modo q̊ negationes & pri
uationes dicuntur aliq̃d agere nõ effectiue & poſitiue, ſed ſuo modo formaliter, quẽad-
modum caligo obtenebrat aerem, cæcitas viſum. [Hoc igitur mõ maiorẽ regibus ineſſe
neceſſe eſt miſeriæ portionem] .i. ex hac ratione rite concludiť, ꝙ regibus terræ plus mi-
ſeriæ inſit q̃ felicitatis, ſicut plus terræ eſt, q̊ vnuſquiſq; eoꝝ caret nec regnat, q̃ ꝙ habet
ac regit, imo nec Alexãder magnus obtinuit occidentem nec oẽs partes aquilonares, nec
Romani totũ orientẽ: & ſi q plus q̃ mediam terræ partẽ obtinuerũt, fuerũt ꝑpauci. Sequiť
ad idem probandũ tertia ratio ſumpta particulari ex facto. [Exptus ſortis ſuæ periculo-
rum tyrãnus]. i. Dionyſius rex crudelis exptus periculoꝝ. i. per experientiã ſciens pericu-
la ſortis ſuæ. i. ſuæ fortunæ ſeu partis vel euentus quem meruit, [regni metus pendentis
ſupra ꝟticem gladij terrore ſimulauit]. i. impius ille ſimulauit. i. figurauit & ſignificauit,
B metus. i. timores regni. i. q̊s ipſe habuit ſibiq́; ſimiles hñt in regnãdo, terrore gladij pen-
dentis ſupra ꝟticem, cuiuſdã ſibi familiaris. Nempe vt legitur, Dionyſius iſte cũ eſſet rex
potẽs & timereť à multis, ſæpius metuebat ac contriſtabať. Interrogatus à fratre ſuo cur
ſic eſſet diſpoſitus cũ tantis abũdaret diuitijs & honore, reſpondit illi nõ ꝟbis, ſed rebus,
faciẽs fratrẽ ſuũ ſedere ad menſam regalẽ, ſuper quã iuſſit poni regij cibi ac potus copiã
grandem, atq; cũ tenui filo faciens ſuper fratris caput enſem ſuſpẽdi, admonens illũ vt
lætus epulareť. Qui reſpondit: Q̃uo poſſum cũ me penetret gladij capiti meo imminẽtis
formido? Reſpondit tyrãnus: Talis eſt iugiter diſpoſitio cordis mei. De hoc ſuperius al-
legata ſunt multa, vt q̊d in lib. Iob legiť: Sonitus terroris ſemper in auribus impij, & cũ Iob 15
ſit pax, ille inſidias ſuſpicatur. Itemq́; Anguſtia vallabit impiũ, ſicut regem q præparatur Ibidem
ad prælium. Hinc de talibus regibus & principibus Seneca fať: Regibus peius eſt multo plus Seneca
q̃ ſeruiẽtibus, q̃m illi ſingulos timẽt, iſti vnũ. Et rurſus: multos timere debet, quẽ multi ti
ment. Specialiſſime aũt tyrãnis eſt cor pauidũ & ſuſpectũ, q ab alijs ſibi fieri præſtolanť,
q̊d ſe alijs norũt feciſſe. [Quæ eſt igitur hæc poteſtas, q̃ ſolicitudinũ morſus expellere, q̃
formidinũ aculeos vitare nequit?] Q.d. Miſera eſt potius q̃ beata, & miſeros faciens ma-
gis q̃ beatificãs, quæ nequit per ſe nec virtutẽ largiť, expellere, hoc eſt, ad expellendũ mor
ſus. i. cõpunctiones ſolicitudinũ inordinataꝝ, mundanaꝝ, carnaliũ, de q̃bus in Prouer.
C ſcriptũ eſt: Expectatio ſolicitoꝝ peribit. Et Apoſt. Nihil, inq̃t ſoliciti ſitis. Eſt aũt alia ſo- Prou. 11
licitudo ſpiritalis & bona, quæ eſt ingens diligentia de pertinẽtibus ad ſalutẽ, de qua ad
Ephe. ait ſcriptura: Soliciti ſeruare vnitatẽ ſpũs in vinculo pacis. Quæ etiã nequit vitare Ephe. 5
aculeos formidinũ .i. acutas afflictiões irrefrenatoꝝ pauoꝝ, de q̃bus loq̃tur Iſaias: Quis Iſaiæ 51
tu vt timeas ab hoĩe mortali? Et ſaluator: Nolite timere eos, qui corpus occidũt. Eſt & Matth. 10
alius timor bonus & optimus, timor vtiq; initialis & caſtus, timor ſanctus & filialis, de q̊
Iſaias: Dñm, inquit, exercituũ ſanctificate, ipſe pauor veſter, & ipſe terror veſter, q̃ iugiter Iſaiæ 8
formidamus ne dñm deũ noſtrum offendamus in aliquo, & ne ſeparemur & abijciamur
ab eo. [Atqui vellent ipſi vixiſſe ſecuri]. i. pro certo ipſi reges vellent vixiſſe & adhuc vi-
uere cũ ſecuritate, q̃a vt in lib. Prouer. legiť: Secura mens eſt quaſi iuge conuiuiũ. [Sed Prou. 15
nequeunt] q̃m ſciunt ſibi vndiq; imminere pericula, tam ab his q̃bus iniuriati ſunt, q̃ ab
alijs q verentur ne ab ipſis iniurienť q̃m qui vni iniuriatur, multis minatur. De talibus
regibus atq; principibus fertur in Iob: Indicabit eis deus opa eoꝝ q̃a violenti fuerũt. De Iob 36
hinc [de poteſtate glorianť]. i. q̃uis tot mala poteſtati adiuncta ſunt, attamen de poteſta
te ſua inaniter glorianť, quemadmodũ Nabuchodo. de q̊ in Daniele narrať: Rex ait, Nõ- Dani. 4
ne hæc eſt Babylon ciuitas magna, quam ædificaui in domum regni, in robore fortitudi
nis meæ, & in gloria decoris mei? Talibus dñs loquitur apud Amos: Væ q dicitis, Nun- Amos 4
quid non in fortitudine noſtra aſſumpſimus nobis cornua? Conſequenter ad idem in-
ducitur ratio quarta. [An tu potentẽ cenſes, quẽ videas velle aliq̃d q̊d nõ poſſit efficere?]
Potentẽ nõ potes talẽ rationabiliter iudicare, potentẽ ſimpliciter poteſtate ad felicitatẽ
ſufficiẽte, q nec de iure nec de facto põt implere omne q̊d vult [q ſatellite latus ambit]. i.

PROSA V. multitudine miniſtrorum latera ſua facit circundari,ne ab aduerſarijs inuadatur[q quos D
terret ipſe plus metuit?].i.eos plus timet quos minando perterret,q̃ timeatur ab eis,à q-
bus veretur:intoxicari,circumueniri,inſidijs perimi.[Qui vt potens eſſe videatur,in ſer-
uientium manus ſitus eſt].i.poſitus eſt in poteſtate miniſtroꝝ ſuorum, à qbus repente
obrui poſſit,ſicut in libris Reg.alijſq; hiſtorijs multoties factũ deſcribit. Præterea ꝓbat
Philoſophia,ꝙ nec in familiaribus regum ac principum cõſiſtat felicitas:[Nam ꝗd ego
de regum familiaribus diſſerã] .i.dicam,niſi ꝗd ſubditur:[cum regna ipſa tantæ imbe-
cillitatis plena demonſtrem].i.iam euidenter probauerim ipſos regios principatus & re-
ges eſſe tam imbecilles.[Quos qdem regia poteſtas ſæpe incolumis,ſæpe aũt lapſa pro-
ſternit]Quos,ſcilicet ſeruos familiares poteſtas regia incolumis.i.ipſi reges adhuc ſani
frequenter occidit.Sæpe aũt hoc facit regia poteſtas lapſa .i. aduerſis deiecta ſeu morte
3.Reg.2 ꝓſtrata:quemadmodũ S. rex Dauid in extremis ſuo ſucceſſori ac filio Salomoni p̃cepit,
vt poſt mortẽ ſuam occideret ipſum Ioab & Semei , ꝗd Dauid vt ordinarius atq; legiti-
mus iudex iuſte præcepit.De qua etiã re duo ſubduntur exẽpla: [Nero Senecã familiarẽ
præceptoremq́; ſuũ ad eligendæ mortis coegit arbitriũ,].i. Nero imperator cõpulit Se-
necam familiarem ſuum,vtputa conſiliariũ, & præceptorẽ.i.magiſtrum ad arbitrium.i.
iudiciũ ſeu voluntatẽ mortis eligẽdæ. Seneca eñ vir moraliſſimus atq; doctiſſimus fuit
inſtructor Neronis ante ꝓmotionem ſuã ad imperium ,& tunc vſq; Nero ſimulauit ſe E
pium & docilem:promotus vero cœpit oſtendere ꝗd in eius latuit pectore. Quẽ Seneca
cum modeſtia ſæpe reprehendit,ꝗd ille nõ ferens, & vultum Senecæ more ſolito erube-
ſcens ac metuens,exegit à magiſtro vt ſibiipſi eligeret genus mortis,ꝗd mallet. Sequitur
aliud exemplũ.[Papinianũ diu inter aulicos potentẽ militũ gladijs Antonius obiecit.]
Iſte videtur fuiſſe Antonius collega Octauiani imperatoris, vir plurimũ vitioſus,à q̃ vt
Auguſtin⁹ recitat Auguſtinus lib.de Ciuitate dei:Tullius ꝑmittente Octauio fuit occiſus,habuitq́;
Antonius iſte ſororem Octauiani vxorem,quã repudiauit,atq; Cleopatrã reginã Aegy-
pti duxit in coniugem,ideo Octauianus inſequebatur eum in Agyptũ,& fugere cõpulit,
ſicq́; Antonius fugiens in ipſa fuga ꝓprio gladio ſe peremit.Papinianus q̃q; extitit vnus
de primis inter aulicos.i.curiales in aula Antonij,quem ipſe Antonius iuſſit gladijs mi-
litum trucidari.[Atqui vterq; potentiæ ſuę renũciare voluerunt].i.tam Seneca q̃ Anto
nius præbuit ſe paratũ ad reſignandum ſuum officiũ,quatenus viuere ꝑmitteretur,[quoꝝ]
vnus[Seneca opes etiã ſuas tradere Neroni , ſeq; in ocium conferre conatus eſt] .i.horũ
duoꝝ vnus vtpote Seneca conatus eſt opes .i. diuitias ſuas tradere .i. reſignare Neroni,
ſeq; cõferre in ocium.i.dare ſe ad vitã contemplatiuã in eremũ vt mortẽ euaderet,iuxta
ꝗd ſatan ait in lib.Iob:Pellem pro pelle,& cuncta q̃ habet hõ dabit pro aĩa ſua.i.ꝓ vita
ſua ſeruanda.[Sed dũ duos ruituros moles ipſa trahit].i.cum tyrãnica iſta potẽtia An- F
tonij & Neronis grauis inſtar molis ad ſuſtinendũ trahit ruituros.i. iuſſit trahi pręfatos
duos ad mortem[neuter ꝗd voluit effecit]nullus eoꝝ mortẽ euaſit,reſignando diuitias
Seneca ſuas tyrannis. Vnde & in Prouer.ſuis Seneca ait:Inimicitiæ potentiũ graues ſunt. Salo-
Prou. 19 mon q̃q; ait:Fremitus leonis ira regis.Deniq; Seneca videns ſe mortẽ nõ poſſe euadere,
elegit mori in balneo, & fecit ſe minui ſub vtraq; aſella,bibitq́; forte vinum,& minutus
quaſi ridendo ſpiritũ emiſit in aqua. Ex his Philoſophia concludit : [Quæ eſt igitur iſta
potentia,quã ꝑtimeſcunt habentes?].i.imbecillis & inſufficiens eſt iſta poteſtas,quã ipſi
reges & principes habentes,ꝑtimeſcunt etiã ſuos miniſtros. [quã nec cum habere velis,
tutus ſis].i.cũ obtinere ſtudueris, habendo familiaritatẽ ac participationẽ ipſius non ſis
tutus ab inuaſione ipſius potẽtię[& cũ deponere cupias].i.dimittere ipſam potentiã &
potentem ac eius familiaritatẽ & commiſſionem attediatus inquietudine officij & an-
nexis periculis,[vitare nõ poſſis?]id eſt,nõ valeas reſignare & declinare ipſam potentiã,
ſed potius ab ea occideris:vel ſi places principi,incurris eius offenſam ac vltionẽ,recedẽ-
dõ ab eo. ¶Præterea ex ſcripturis copioſe probatur,quàm incerta , fallax,mutabilis
Eſther 7 ſit regum & principum fauor . Quod & clare patuit in Aman, ſummo conſiliario & ſe-
cretario Ahaſſueri imperatoris, quem poſt maximam familiaritatem Ahaſſuerus iuſſit
2. Mach. 5 affigi patibulo,ſicut in libro Eſter ſcribitur. Sic & ſecundo Machabæorum narratur,
quemadmodum Antiochus rex præcepit præcipitari Menelaum in mortem, qui varijs
modis ac dolis nitebatur acquirere regis familiaritatẽ. In domibus etiã regũ ſunt multi
ſimulatores & callidi,qui frequenter concitant animos regum contra viros bonos & in-
tegros



A integros , quos opprimi & occidi procurant. Quod expertus rex Ahaſſuerus ait:Multi Eſther 16
aures principum ſimplicis & ex ſua natura alios æſtimantes callida fraude decipiunt.
Communiter q̃q; hoĩes in palacijs principũ potius corrumpunt, q̃ in virtutibus creſcãt.
Vnde Seneca in ſuis ait Prouer.Si in clientela potẽtis aut principis ꝑueneris, aut veritas Seneca.
aut amicitia eſt perdenda. Poſtremo Philoſophia declarat,ꝙ nec illa amicitia ſit multũ
curanda,quæ potentia aut diuitijs,nõ virtute acquirit.[An præſidio ſunt amici].i.vtrũ
illi ſunt veri & fideles amici, præſidium.i.auxilium tp̄e opportuno præſtantes[quos nõ
virtus,ſed fortuna conciliat?].i.quos ad amandum inducit nõ bonum honeſtũ vt ſimi-
litudo virtutum & amor eaꝝ,ſed ea quæ ſubiacẽt fortunæ,vt tẽporalis proſperitas,opu-
lentia,voluptas. Q.d.Non,prout ſupra iam ſæpe probatũ eſt. Vnde & ſubdit:[Sed quẽ
felicitas amicum fecit].i.q ex proſperitate alterius ad eius amorẽ inducitur [infortuniũ
faciet inimicum].i.aduerſitas dilecti faciet ab illius amore ceſſare:qa ceſſante cauſa,ceſ-
ſat eius effectus. [Quæ vero peſtis efficacior(eſt)ad nocendũ,q̃ familiaris inimicus?].i.
nulla res peſtifera,infectiua,nociua,diſpoſitior & potentior eſt ad nocendũ,lędendum,
decipiendũ,q̃ hoſtis domeſticus & aduerſarius tibi ſub ſpecie amici cohabitãs. A tali eñ
minus obſeruat ſe homo, & ille magis applicatus & proximus eſt ad nocendum. Actio
aũt ſit per tactum. Talis vero inimicus eſt vitioſiſſimus,in eñ vt 9.Ethicoꝝ dicat Phi-
B loſophus:Qui fingit ſe amicũ & nõ eſt,peior eſt illo q fingit falſam monetã. Vnde & Au- Philoſo.
guſtinus:Simulata,ait,æquitas eſt duplex iniqtas.Itaq; amicitia contracta & fundata in Auguſti.
bono delectabili & vtili,ipſa delectatione ſeu vtilitate ceſſante,decreſcit: ſed que fundat
in parilitate virtutũ,ſtabilis ꝑſeuerat,nec per diſtantiã corporalem diſſoluitur. Alię vero
amicitię ceſſantibus ſuis cauſis deficiunt. Itaq; deteſtemur enormiſſimũ vitium amicitię
fictæ, duplicitatis & calliditatis vulpinæ,qa vt in Prouerb. Seneca loquitur:Malus vbi Seneca
bonum ſe ſimulat peſſimus eſt. Itemq́; Deteriora ſunt tecta odia q̃ aperta. Deo minus te
offendit loquens inimicus,q̃ tacens. Hoc eſt ꝗd in Prouer.dicitur:Meliora ſunt vulnera Prou. 27
diligentis, q̃ fraudulenta odiẽtis oſcula. Et Pſalmographus cecinit:Corripiet me iuſtus Pſal. 240
in miſericordia & increpauit me,oleum aũt peccatoꝝ nõ impinguet caput meũ. Porro
de fictis illis amicis & domeſticis hoſtibus loquitur Ieremias: Sagitta vulnerans eſt lin- Ierem. 9
gua eoꝝ. In ore ſuo pacem cum amico ſuo loquitur, & occulte ponit ei inſidias.

## METRVM V.

QVi ſe uolet eſſe potentem
Animos domet ille feroces.
Nec uicta libidine colla
C Fœdis ſummittat habenis.
Etenim licet Indica longe
Tellus tua iura tremiſcat
Et ſeruiat ultima Thyle.
Tamen atras pellere curas
Miſeraſq; fugare querelas
Non poſſe:potentia non eſt.

Explanatio metri huius quinti. ARTI. XV.

IN proſa mox præcedẽti Philoſophia oſtendit in principatu atq; dominio nõ
eſſe potentiã veram & ſalutarẽ, neq; felicitatẽ. Hic docet in ꝗ potentia talis cõ-
ſiſtat,vtputa in vitioꝝ edomatione,paſſionum refrenatione , & ſuipſius vir-
tuoſo triumpho.[Qui(.i.quicunq;)volet].i.optabit[ſe eſſe potentem]potẽ-
tia ſpiritali.i.fortitudine animi oĩmq́; vigore virtutum , quæ concatenatæ ſeu connexæ
dicuntur, [ille domet].i. refrenet ac reformet [animos feroces].i. irrationabiles animi
motus,impetuoſas aĩæ paſſiones , & ſpecialiter affectiones pietati, charitati ſuauitatiq́;
ſpũs repugnantes,videlicet amaritudinem,indignationem,iram,elationem,inuidiã,cru
delitatem,cum in Eccleſiaſt.dicatur:Non eſt ſenſus vbi abundat amaritudo. Et rurſus: Ecci 21
Cor durum male habebit in nouiſſimo. Salomon q̃q; ait : Qui ad indignationem faci- Ecci 3
lis eſt,erit ad peccandum procliuior. Hinc iteꝝ proteſtatur:Melior eſt patiens viro forti, Prou. 29
& q dñatur aĩo ſuo expugnatore vrbiũ. Hæc vitia in ſeipſis amara ſunt , & eis in ſe locũ Prou. 16
præbere, eſt ſeipſum diſcerpere,affligere,dilaniare,ꝗd prorſus ſtultiſſimũ eſt,& ſibi in ſe-
ipſo infernũ efficere. Hinc Seneca: Nequitia ipſa eſt pœna, & mala conſcientia nunq̃ eſt Seneca.
tuta,nunq̃ quieta. Vnde & Auguſtinus fatetur: Animus inordinatus ſibiipſi eſt grauis.

PROSA V. Hinc ad Hebræos S. hortatur Apoſtolus: Pacem ſequimini cum oĩbus,contemplantes D
Hebræ. 12 ne qua radix amaritudinis ſurſum germinans impediat,& per illam inquinentur multi.
Seneca Conſonat his q̃d libro de clementia aſſerit Seneca: Magni animi proprium eſt,placidũ
ac traquillum conſiſtere,iniurias & offenſas paruipendere,& eas æquanimiter ferre. Mu-
liebris vero eſt animi litigare,& iræ ſuæ gerere morem. Nec ſummittat.i.nõ ſubdat col-
la ſua.i.ſuperiores animæ ſuæ vires , quibus ſurſum erigitur ratio & liberum arbitriũ,
victa libidine.i.concupiſcentijs ſuperatis,habenis fœdis.i.deſiderijs actibusq́; obſcœnis,
quibus tanq̃ vinculis mens ligatur & impeditur à luce ſapientiæ ac ſplendore virtutum.
Eccl 17 Hoc eſt quod in Eccleſiaſtico ait ſcriptura: Poſt concupiſcentias tuas non eas,& à volu-
ptate tua auertere. Si præſtiteris animæ tuæ concupiſcentias eius, facient te in gaudium
2.Petri 2 inimicis tuis. Vnde & ſummus ait Apoſt. Obſecro vos à carnalibus abſtinere deſiderijs,
quæ militant aduerſus animã. Etenim licet telllus Indica longe diſtans.i.populus Indię
remote hinc habitans,tremiſcat.i.expaueſcat iura.i.præcepta tua. Et Thule.i.regio ſic
vocata,vltima.i.extrema in occidente,ſeruiat.i.obediat tibi,tñ non poſſe.i.non ſatage-
re,pellere.i. ſuperare atq; abijcere curas atras.i.ſolicitudines inordinatas,obſcuras. Et
nõ poſſe fugare.i.extirpare & vincere querelas miſeras.i.queremonias viles ex impatiẽ-
Prou.14 tia orientes,quia vt in Prouerb.legitur: Qui patiens eſt, multa gubernatur prudentia: q
aũt impatiens eſt,exaltat ſtultitiam ſuam. Potentia nõ eſt.i.nõ eſt virtus nec aĩę fortitu- E
do,ſed viliſſima ſeruitus vitioꝝ, deiectio cordis & eneruatio virium mentis , cum dicat
Iohan.8 ſaluator: Qui facit peccaum,ſeruus eſt peccati. Nempe ſi homo aduertat,q̃ enormiter &
frequenter offenderit deum,q̃ multa & magna pro ipſo ſuſtinuit Chriſtus, q̃ ſaluberri-
mum ſit propter deum pati iniurias,& libẽter perferre aduerſa,querelosus non erittimo
nil condignũ ſe pati fatebit, dicens illud Iob: Peccaui & vere deliqui,& vt eram dignus
Iob 33 1.Cor.6 nõ recepi. Hinc ait Apoſt. Iam omnino delictũ eſt in vobis, ꝙ iudicia habetis inter vos.
Philippẽ.2 Quare nõ magis iniuriã,quare nõ magis fraudẽ patimini? Et rurſus ad Philip. Oĩa agite
Ephe.5 ſine murmurationibus,vt ſitis ſine querela ſimplices filij dei. Atq; ad Epheſi. Eſtote inui-
Ephe.4 cem benigni,miſericordes,dantes inuicẽ,ſicut & deus in Chr̃o donauit vobis. oĩs amari-
tudo & ira & indignatio & clamor tollat à vobis cũ omni malitia. Sit ergo in vobis vera
patientia,robur virtutũ,armaturaq́; dei,confortatio gr̃æ,qua oĩbus nr̃æ ſalutis aduerſa-
Conſtant. rijs ꝓualemus. Hinc quippe Conſtãtinus imperator optime dixit: Quid iuuat Barbaros
ſuperaſſe,ſi à crudelitate vincamur? Nam extraneas nationes viciſſe viriũ eſt bellantium,
populorum vitia ſuperare virtus eſt morum: quæ illis prælijs fortiores exiſtimus alijs,in
his fortiores ſumus nobiſmetipſis. Omnium certe ſe dominum comprobat,qui ſe ſeruũ
exhibuerit pietatis.

## PROSA VI. F

GLoria uero, quam fallax ſæpe, quam turpis eſt. Vnde non iniuria Tragicus exclamat: O gloria, gloria, milibus mortalium nihil aliud facta, niſi aurium inflatio magna. Plures enim magnum ſæpe nomen falſis uulgi opinionibus abſtulerunt. Quo quid turpius excogitari poteſt? Nam qui falſo prædicantur, ſuis ipſi neceſſe eſt laudibus erubeſcant. Quæ ſi etiam meritis conquiſitæ ſint, quid tamen ſapientis adiecerint conſcientię, qui bonum ſuum non populari rumore, ſed conſcientiæ ueritate metitur. Quod ſi hoc ipſum propagaſſe nomen pulchrum uidetur, conſequens eſt, ut fœdum non extendiſſe iudicetur. Sed cũ, uti paulo ante diſſerui, plures gentes neceſſe ſit eſſe, ad quas unius fama hominis nequeat peruenire, fit ut quem tu æſtimas glorioſum eſſe pro maxima parte terrarum uideatur inglorius. Inter hæc uero popularem gratiam nec commemoratione quidem dignam puto, quæ nec iudicio uero prouenit, nec unquam firma perdurat. Iam uero q̃ ſit inane, q̃ futile nobilitatis nomen quis nõ uideat? Quæ ſi ad claritudinem referatur, aliena



A aliena eſt. Videtur nanq; eſſe nobilitas quædẽ de meritis ueniens laus parentum: quod ſi claritudinem prædicatio facit, illi ſint clari neceſſe eſt qui prædicantur. Quare ſplendidum te ſi tuam nõ habes, aliena claritudo non efficit. Quod ſi quid eſt in nobilitate bonum, id eſſe arbitror ſolum, ut impoſita nobilibus neceſſitudo uideatur ne a maiorum uirtute degenerent.

### Expoſitio proſæ huius ſextæ. ARTI. XVI.

IAm ſupra oſtendit Philoſophia ꝙ nec in diuitijs,neq; in voluptatibus,nec in
honore,neq; in dignitatibus ſit ponenda felicitas. Hic oſtendit ꝙ nec in fama
& gloria,quę prout nunc ſumitur,eſt clara cum laude notitia,ſecundũ ꝙ Tul- Fama. Cicero.
lius eã diffiniuit,de multiplici tñ gloriæ ſignificatione dictũ eſt ante. [Gloria
ꝟo q̃ fallax ſæpe q̃ turpis eſt].i.celebritas ac claritas famæ eſt frequẽter valde fallax,vt-
puta ex leui hoĩm ſuſpitione & incauto procedens iudicio: & item ex immoderata affe-
ctione,qm̃ quod quis feruide amat, hoc faciliter vltra modũ cõmendat. Vnde amor &
odium peruertunt rectum iudicium. Hinc libro de quatuor virtutibus Seneca fatur: Par- Seneca.
B ce lauda,parce vitupera. Similiter reprehenſibilis eſt nimia laudatio, vt immoderata vi-
tuperatio, illa de adulatione, iſta de malignitate ſuſpecta eſt. Sæpe quoq; eſt,q̃.i.valde,
turpis.i.mendoſa dũ quis vltra merita vel demerita ſua laudatur, vel de prauis operibus
aut apparẽtibus & fictis virtutibus,qm̃ laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ & ini- Pſalm.9
quus benedicitur. Sæpe q́q; vnus iudicat eſſe laudabile,alter reputat vituperabile. [Vn-
de non iniuria tragicus exclamat].i.poëta tragicus videlicet Euripides, non ex iniuria,
ſed zelo veritatis & æquitatis vociferatur: ὦ δόξα δόξα μυρίοισι δὴ βροτῶν οὐδὲν γεγῶσι
βίοτον ὤγκωσας μέγαν. O doxa doxa.i.ò gloria gloria.i.fama humana,milibus mortali
um nihil aliud facta niſi auriũ inflatio magna.i. tu ò humana gloria es res vilis quãuis à
multis milibus hoĩm exprimaris, tñ nihil aliud eſſe videris q̃ magnus ſtrepitus ꝟboꝝ im
plentiũ audientiũ aures,ꝙ conſequenter probatur: [Plures eñ magnũ nomen falſis vul
gi opinionibus abſtulerũt].i. multi hoĩes multoties ſecũ tulerũt grandẽ famã & laudẽ
ex verbis & actibus ſuis,tanq̃ excellẽter periti & ſtrenui ex erronea reputatione vulgari
um,qui vt S. ait Hieronymus,quicquid minus intelligũt magis appreciãtur: & quẽ vide- Hierony.
rint magis promptulũ ad loquendũ & abundantiorẽ in verbis æſtimãt doctiorẽ,nõ ad-
uertẽtes q̊d in prouerbijs Salomon faſſus eſt: Vidiſti aliquem velocẽ ad loquendũ,ſtulti- Prouer.29
tia magis ſperãda eſt q̃ illius correctio. Et denuo: Qui prius reſpõdit q̃ audiat ſtultũ ſe eſ- Prouer.19
C ſe demonſtrat & cõfuſione dignũ. Ideo dixit Apoſtolus: Noli verbis cõtendere,ad nihil 2.Tim.2
eñ vtile eſt niſi ad ſubuerſionẽ audientiũ. [Quo q̊d turpius excogitari poteſt?] qa mul-
tis virtutibus cõtrariatur [Nam q falſo prædicant].i.mẽdaciter cõmendantur [ſuis ipſi
laudibus erubeſcãt neceſſe eſt].i. merito erubeſcerẽt & vtiq; verecũdarentur ſi rite ꝑpen
derent ipſas laudes.cũ in veritate vituperia ſint eoꝝ: vt dũ ſuperbus de humilitate laudat
nõ eius humilitas q̃ nõ eſt laudatur,ſed eius ſupbia reprobat,q̃uis infelix & miſer homo
ſic ſua vanitate,elatione,ſtultitia obtenebret ꝙ corã deo nõ erubeſcit,nec diuinũ iudici-
um expaueſcit,nec imminentẽ ſibi damnationẽ veretur. Cum eñ damnabile ſit de con-
ceſſa ſapientia & virtute velle laudari atq; inaniter gloriari,quanto magis de bonis quæ
non habentur? [Quæ ſi etiam meritis conquæſitæ ſint].i.quamuis laudes iſtas meruerit
homo per opera virtuoſa, ita ꝙ dignus eſt eis dummodo eas vane & inordinate non ap
petit [quid tamen ſapientes adiecerint conſcientiæ].i.bonitatẽ & gaudiũ ac meritũ ſapi
entis ac virtuoſi non augent,ſed potius eum affligunt,quia nõ ſe,ſed deum cupit lauda- Eccẽs.9
ri. Cumq́; incertus ſit an amore ſit dignus an odio,& qualiter curſum ſuum implebit ex
fama & laude ſua grauius perterretur,ne coram deo in die iudicij ſui dupliciter confun-
datur. Veruntamen ſi cõſcientiam bonam habet poteſt de huiuſcemodi fama in deo ſo-
brie cum reuerentia & timote gaudere, & patienter eam ſufferre, in quantum eſt ad dei
honorem ædificationemq́; proximorum,vt cum Apoſtolo dicere queat: Chriſti bonus 2.Cor.2
odor ſumus in omni loco,cũ & dominus proteſtet: Sic luceat lux veſtra coram hoĩbus, Matth.5
vt videãt bona opa vr̃a,& glorificẽt patrẽ vr̃m q in cœlis eſt [q] ſapiẽs [bonũ ſuũ nõ po
pulari rumore,ſed cõſciẽtiæ ꝟitate metit].i. ꝑfectionẽ virtutũ q̃ ei aſſcribit nõ põderat

METR. VI. nec iudicat ex hoim fama,ſed ex diligẽti examinatione cõſcientiæ ſuę,cui tñ examinatio D
ni atq; iudicio nõ cõſentit cũ certitudine abſoluta,ſed cũ probabili cõiectura,qa nõ po
teſt homo ſcire pro certo ſe eſſe in charitate,niſi ex reuelatione diuina.Hinc dixit Aplſ:
2.Cor.1 Gregori. Gloria noſtra hæc eſt teſtimoniũ cõſcientiæ noſtræ.Gregor.quoq;:Sapiẽtes,ait,merita
ſua nõ in hoim ora ponũt,ſed intra cõſcientiam cõtegunt.Deniq; q̃uis multa ſint ſigna
& argumẽta ex qbus valeat homo probabiliter noſcere ſe eſſe in charitate,hoc tñ potiſ=
ſimũ eſt ſi de p̃teritis culpis cordialiter doleat,nec pro aliqua re mũdi velit peccare mor=
taliter. Hoc nanq; ad minus exigit charitas dei qua tenemur deũ ſup oĩa toto corde dili
gere.O ergo q̃ longe,imo q̃ lõgiſſime ſunt à ſalute q conãtur ad hoc,vt impleãt ſuam li
bidinẽ,aliamq; pſonam pro poſſe alliciũt ad male agendũ.Nõne talis homo pcuſſit fœ
dus cũ morte,& cũ inferno pegigit pactũ? ¶Cõſequenter ponit ad idem probandũ alia
ratio[Quod ſi hoc ipſum propagaſſe nomẽ pulchrũ videt].i. ſi bonũ & clarum eſt hoc
ipſum.i.nomen bonum promulgaſſe.i.diuulgaſſe de ſe[cõſequens eſt vt fœdum nõ ex
tẽdiſſe iudicet].i.hoc ſeqtur vt nõ extẽdiſſe ac diffudiſſe bonã famã de ſe iudicetur.i.eſ=
ſe dicatur,fœdũ.i.turpe & abominãdum.[Sed cũ(vti paulo ante diſſerui)].i.qa iam ſu=
pra pbaui ſeptima proſa lib.ſecũdi[plures gẽtes eſſe neceſſe ſit].i.eſſe oportet hoĩes val
de multos[ad quas fama vnius hoĩs nequeat puenire,ſit].i.accidit[vt quẽ tu æſtimas eſ
ſe glorioſum].i.famoſum[proxima parte terraꝝ videat inglorius].i.in prouincia pro= E
pinqua ſit ignotus & nõ famoſus,aut certe deſpectus.[Inter hæc vero popularem grati=
a n].i.laudẽ,famam,gratiãq; vulgariũ[ne cõmemoratione quidẽ dignũ puto].i.tñ de=
ſpicio eam,ꝙ nõ reputo eam dignã noĩari aut recoli[q̃ nec iudicio vero prouenit].i.nõ
1.Cor.4 orit nec pcedit ex vera illoꝝ diſcretione[nec vnq̃ firma pdurat]Ideo dixit Apoſtol. Mi
hi pro minimo eſt,vt à vobis iudicer,aut ab humano die. Verũtñ cauere qlibet debet ne
ex negligẽtia aut culpa ſua naſcat de ipſo fama mala, qa hoc exemplaritati repugnaret.
Auguſtin. Propter q̊d qui negligit famã crudelis eſt,ſecudũ Auguſt.vt dictũ eſt plenius ſupra. ¶In
ſup Philoſophia oſtẽdit q̃ vile ſit de nobilitate carnaliter extolli & gloriari,cũ illa for=
tunæ ſubiaceat,& parui ſit põderis.[Iam vero q̃ ſit inane,q̃ futile nobilitatis nomẽ quis
nõ videat?].i.quis nõ intelligat ſi bene cõſideret,q̃ inane.i.q̃ vehemẽter vanũ,& futile,
id eſt,labile & indignũ ſit nomẽ nobilitatis.i. rumor ſeu fama cõtracta ex innata carnis
generoſitate[Quæ ſi ad claritudinẽ referat].i.ad verã claritatẽ & nobilitatẽ q̃ ptinet ad
virtutes[aliena eſt].i.extranea huic q de ſola carnis nobilitate ſe iactat. [Videt nanq; eſ
ſe nobilitas q̃dam de meritis veniẽs laus parẽtũ].i.vera nobilitas ex poſſeſſione ſeu imi=
tatione virtutũ cõtracta eſt cõmendatio parentũ q taliter nobiles erãt,nec cõpetit ſobo=
li niſi parẽtes imitet in bonis.[Quod ſi claritudinẽ p̃dicatio facit].i.ſi ipſa famatio & re=
putatio hoĩm cõfert homini claritatẽ[illi ſint clari neceſſe eſt,q prædicant].i.neceſſario F
ſeqtur ꝙ illi ſint clari & nobiles q tales famant,q̊d tñ ita nõ eſt,cũ frequẽter vitioſi,viles
degeneres famẽtur eſſe clari, boni ac nobiles.[Quare ſplendidũ te ſi tuã non habes,alie
na claritudo non efficit].i.parentum tuoꝝ nobilitas te non facit nobilẽ ſi nõ habes in te
propriam nobilitatẽ veram & virtuoſam ex virtutũ imitatione pẽdentẽ,de qua dicitur:
Nobilis eſt ille quẽ nobilitat ſua virtus, nec clarus & nobilis eſt cenſendus, quẽ ſordida
vita & mores indigni viliſicant. Hinc Iudæis de nobilitate carnali gloriantibus eo ꝙ de
Lucæ 3 patriarchaꝝ ſemine proceſſiſſent,beatiſſimus Iohannes Baptiſta locutus eſt.Ne cœperi=
tis dicere,Semen Abrahæ ſumus.Dico eñ vobis:Potens eſt deus de lapidibus iſtis ſuſci
Iohan.8 tare ſemen Abrahæ.Quibus & Chriſtus dixit:Si filij Abrahæ eſtis,opa Abrahæ facite.
Galat.3 Vos ex patre diaboli eſtis.De hoc ad Galat.diffuſe ſcribit Apoſtolus, probans gentiles
credentes in Chriſtũ non Iudęos incredulos Abrahæ filios nõ eſſe appellandos.[Quod
ſi quidem in nobilitate bonũ].i. ſi in carnali nobilitate eſt aliquid boni[id eſſe arbitror
ſolum].i.puto hoc ſolũ aut præcipue eſſe[vt impoſita nobilibus neceſſitudo videatur]
.i.obligatio quædam ipſis videtur eſſe innata[ne à maioꝝ virtutum degenerent].i.ne à
patrum & prædeceſſorum ſuoꝝ probitate moribuſq; diſcedant,quatenus decus paren=
tum in ſua reſplendeat prole,ſicut qualitas cauſæ in ſuo effectu. ¶Præterea de ipſa nobi
litate quid ſit in re, & qualiter ſecundũ Pphiloſophũ in politicis dicatur antiquata opu=
lentia,atq; vt alij addunt,quædam innata magnanimitas,probitas & honeſtas, dictum
eſt plenius ante.Veꝝ in his quidam carnis propagine clari deuiant vehementer,& iudi=
cant valde inſipienter. Nam dato ꝙ carnalis illa nobilitas alicuius ſit dignitatis ſicut &
eſt



A eſt,non tamen tantæ vt æſtimant illi qui ſe de illa nimis extollunt, magiſq; reputant il=
lam quæ eſt bonũ fortuitum q̃ dona naturæ aut etiã bona gratuita, q̊d prorſus erroneũ
eſt & contra iuſtitiam,quæ requirit vnumquodq; appreciari q̃tum valet.Hinc contra ta
les dicitur à Malachia:Nunquid non pater vnus oĩm noſtrum?Nũquid non deus vnus Malach.2
creauit nos?Quare ergo deſpicit vnuſquiſq; noſtrũ fratrem ſuũ,violãs pactum patrum
noſtrorum?Sed & Iacobus frater Chriſti contra tales in ſua ſcribit canonica:Si introie= Iacobi 2
rit in conuentu veſtro vir aureum anulum habens & in veſte candida,dicatiſq; ei:Sede
tu hic bene,pauperi autem:Tu ſta ibi,nõne facti eſtis iudices cogitationũ iniquaꝝ?&c.
Humilient ergo ſe nobiles,illud ad Corinthios attendentes: Videte vocationẽ veſtram 1.Cor.1
fratres,quia non multi potentes non multi nobiles ſunt inter vos:ſed infirma & abiecta
mundi elegit deus.Hinc aſſerit glorioſus Hieronymus:Sola apud deum libertas eſt non Hierony.
ſeruire peccatis,ſola apud deum nobilitas eſt clarum eſſe virtutibus.De carnis nobilita
te nunquam inter vos diſputetur,nec ex ea vnquam te præferas alteri.De vera quoq; no
bilitate Seneca loquitur:Nobilitas animi generoſus eſt ſenſus, nobilitas hominis gene= Seneca.
roſus eſt animus.Hinc Cyrillus diſſeruit:Vera nobilitas non eſt niſi virtus poſſeſſa,dũq; Cyrillus.
de nobilitate carnis erigeris glorificam animæ nobilitatem ventoſa vanitate diſpergis,
& ex pretioſitate vilis effectus ex ipſa nobilitte vileſcis.

B

## METRVM VI.

OMne hominum genus in terris
Simili ſurgit ab ortu
Vnus enim rerum pater eſt:
Vnus qui cuncta miniſtrat.
Ille dedit phœbo radios:
Dedit & cornua lunæ.
Ille homines etiam terris
Dedit,& ſydera cœlo.
Hic clauſit membris animos
Celſa ſede petitos.
Mortales igitur cunctos
Edidit nobile germen.
Quid genus & proauos ſtrepitis?
Si primordia ueſtra
Authoremq; deum ſpectes
Nullus degener extat
Ni uitijs peiora fouens
Proprium deſerat ortum.

## Elucidaito metri huius ſexti. ARTIC. XVII.

C IN hoc ſexto huius tertij libri metro declarat Philoſophia quod in fine præha
bitæ proſæ deprompſit,videlicet carnalem nobilitatẽ modici aut nullius eſſe
momenti,eo ꝙ omnium hoĩm ſit idem creator,& vnum effectiuum principi
um deus:[Omne hoĩm genus].i.vniuerſum genus humanũ[ſurgit].i.in eſſe
procedit quãtũ ad aĩas immediate p creationẽ à deo nõ ſimul, ſed ſucceſſiue organiſatis
corporibus,iuxta ilud in pſal.Qui finxit ſingulatim corda eoꝝ.i.hoĩm mẽtes intellecti Pſalm.32
uaſq; aĩas.Ad q̊d inſinuandũ ait p Iſaiã prophetã:Flatus ego faciã,[ab ortu ſimili].i.ab Pſalm.57
eodẽ fontali principio,vel à ſimili mõ producẽdi,puta p viã creationis.Vnus q cũcta gu
bernat,q̃dam immediate p ſe,q̃dam p cauſas ſecũdas,vt dictũ eſt ſæpe, & infra diffuſius
exprimit.Ille dedit phœbo radios.i.ſoli indidit ſuã lucẽ,qua cũcta ſuæ illuſtrationis ſuſ=
ceptiua irradiat.Propter q̊d ſecundũ magnũ Dionyſiũ:Sol eſt euidẽs diuinæ & increatę S. Diony.
bonitatis ſe ſup oĩa diffundẽtis imago.Dedit & cornua lunę.i.ex dei inſtitutiõe cõtingit
ꝙ luna in incremẽto luminis ſui,atq; in eius decremẽto videt cornuta.Quod qualiter ac
cidat ſupra expoſitũ eſt.Ille etiã dedit hoĩes terris.i.ordinauit & fecit ꝙ hoĩes terrã inha
bitẽt:ſicq; potius terrã dedit hoĩbus in poſſeſſionẽ,q̃ hoĩes terris,iuxta illud pſalm.Cœ= Pſalm.113
lũ cœli dño,terrã aũt dedit filijs hoĩm. Dedit & ſydera cœlo.i. ſtellas fixas collocauit in
firmamẽto.iuxta illud Geneſis: Poſuit eas in firmamento cœli. Vnũquenq; quoq; pla= Gene.1
netã in ſuo orbe ac pprio cœlo cõſtituit,vt probabilior tenet opinio.Hic clauſit aĩos.i.
ſpũs rationales,vel aĩas intellectuales,mẽbris.i. corporibus organiſatis p mẽbra forma
tis,nõ ꝙ in diuerſis mẽbris diuerſæ ſint aĩæ,vt opinatus eſt Plato,ſed eadẽ aĩa eſt tota in Platonis error.
toto corpe ſuo,& in q̃libet eius pte, quãq̃ Calcidius Roma.ecclæ diaco,q ad cõmiſſionẽ Calcidius.

METR. VI. Oſij papæ duas partes Timæi platonis ex græco tranſtulit in latinum, dixerit animã ra D
tionalem eſſentialiter ſolũ eſſe in corde, atq; per influentiã in cæteris membris, quã opi-
nionem doctores cõcorditer reprobant. Porro anima dicitur incluſa membris & corpo
ri non per cõmenſurationem, cum non ſit corporea, ſed quia diffuſiue eſt ibidem, vt libro
Ioh. Dam. ſecundo aſſerit Damaſcenus. Sic quoq; ibi eſt clauſa vt ante mortẽ non egrediatur reali
Auguſtin. ter. Vnde in IX. de Ciuitate dei loquitur Auguſtinus: Plotinus platonicus noſtræ memo
Plotinus. riæ vicinus tpibus Platonem cæteris excellẽtius intellexiſſe laudatur & ait: Pater miſeri-
cors hũanis animis mortalia vincula fecit. Celſa ſede petitos. i. acceptos & miſſos à cœ-
Plato. lo ſublimi, nõ à ſtellis cõparibus, vt in Thimæo & Mẽnone Plato dixit, ſed à celſa ſede. i.
Hebræ. 2 creatore & rege cœloꝝ patre ſpirituũ ſecundũ Apoſtolum ad Hebræ. qui per Iſaiam ait:
Iſaiæ 57 Spũs à facie mea egredietur. Et per Ezechielem teſtatur: Ecce ego mittam in vos ſpm̃, et
Ezech. 37 viuetis. Hæ authoritates ſcripturæ canonicæ valẽt ad reprobandũ errores hæreticorum
& quorundam philoſophoꝝ, dicentiũ aĩas rationabiles in exordio mundi oẽs ſimul eſ-
Auguſtin. ſe creatas. Quod vt in lib. de Ciuitate dei recitat Auguſtinus, quidam manichæi platoni
ci affirmabant, errores quoq; aſſerentiũ aĩas rationales immediate creatas ab intelligen
tia vltima præſidẽte ſphæræ actiuoꝝ & paſſiuoꝝ. Quẽ errorem vere philoſophiæ ac the
ologiæ contrariũ ſecuti ſunt Auicenna rex & Algazel ſequax ipſius. Igitur. i. ex his ꝙ no
bile germen edidit. i. produxit cũctos mortales per hoc nobile germẽ clariſſima illa oĩm E
rerum cauſa effectiua poteſt intelligi deus altiſſimus, vel etiã primus hoĩm parẽs Adam
à deo formatus. Veruntamen germen proprie accipi ſolet pro re producta, vt cum S. Di-
S. Diony. onyſius loqtur ꝙ diuinus amor nõ reliquit deum ſine germine eſſe, ſicq; per germen po-
teſt hic proprie accipi vnigenitus filius dei verbũ æternũ, per q̃d facta ſunt oĩa. De q̃ ꝑ
Iſaiæ 4. Iſaiam prædictũ eſt: In die illa erit germen dñi in magnificẽtia & gloria. Vbi per germẽ
dñi intelligitur Chriſtus filius dei ad literam, ſecundum Hieronymum, Bedam & Hay-
Hierony. monem, ſecundum quoq; doctores ſcholaſticos Alexandrũ de Hales, qui vocatur do-
Beda. Haymo. ctor irrefragabilis, qui & edidit doctrinale vt patet ex vltimo metro & cõmento libri Io
hãnis de Gerlandia de myſterijs miſſæ, & ſanctũ Thomam & Petrũ. ¶ Ex introductis
arguit Philoſophia ſupbos & fatuos de carnea nobilitate ſe inaniter iactantes, & illam
quaſi præcipuũ bonum magnificantes. Quid. i. ad quid, ſtrepitis. i. cũ ſtrepitu & loqua-
citate iactatis, genus. i. progoniẽ veſtram, & proauos & progenitores veſtros aſcenden
do ad auos proauos & attauos? Si ſpectetis. i. frequẽter aſpiciatis, primordia veſtra. i. ori
ginalem inſtitutionẽ veſtram & propagationem ex primis parẽtibus, que pro &, deum
qui eſt oĩm veſtrum creator & pater, nullus extat degener. i. ignobilis & vilior alio hoĩe
in puris naturalibus ſeu quantũ ad dignitatẽ ſpecificam. Vnde, vt allegatũ eſt apud Ma-
Malach. 2 lachiam habetur: Nunquid nõ pater vnus oĩm eoꝝ, &c̃. Ad quod etiã referandũ Elihu F
Iob. 33 filius Barachel nolens paruipẽdi à ſancto Iob ait: Ecce me ſicut & te fecit deus, & de eodẽ
Gene. 2 q̃q; luto formatus ſum. De q̃ vtiq; luto ſcriptũ eſt in Geneſi: Formauit deus hoĩem de
limo terræ. Ni. i. niſi, fouens. i. nutriens, peiora. i. deteriora, peccatis deſerat propriũ ortũ
. i. peccãdo relinquat primũ ſuum principiũ deum excelſum & adorandũ, quẽ relinquũt
Oſeæ. 4. qui eius præcepta tranſgrediũtur, iuxta illud Oſeæ: Dñm dereliquerũt in non cuſtodien
Ierem. 2 do. Propter quod de ilis conqueritur apud Ieremiam: Quid iniquitatis inuenerũt in me
patres veſtri, qa elongauerunt ſe à me & abierunt poſt vanitatem, & vani facti ſunt? De
Pſalm. 1 niq; ille fouet peiora qui in cathedra peſtilentiæ ſedens alios ſcandalizat, erronee docet,
Iſaiæ. 39 & de iniquitate minori corruit ad maiorẽ, imo & alios incitat ad peccandũ. Quibus do
Pſalm. 72 minus loquitur per Iſaiam: Væ filij deſertores vt faceretis conſilium & non ex me, vt ad
Iſaiæ. 5 deretis pctm̃ ſuper pctm̃. De quibus cantat in pſalmo: Prodijt quaſi ex adipe iniqtas eo
rũ, tranſierũt in affectũ cordis. Tales ſunt q pſeuerant in vitijs. Quibus in Iſaia cõmina-
tur iudex altiſſimus: Væ qui trahitis iniquitatẽ in funiculis vanitatis, & quaſi vinculum
plauſtri peccatum. Præterea hic docemur propriam dignitatem ſapienter penſare, ſicq;
Roma. 12 honore inuicem præuenire, non alterutrum ſpernere, neq; alicui ſuam parentelam & ge
nealogiam improperare, potiſſime ne ipſimet praue & viliter cõuerſando degeneremus
Thren. 4 & ignobilitemus noſipſos, quemadmodum ſcriptum eſt: Qui nutriebãtur in croceis am
Pſalm. 48 plexati ſunt ſtercora. Et in pſalmo: Homo cũ in honore eſſet non intellexit, &c̃. Hinc Cy
rillus in ſuis refert ꝓuerbijs ꝙ burdo obuiãtẽ ſibi mulũ cõtẽpſit eo ꝙ à meliore eſſet ge
Cyrillus. nitus pr̃e. Cui mulus locutus eſt: Quid tibi ex hoc amplius tribuis & aſſcribis cũ ſis bur
do.



A do. Bonũ nãq; & fœdũ gñationis ex aſſimilatis genitoribus ꝓfluit ac depẽdet. Vbi ergo
imitationis conformitas tollitur nihil refert vnde quis natus dicatur. Nonne à dracone
pretioſiſſima gemma draconitides oritur? Et de gallo ſerpentum nequiſſimus baſiliſcus
ſeu regulus generatur. Medicinalis ac redolens roſa de ſpinis producitur atq; de herina-
tio ſpinarum acerbitas deriuatur. Sic auꝝ quoq; de ſulphure gignitur & de flamma per
lucida teter ortus ſpargitur fumus. Sed quõ ſurſum tolleris ex parente qui quaſi alterum
aſinum confunditur genuiſſe. Pater autem meus gloriatur ſe procreaſſe me æquo æqui
ualentem. Vera ergo nobilitas eſt ſancta humilitas, quæ mentem creatam deo coniun-
git, gratia replet, ad æternam felicitatem perducit.

## Difficultatum huius ſexti metri propoſitio breuiſq; abſolutio.

## ARTICVLVS XVIII.

### IOHANNES.

VIdetur Philoſophia in hoc metro intendere ac probare ꝙ hoĩes vniuerſi in
puris naturalibus ſunt æquales. Vnde ergo cõtingit ꝙ vnus homo ex natu
rali diſpoſitione aliũ tam vehementer excedit, ita ꝙ quidã ſunt naturaliter
valde egregiæ indolis & ad virtutes valde diſpoſiti, acutiſſimi quoq; inge-
B nij: alij vero incorruptæ inclinationis, & ad vitia etiã enormia mirabiliter,
vel potius miſerabiliter nimiũ proni? DIONY. Quæſtio iſta in ſupficie videt non mul
tum difficilis, eſtq; cõis ad eã reſpõſio, ꝙ diuerſitas iſta animaꝝ ſeu hoĩm ex diuerſa cor-
poris diſpoſitione cõtingit. Acutius vero pẽſando grãdis eſt in q̃ſtione hac difficultas.
Noueris ergo ꝙ Magiſter Sententiaꝝ lib. II. hãc mouet materiã, & tenet ꝙ aĩæ rationa Li. 2. diſt. 32. par. ... ...
les ex ſua creatione & natura inæqualitatẽ ſortitæ ſunt. Circa q̃d ſcribit Thomas, Quidã
in angelis & aĩabus ponũt materiã, & hi forſan aliquo modo poſſent ſaluari differentiã
animaꝝ in dignitate: & opinionis videt fuiſſe magiſter dicẽs, ꝙ in eo modo ſit differen-
tia in animabus ſicut in angelis. Sed qm̃ alibi ſatis probatũ eſt, nec in angelis neq; in ani
mabus eſſe materiã, nõ poteſt inter animas rationales eſſe diſtinctio penes dignitatẽ na-
turæ, neq; ſecundũ gradus eſſentialis perfectionis: imo oẽs ſecundũ ſe nude acceptæ ſunt
pares. Differentiæ aũt eminẽtiæ q̃ in eis eſt cõſurgit ex diuerſa corporis diſpoſitione, ſe-
cundũ ꝙ ait Philoſophus: Molles carne apti ſunt mẽte. Hãc poſitionẽ Albertus & Ae- Philoſop.
gidius ſunt ſecuti, & eſt poſitio iſta cõior, à qua tamen Thomiſtæ ꝑcipue Petrus de Tha
rantaſia & Richardus de media villa receſſerũt, ſequẽtes magiſtrũ. Ait eñi Petrus: Sicut
magiſter teſtat, quemadmodũ eſt diuerſitas attributoꝝ in angelis, ita in aĩabus, qm̃ eri-
mus ſimiles angelis dei in cœlo. Hinc ſicut in angelis eſt æqualis aptitudo naturæ ad glo
C riam, ita videt eſſe in nobis. Vnde vero inæqualitas iſta cõtingat, diuerſi diuerſimode tra
dũt. Nam aliqui ponũt in aĩabus ſpiritalẽ materiã, & ꝙ quanto illa fuerit in aĩabus ma-
ior aut minor ſeu purior, ſecundũ hoc aĩas eſſe magis aut minus ſubtiles: q̃ poſitio veri-
or eſſe videtur, qa frequẽter in corpore fragiliori melior anima inuenitur. Richardus de
mũ hic addit: Siue ponat materia ſpũalis in animabus ſiue nõ, credo ꝙ quædã ſunt qui-
buſdam nobiliores ex creatione, nõ ſolũ in gratijs ſupnaturalibus gratis datis, ſed item
in naturalib. donis. Ad minus eñi oportet in aĩabus ponere q̃d & q̃ eſt, & rõne illius q̃d
eſt q̃d ſe habet ꝑ modũ materialis & paſſiui principij poſſunt à creatore diuerſimode diſ
poni ac trãſmutari: ſicq; cauſari in eis proprietates diuerſæ naturales indiuiduis nõ ſpecie.
Nam q̃uis ſint ſupnaturaliter ac volũtariæ datæ à creatore, tñ inquantũ ſunt inſeparabi
les ab aĩabus qbus collatæ ſunt & cõcordãtes eaꝝ naturæ, nec eleuãtes eã ſupra ſpeciem
ſuã, ſunt eis q̃dammõ naturales. Hæc Richardus. At vero Bonauẽtura tẽdit ad idẽ: Poſi-
tio, inquens, magiſtri eſt ſatis probabilis, qa cũ corpus ſit propter aĩam, nõ ecõtra, excellẽ-
tia iſta in naturalibus ex parte aĩæ venit nõ rõne principij ex q̃, qa ex nihilo eſt, ſed rõne
principij à q̃: hoc eſt, à ſapiẽtia cõditoris oĩa cõgruo ordine producẽtis. Nihilominus diſ-
poſitio corporis multũ cõfert ad exercitiũ habilitatũ iſtaꝝ, q̃uis nõ ſit principalis cauſa
diuerſitatis habilitatũ iſtaꝝ, ꝓſertim cũ videamus frequẽter hoĩes prioris cõplexionis eſ
ſe melioris ingenij. Cũq; videamus quoſdã ad metaphyſicalia, quoſdã ad phyſicalia, ali-
os ad mathematica aptiores, ſi cauſa hoꝝ q̃ratur rñdebit theologus eſſe hoc ex varia di-
ſtributiõe donoꝝ dei, q̃ oĩa grãæ appellãt à ſctis. Philoſop. ꝟo diceret hoc eſſe ex diuerſa
corpis diſpoſitiõe: & vterq; diceret bñ, ſed theologus melius, vtputa principaliorẽ cauſã
aſſignans. Vn-

PROSA VII. Philoſop. Vnde & Ariſtoteles libro de animalibus aſſignando cauſas diſpoſitionis membrorum D
vbi non inuenit cauſam principalem ex parte naturæ recurrit ad creatricis ſapientiæ diſ-
poſitionem. Hæc Bonauentura. Durandus autem ſequitur ſanctę Thomæ reſponſionē,
ad quam etiam magis diuertit Henricus. Hæc hic breuiter tetigiſſe ſufficiat, de quibus ſu
per ſecundum Sententiarum plenius ſcripſi. IOHANNES. Quid in his potius ſentis?
DIONY. Cum ſpecies rerum ſe habeant ſicut numeri, in quibus vnitas addita ſeu ſub-
tracta variat ſpeciem, & ſpecies rerum in indiuiſibili conſiſtere aſſeratur, nec ſubſtantia
recipiat magis & minus, nō video quō opinio illa magiſtri atque ſequacium eius valeat
ſtare, ſed de hoc nolo hic amplius ſcribere, quamuis multa occurrant. Nam & Aſtrono
mi circa hæc multa ſcripſerunt, quemadmodum etiam influentiæ cœleſtium corporum
multiformiter agant & imprimant, inclinēt & conferant in ipſis hominibus. Inſunt eti-
am animabus habitus quidam innati priorum principiorum tam in agilibus q̃ in ſpecu
Hierony. labilibus, & poſſet quis opinari ꝙ in aliquibus eſſent fortiores, cum & ſanctus Hierony
mus in regula proteſtetur, ꝙ Ariſtoteli videt̃ infuſum quicquid naturaliter ſciri poteſt.
Auerrois. Atq; Auerrois fateatur: Optimum quod natura facere poteſt in Ariſtotele fecit. Quod
an verum ſit deus nouit. IOHAN. Si tanta eſt hominum conformitas in natura, cur e-
tiam iura prohibent illegitime natos à ſacris ordinibus? DIONY. In deteſtationē pec-
cati, & propter dignitatem ac reuerentiam ſacramēti. IOHAN. Quomodo verum eſt E
quod dixiſti quoſdam manichæos platonicos fuiſſe, cum Manichæus poſuerit duo pri
Plato. ma principia effectiua rerum, Plato tantummodo vnum? DIONY. Aliquid attribui-
tur homini dupliciter: Vtputa ſimpliciter & ſecundum quid. Manichæi ergo nonnulli
Porphyr. vocantur platonici ſecundum quid, quoniam in quibuſdam Platonem ſunt aſſecuti. Sic
Auicenna & Porphyrius appellatur platonicus, quia in pluribus imitatur Platonem, & Auicenna
peripateticus, quia in pluribus Ariſtotelem eſt ſecutus.

## Elucidaito myſtica huius metri ſexti. ARTIC. XIX.

QVAE de ſpirituali intelligentia huius metri poſſent induci videntur ſa-
tis præhabita. Nempe omne hominum genus ſimili ſurgit ab ortu, id eſt,
Iooan. 12 quidam de omni genere homiuum regenerantur in Chriſto & in eius re
Iohan. 3 naſcuntur baptiſmo, de quibus ipſe prædixit: Ego ſi exaltatus fuero à ter
Matth. 5 ra omnia traham ad meipſum. Et rurſus: Niſi quis renatus fuerit ex aqua
Matth. 23 & ſpiritu ſancto non poteſt intrare in regnum dei. Vnus quoq; eſt omnium pater, cui q̃-
tidie dicimus: Pater noſter qui es in cœlis. De quo in euangelio loquitur: Patrem nolite
vocare ſuper terram, vnus eſt enim pater veſter in cœlo. Ille dedit radios Phœbo. i. Chri
ſto ſoli iuſtitiæ contulit ſecundum naturam eius aſſumptam radios ſapientiæ quantum F
intellectus eius creatus capere quiuit. Dedit & cornua luna. i. eccleſiæ condonauit pote-
ſtatem & iuriſdictionem tam ſpiritualem q̃ ſecularem, quæ deſignantur per duos gladi
Lucæ 22 os, de quibus in cœna dixerunt diſcipuli: Ecce duo gladij hic. Ille itidem dedit homines,
id eſt, carnales, ſeculares, terres, quoniam circa terrena ſunt occupati, & plures ex eis plus
Ierem. 17 terrena q̃ cœlſtia quærunt, ideo pereunt. De quibus Ieremias loquitur deo: Recedentes à
te in terra ſcribentur. Sydera vero dedit cœlo. i. vere deuotos, vere religioſos, contempla
tiuos, & qui exemplis ac verbis inſtruunt alios deputauit locandos in regno cœlorum,
Dani. 12 quemadmodum archangelus Gabriel dixit ad Danielem prophetam: Qui multos eru-
diuit ad iuſtitiam, fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Mortales igitur cun-
ctos fideles edidit nobile germē, videlicet Chriſtus vnigenitus dei patris ac virginis ma
Iacobi 1 tris, quia vt Iacobus apoſtolus fatur: Voluntarie genuit nos verbo veritatis, vt ſimus ini
tium aliquod creaturæ eius. Cur ergo ò Chriſtiani genus carnale & progenitores iacta-
Iohan. 1 tis, vt non potius de cœleſti generatione gaudetis? Quotquot enim receperunt eum, de-
dit eis poteſtatem filios dei fieri, hi qui credunt in nomine eius. Qui non ex ſanguinibus
neq; ex voluntate carnis, ſed ex deo nati ſunt. Certe ſi primordia veſtra. i. eccleſiaſtica ſa
cramenta & ſemen verbi cœleſtis atq; chariſmata gratiæ ac virtutum quibus ſpiritali-
1. Cor. 4 ter nati eſtis & regenerati, iuxta illud Apoſtoli: Per euangelium in Chtiſto ego vos ge-
nui, authoremq; deum à quo omnia bona hæc vobis collata ſunt ſpectetis nullus dege-
Galat. 3 ner erit, ſed omnes in Chrſto eritis fratres & vnum myſticum corpus, ſicut ait Apoſto-
lus. In Chriſto Ieſu non eſt liber neq; ſeruus, nec maſculus, neq; fœmina, neq; barbarus,
neq;



A neq; Schytatimo oēs in vnum corpus baptizati eſtis. Niſi qui vitijs fouet peiora, & hūc
cœleſtem ortum: cui quo plus datum eſt, eo plus requiretur ab eo, & intollerabiliorē da-
mnationem recipiet, ſicut in euangelio ait Saluator: Seruus ſciens voluntatem domini Lucæ 12
ſui & non faciens, plagis vapulabit multis. De his quia præhabita ſunt ſaltem pro maxi
ma parte pertranſeo. Verum tu nobiliſta, tu doctior alijs, tu qui præſides & alios regis,
noli altum ſapere, ſed time, & quo maior es humilia te in omnibus, ſciens ꝙ hi quibus Roma. 12
maior videris te forſan in donis gratiæ gratum facientis excedunt, aut forſan à deo ma Eccl. 3
gis electi ſunt. Nempe vt ait Apoſtolus: Qui putat ſe aliquid eſſe cum nihil ſit, ipſe ſe ſe- Galat. 6
ducit. Itemq;: Qui ſe ęſtimat aliquid ſcire, nondū ſcit queadmodū oporteat eū ſcire. Prę 1. Cori. 8
terea adhuc occurrit memoriæ, aliquid de prima iam præhabita quæſtione, quia poſitio-
ni magiſtri videtur fauere determinatio domini Stephani Parrhiſienſis epiſcopi & ipſi-
us vniuerſitatis Parrhiſienſis, quoniam inter articulos ibi damnatos vnus eſt iſte: Quod
nos peius aut melius intelligimus hoc venit ab intellectu paſſiuo, qui dicitur eſſe poten-
tia ſenſitiua. Error, quia hoc ponit vnum intellectum in omnibus hominibas aut æqua
litatem in omnibus animabus. Et rurſus in alio continetur articulo: Incōueniens eſt po-
nere aliquos intellectus nobiliores alijs, quia cum ipſa diuerſitas eſſe non poſſit à corpo
re, oporteret ꝙ eſſet à parte intellectuum, & ſic animæ nobiles & ignobiles neceſſario eſ
B ſent diuerſarum ſpecierum, ſicut intelligētiæ. Error, quia ſic anima Chriſti non eſſet no-
bilior anima Iudæ. IOHAN. Quomodo audet quis aut licitum eſt contradicere illi de
terminationi, cum pœna excommunicationis cōtradicentibus ſit illa. Ita & miror ꝙ S.
Thomas hoc fecit. DIONY. Thomas determinationē illam diu præceſſit ac dn̄m Ste
phanum illum. Scotus vero reſpondet ꝙ excōicatio ſe non extendit extra diœceſim.

## PROSA VII.

QVid autem de corporis uoluptatibus loquar, quarum appetē-
tia quidem plena eſt anxietatis: ſatietas uero pœnitētię? Quan-
tos ille morbos q̃ intolerabiles dolores quaſi quendā fructum
nequitiæ fruentium ſolent referre corporibus, quarum motus
quid habeat iucūditatis ignoro. Triſtes uero eſſe uoluptatum exitus quiſ-
quis reminiſci libidinum ſuarum uolet intelliget. Quæ ſi beatos explicare
poſſunt, nihil cauſæ eſt quin pecudes quoq; beatæ dicantur: quarum oīs
ad implendam laſciuiam feſtinat intentio. Honeſtiſſima quidem coniugis
C liberorumq; foret iucunditas, ſed nimis e natura dictum eſt neſcio quem
filios inueniſſe tortores. Quorum q̃ ſit mordax quæcunq; conditio, neq;
alias expertū, neq; nunc anxium neceſſe eſt ammouere. In quo Euripedis
mei ſententiam probo qui carentem liberis infortunio dixit eſſe felicem.

## Elucidatio proſæ huius ſeptimæ. ARTIC. XX.

NVnc añ oſtēſum eſt ꝙ nec in diuitijs, nec honoribus, neq; in fama, nec in po
teſtate, nec in dignitatibus aut pręſidentijs cōſiſtat felicitas. Hic probatur ꝙ
nec in delectationibus carnis. Itaq; ait Philoſophia [Quid autē de corporis
voluptatib. loquar?] Quaſi dicat, in illis nequaq̃ poni poteſt felicitas, cuius
ratio vna ſubiungitur: [quarum appetentia quidē plena eſt anxietatis, ſacietas vero pœ
nitentiæ]. i. quarum voluptatum appetentia. i. concupiſcentia ſenſualis plena eſt anxie-
tatis. i. ſollicitudinis atq; formidinis non pertingendi ad illa, vel incurrendi aliquod im-
pedimentum, aut certe periculum in accedendo aut redeundo, aut conſimilis incommo
di, qa frequenter ſic eſt, & amor ille carnalis inquietudine plenus eſt. Propter quod di-
xit Ouidius: Res eſt ſoliciti plena timoris amor. Sacietas vero. i. pceptio ſeu expletio fœ Ouidius.
dæ voluptatis eſt plena pœnitentiæ. i. diſciplinæ ſeu mœroris de ipſa voluptate præteri-
ta, nō inquantū eſt dei offenſiua, ſed qa ad eam cōſequuntur multa mala pœnalia, de qui
bus ſubiungit [Quātos ille morbos, q̃ intolerabiles dolores, q̃ſi quēdā fructū neqtiæ fru
entiū ſolent referre corporibus?] quātos. i. q̃ multos morbos & q̃ intolerabiles dolores

PROSA VII. illæ voluptates ſolent referre.i.pro præmio infligere,dare, relinquere corporibus fruen- D
tium voluptatibus ipſis,quaſi fructũ quendã nequitiæ.i.tanq̃ effectũ & mercedem volu
Leo papa. Auguſtin. ptatis tam vitioſæ,qa vt allegatũ eſt,ipſa nequitia pœna eſt, atq; vt aſſerit Leo papa,pra
1.Corin. 6 ua mens iam intra ſe patitur quicqd de bonitate differtur, inordinatus quoq; animus ſi-
bi ipſi grauis eſt.Hinc etiã de cõiugatis Corinthijs ſcribit Apoſt. Tribulationem carnis
Ibidem. habebũt huiuſmodi. De illegitime vero cõuenientibus proteſtatur ac admonet: Fugite
fornicationẽ.Omne eñ pctm̃ q̃dcunq; fecerit homo extra ipſum eſt:qui aũt fornicat̃,in
proprium corpus peccat adijciens illud pudendo dedecori & indiſpoſitioni multiplici.
[Quaꝝ motus qd habeat iucũditatis ignoro] Si p iucũditatẽ intelligat̃ delectatio bona
Philoſop. quæ eſt annexa actui virtuoſo,qa ſecundũ Philoſophũ in Ethicis, ſignũ virtutis eſt dele
lectatio fiens in ope bono,ſic cõſtat ꝙ philoſophia neſciuit qd iucũditatis habeat vene-
reus actus,qm̃ nullã habet loquẽdo de actu illo in nõ cõiugatis.In coniugatis v̾o idẽ eſt
iudiciũ de actu illo & de delectatione ipſius,prout Thomas,Richardus, Petrus & alij q
Idem. dam ſup quartũ Sententiaꝝ teſtãtur, qa ſecundũ Philoſophũ idem eſt iudiciũ de boni-
tate & malitia delectationis,q̃d de bonitate & malitia actus cui cõiuncta eſt.Si aũt p iu
cunditatẽ intelligat̃ delectatio ſenſualis,poteſt dici ꝙ Philoſdphia,prout iu hoc lib. de-
ſcribit̃ ac loqtur in pſona virginalis puellæ ſeu ſapiẽtiœ nõ ſciuit de illa iucũditate p ex-
perientiã.[Triſtes vero eſſe voluptatũ exitus,quiſqs reminiſci libidinũ ſuaꝝ volet,intel- E
liget]hoc eſt,quiſqs.i.qcunq; volet.i.optabit reminiſci ſuaꝝ libidinũ.i.cõcupiſcentiaꝝ
carnaliũ,intelliget.i.cognoſcet exitus.i.terminationes & ſequelas voluptatũ eſſe triſtes
.i.afflictiuas.In qbus voluptatibus nõ eſſe felicitatẽ probat cõſequenter alia rõne[Quæ
ſi beatos explicare poſſunt]quę.ſ.voluptates ſi poſſunt explicare.i.pagere beatos[nihil
cauſæ eſt].i.nulla ratio ſubeſt[quin pecudes q̃q; beatæ eſſe dicant̃, quaꝝ oĩs ad explẽdã
corporalẽ laſciuiã feſtinet intẽtio]Quẽadmodũ Thomas declarat in prima Secũdę XII.
quæſt.Intẽtio proprie eſt actus volũtatis tẽdentis in aliqd tanq̃ in finẽ,nec proprie cõue-
nit brutis,q̃ ratione carẽt ac volũtate,& naturali mouent̃ inſtinctu ſenſitiuoq; appetitu.
Hinc intẽtio eis nõ cõuenit niſi quaſi paſſiue,inquantũ mouẽtur ad exequendũ id,ad q̃d
ab authore naturæ ſunt inſtituta & ordinata,ſicut ſagitta tẽdit in ſignũ à ſagittãte dire-
Ioh.Dam. cta.Hinc ſecundum Damaſcenum,bruta potius aguntur atq; mouentur à ſuperioribus
cauſis,q̃ agant & moueant.Eſt igitur ſenſus:Quaꝝ videlicet pecundum omnis intẽtio
.i.inclinatio naturalis eſt ad explendam laſciuiam.i. voluptatem,nõ ꝙ ſolum inclinen-
tur ad delectationem huiuſmodi,ſed etiã ad alimenta.Vnde dum vidẽt pulchrũ & flori
dum pratũ nõ delectãtur in illo nec alliciũtur,nec tendũt ad illud inquantũ eſt pulchrũ,
ſed vt eſt delectabile ad edendũ.Hinc iuxta Philoſophũ lib.de aĩalibus,bruta inclinant̃
Philoſop. ad bonum delectabile & vtile,non ad honeſtum. Veruntamen quædã ſunt animalia na F
turaliter caſta,vt turtur,elephantus,& cõſimilia.Philoſophia vero hic probat intentum
ex natura aĩalium non quorumcunq;,ſed quæ ex natura ſua ſunt multũ libidinoſa,& q
bus in promptu eſt obiecta cõcupiſcentiaꝝ ſuaꝝ habere. Ad haꝝ cõtemptum philoſo-
phi pręcipui feruide hortabant̃ ſuos diſcipulos,& ad vitam extreme oppoſitũ.i.totaliter
Plato. intellectualẽ contemplatiuã heroicam.Vnde in Phædone diſſeruit Plato:Quoties à cor
pore allicitur anima in ea quæ nunq̃ ſecundum idem ſe habent, hoc eſt,ad ſenſibilia at-
que carnalia,ipſa ſeducitur & turbatur,& ſingultit velut inebriata,quoties autem per ſe-
ipſam ſpeculatur,ilico differtur in ſynceꝝ & ſemper exiſtens immortaleq; bonũ.Eapro
Philoſo. pter recte pharetes abſtinent ab his,q̃ ſecundum corpus ſunt cõcupiſcẽtijs.Ariſtotelesq̃
Antigon. que Alexandrũ ad vitandũ venerea frequẽter admonuit,cui etiã Alexãdro Antigonus
Diogenes. dixit:Indignus es imperare,eo ꝙ voluptati ſis ſubditus.Deniq; legit̃ ꝙ Diogenes philo
ſophus quadã vice ſe ad hoĩes cõuocauit in foro taq̃ magnũ qd eis dicturus,Quibus col
lectis,præmiſſo ſilẽtio,ait:Hoĩes vocaui nõ beſtias:tanq̃ aſſereret:Vos beſtiæ eſtis q ſen-
ſualitaem ſectamini, hominis vero eſt rationẽ ſectari. ¶Cõſequenter Philoſophia pro-
bat ꝙ nec in voluptate cõiugali conſiſtat felicitas,& per cõſequens minus in alia.[Hone
ſtiſſima quidẽ coniugis foret liberorumq; iucũditas]hoc eſt,iucũditas.i.delectatio con-
iugis,& liberorum.i.filiorum eſſet honeſtiſſima.i.multum honeſta marito vtputa dele-
ctatio quam habet cum cõiuge & ex filiorum poſſeſſione ac dilectione. [Sed nimis è na
tura dictum eſt]id eſt,dictum iſtud quod ſequitur eſt nimis è natura.i. iuxta naturã vc;
[Neſcio quem filios inueniſſe tortores]Neſcio.i.per modum neſcientis me habeo non
referen



A referendo complete quod ſcio,vtputa quem.i.aliquem patrem inueniſſe.i. habuiſſe,fili-
os tortores.i.punitores,ita ꝙ filij ſui punierunt occideruntq; eum.Legitur quippe in ge
ſtis Romanoꝝ ꝙ princeps quidã eoꝝ filios habuit tres rebelles,quoꝝ duos occidit, ter-
tius vero fugit.Deinde congregato exercitu patrẽ ſuum obſedit.Qui cernens ſe nõ poſ
ſe euadere manũ filij ſui peremit ſeipſum.Item legitur ꝙ Brutus princeps Romanus oc-
cidit filios ſuos eo ꝙ voluerunt intromittere filios Tarquinij regis ab urbe expulſi. Tor
quatus quoq; Romanoꝝ princeps:interfecit adoleſcẽtem filiũ ſuum egregię indolis,eo
ꝙ cõtra ſuum præceptũ hoſtes Romanoꝝ inuaſit, cum tamẽ eodem præualuerit bello.
Inſuper Saturnus legitur occidiſſe quoſdã filios ſuos, propter q̃d Iupiter filius eius expu
lit eum regno. Sic & Hercules furia concitatus trucidauit propriam cõthoralem ac fili-
os.[Quoꝝ q̃ ſit mordax quæcunq; conditio].i.quoꝝ filioꝝ conditio quęcunq;.i.euen
tus ſeu ſtatus quicunq; diſplicens parẽtibus, q̃ multum ſit afflictius parentũ [neq; alias
expertum te neq; nunc anxium neceſſe eſt ammonere]hoc eſt,neceſſe eſt vt admoneam
te de his, neq; expertum alias.i.te qui ante nõ es iſtud in teipſo expertus, qm̃ virtuoſam
vxorem obedienteſq; filios habuiſti.Neq; nũc anxium.i.te qui modo nõ times ꝙ poſt-
modum ita tibi eueniet,nec triſtis es ꝙ tibi ita acciderit ante [in quo Euripidis mei ſen-
tentiam probo] .i.in hoc negocio probo.i.cõmendo & approbo,ſententiam.i.verbum
B prudentiale,Euripidis.i.philoſophi ſic vocati mei.i.qui fuit alumnus meus & profeſſor
[Qui carentẽ liberis infortunio dixit eſſe felicem].i.qui Euripides dixit hoĩem carẽtem
liberis eſſe felicem.i.aliquid felicitatis participantẽ, & minus infelicem infortunio.i. ex
hac ipſa liberoꝝ carẽtia, qa ex hoc eſt magis quietus & minus grauatus ſollicitudine at-
que multiplici onere,quo grauãtur parentes circa ſobolẽ ſuam, cui prouidere tenẽtur &
eã inſtruere,corripere,gubernare. Vnde dixit Apoſtolus: Nõ debent filij parentibus the 2.Cor. 12
ſaurizare,ſed parentes filijs. ¶Præterea cum matrimoniũ ad ſobolis procreationem ſit
inſtitutum, ita ꝙ proles eſt matrimonij fructus, hinc eufortuniũ ſeu proſperitas quædã
eſt,coniugatos prolem habere,& abſolute melius q̃ prolem nõ procreare,niſi coniugati
ex cõmuni conſenſu dei ac caſtitatis amore vellent totaliter continere. Hinc prole care-
re diſſortunium appellatur,inquãtum inſtitutioni cõnubij cõtrariatur,& ſicut ſcriptum
eſt & ſupra allegatũ,Melios eſt vnus filius timens deum,q̃ mille filij nequã. Et: Vtile eſt
ſine filijs mori,q̃ relinquere filios nequã. Non ergo iucunderis in filijs nequam, neq; in
vagis & inſipiẽtibus filiabus ſi multiplicẽtur.Itaq; propter onera atq; incommoda vari-
oſq; euẽtus aduerſos cõiugio iñctos,non cõſiſtit in eo felicitas,præſertim qa & raro con
cordãt diu ac pſeuerãter ipſi cõiugati. Cumq; nequeãt ſeparari, orit̃ inter eos diſplicẽtia
grauis,mirabile odiũ,& vita amara: vt etiã ſup quartũ Sententiaꝝ tractatu de ſacramen
C to matrimonij tãgit Bonauẽtura. Propter quod Theophraſtus philoſophus dixit,ꝙ ſa- Theophr.
pienti nõ expediat nubere.Et rurſus in libro de nuptijs ſcripſit: Nõ eſt vxor ſapienti du-
cenda.Primo,qm̃ philoſophiæ ſtudia impedit,nec poteſt libris quiſquã & vxori pariter
inſeruire. Multa ſunt quæ matronaꝝ vſibus neceſſaria ſunt. Deinde per totam noctem
quæſtiones garrulæ & quærelæ: Illa ornatior procedit in publicũ,illa honoratur ab om̃i
bus: ego miſera in conuentu fœminaꝝ deſpicior. Cur aſpiciebas vicinam,quid cum illa
loquebaris? De foro veniens quid attuliſti? Hinc etiam Hugo in lib. de vanitate mundi Hug. Vic.
diſſeruit: Dic mihi quid vides? Vides nuptias multiplicemq; iucunditatem in eis. Cõſpi-
cio ſponſum adoleſcentẽ,ſponſam facetã & ſpecioſam. Audio ſymphoniã, choriſantes
aſpicio,& vndiq; cuncta iucunda. Dic mihi,quid vides poſt hæc? Video ſponſam impræ
gnatam,partui cum formidine propinquantem,cum vehementi dolore miſerabiliq; cla
more parturientem: audio prolem natam aſſidue eiulantem,parẽtum quietem & ſomni
um impedientem,cõſidero curam,laborem, inquietudinẽ vndiq; inuenientes, maritum
& coniugem q̃tidie litigantes,nec ſimul manere neq; ab inuicem ſeparari valentes. Heu
quid laudam? O q̃ ingens & diuturna triſtia breuem lætitiam eſt ſecuta.

## METRVM VII.

HAbet hoc uoluptas oĩs, Vbi grata mella fudit,
Stimulis agit fruentes, Fugit,& nimis tenaci
Apumq; par uolantiũ, Ferit icta corda morſu.

METR. VII. Elucidaito metri ſeptimi huius. ARTIC. XXI. D

IN hoc metro Philoſophia metrice exprimit quod in fine ante habitę proſæ di
xit de voluptatum venenata ac deceptoria attractione,& hoc ſub metaphora
apum euoluit [Voluptas oĩs].i.delectatio oĩs venerea præſertim in actu con-
ſiſtens illicito, habet hoc.i.iſtum effectum. Agit.i.mouet & concitat, fruen-
tes.i.coeũtes,q ſe inuicem nõ vtuntur legitime ipſum actũ ac voluptatem ordinãdo ad
honeſtum ac debitũ finem,ſed fruũtur ſe mutuo ſibiipſis ſibiq; inuicẽ magis inhęrendo
q̃ deo,cui pręponunt ſeipſos & ſuã libidinem,malentes turpiter delectari,deũ offendere
& eius præuaricari præceptũ,q̃ voluptate carere brutali. Hos igitur agit ſtimulis.i.ſtimu
lationibus carnis,& par.i.ſimilis eſt apum volantiũ.i. cito pertrãſit ſicut apes volantes.
Auguſtin. VndeAuguſtinus exclamat:O q̃ breuis eſt cõcubitus hora,in qua amittitur gratia dei ac
beatitudo ęterna,& inſup mercator ſtultiſſimus emit ac promeretur ſibi ſempiterna ſup
plicia.O quale cõmertium inſipientia atq; inſania infinita. Sceleratiſſimus ille negocia-
tor ac proditor Iudas vẽdidit vnigenitũ dei patris pro triginta denariis,& tu in teipſum
crudelior id pro quo filius dei vendi ac crucifigi dignatus eſt.i. teipſum vendis iniqtati
ac tradis diabolo pro vno denario. Vbi.i.poſtq̃,& in loco quo apis fudit mella grata.i.
accepta & dulcia,fugit auolando & ferit ſuo morſu.i.aculeo tenaci nimis.i.valde firmi- E
ter inhærente. Corda icta.i.pcuſſa,qm̃ dolor corporis vſq; ad cor ptingit. Vel ſenſus eſt,
ꝙ voluptas fudit grata mella.i.ſuauiter oblectauit male agentes,fugit,qa cito finitur,&
ferit corda icta vulnere iniquitatis,oppreſſa morſu tenaci.i. remorſu cõſcientiæ diutur-
no. Qui eñi peccat ex infirmitate.i. ex vehemẽtia paſſionis, dolet iniquitate cõmiſſa,&
Philoſo. talis ſecundũ Philoſophum appellatur incõtinẽs, q paſſione ceſſante cõtinere proponit,
ſed ſupueniente paſſione intenſa vincitur & excedit. Qui ſi oĩm iudicem deum haberet
præ oculis paſſionemq; Chriſti & inuocaret omnipotentis auxilium,non peccaret. Age
Eccl. 7 ergo & imple quod in Eccleſiaſtico legitur:Memorare nouiſſima tua,& in ęternum nõ
peccabis. Itaq; hic docemur abhorrere venerea,vitare carnalia, in qbus nõ ſolum nõ cõ
Innocen. ſiſtit felicitas,imo in eis eſt extema calamitas,quemadmodũ ait Innocentius papa:O ex-
trema libidinis turpitudo,q̃ non ſolum mentẽ effœminat, ſed & corpus eneruat:non ſo
1. Cor. 6 lum maculat aĩam,ſed etiã fœdat pſonam:q̃ teſte Apoſtolo,de membris Saluatoris mẽ-
Hug. Vic. brũ efficit meretricis,& de milite dei facit ſeruũ diaboli. Certe vt Hugo teſtatur:Luxu-
ria ex immoderata carnis petulantia,dulce venenũ,importuna lues,pnitioſa potio,quæ
humanũ corpus debilitat ac virilis animi robur euacuat. Hinc in prouerbiis ſuis ait Cy
Cyrillus. rillus:Scio ꝙ furibunda luxuria oculis caret,ideo intueri nequit ꝙ ruit. Quid eſt q̃d ò lu
xurioſe effundis? Nonne digeſtiſſima medulla,nonne vitæ admirabilis ſementiua vena, F
atq; humanę naturę radicalis carnis ſubſtantia,generatiuę quoque virtutis theſauraria?
Seneca. Ecce q̃ ſapienter hortatus eſt Seneca:Oĩa tolerabalia præter turpitudinem crede. A ver
bis quoq; laſciuis ac turpibus abſtineto.qm̃ impudentiã nutriũt. Cõcordat q̃d ait Apo-
1. Cor. 15 ſtolus:Corrũpunt bonos mores colloquia mala. Tu ergo ò ſtudioſe ſcholaris in virgi-
Matth. 5 nitate & caſtitate,nõ in voluptate tuam felicitatem cõſtitue, quia beati mũdo corde ca-
ſteq; corpe. Virginitas eſt ſoror angeloꝝ, victoria libidinũ, regina virtutũ,poſſeſſio oĩs
gratiæ ac virtutũ quæ & aureolam promeretur ſicut martyrium, cõtinentia mentem cla
rificat,ingenium acuit,ſapientiam promeretur. Incontinentia mores corrumpit,intelle
ctũ obtundit, inquietudinem gignit,& om̃e in anima meritũ demolitur. Aduerte quod
Prouer. 5 locutus eſt Salomon:Fauus diſtillans,labia meretricis,nouiſſima autem illius amara ſic-
ut abſynthium,& lingua eius acuta vt gladius biceps. Pedes eius deſcendũt in mortem,
ad inferos greſſus illius. Nunc ergo fili mi audi me,& ne recedas à verbis oris mei. Lon
ge fac viam tuam ab ea,& ne appropinques foribus domus eius. IOHAN. Multa iam
vtilia circa hoc breue metrũ dixiſti,ideo multa ſciſcitari non audeo. Vnum breuiter quę
Quæſtio. ro,an in omni voluptate carnali etiam copulæ coniugalis conſiſtat peccatũ? DIONY.
De hoc ſunt duæ opiniones:Vna,ꝙ in omni copula coniugali ad minus ſit culpa aliqua
venialis,non inquantum ex præuia ratione ac virtute procedit, ſed quia ad eam etiã ali-
qua carnis libido ac fomes inclinant. Hanc opinionem ſequuntur Innocentius papa &
Auguſtin. Alexander de Hales, & alii quidam: Quod & beatus Auguſtinus in multis locis ſentire
Pſalm. 50 videtur. Quibus fauere videtur illud Pſalmiſtæ: Ecce enim in iniquitatibus conceptus
ſum.



A ſum. Alia opinio eſt, ꝙ actus coniugalis poteſt eſſe ſine omni peccato:inquantum eſt a-
ctus iuſtitię,qm̃ coniugati tenentur inuicem carnis debitũ reddere,& item inquantũ eſt
latriæ actus, ita quod exercetur deſiderio prolis ad dei obſequium educandæ non vo-
luptatis affectu. Hanc poſitionem ſequuntur Thomas, Albertus, Bonauentura, Petrus,
Richardus multiq; alii,quibus in hoc magis conſentio. Veꝝ de hoc ſup quartũ Sententi
arum plenius ſcripſi. Poſtremo ſicut in Summa contra gentiles libro ſecundo,ita & in
prima Secundæ quæſtione ſecunda diffuſe oſtẽdit ſanctus doctor, ꝙ in nullo prædicto-
rum videlicet nec in diuitiis,nec in honoribus,nec in fama,poteſtate aut dignitate felici
tas ſita ſit. Vbi de his multa pulchra inducit, quæ pro maxima parte ſunt habita.

## PROSA VIII.

NIhil igitur dubium eſt,quin hæ ad beatitudinem uiæ deuia quę
dam ſint, nec perducere eo quenquam ualeãt ad quod ſe perdu
cturas eſſe promittunt. Quantis uero implicitæ malis ſint,bre
uiſſime monſtrabo. Quid enim? pecuniam ne cõgregare cona
beris? ſed eripies habenti. Dignitatibus fulgere uelis? donanti ſupplicabis.
B Et qui præire cæteros honore cupis, poſcendi humilitate uileſces. Potenti
am ne deſideras? ſubiectorum inſidiis obnoxius, periculis ſubiacebis. Glo
riam petis? ſed per aſpera quæq; diſtractus, ſecurus eſſe deſiſtis. Volupti
ariam uitam degas, ſed quis non ſpernat atq; abiiciat uiliſſimæ, fragiliſſi-
mæq; rei corporis ſeruitium? Iam uero qui bona præ ſe corporis ferunt,
q̃ exigua, q̃ fragili poſſeſſione nituntur? Num enim elephantes mole, tau-
ros robore ſuperare poteritis? Num tigres uelocitate præibitis? Reſpicite
cœli ſpatium, firmitudinem, celeritatem, & aliquando deſinite uilia mira-
ri. Quod quidem cœlum non his potius eſt, q̃ ſua qua regitur, ratione mi-
randum. Formę uero nitor ut rapidus eſt, ut uelox, & uernalium florum
mutabilitate fugacior? Quod (ut Ariſtoteles ait) lynceis oculis homines
uterentur, ut eorum uiſus obſtantia quæq; penetraret, nonne intro ſpectis
uiſceribus illud Alcibiadis ſuperficie pulcherrimum corpus, turpiſſimum
C uidereretur? Igitur te pulchrum uideri, non tua natura, ſed oculorum ſpe-
ctantium reddit infirmitas. Sed æſtimate, q̃ uultis nimio corporis bona,
dum ſciatis hoc quodcunq; miramini, triduanæ febris ignicu lo poſſe diſ-
ſolui. Ex quibus om̃ibus illud in ſummam redigere licet, ꝙ hæc, quæ nec
præſtare quæ pollicentur bona poſſunt, nec omnium bonorum congre-
gatione perfecta ſunt, ea nec ad beatitudiuem (quaſi quidam calles) ferũt,
nec beatos ipſa perficiunt.

Expoſitio proſæ huius octauæ. ARTI. XXII.

POſtq̃ in præcedẽtibus proſis Philoſophia probauit in prædictis quinq; nequa
q̃ verã felicitatẽ cõſiſtere,nũc in gñali declarat multa mala eis eſſe annexa. [Ni
hil igit̃ dubiũ eſt,qn hæ ad btĩtudinẽ viæ].i. quinq; pfata q̃ putant̃ eſſe viæ ad
felicitatẽ ſeu ipſa felicitas[deuia q̃dam ſint].i. receſſus & diuerticula à btĩtudi
ne:nõ ꝙ iſta oĩa ſint mala in ſe,ſed occaſio ſunt peccãdi,& plures impediũt à ſalute p ab
abuſum ipſoꝝ[nec pducere quenq̃ eo].i.ad hoc [valeãt ad q̃d ſe pducturas eſſe promit-
tũt]materialiter nõ effectiue,neq; formaliter,cũ nõ ſint res viuæ rõne vtẽtes,cuius actus
extat pmittere pprie ſumptũ. [Quãtis vero implicitæ malis ſint, breuiſſime mõſtrabo]
.i.cõpẽdioſe docebo q̃tis culpis & afflictionibus admixta & inuoluta ſint quinq; iſta &
cõſimilia q̃dam q̃ reducũtur ad iſta. [Quid eñi?].i.qd dicis ad iſta? Pecuniã ne cõgrega-
re cona beris?].i.vis ne pecuniã colligere ad reponẽdũ & theſaurizandũ auare[ſed eripi

 es ha-

PROSA VIII. es habẽti]. i. ſi hoc agere ſtudueris incides furtũ, rapinã, fraudẽ, vſurã, adulationẽ, ſymo= D
niã, aut ſimiles vias ac modos acquirẽdi pecuniã alioꝝ[Dignitatibus fulgere velis]. i. da
to ꝙ cupias ad officia, ꝓlaturas, ꝓſidẽtias ꝓmoueri[donãti ſupplicabis]. i. ꝓcibus obtine=
re niteris à ſupioribus, & tñ hoc ipſum ꝓſumptionis & arrogãtię eſſe cẽſet, ꝙ hõ homini
ꝓeſſe deſiderat[Et q̃ pire cæteros honore cupis. i. honorabilior eſſe, reputari aut appare=
re[poſcẽdi humilitate vileſces]. i. vilis & cõtẽptibilis apparebis ex deiectione & ficta hu
miliatione, q̃ te deprimis vt ꝓlationẽ ꝓſidentiã ve acqras. Etenĩ nulla res carius emit, q̃ q̃
Seneca. ꝓcibus obtinet, vt Seneca loqtur, Qui rurſus teſtat: Moleſtũ ꝟbũ eſt humiliato capite di
cere, Rogo te[Potẽtiã ne deſideras]. i. vtrũ q̃ris tpalem poteſtatẽ ſup ſubiectos? [ſubie=
ctoꝝ inſidijs obnoxius]. i. obiectus aut patiẽs[periculis ſubiacebis]. i. dãnis ſeu læſioni=
bus, q̃ interdũ ab inferioribus inferunt maioribus, qa multos metuere habet q à multis
timet[Gloriã petis?]. i. celebre nomẽ et inclytã famã?[ſed p aſpera q̃q; diſtractus]. i. pro
pter aduerſa tibi imminẽtia occupatus [ſecurus eſſe deſiſtis]. i. deſinis eſſe tutus timẽdo
aduerſa ab his q inuidẽt tuæ famæ[Voluptuariã vitã diligas?]. i. ſi diligis vitã voluptuo
ſam, ſperneris ab oĩbus. Ideo ſubdit:[ſed qs non ſpernat atq; abijciat viliſſimæ, fragiliſſi=
mæq; rei corporis ſeruũ]. i. tũc oẽs deſpiciẽt tanq̃ ſeruũ viliſſimæ & fragiliſſimę rei,]vtpu
ta corporis tui cuius paſſionibus & cõcupiſcẽtijs ſeruis & ſubiaces. Iniq enĩ ſunt ſerui cor
2. Petri. 2 ruptionis & paſſionũ, qm̃ à q̃ qs ſupatus eſt, huius & ſeruus eſt. Hinc Diogenes dixit ſe eſ E
Diogenes. ſe dñm dñoꝝ, Alexãdri inſinuãs paſſiones dñari Alexãdro, qbus ipſe Diogenes dñabat.
Pſalm. 118 Quo cõtra orat Pſal. Greſſus meos dirige ſecũdũ eloquiũ tuũ, & nõ dñetur mei oĩs iniu
ſtitia. ¶ Cõſequẽter Philoſophia reprehẽdit eos q corporalia bona & q̃dã naturalia do=
na reputãt maxima. [Iam ꝟo q bona ꝓ ſe corporis ferũt]. i. q ꝓferunt ſibi bona corporis
[q̃ exigua, q̃ fragili poſſeſſione nitũt?]. i. hi innitũt & affectu inhærẽt valde exiguæ atq;
inſtabile poſſeſſioni. Ad q̃s Philoſophia dirigit ſermonẽ[Nũ enĩ elephãtes mole, & tau=
ros robore ſupare poteritis; Nũ enĩ. i. nequaq̃, poteritis ſupare elephãtes mole. i. magni=
tudine, cũ elephãtes tãtę ſint q̃titatis, ꝙ ſup dorſa eoꝝ turres ligneę cõſtruũt in qbus ſtãt
triginta viri, aut circiter, q deſup ꝓliant, vt in libris fert Machabæoꝝ. Et tauros robore,
corporali. Legit qppe in vita Silueſtri ꝙ adductus fuit corã Cõſtantino imperatore tau
rus vix à centũ hoĩbus tractus, quẽ ope dæmonũ à Iudæo occiſum btiſſimus papa Silue
ſter reſuſcitauit à morte, ſicq; matrẽ Impatoris ſanctã Helenam ac centũ viginti doctiſſi
mos Iudæoꝝ ac alios multos cõuertit ad Chriſtum. [Nũ tigres velocitate præibitis?]. i.
nõ poteritis eſſe velociores q̃ tigres, q̃ ſunt velociſſimæ beſtiæ ita ꝙ fugiẽtes nemo attin
Hierony. gere & inſequẽtes nemo effugere & euadere valet niſi p artẽ, qa vt refert Hierony. vena=
tores captis eoꝝ catulis fugiẽtes clariſſima ſpecula ponũt in via, in qbus tigres proprias
vidẽdo imagines putãt ſe cernere catulos ſuos & figunt gradũ, ſicq; venatores euadunt. F
Hæc brutoꝝ exempla inducit Philoſophia ad probandũ q̃d in corporalibus iſtis nil ꝓci=
pue reputandũ cõſiſtat, cũ bruta in his excellãt hoĩes ipſos. ¶ Deniq; ad cõſiderandum
hoc ipſum, Philoſophia erigit & hortat nos ad cõtemplandum altiora. [Reſpicite cœli
ſpatium]. i. extenſionem ſphæricamq; figuram oĩm figuraꝝ perfectiſſimam ac capaciſſi
mam ſecundum Euclidem. [Firmitudinem]. i. indiſſolubilem firmitatem ac infrangibi
lem ſoliditatem, quia vt ſupra ex libro Iob allegatum eſt, cœli ſolidiſſimi ſunt quaſi ære
fuſi. Hinc ſphæra octaua firmamẽtum vocatur[celeritatem]. i. velocitatem in motu, mo
tus enim primi mobilis eſt tam velox ꝙ per naturam non poteſt eſſe motus eo velocior
ſecundum Philoſophum octauo phyſicoꝝ, & in libro de cœlo & mundo. Veruntamen
corpora glorificata electorum poſt diem iudicij multo velociora erũt, nõ ꝙ mouebunt
in inſtanti, q̃uis Gulielmus Parrhiſienſis in libro de vniuerſo hoc dicat & perſuadere co
netur, ſed in breuiſſimo, atq; vt addit Albertus in ſcripto quarti quaſi in inperceptibili
tempore, in quo totum cœli ſpatium poterũt ꝑuolare, præſertim corpora ſublimoꝝ ſan
ctoꝝ. Non enĩ erunt vt reor æque omnia velocia ſicut nec æque claratimo q̊ perfectiores
fuerũt animæ glorioſæ in tribus dotibus ſuis, eo & dotes corpoꝝ erũt excellẽtiores. [&
aliquando deſinite vilia mirari]. i. tandem poſt hoꝝ conſiderationem deſinite mirari vi
lia, id eſt, qualitates iſtas & quantitates inferiorum ac beſtiarum, quarum velocitas, pul
chritudo & moles quaſi nullius momenti eſt, comparatione cœleſtium corporum. Pro=
Iſaiæ 40 pter quod in Iſaia ſcriptum eſt: Leuate in excelſum oculos veſtros, & videte. Itémque
Pſalm. 8 in pſalmo: Videbo cœlos tuos opera digitorum tuorum. Veruntamen non debemus
penitus



A penitus ab inferioꝝ ac brutoꝝ admiratione ceſſare, ſecundum q̊d in ipſis relucet ſapiẽ=
tia, omnipotentia ac bonitas creatoris, cum & ipſe deus hoꝝ conſiderationẽ nobis in di
uinis proponat ſcripturis ad commendandã excellentiam ſuam, vt cum dñs deus ad S.
Iob loquitur: Nunquid præbebis equo fortitudinem, aut circũdabis collo eius hinnitũ? Iob 39
Gloria narium eius terror, terram vngula fodit, exultat audacter, in occurſum pergit ar=
matis, contemnit pauorẽ, nec cedit gladio. Super ipſum ſonabit pharetra, vibrabit haſta
& clipeus, feruens ac fremens ſorbet terram, nec reputat tubæ clangorem. Vbi audierit
buccinam, dicit: Vach. Procul odoratur bellum, exhortationẽ ducum & clamorẽ exerci=
tus. Iuxta hunc modum multa dicunt ibi de alijs beſtijs. Debemus ergo etiam iſta atten
dere, ſed ordinate, nõ inordinate, nec ſtare in iſtis, atq; ad altiora conſiderando aſcende=
re, & ex omnium admiratione ac ſpeculatione ad ſupergloriofiſſimi creatoris contem=
plationem, amorem & cultum mentes noſtras erigere, in ipſo quieſcere, ac totam noſtrã
ſalutem conſtituere in eodem. Quod quidem cœlum non his potius eſt, q̃ ſua qua regi=
tur ratione mirandum, id eſt, ipſum cœlum non eſt mirandum. i. cum admiratione con
ſiderandum, potius. i. magis, his. i. ex his proprietatibus ſuis, videlicet magnitudine, fir=
mitate & velocitate, q̃ ex ratione ſua qua regitur, per quam rationẽ Platonici intellige=
rent animam mundi, vel ipſam animã cœli, q̊d animatum dixerunt, ſicut & Peripatetici,
B vel intelligentiam quæ ſecundũ authoris librũ de Cauſis & Auicennã dirigit animã no Liber cauſarum
bilem. Melius vero per rationẽ hanc vis & lex ſeu ordinantia indita & impreſſa cœlis à Auicenna.
deo qua gubernant, vel diſpoſitio gubernationis in mente motoꝝ cœleſtiũ, pręſertim in Iob 38
ſapientia ac lumine primæ cauſæ, quæ etiã loquit in Iob: Nunquid noſti ordinẽ cœli, aut
pones rationẽ eius in terra? Vnde & paulo poſt proferet: O qui perpetua mundũ ratione
gubernas. Præterea Philoſophia increpatorie loquens de carnalibus & excæcatis homi
nibus, Iam vero quæ bona præ ſe corporis ferunt, loqtur ironice de eiſdẽ ſub ſimilitudi=
ne ſumpta à ſimea, quæ (vt legitur) ſimul parit gemellos, quoꝝ turpiorẽ tanq̃ ſibi ſimilio
rem plus amat, & ante ſe ponit aut in brachijs ſuſcipit: alter vero dorſo eius incumbit, ſic
inſenſati ac miſeri hoĩes turpiora. i. carnalia & terrena ante ſe ponunt & amplexãtur, di=
uina vero & ſpiritalia aſpernantur. Amplius Philoſophia dicendo: Quod quidẽ cœlum
nõ his potius, &c. minus dicit & maius prætendit, puta ꝙ cœlum ex ratione qua regitur
ſit magis mirandũ, iuxta quẽ modũ etiam Tullius dixit in ſcripto de ſenectute: Non tñ
admiror pulchritudinẽ agri bene culti, quantũ ipſam diſpoſitionẽ ipſius ac rationẽ. De=
inde probat Philoſophia, ꝙ nec corporis pulchritudo ſit multũ curanda aut appreciã=
da. [Formę vero nitor]. i. claritas pulchritudinis[vt rapidus eſt vt velox]. i. ſicut raptim
ꝑtranſiens eſt ita & fugax, nec diu durans[& ꝟnalium florum mutabilitate fugacior]. i.
C inſtabilior ipſis mutabilibus floribus, q naſcunt in vere. Hoc tñ nõ eſt ita intelligendũ,
quaſi pulchritudo hoĩm nequeat per notabile tempus durare, imo pluribus annis in ali=
quibus durat, ſicut in Geneſi ſcribit de Sara coniuge Abrahę, ꝙ centauria adhuc ita fuit Gen. 20
formoſa, ꝙ Abimelech rex abſtulit eam, propter quod fuit plagatus: ſed ꝙ pulchritudo
hoĩs facillime atq; ſæpiſſime alterari poteſt, ac minime quantũ ad eius nitorẽ ad tempus
ex varijs cauſis, vt ex infirmitate, timore, triſtitia, fame, &c. Vnde in Iſaia legitur: Omnis
caro fœnũ, & oĩs gloria eius quaſi flos agri. Et Iacobus ait: Diues ſicut flos fœni tranſibit Iſaiæ 40 Iacobi x
[Quod ſi (vt Ariſto. ait) lib. de aĩalibus, linceis oculis hoĩes vterentur]. i. ſi tam acute &
clare viderent vt linces[vt eoꝝ viſus obſtantia quæq; penetraret]. i. ita ꝙ per obiecta &
obſtacula tranſpicerent, [nonne introſpectis viſceribus illud Alcibiadis ſuperficie pul=
cherrimum corpus turpiſſimũ videret?] nonne. i. vtiq; corpus illud Alcibiadis, q̃ fertur
fuiſſe Herculis mater, q̊d tñ aliqui negant, qm̃ Hercules fuit filius Iouis ex Altinena, nec
ideo dictus eſt alio noĩe Alcides, qa filius fuit Alciadis, ſed ab ἀλκή q̊d eſt virtus, & ἰδ...
formoſus, qm̃ virtuoſus fuit & formoſus, loquẽdo de virtutibus acq̃ſitis. Ideo alij aſtruũt
ꝙ Alcibias fuit vir filius regis Atheniẽſis pulcherrimus, de cuius pulchritudine Plato edi
dit librũ. Pulcherrimũ. i. valde pulchrũ forinſecus, videret eſſe turpiſſimũ viſceribus. i.
inteſtinis introſpectis. i. intus clare ꝑſpectis, in qbus ſunt ſupfluitates naturæ varijq; hu=
mores: nam & corpus humanũ dicit intus diſpoſitum pro magna parte inſtar corporis
porci & etiam vrſi. De iſta Alcibiade nõ eſt certũ quæ fuerit, ideo poſſit poni exemplum
theologicũ prorſus certum de Eſther regina, quæ etiam fuit ſancta, de qua ſcriptum eſt:
Eſther erat formoſa valde, & incredibili pulchritudine omnium oculis pulchra & ama= Eſther 2
 bilis

PROSA IX. bilis videbatur. Igitur te pulchrum videri nõ tua natura,ſed oculoꝝ ſpectantium reddit D
infirmitas,hoc eſt,infirmitas. i. debilitas oculoꝝ hoĩm intuentiũ, te,nõ tua natura.i. nõ
pulchritudo tibi innata ſeu naturalis reddit .i. facit te pulchrum videri forinſecus , cum
ſis turpis intrinſecus,q̃ oculi non pertingunt.Ex his innoteſcit,ꝙ linx excedit hominem
in acumine viſus,ſicut aranea in tactu,vultur in odoratu,ſimea guſtu,aper auditu. Inde
ſunt verſus hi: Nos aper auditu præcellit,aranea tactu , Vultur odoratu,linx viſu,ſimea
guſtu . Porro verbum hoc Philoſophiæ:Igitur te pulchrum videri,eſt accipiendum,vt
non diſſonet à ſcriptura, in quibus de multis vtriuſq; ſexus perſonis conſcriptum eſt , ꝙ
valde ſpecioſæ & pulchræ fuerunt, & de ipſomet Chriſto in Pſalmo : Specioſus forma
præ filijs hominum . Cuius etiam electiſſimæ ſponſæ in nouo teſtamento & martyres
glorioſæ, Catharina, Vrſula, Barbara, Agnes, ac multæ conſimiles admirandæ pulchritu
dinis extiterunt. Idcirco ſimpliciter concedendum,ꝙ multi homines ex naturali diſpoſi-
tione pulchri fuerunt. Nam & de Helena regina Ariſtoteles,quod Philoſophi auerterũt
oculos ſuos ab ea,ne caperentur amore pulchritudinis eius. Sed & ſpecies Priami digna
2. Reg. 14 fuit imperio,cuius filius Paris nonne pulcherrimus fuit? Sicut & Abſalon,de quo ſecũ-
do Regum fertur:Porro ſicut Abſalon vir pulcher non erat in omni Iſrael. A planta pe-
dis vſq; ad verticem capitis non erat in eo vlla macula . Vult ergo Philoſophia aſſerere,
ꝙ hominem pulchrum videri omnino non facit ſua natura,ſed acies oculoꝝ inualida, E
August. quia ſic foris pulcher apparet,ꝙ turpitudo interior latet. Veruntamen ſecũdum Augu-
ſtinum libro de Ciuitate dei etiam in interiori humani corporis diſpoſitione mira pul-
chritudo conſiſtit in comproportione,conuerſione,cohabitudine neruorum,venarum,
arteriarum , muſculorum , ſpirituum , organorum , colligantiarumq; aliarum , quæ
omnia in corporibus glorificatis corporeo oculo videbuntur,& mirabiliter delectabũt.
Hoc quoq; verbum beati Auguſtini prolatum eſt. & verificatur iuxta modum loquen-
di Platonicorum,in quorũ Philoſophia Auguſtinus fuit inſtructus,qui omnia ad pro-
portiones & numeros referebant, penes quem modum Boethius etiã alibi dixit:Omnia
quæ à primæua rerum origine proceſſerunt ratione numeroꝝ ſubſiſtunt. Hinc Auguſti-
Auguſtin⁹ nus decimo de Ciuitate dei deprompſit:Platonicos eligimus omnium philoſophorum
merito nobiliſſimos,qa ſenſerunt animã hoĩs immortalem,& nõ niſi participato dei lu-
Ariſtotel. mine poſſe eſſe beatam. At uero ſecundum Ariſtol. in Ethicis ad corporalem pulchritu-
dinem tria concurrunt. Primum eſt elegans ſtatura,vnde homines paruæ ſtaturæ ſecũ-
dum eum vocari poſſunt formoſi, non pulchri. Secundum eſt congrua membrorũ pro-
portio. Tertium,viuacis & clari coloris perfuſio. ¶Sequitur vltima ratio probans bo-
na corporis eſſe fragilia. Sed æſtimate,q̃ vultis nimio corporis bona,id eſt,hæc natura-
lia dona ad corpus ſpectantia, vt ſunt pulchritudo,ſanitas & conſimilia,æſtimate .i. re- F
putate nimio,id eſt,valde multum,quàm.i quantum vultis ſalua veritate,ideo additur:
dum ſciatis quodcũq; miramini,id eſt,omne tale quod cum admiratione extollitis tan-
quam magnum, triduanæ febris igniculo poſſe diſſolui,id eſt,poſſe deſtrui ſeu multum
diſtemperari igniculo,id eſt,incendio ſeu feruore febris tertianæ ſeu febris acutæ trium
dierum,quod de peſtilentialibus febribus videmus ad oculum . Ex quibus omnibus .i.
præfatis motiuis,illud redigere in ſummam licet,id eſt,licitum eſt illud in ſummam re-
digere.id eſt,ſummatim cõcludere,ꝙ hæc,puta diuitiæ,honor,poteſtas,&c.quæ nec præ-
ſtare quæ pollicentur bona poſſunt .i. conferre non valet principalia & beatifica bona,
quæ materialiter homini repromittunt,nec oĩm bonorum congregatione perfecta ſunt
.i.in ſe non concludunt omnia,quæ ad perfectionem & beatitudinem requiruntur,quę
contentare & quietare queunt mentem humanam, ea nec ad beatitudinem quaſi quidã
calles ferunt, id eſt,hoc conſtat & rite infertur,ꝙ iſta non ferunt,id eſt,non ducunt ho-
minem ad beatitudinem veram,ſpiritualem,contemplatiuam,quaſi quidam callis,id eſt
Philoſo. rectæ viæ aptaq; media,imo vt declaratum eſt ſæpe,impediunt potius à ſalute. Idcirco
quod Ariſtoteles dixit, melius eſſe ditari , quàm philoſophari , non videtur quibuſdam
ſic eſſe,niſi forſitan aĩa rationalis diceretur eſſe mortalis , q̊d & ipſe in v̄bis illis innuiſſe
videtur, q̃uis hoc nõ ſit certum,vt patuit ſupratimo dato ꝙ aĩa eſſet mortalis,adhuc me-
lius & virtuoſius eſſet in mendicitate philoſophari,q̃ diuitijs abundare . Philoſophari
quippe eſt actus de numero bonoꝝ honorabiliũ,quę ſunt propter ſe appetẽda,nõ ad tẽ-
poralia & corporalia ordinanda,vt ipſemet in libro de anima proteſtatur . Opulentia
quoq;



A quoq; à philoſophiæ ſtudio impedit. Propter quod Socrates & alij quidam philoſophi Socrates
eas ſpreuerunt. Sicut Craton philoſophus adhuc gentilis,ſuis iuſſit diſcipulis vt aurum
diſpergerent , vt in Legenda ſancti Iohannis habetur apoſtoli , qui ipſum Cratonem Craton
cum ſuis diſcipulis conuertit,nec beatos ipſa .i. quinq; illa prædicta & eius ſimilia , non
perficiunt .i. perfecte non faciunt homines eſſe beatos,imo veriſſimum eſt quod ſalua- Matth. 5
tor perhibuit:Beati,inquiens,pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.
IOHAN. Vnum quæro, An ſcilicet verum ſit, ꝙ lux ſuo viſu penetret ſpiſſa & ſolida
corpora,ita ꝙ videt contenta in eis. DIONY. Siue viſio fiat extra mittendo,iuxta Pla
tonem,ſiue intus recipiendo ſecundum Ariſtotelem, dictum illud verificari non poteſt Plato.
ſimpliciter ſicut ſonat,ſed eſt per hyperbolen dictum , ad inſinuandum valde vehemens
acumen Lincei viſus. Philoſophia tamen ſic loquitur iuxta modum loquendi commu-
nem, velut ſi diceremus:Si quis haberet vulturis odoratũ,perciperet inteſtinoꝝ fœtorẽ.
Eſt autem hyperbole figura,qua aliquid dicitur per exceſſum,quemadmodũ in lib. Iu di
cum fertur,ꝙ filij Beniamin erant ita ad certum iacientes funda lapides , vt & capillum Iudicũ 19
tangere poſſent,quod nõ eſt aliud dicere,niſi ꝙ erãt fundibularij valde boni. Poſtremo
certum eſt,ꝙ oculi corpoꝝ glorificatoꝝ erunt multo acutiores ad perſpiciẽdum q̃ Lin-
cei oculi. Attamen Bonauentura alijq; doctores,qui opinant,ꝙ corpora glorificata erũt
B clara claritate condẽiata,vt aurum & ſol,non perſpicua,ſicut vitrum & aliquæ gemmę,
affirmant ꝙ oculi glorificati nõ videbunt per corpora illa neq; in eis contenta, multoq;
minus oculis Linceis. Verum,vt ſupra monſtratũ eſt,ſancti doctores, Auguſtinus, Gre-
gorius , Thomas & communiter alij conſcripſerunt,ꝙ corpora glorificata prorſus per- Auguſtin⁹
ſpicua erunt, peruia, tranſlucentia , ſicq; contenta in eis clariſſime ac iucundiſſime foris Gregor.
patebunt .

## METRVM VIII.

Heu,heu,quæ miſeros tramite deuio
Abducit ignorantia?
Non aurum in uiridi quæritis arbore,
Nec uite gemmas carpitis.
Nõ altis laqueos montibus abditis,
Vt piſce ditetis dapes.
Nec uobis capreas ſi libeat ſequi,
C Thyrrena captatis uada.
Ipſos quinetiã fluctibus abditos
Norũt receſſus æquoris.
Quę gemmis niueis unda feracior,
Vel quæ rubentis purpuræ.
Necnõ quæ tenero piſce uel aſperis
Præſtent echinis littora.
Sed qm̃ lateat q̊d cupiunt bonum,
Neſcire cæci ſuſtinent.
Et q̊d ſtelliferꝝ trans abijt polum,
Tellure demerſi petunt.
Quid dignũ ſtolidis mẽtib. ĩprecer,
Opes honoreſq; ambiant.
Et cum falſa graui mole parauerint,
Tum uera cognoſcãt bona.

## Elucidatio metri octaui. ARTI. XXIII.

IN hoc metro octauo Philoſophia deplorat ignorantias & errores , clades &
peruerſitates hominum iniquoꝝ : qui cum in terrenis negocijs & ſecularibus
cauſis,& commotionibus vitæ præſentis ſint cauti ac diligentes,in his quæ ad
veram concernũt eoꝝ ſalutem cæci ſunt , obtuſi & negligentes felicitatẽ quæ-
rendo in his,in qbus inueniri non valet,cum tñ alia quærant vbi reperiunt.[Heu]q̊d eſt
ſignum doloris & interiectio compaſſionẽ ſeu piam quærelã deſignans:quæ ignorantia
abducit miſeros homines à vera ſalute,tramite deuio .i. per viam perditionis , quæ à re-
cto declinant itinere. Et hæc via deuia , eſt conuerſatio praua , actio vitioſa, delectatio
prohibita , & omne peccatum mortale tam in cogitatione & affectione , q̃ in locutione
& opere,atq; in omiſſione bonorum. De quo tramite deuio ſcriptum eſt in Prouerbijs: Prou. 4
Via impiorum tenebroſa. De qua loquitur Chriſtus apud Matthæum : Lata & ſpacio- Matth. 7
ſa eſt via quæ ducit ad perditionẽ, & multi inueniunt eam. Itaq; ait:Heu quæ ignorãtia
Quaſi

METR. VIII. Quaſi dicat, Infelix & perículoſa eſt ignorantia iſta. In aliquibus aũt eſt ignorantia iuris D
tam in generali, q̃ in ſpeciali, vt in his qui nihil audierunt de pertinentibus ad ſalutem,
quæ in toto aut pro magna parte excuſat, dummodo non procedat ex negligentia aut
contemptu, quæ vocatur ignorantia craſſa ſeu affectata. Aliqui vero habent ignorantiã
in particulari, non tamen in vniuerſali: quod contingit dupliciter. Primo ſic, ꝙ penitus
neſciunt hoc aut illud eſſe illicitum. Secundo, ꝙ ſciunt hoc, non tamen conſiderant hoc
actualiter ſeu practice, ſeu conſideratione formata, quæ eſt approbatiua executiuaq́; bo-
Philoſo. ni, quæ ignorantia eſt in omni peccante. Vnde ſecundum Philoſophum: Omnis peccans
Prou. 12 eſt ignorans. In Prouer. quoq; legitur: Via ſtulti recta in oculis eius. Et item ignorantia
facti, quæ excuſat à culpa debita cautela adhibita. O excæcati & inſipientes, non quæri-
tis aurum in arbore viridi, nam ſcitis ꝙ ibi non ſit. Nec carpitis. i. non conamini carpe-
re ſeu colligere gemmas in vite. i. in vineis, quia non æſtimatis quod ibi inueniant. Non
abditis, id eſt, non abſconditis laqueos. i. retia in montibus altis, in quibus aqua nõ eſt,
vt ditetis dapes piſcibus, id eſt, fercula veſtra conſtent ex piſcibus abundanter. Nec capta
tis, id eſt, non aſſumitis vada Tyrrhena, id eſt, aquas maris Tyrrheni ad nauigandum.
Iuno. De quo mari Iuno vxor & ſoror Iouis ait in fabulis paganorũ, quæ teſte ſancto Ambro-
Ambroſi. ſio ſunt pabula dæmonum: Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor. Si libeat, id
eſt, ſi vobis placeat ſequi. i. inſequi capreas, quæ ſunt animalia valde velocia ad curren- E
Cantico. 2 dum, habitantia in altioribus eremi locis. Vnde in Canticis: Euge dilecte mi, ſimilis eſto
2. Reg. 2 capreæ hinnuloq́; ceruorum ſuper montes Bethel. Et 2. libro Regũ aſſeritur: Azael fra-
ter Ioab, curſor velociſſimus fuit quaſi vnus ex capreis. ¶ Conſequenter propter cõue-
nientiam metri fit mutatio à ſecunda perſona in tertiam. Quinetiam hoĩes norũt. i. ag-
nouerunt ipſos receſſus. i. cauernas, & lacus æquoris. i. maris, abditos. i. aquis opertos
iuxta littora ſitos: norunt quoq; quæ vnda. i. aqua ſeu abyſſus, ſit feracior, id ẽ, copioſius
abundans gemmis candidis. i. margaritis & conſimilibus gemmis albis ac ſplẽdidis, vel
quæ aqua ſit fœcundior ſeu plenior purpuræ rubentis. i. piſcis, cuius ſanguini intingitur
purpura vt rubeſcat, necnon, id eſt, & etiã norunt, quæ littora præſtent. i. excellant piſce
tenero. i. piſcibus mollioribus, parum aut nihil habẽtibus de aſperitate pellis & oſſibus:
vel aſperis, vt puta echinis. i. piſcibus hirſutis, oſſatis ſeu aculeatis inſtar ericij. Dicitur aũt
ꝙ littora his abundẽt, id eſt, aquæ iuxta littora defluẽtes. Hæc itaq; iam prætacta ſciunt
Sapien. 2 mercatores & piſcatores, ſed cæci. i. hoĩes vitijs excæcati, iuxta illud: Excæcauit eos ma-
litia eoꝝ, ſuſtinent neſcire. i. damnabiliter patiuntur ſe ignorare, q̃a nõ curant addiſcere
quonam lateat. i. vbi ſit & in quo conſiſtat, vt quærendo inueniatur bonum quod cupi-
unt, id eſt, ſummum bonum ſeu beatitudinem, quam naturaliter optat, iuxta ſenſum fre
quenter præhabitum. Ipſiq́; homines carnales demerſi, id eſt, vitijs obruti, (Quo contra F
Pſalmo 62 orat Pſalmiſta: Non me demergat tempeſtas aquæ, neq; abſorbeat me profundum) pe-
tunt tellure, id eſt, quærũt inuenire in terra, quod trans abijt polum ſtelliferũ, id eſt, ſum
mum bonum, quod per omnipotentiam ſuam maieſtatiſq́; ſuæ immenſitatem, eleuatũ
& altius eſt omni polo ſeu cœlo, atq; in cœlo empyreo dicitur reſidere, q̃uis ipſe incircũ-
ſcriptibilis ſit, quia ibidem ſe clarius repræſentat, ac excellentius operatur. Vnde in Pſal-
Pſalmo 8 mo cantatur: Eleuata eſt magnificentia tua ſuper cœlos. Cui tertio regum Salomon lo-
3. Reg. 8 quitur: Cœlum & cœli cœlorum te capere nequeunt. Quid dignum deprecer, id eſt, quid
congruum ac debitum meritis impiorum optem & ſupplicem dari, mentibus ſtolidis
Ecci 1 impiorum? De quibus Salomon faſſus eſt: Stultorum infinitus eſt numerus. Sic ſtulti
ſunt vniuerſi qui in vitio ſunt mortali, in quibus eſt vitium puerilitatis ſapientiæ dono
contrarium, quoniam ſummo infinitoq́; bono præferunt iſta carnalia & caduca: ambi-
ant, id eſt, deſiderent opes terrenas & honores, hoc eſt, quia adhuc conuerti non acqui-
eſcunt, interim occupentur circa diuitias & honores, non ꝙ hoc ſit bonum aut alicui ap-
petendum, ſed quia pœnalis ille labor, cura, diſtrictio, inquantum ſunt pœnæ quædam,
expediunt eis occaſionaliter, inquantum per talia admonentur redire ad ſummum &
quietiſſimum bonum, in quo ſolo mens pacem inuenit ſalutarem. Propter quod in Iob
Iob 20 inducitur: Acquieſce deo, & habeto pacem, & per hoc habebis fructus optimos. Et cum
mentes ſtolidæ parauerint, id eſt, obtinuerint aut obtinere ſtuduerint, falſa, id eſt, dece-
Ierem. 16 ptoria iſta terrena, de quibus loquitur Ieremias: Vere mendaciũ poſſiderunt patres no-
ſtri, vanitatem quæ eis non profuit. Graui mole, id eſt, duro labore, cura & anxietate,
tum



A tum, id eſt, tunc cognoſcant bona vera, id eſt, vere ſalubria, ſpiritalia & æterna, gratiarũ
charismata, virtutes & merita ac gloriæ dona, & ipſum incomparabile ſuperbeatiſſimũ
bonum, ita quod vexatione eius intellectum præſtante ad obiectum, cauſam ac fontem
ſuæ ſalutis redire feſtinent, dicentes illud Ieremiæ: Vere in domino deo noſtro ſalus. Sic Ierem. 3
quippe ſolet omnipotens deus electos ſuos per aduerſa & aſpera ad ſe reuocare, quemad
modum per Oſeã ait: Ecce ſepiam viam. i. operationẽ & vitam tuam ſpinis, & dices: Con Oſee 2
uertar ad virum meum priorem. i. ad ſponſum cœleſtem. Hinc dixit Propheta: Quoniã Pſalmo 31
die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua, conuerſus ſum in erumna mea dum confi-
gitur ſpina. ¶ Præterea in hoc metro reprehenduntur curioſi, vani & ſcioli, q circa in-
ania occupantur: qui relictis neceſſarijs ad ſalutem, circa alia inordinate v̇ſantur, nec ea
quæ ſuam concernunt ſalutem præcipue meditantur. Hinc ſcriptum eſt in Eccleſiaſtico: Ecci 3
Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne perſcrutatus fueris, ſed quæ præcepit tibi deus,
illa cogita ſemper. Hi tales ſequuntur ſcribas & phariſęos, quibus loquitur Chriſtus: Ve-
ſpere dicitis, Serenum erit, rubicũdum eſt enĩ cœlum. Mane dicitis, Hodie tempeſtas, ru-
tilat enĩ triſte cœlum. Hypocritæ, faciem cœli dijudicare noſtis, ſigna aũt tempoꝝ non Matth. 16
poteſtis. In quibus verbis reprehendit Iudæorum magiſtros, q non conſiderauerunt im-
pletum eſſe tempus primi aduentus Chriſti à prophetis, præſertim à Daniele prænũcia-
B tum. Sic oẽs redarguit, qui prudentes & diligentes ſunt circa congregãda temporalia & Dan. 7. 9
terrena, negligentes aũt ad obtinendum cœleſtia & æterna, de quibus prædixit Apoſt.
Erunt hoĩes amantes ſeipſos, ſuperbi, cupidi, amatores voluptatis magis q̃ dei. De q̄bus 2. Tim. 3
in Ieremia habetur: Sapientes ſunt vt faciant mala, bene aũt facere neſcierunt. Ordina- Ierem. 4
tum ergo ſit ſtudium tuũ, vt in primis agnoſcas & impleas quæ à te deus requirit, & oẽm
tuum profectum ad veram ordines felicitatem.

## PROSA IX.

HActenus mendacis formam felicitatis oſtendiſſe ſufficiat, quã
ſit perſpicaciter intueris, ordo eſt deinceps quæ ſit uera mon-
ſtrare. B. Atqui uideo inquam, nec opibus ſufficientiam, nec
regnis potentiam, nec reuerentiatiam dignitatibus, nec celebri-
tatem gloria, nec lætitiam uoluptatibus poſſe contingere. P. An etiam
cauſas cur id ita ſit deprehendiſti? B. Tenui q̃dẽ ueluti rimula mihi uideor
intueri, ſed ex te cognoſcere apertius malim. P. Atqui promptiſſima ratio
C eſt. Q̃d enĩ ſimplex eſt indiuiſumq; natura, id error humanus ſeparat &
a uero atq; perfecto, ad falſum imperfectumq; traducit. An tu arbitraris
quod nihilo indigeat egere potentia? B. Minime inquam. P. Recte tu
quidem. Nam ſi quid eſt quod in ulla re imbecillioris ualentię ſit, hoc prę
ſidio neceſſe eſt egeat alieno. B. Ita eſt inquam. P. Igitur ſufficiẽtiæ poten-
tiæq; una eademq; eſt natura. B. Sic uidetur. P. Quod uero huiuſmodi ſit
ſpernendum ne eſſe cenſes, an contra rerum omnium uenetatione digniſ-
ſimum? B. At hoc inquã ne dubitari q̃dẽ põt. P. Addamus igiť ſufficiẽtię
potẽtiæq; reuerentiã, ut hęc tria unũ eſſe iudicemus. B. Addamus ſiquidẽ
uera uolumus cõfiteri. P. Quid igiť, inq̃t, obſcuꝝ ne hoc atq; ignobile cẽ-
ſeas eſſe. An omni celebritate clariſſimũ? Conſidera uero ꝙ nihilo indige-
re quod potẽtiſſimum, ꝙ honorare digniſſimũ eſſe conceſſum eſt egere
claritudine, quã ſibi pręſtare nõ poſſit, atq; ob id aliqua ex parre uideatur
abiectius. B. Nõ poſſum inquã q̃n hoc uti eſt, ita etiã celeberrimũ eſſe cõfi
tear. P. Cõſequẽs igiť eſt ut claritudinẽ a ſupiorib. tribus nihil differre fa
teamur. B. Conſequiť inquã. P. Q̃d igiť nullius egeat alieni, q̃d ſuis cũcta
uiribus

PROSA IX. uiribus poſſit: q̊d ſi clarum atq; reuerendũ,nõne hoc etiã conſtat eſſe læ⸗ D
tiſſimum? B. Sed unde huic inquã tali mœror ullus obrepat, nec cogita⸗
re quidẽ poſſum. Quare plenum eſſe lætitiæ ſiquidẽ ſuperiora manebũt
neceſſe eſt confiteri. P. Atqui illud q̊q; per eadẽ neceſſarium eſt ſufficien
tiæ,potẽtiæ,claritudinis,reuerẽtiæ, iucunditatis, noīa quidẽ eſſe diuerſa,
nullo ꝟo modo diſcrepare ſubſtantiã. B.Neceſſe eſt inquam hoc. P.Hoc
igiť q̊d eſt unum ſimplexq; natura prauitas humana diſpartit, & dum rei
quæ partibus caret partem conãtur adipiſci,nec portionem quæ nulla eſt
nec ipſam quam minime affectat aſſequitur. B. Quonam modo inquam?
P. Qui diuitias,inquit,petit penuriæ fuga,de potentia nihil laborat, uilis
obſcuruſq; eſſe mauult, multas etiam ſibi naturales quoq; ſubtrahit uo⸗
luptates,ne pecuniam quam parauit amittat. Sed hoc modo nec ſufficien⸗
tia quidem contingit ei,quem ualentia deſerit, quem moleſtia pungit,quẽ
uilitas abijcit,quem recondit obſcuritas. Qui uero ſolum poſſe deſiderat, E
profligat opes,deſpicit uoluptates, honoremq; potentia carentem,glori⸗
amq; nihilipendit. Sed huic quoq; q̃ multa deficiant uides:fit eñ aliquan⸗
do ut neceſſarijs egeat, ut anxietatibus mordeatur. Cumq; hæc depellere
nequeat,etiam id quod maxime petebat potens eſſe deſiſtat. Similiter ra⸗
tiocinari de honoribus gloria uoluptatibus licet. Nam cum unumquodq;
horum idem quod cætera ſit, quiſquis horũ aliquid ſine cæteris petit,nec
illud quidem quod deſiderat apprehendit. B. Quid igitur inquam? P. Si
quis cuncta ſimul cupiat adipiſci, ſummã quidem beatitudinis uellet, ſed
non in his eam reperiret quæ demonſtrauimus, id quod pollicentur non
poſſe conferre. B. Minime inquam. P. In his igitur quæ ſingula quædam
expetendorum præſtare creduntur, beatitudo nullo modo inueſtiganda
eſt. B. Fateor inquam, & hoc nihil uerius dici poteſt. P. Habes igitur inqt
& formam falſæ felicitatis, & cauſas deflecte nunc in aduerſum mentis F
intuitum,ibi enim ueram quam promiſimus ſtatim uidebis. B. Atqui hęc
inquam uel cæco perſpicua eſt, eamq; tu pauloante monſtraſti,dum falſe
cauſas aperire conabaris. Nam niſi fallor ea uera eſt & perfecta felicitas,
quę ſufficientem,potentem,reuerendum,celebrẽ lætumq; perficiat. Atq;
ut interius animaduertiſſe cognoſcas quæ unum horum, quoniam idem
cuncta ſunt, ueraciter præſtare poteſt hanc eſſe plenam beatitudinem ſine
ambiguitate cognoſco. P. O te alumne hac opinione felicem cenſeo, ſi qui
dem hoc inquit adieceris. B. Quidnam inquam? P. Eſſe ne aliquid in his
mortalibus caducisq; rebus putas, quod huiuſmodi ſtatum poſſit affer⸗
re? B. Minime inquã puto, atq; a te nihil ut amplius deſideretur oſtenſum
eſt. P. Hæc igitur uel imagines ueri boni,uel imperfecta quædam dare bo
na mortalibus uidentur:uerum autẽ atq; perfectum bonum conferre non
poſſunt. B. Aſſentior inquam. P. Quoniam igitur agnouiſti quæ uera il⸗
la ſit, quæ autem beatitudinem mentiatur, nunc ſupereſt,ut unde uerã hãc
petere poſſis agnoſcas. B. Id quidem inquam iamdudum uehementer ex⸗
pecto



A pecto. P. Sed cum(uti in Thimæo Platoni inquit noſtro placet) in mini⸗
mis quoq; rebus diuinũ pręſidium debeat implorari,quid nunc faciendũ
cenſes, ut illius ſummi boni ſedem reperire mereamur? B. Inuocandum
inquam rerum omnium patrem, quo prætermiſſo nullum rite ſundatur
exordium. P. Recte inquit ac ſimul ita modulata eſt.

Elucidatio proſæ nonæ. ARTI. XXIIII.

POſtq̃ Philoſophia iam per multas proſas ac metra oſtendit in quibus nõ con
ſiſtat vera felicitas,nunc declarare aggreditur in quibus ſit ponenda, & quali⸗
ter exquirenda [Hactenus mendacis formam felicitatis oſtendiſſe ſuffecerit]
id eſt,ſatis ſit oſtendiſſe.i. ꝙ oſtendi & deſcripſi hucuſq; formam.i.rationem
& ſpeciem felicitatis mendacis.i.apparentis non exiſtentis,quam diffiniui, ꝙ ſit proſpe⸗
ritas fallax[quam ſi perſpicaciter intuearis].i.acute conſideres [ordo eſt].i. rectus mo⸗
dus procedendi[deinceps quæ ſit vera]beatitudo[monſtrare].i.docere quæ ſit vera feli
citas. Ad hoc reſpondet Boethius[Atqui video,inquam].i.ego Boethius dico, atqui,id
eſt,certe,video.i.intelligo[nec opibus ſufficientiam,nec regnis potentiam,nec dignitati
B bus reuerentiam, nec celebritatem gloria,nec lætitiam voluptatibus poſſe contingere.]
id eſt,ſufficiẽtiam veram quæ ad beatitudinem ſufficiat, nec opibus poſſe contingere,id
eſt,non poſſe alicui prouenire opibus,id eſt,per terrenas diuitias, cum & diuitibus mul⸗
ta deſint, nec potentiam ſufficientem poſſe contingere alicui regnis,id eſt, principatus
quoſcunq;,cum & reges indigeant ſubditis,ſicut econtra. Nec reuerentiam,id eſt,ſuffici⸗
entem honorem dignitatibus,id eſt,per dignitates,nec celebritatem,id eſt, claritatẽ no⸗
minis ſufficientem ex hominum fama,quæ ſæpe decipitur ac cito mutatur. Nec lætitiã
ſufficientem,id eſt indeſinẽtem,ſalubrem poſſe accidere homini voluptatibus, id eſt,per
oblectamenta carnalia,ſicut iſtud iam ante diffuſe ac multipliciter eſt probatum. ¶Ad
hoc Philoſophia ſubiungit: [An etiam cauſas cur ita id ſit deprehendiſti?] id eſt,quæro
an etiam deprehendiſti, id eſt,conſideraſti cauſas,propter quas ita ſit. Ad quod Boethi⸗
us: [Tenui quidem veluti rimula mihi videor intueri,] Videor mihi intueri, id eſt, mihi
ipſi apparet,quod intuear cauſas illas rimula tenui,id eſt,per obſcurum aſpectum, ſicut
quod per paruam videtur fiſſuram, ſed ex te cognoſcere malim apertius] Malim,id eſt,
potius velim, cognoſcere apertius ex te,id eſt, ex tua informatione has cauſas. Ad quod
Philoſophia[Atqui(pro certo)promptiſſima ratio eſt].i.ratio paratiſſima aſſignari po⸗
teſt ad hoc,puta hæc. [Quorum enim ſimplex eſt indiuiſumq; natura].i. quod ex ſua na
C tura eſt ſimplex, non habens in ſe diuerſitatem partium aut aliarum realitatum, vtputa
veram felicitatem ſeu ſummum bonum[idcirco humanus].i.homo errans[ſeparat].i.
diuiſim intelligit[& à vero atq; perfecto ad falſum imperfectumq; traducit].i.rationem
& proprietatem ſummi boni aſſcribit rebus creatis, in ſe vanis ac diminutis, & vni hu⸗
iuſmodi bono imperfecto aſſcribit hanc eminentiam,alteri aliam,ſicq; in diuerſis beati⸗
tudinem quærit, quã nõ niſi in vno ſummo ſimpliciſſimo quæreret bono,in quo quinq;
prædicta,imo omnia bona pulchra ac deſiderabilia ſupereminentiſſime, indiuiſim,ſim⸗
pliciſſime continent. Quod conſequenter probatur,& primo ꝙ in ipſa ſit ſumma & per⸗
fecta poteſtas. [An tu arbitraris ꝙ nihilo indigeat].i. ꝙ non indiget aliqua re[egere po⸗
tentia? B. Minime inquam].i.ego Boethius dico ꝙ minime puto hoc,quia ſic imbecille
eſſet,nec poſſet ſuis aduerſarijs præualere. Quo contra ait per Ieremiã:Quis ſimilis mei, Ierem. 49
aut quis ſuſtinebit me? Et quis eſt iſte paſtor q reſiſtat vultui meo? Ad hæc Philoſophia:
Recte tu qdem (iudicaſti) Nam ſi quid eſt quod in vlla re imbecillioris valentiæ ſit].i.
debilioris potentiæ [in hac præſidio neceſſe eſt egeat alieno] Neceſſe eſt.i.neceſſario ſe⸗
quitur,ꝙ egeat pſidio.i.auxilio alieno in hac.i.in iſta ſua imbecillitate. B.[Ita eſt inquã]
ego Boethius. Ex quo Philoſophia concludit:[Igitur ſufficientiæ potentiæq; vna eſt ea⸗
demq; natura].i.realiter idem ſunt & inſeparabilia ſumma ſufficientia & ſumma potẽ⸗
tia,nec vnum ſine alio poteſt eſſe perfectum. Reſpondet Boethius:[Sic videtur].i. clare
conſpicio ꝙ ſit ita, cum iſtud argumentum ſit demonſtratiuum. Conſequẽter pbat,ꝙ
hoc ipſum ſit honorabile & reuerentia omni digniſſimũ. P. [Quod vero huiuſmodi ſit,
ſpernendũ ne eſſe cenſes?].i.cenſes ne,& vtrũ iudicas eſſe conueniens, ꝙ huiuſcemodi

PROSA IX. ens ſit ſpernendum, [an contra] .i. vtrum potius econtrario iudicas, quod ſit [rerũ oĩm D
veneratione digniſſimũ?] vtpote excellentiſſimũ, ſapientiſſimum, ſanctiſſimum. [At q̃d
inquã ne dubitari q̃dem põt] .i. iſtud iam certum eſt, ꝙ nemo ſanæ mentis poſſit inde
ambigere. Intellectus nanq; euidentia & efficacia demonſtratiõis, ſicut & primoꝝ prin-
cipiorum compellit ad conſenſum. At hæc Philoſophia: [Addamus igitur ſufficientiæ
potentiæq; reuerentiã (.i. honorabilitatem) vt hæc tria vnum eſſe iudicemus,] vidilicet
ens ſumme efficiens, ſumme potens & ſumme honorabile, in q̃ etiam ſufficientia, poten
tia, honorabilitas realiter idem ſunt, vtputa diuina eſſentia, & ſola ratiõe diſtincta ſunt
ita, vt diuina eſſentia, inquantũ abſolute perfecta dicatur ſufficientia, inquantũ princi-
pium producendi & agendi in alia, dicatur actiua potentia, atq; vt ſumma maieſtas in ſe
continens oĩs honorificentiæ ac venerationis & venerabilitatis cauſam, radicẽ & ratio-
1. Reg. 2 nem dicatur primum & ſummum honorabile, q̃d ait 1. Regũ: Quicũq; glorificauerit me
glorificabo eum, qui aũt contemnunt me erunt ignobiles. Deniq; ſi honorandi ſunt pa
Philip. 4 rentes, quanto magis pater iſte cœleſtis, à q̃ (teſte Apoſtolo) oĩs paternitas in cœlo & in
Hebræ. 12 terra noĩatur ac deriuatur? De quo denuo loq̃tur ad Hebrę. Patres carnis eruditores ha-
buimus, & reuerebamur eos: num magis obtemperabimus patri ſpirituũ, & viuemus?
Hinc q̃q; Ariſto. 12. primę philoſophiæ fatetur, ꝙ deus eſt honoratiſſimus intellectus.
B. [Addamus] .i. ego Boethius dico, placet vt addamus [reuerentiã ſufficientiæ atq; po E
tentiæ, ſiquidem vera volumus confiteri] ſiquidem, pro certo, volumus confiteri q̃d veꝝ
eſt, nec veritati repugnare, ꝙ proſpeꝝ ſucceſſum nõ ſortietur, iuxta illud beati Iob: Quis
Iob, 9 reſtitit ei, & habuit pacem? P. [Quid igitur inquit] .i. Philoſophia ait: Quid addemus,
niſi q̃d ſubditur: [Obſcuꝝ ne hoc atq; ignobile cenſes eſſe?] .i. an iudicas hoc ſummum
bonum eſſe, nõ celebre, neq; famoſum, nec clarum [an omni celebritate clariſſimũ? Con-
ſidera vero ne] .i. nunq̃d ſeu vt hoc ens [nequit nihilo indigere, q̃d potentiſſimũ, q̃d ho-
nore digniſſimum eſſe conceſſum eſt egere claritudine valeat,] .i. an poſſit celebri noĩe
& fama pręclara carere [quam ſibi præſtare (.i. facere) non poſſit, atq; ob id aliqua ex par-
te videatur abiectius?] Ad q̃d Boethius: [Non poſſum inquã (.i. de hoc aliud dicere ne-
queo) quin hoc vti eſt ita celeberrimum eſſe confitear,] .i. quin fatear & proteſter hoc
bonum ita eſſe celeberrimũ .i. famoſiſſimum, vti eſt .i. ſicut reuera eſt incomparabiliter
celebre, cum in omni pfectione ſit infinitæ eminẽtię. Vnde & Iſaac Iſraelita philoſophus
in principio libri Diffinitionũ effatur: Fama dei ſublimis eſt. Hanc famam præſtat & fa-
cit ſibi oĩpotens, manifeſtando hoĩbus excellentiam ſuam, atq; per opa ſapientiæ, miſeri
Exodi 9 cordiæ ac iuſtitiæ ſuæ, quemadmodũ in Exodo loquitur Pharaoni: Idcirco poſui te, vt
oſtenderẽ in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra. Etenĩ tan-
ta eſt fama dei, ꝙ excellentiam eius oĩs creatura miratur, nec exprimere valet nec cõpre- F
hendere eam. Ex quibus infert Philoſophia: [Conſequens igitur eſt, vt claritudinẽ ſupe
rioribus rebus nihil differre fateamur,] .i. vt recognoſcamus claritatẽ & famabilitatem
ſummi boni non differre ab opulentia, omnipotentia & honorabilitate ipſius. B. [Con
ſequitur inquam] .i. dico ego Boethius hoc conſequi. Deniq; in hoc mundo famoſi ſunt
q in vna quacunq; virtute fuerunt eximij aut in paucis, & hoc tñ finite, vt Samſon in for
Iudi. 14. 16 titudine, Abſalon in pulchritudine, Salomon in ſapientia, Dauid in victorijs, & ita in cõ
2. Reg. 14 ſimilibus, vt in ſanctitate, in miraculis, in prælaturis & principatibus: quanto magis ſu-
3. Reg. 2. 3 perbeatiſſimus deus infinitę famoſitatis & incomparabilis celebritatis claritate eſt vni-
1. Reg. 18. & 26. uerſis & ſingulis præferendus? De quo aptiſſime dixit electus Dauid: Quis ſicut dñs deus
2. Reg. 2 noſter q in altis habitat, & humilia reſpicit in cœlo & in terra? Vnde & in Iob habet: Per
Pſalm. 112 ditio & mors dixerunt: Auribus noſtris audiuimus famam eius. Deinde oſtendit Philo
Iob 28 ſophia, ꝙ hoc bonum altiſſimũ voluptate nõ caret, imo gaudio intenſiue prorſus immẽ-
ſo ſit plenum. P. [Quod igitur nullius egeat alieni] .i. hoc bonum q̃d nullo alio indiget,
[q̃d ſuis cuncta viribus conſtare poſſit] .i. q̃d valeat viribus ſuis proprijs cætera oĩa ſu-
ſtentare ac cõfirmare [q̃d ſit clarum atq; reuerendũ, nonne hoc etiã conſtat eſſe lætiſſi-
mum?] Lætitia nãq; eſt diffuſio mentis in conceptu apprehẽſione ve boni. Deus ergo ſu-
perdigniſſimus intuendo & intelligẽdo ſeipſum eſſe tam infinitæ pulchritudinis, tã im-
menſæ ſuauitatis, tam incircũſcriptibilis pfectionis, in oĩbus gloriat & gaudet ac cõpla-
centiam habet in ſemetipſo æternaliter, inuariabiliter ac penitus infinite. Ecce q̃ ſupfeli-
ciſſimus eſt dñs deus nr̃, quẽ ſi vt tenemur ſup oĩa toto corde diligimus, debemus in ipſo
cordia



A cordialiter exultare, ac tantæ eius pfectioni, felicitati & gloriæ toto corde intime cõgau
dere. Ad hæc Boethius: [Sed vnde huic inquã tali mœror vllus obrepat ne cogitare q̃dẽ
poſſum] .i. fingere nequeo vñ & ex qua cauſa poſſit vllus mœror obrepere .i. vlla triſti-
tia accedere. P. [Quare plenũ eſſe lætitię (ſiquidẽ ſupiora manebũt) neceſſe eſt cõfiteri] .i.
fateri oportet ipm eſſe plenũ lætitia, imo eſſentialiter eſſe lætũ, ac ſupinfinitã in ſe ſubſi-
ſtentem lætitiã, cui pſallit Propheta: Torrẽte voluptatis tuæ potabis eos. Si ſupiora .i. ſu Pſalmo 35
perius dicta, manebũt .i. ſtabũt in veritate. Nec his obuiat, ꝙ deus in ſcripturis dr̃ pœni-
tere, dolere, triſtari, affligi, iraſci, vt dũ dr̃ in Gen. Vidẽs deus ꝙ multa malitia hoĩm eſſet Geneſis 6
in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malũ omni tpe, pœnituit eũ ꝙ feciſſet
hoĩem, & dolore cordis tactus intrinſecus: delebo inq̃t hoĩem à facie terrę. Et p Iſaiã ait:
Præbuiſti mihi laborẽ in iniq̃tatibus tuis. Et multa cõſimilia dicũtur in ſcripturis, q̃ oĩa Iſaiæ 43
intelligenda ſunt p ſimilitudinẽ effectus, nõ p ꝟitatem turbationis, mutatiõis aut paſſio-
nis in ipſo, q per Malach. pteſtatur: Ego dñs & nõ mutor. Et p Ieremiã: Nunq̃d me ad Malach. 3
iracundiam ꝓuocant dicit dñs? Nonne ſemetipſos in confuſione vultus ſui? Et in lib. Sa Ierem. 7 Sapien. 12
pientiæ dr̃: Tu aũt dñator dñe cũ tranquillitate iudicas, & cũ magna reuerentia diſpo-
nis nos. Deinceps oſtendit Philoſophia hæc oĩa vnum eſſe in deo. [Atqui (.i. certe) illud
q̃q; per eadem neceſſariũ eſt] .i. per p̄habita etiã iſtud neceſſario ſeq̃tur [ſufficientiæ, po-
B tentiæ, claritudinis, reuerentiæ, iucunditatis, noĩa q̃dem eſſe diuerſa] .i. ꝙ quinq; iſta per
diſtincta noĩa deſignant, q̃a vt tactũ eſt differunt ratione, ſed & alia varia attributa in
deo, vt ſunt ſapiẽtia, iuſtitia ꝟitas, pietas, [nullo ꝟo mõ diſcrepare ſubſtantiã] .i. eſſentiã
ſignificatã p ea nequaq̃ differre, cum ſint vnũ ſimpliciſſimũ eſſe dei. B. [Neceſſe eſt in-
quam] ſic eſſe, nempe cũ deus ſublimis & glorioſus ſit ens in ſe oĩno pfectum, nõ põt eſſe
in eo cõpoſitio aut diuerſitas aut diſtinctio vlla ex natura rei, ſed identitas pura ac infini
ta. Propter q̃d in lib. de Cauſis aſſerit, ꝙ nõ eſt in prima cauſa diſtinctio vlla modorum.
Oĩs quippe cõpoſitio, diuerſitas, diſtinctio ex natura rei, ſignũ eſt impfectionis ac indigẽ
tiæ, q̃a ſi res totã ſuã pfectionem haberet in vno illoꝝ, alijs nõ egeret, ſed ea ſecluderet,
cũ teſte Philoſo. nõ ſit ponenda pluralitas ſine neceſſitate. Hinc merito refutat miſera il- Philoſo.
la opinio, q̃ in diuinis inter attributa diſtinctionem ponit formalem ex rei natura, q̃ ſit
quædã nõ identitas, q̃d prorſus falſiſſimum eſt, nec ſolum cõtra Thomã, Albertũ, Henri-
cum, ſed etiã contra Alexandrum, Bonauenturã, Richardũ, &c. Hinc iuxta Philoſo. de- Idem.
us eſt purus actus. Et ſicut p Moſen dixit, ipſe eſt ipſum ſupſimpliciſſimũ eſſe. Cumq; pu
rum dicatur per excluſionem alieni atq; contrarij, ſicut purum aurũ vocat cui nihil alie-
ni metalli miſcetur, ſimul ſtare nõ põt, ꝙ in ſupſanctiſſimo deo ſit ex ſuæ deitatis natura
ſimplicitas ſumma, pfecta, puriſſima & penitus infinita. Siquidẽ oĩa q̃ in deo ſunt in tali
C tam ſumma excellẽtia ſunt in eo, & tñ ſit in ipſo diſtinctio aliqua formalis ex natura rei
in abſolutis. Nam vt teſte Philoſo. vnũ in ſubſtantia facit idem. Ideo ſicut in deo eſt pu- Idem.
ra ac ſimpliciſſima vnitas, ita & talis identitas, nec vlla nõ idẽtitas. Hoc hic breuiter teti-
giſſe ſufficiat, q̃ ſuper 1. Senten. diffuſius ſunt expreſſa. P. [Hoc igit q̃d eſt vnũ ſimplexq;
natura] .i. ex ſua natura, imo & realiter eſt ſimplex eſſentia & q̃dditas ſua [prauitas hu-
mana diſpſit] .i. in multa diuiſit & pluribus male attribuit: nõ ꝙ aliq̃s hõ tam prauus ex
titerit, ꝙ verã & incommutabilem deitatẽ aſcripſerit creaturis aut rebus diuerſis ſubſtã
tialiter differentibus, ſed ꝙ felicitatẽ q̃ in ſummo & ſolo deo eſt vere & obiectiue q̃dam
in rebus poſuerunt creatis, & iuxta Apoſt. ad Roma. ſeruierunt & inhæſerunt creaturis Roma. 1
magis q̃ creatori. [Et dum rei q̃ partibus caret partẽ conatur adipiſci] .i. dum prauitas
humana, vtputa prauus hõ conat adipiſci partẽ beatitudinis, q̃ partibus caret, q̃m ſim-
plex eſt [nec portionẽ, q̃ nulla eſt, nec ipſam (quã minime affectat) conſequit] .i. nõ obti
net nec acq̃rit partẽ beatitudinis, q̃a nõ habet partẽ, nec obtinet totã, q̃a nec appetit ve-
ram beatitudinẽ integre & ſyncere, ſed potius vanã in diuitijs, honoribus alijſq; p̄ fatis.
Deniq; iſtud de increata beatitudine obiectali potiſſime veꝝ eſt. Beatitudo aũt creata, q̃
eſt ſtatus oĩm bonoꝝ aggregatione pfectus, nõ eſt penitus ſimplex, ptinentq; ad eã non
ſolũ contemplatio, ſed dilectio q̃q; ac delectatio, q̃uis ſcd̃m Auguſt. & Thomã & alios
quoſdã eſſentialiter in actu intellectus ponat, q̃a ſcd̃m Auguſt. viſio eſt tota merces: q̃d Auguſtin.
etiã glorioſus Hirony. põſt obitũ ſuũ beato Auguſtino apparens ac loquẽs aſſeruit. Imo Hirony.
& ipſemet Chr̃s: Hæc eſt ingens vita æterna, vt cognoſcãt te veꝝ deũ. Pſalmiſta quoq;: Iohan. 17
Oſtende, dicens, faciẽ tuã & ſalui erimus. Deinde Boethius poſtulat hæc clarius ſibi ex- Pſalmo 84

 poni.

PROSA IX. poni.B.[Quonã inquã modo?].i.qualiter veꝝ eſt o Philoſophia,ꝙ dicis hoĩem prauũ D
nõ adipiſci felicitatem,nec partem eius.P.[Qui diuitias,inq̃t petit,penuriæ fuga].i.Phi
loſophia inq̃t,q petit.i.quærit ſeu appetit diuitias fuga.i.propter fugã penuriæ[de potẽ
tia nihil laborat].i.nõ laborat de potentia.i.pro poteſtate adipiſcenda,niſi forſan quæ
rat diuitias vt per eas acquirat potentiã, ſicq; potius eſſet ſupbus ſeu ambitioſus, q̃ aua
rus,[vilis,obſcurus eſſe mauult].i.magis vult haberi ſine reuerẽtia tanq̃ ignobilis,q̃ pe
cunias perdere,in quibus ſibi finem conſtituit.[Multas etiã ſibi naturales q̊q; ſubtrahit
voluptates]in eſculentis & poculentis atq; venereis & ornamentis [ne pecuniam quam
parauit amittat.]Iſta facilia ſunt.[Sed hoc modo ne(.i.nec)ſufficientia q̃dem contingit
ei,quem valentia(.i.potentia)deſerit].i.imbecilli nõ adeſt ſufficientia, cum ſanitas deſit
Eccl 30 ei,quæ præfertur pecuniæ,iuxta illud Eccleſiaſtici: Melius eſt corpus validũ,q̃ cenſus im
menſus[quem moleſtia pungit,quem vilitas abijcit].i.quem ignobilitas reddit abiectũ
quem recondit obſcuritas].i.q ignotus eſt ex famæ carentia. Conſequenter oſtenditur
de quærente finaliter poteſtatem:[Qui vero ſolum poſſe deſiderat].i.principaliter quæ
rit potentiam[profligat opes].i.diuitias prodigaliter conſumit,vt aſſiſtẽtes & fautores
Eccl 20 acquirat,nõ attendens q̊d in Eccleſiaſtico legitur: Qui poteſtatem ſibi aſſumit, iniuſte
Antigonius philoſo. odietur,[deſpicit voluptates] ne propter eas vileſcat. Vnde Antigonius dixit ad Alexã
drum: Indignus es imperare propter iuuentutem & voluptates,[honores q̊q;].i.promo E
tionem ſeu dignitatem [potentia carentẽ,gloriã q̊q;(.i.famam celebrem)nihili pendit]
Quicquid eñ qs habet,parum ſibi videtur,q̃diu nõ obtinet q̊d præ cæteris principaliter
Prou. 13 cupit,cuius dilatione atq; carentia cruciatur,vt in Prouer. Salomon ait:Spes quæ differt
affligit aĩam, lignũ vitæ deſiderium veniens. Sed huic q̊q; potentiã appetenti[q̃ multa
deſint videt:erit eñ vt aliquando neceſſarijs egeat(dũ opes ſuas dilapidauerit) vt anxie
tatibus mordeat,]ne lædatur ab his,q̃bus dum potens fuerat nocuit.[Cumq; hæc depel
lere nequeat(q̃a iam caret diuitijs,vnde nec habet auxilia)id etiã q̊q; maxime petebat,]
.i.præcipue affectauit,videlicet[potens eſſe deſiſtit.]Conſequẽter idem probat de alijs,
[Similiter ratiocinari de honoribus,gloria,voluptatibus licet] De honoribus,gloria,vo
luptatibus licet.i.licitũ expediensq; conſiſtit, raciocinari.i.diſcurrere & probare, de ho
noribus,gloria.i.fama,voluptatibus,ꝙ in eis non conſiſtat felicitas.[Nam cum vnum
quodq; hoꝝ idem q̊d cætera ſit quiſq̃s hoꝝ aliq̃d ſine cæteris petit,ne id quidem q̊d deſi
derat apprehendit]Certũ eſt ꝙ voluptas in nobis nõ ſit idem q̊d fama aut honor,nec di
uitiæ idem ſunt quod potentia:vnum q̊q; iſtoꝝ ſine altero haberi poteſt,quõ ergo vera
ſunt hæc?Contra aũt,ꝙ in deo ſint idem nõ inter ſe in creaturis,nõ ergo ſunt idem reali
ter,ſed conſummatiue, ita ꝙ vnũ nõ videtur ſine alio ꝑfecte haberi:ideo q vnum ſine al
tero adipiſci conatur,nullum acquirit ꝑfecte, videlicet prout ad beatituditem pertinet. F
Circa q̊d ſciſcitatur obijcitq; Boethius:[Quid igit inquã?P.Si quis cuncta ſimul cupiat
adipiſci,ſummã quidem ille beatitudinis velit].i.ſi quis conetur omnia a illa quinq; pa
riter obtinere,quæro an ille velit ſummam beatitudinis.i.plenitudinem veræ felicitatis?
Ad quod reſpondet Philoſophia,ꝙ non.[Sed num(.i.nunquid) eam in his reperiet (.i.
in his quinq;)quæ demonſtrauimus,id quod pollicetur nõ poſſe conferre?]hoc eſt,verã
felicitatem,ſicut iam ſupra ſępiſſime dictum eſt & probatum.B.[Minime inquam.P.In
his igitur quæ ſingula quæq; expetendoꝝ præſtare creduntur].i.in his quinq; rebus ter
renis, quæ ſingula illorum expetendoꝝ.i.quinq; illoꝝ quæ mundanis hominibus mul
tum expetenda videntur,præſtare creduntur,[beatitudo nullo modo inueſtiganda eſt]
id eſt,quærenda. B.[Fateor,inquam (ego Boethius) & hoc nihil verius dici poteſt.]de
iſto puncto. Ex quibus Philoſophia concludit & exhortatur: [Habes,inquit, igitur(tu
Boethi)& formam] id eſt,modũ & ſpeciem [falſæ felicitatis & cauſas,] ſicut expoſitum
eſt.[Deflecte nunc in aduerſum mentis intuitum,]id eſt,conſiderationem dirige ad op
poſitum felicitatis fallacis,hoc eſt,ad cœleſtia & diuina.[Ibi enim veram,quam promi
ſimus,ſtatim videbis,] id eſt, cognoſces in illis veram conſiſtere felicitatem, quam pro
miſimus te docere. Atqui (id eſt, certe) hæc inquam vel cæco perſpicua eſt,] id eſt, ego
Boethius conſentio, quod vera felicitas tam clare nota eſt,vt à cæco,id eſt, parum intel
ligente valeat ſciri,quantũ ad aliquã eius deſcriptionẽ[eamq; tu paulo ante monſtraſti]
.i.notificaſti[dũ falſę cauſas aperire conabaris].i.cũ ſtuduiſti exprimere cauſas falſę feli
citatis,q̃ ponit in rebus terrenis ſępe expreſſis,in q̃bus iã & ſępius ante oſtenſum eſt bea
titudinẽ



A tudinem eſſe nõ poſſe,q̃a ſufficientiam veram nõ præſtant,nec mentem quietãt,nec ma
la felicitati contraria excludũt. Vnde conſtat in illis beatitudinẽ eſſe ponendã quę men
tem quietare contentareq; valent,ſufficientiã certam & tutam præſtando. Vnum namq;
oppoſitoꝝ cognoſcit per aliud,cum oppoſitas habeat rationes:nam & oppoſita iuxta ſe
conſtituta & mutuo cõparata lucidius patent. Et iuxta Philoſophũ, ſicut vnus & idem Philoſo.
ſenſus eſt oppoſitoꝝ,ita & eadẽ ſcientia contrarioꝝ. Hinc quaſi expoſitorie ſubdit:[Nã
(niſi fallor)ea vera eſt & ꝑfecta felicitas,quæ ſufficientem,potentem,reuerendum, cele
brem,lætũq; perficiat.[Quod qualiter intelligendũ ſit ex præhabitis clarũ eſt,vtputa de
ſufficientia oẽm indigentiã ac penuriam excludente. De potentia q̊q;,cui nulla iniuria,
nulla læſio poſſit inferri, nulluſq; hoſtis violentiã moleſtiãve inferre, atq; de reuerentia
illa cœleſti,de qua in euangelio ait ſaluator:Si quis mihi miniſtrauerit,honorificabit eũ Iohan. 12
pater meus,q eſt in cœlis. Et de qua ipſemet in Apocalypſi proteſtatur:Qui vicerit,dabo Apoca. 3
ei ſedere mecum in throno meo,ſicut & ego vici & ſedi cum patre meo in throno eius.
Et item de celebritate,de qua in lib. Sapien. dicitur:Sapientiam ſanctoꝝ narrant populi, Sapien. 3
& laudem eoꝝ nunciat eccleſia. In Eccleſiaſtico etiã: Non recedet memoria eius,& no Eccl 45
men eius requiretur à generatione in generationem. Hęc eſt fama iuſtoꝝ,qui teſte Apo
ſtolo ſunt bonus odor Chriſti in omni loco,qui adhuc viuentes in corpore,non ſolum 2. Cor. 2
B præſentes ac intuentes,ſed & longe abſentes ac audientes ædificant,& demum poſt mor
tem per exempla & memoriã,per ſcripta & hiſtoriã viatores ædificare nõ ceſſant. Quod
totum eſt præcipua gratia ſuperpijſſimi dei,q miniſterio & cooperatione vnius hoĩs di
gnatur alioꝝ operari ſalutem. Vnde ait Richardus de S. Victore:Neſcio an maius gratię Rich. Vi.
donum poſſit à deo homini conferri,q̃ vt per eius obſequium alij conuertãtur ad deum.
Imo & S. Dionyſius conteſtatur: Omnium diuinoꝝ diuiniſſimum eſt deo cooperari in S. Diony.
reductione animarum ad ipſum. Hæc eſt fama ſalubris optanda,ad beatitudinem ali
qualiter pertinẽs,de qua vnigenitus dei patris promiſit beatiſſimo patri Antonio: Quia
viriliter reſtitiſti,faciam te in toto mundo nominari. De qua & in Prouerb. Salomon eſt
locutus:Memoria iuſti cum laudibus,nomen autem impioꝝ putreſcet. Et inſuper de læ Prou. 10
titia, de qua in Iſaia habetur:Lætitia ſempiterna ſuper capita eorum,gaudium & lætitiã Iſaiæ 51
obtinebunt,& fugiet dolor & gemitus. Hæc eſt puriſſima,diuina & glorioſa voluptas
electorum cœleſti in patria, de qua idem flos prophetaꝝ Iſaias ſanctus fatetur: Gaudiũ Ibidem
& lætitia inuenietur in ea,gratiaꝝ actio & vox laudis. De quibus & per Malachiã deus
teſtatur:Orietur vobis ſol iuſtitiæ,& ſalietis quaſi vituli de armento.[Atq; vt me interi Malach. 4
us animaduertiſſe cognoſcas].i.diligẽter attendiſſe certus ſis dico,[quæ vnum hoꝝ q̃m
idem cuncta ſunt,veraciter præſtare poteſt,hanc eſſe plenam beatitudinẽ ſine ambigui
C tate cognoſco.].i.indubitanter ſcio beatitudinẽ plenam hanc eſſe.i.ea bona quæ vnum
hoꝝ præſtare poteſt,imo & præſtat in veræ beatitudinis patria. Pręſtat inquam directe
vel concomitanter. Si enim vnum horum omnia illa omnifarie ſeu omni modo confer
ret alia quatuor, ſuperflua eſſent,nec ad felicitatẽ exigerẽtur. Quoniã idem cuncta ſunt,
id eſt,q̃a hæc quinq; idem nõ eſſentialiter,ſed conſummatiue,ſicut expoſitum eſt,nec ſe
parabilia ſunt,prout hoc loco ſumit. Præterea huic reſponſioni aggaudens & applaudẽs
Philoſophia ſubiungit.P.[O te alumne hac opinione felicem. Siquidẽ hoc,inquit,adie
ceris].i.Philoſophia inquit,o Boethi à me ſpiritaliter enutrite moribus & doctrinis,dico
te felicem felicitate viæ, quæ eſt inchoatio,via ac meritũ felicitatis futuræ cœleſtis & ꝑ
fectæ,hac opinione.i.iſta tua firma ſententia, qua recte ſentis de felicitate. Opinio autẽ
proprie ſumpta,vocatur aſſenſus cum formidine de oppoſito. Sed hic extenſius ſumitur
pro conſenſu quocunq;. Siquidẽ.i.certe,adieceris ꝟbis tuis iam dictis hoc q̊d dicam. B.
[Quidnam,inquã?].i.ego Boethius inquã.i.dico,q̊d adijciã? Ad q̊d Philoſophia:[Eſſe
ne aliq̃d in his mortalibus caducisq; rebus putas, q̊d huiuſmodi ſtatum poſſit afferre?]
Hoc eſt,putas aliq̃d eſſe in rebus his mortalibus & caducis,q̊d poſſit afferre.i.adducere,
ſeu præſtare ſtatum huiuſmodi.i.ꝑfectionem ſeu conſiſtentiã talem,videlicet tam bea
tam?B. [Minime inquã].i.ego Boethius inquã,puto hoc minime.i.nullatenus, [idq; à
te nihil vt amplius deſideretur oſtenſum eſt.]Id oſtenſum.i.demonſtratũ eſt à te,vt.i.ꝙ
nihil rerum terrenaꝝ deſideret amplius.i.de cætero,niſi inquantũ neceſſariũ aut expedi
ens eſt ad beatitudinem obtinendã, ſicut mediũ appetitur propter finem,q̃m finis,vt ait
Philoſo. neceſſitatem imponit his,quæ ſunt ad finem. Neceſſitatem dico conditionatã, Philoſo.

PROSA IX. non abſolutam. Ex quibus Philoſophia concludit: [Hæc igitur (quinq; terrena præfata) D vel imagines veri boni, vel imperfecta quędã dare bona mortalibus videntur.] hoc eſt, videntur dare mortalibus hominibus vel imagines veri boni. i. apparentias quaſdã, nõ exiſtentias beatitudinis, vel bona quædã imperfecta, qm̃ corporalia & terrena ſunt valde imperfecta in ſe, & potiſſime reſpectu veræ felicitatis, q̃uis carnalibus hoĩbus videatur, ꝙ in ipſis exiſtat felicitas. [Verum aũt atq; perfectum bonũ (puta felicitatẽ) conferre nõ poſſunt. B. Aſſentior, inquã] . i. ego Boethius dico, aſſentior, iuxta antiquã grammaticam. i. conſentio tibi in his. Deinde Philoſophia declarat omnipotentis dei auxiliũ eſſe inuocandum ad acquirendũ beatitudinẽ veram. P. [Qm̃ igitur agnouiſti quæ vera illa ſit]. i. qa ex dictis intellexiſti quæ ſit beatitudo illa vera, [quæ aũt beatitudinẽ mentiantur] . i. quæ ſint tpalia, quæ putanť beatitudinẽ dare, cum ita nõ ſit, [nunc ſupereſt (. i. reſtat) vt vnde veram hanc petere poſſis agnoſcas,]. i. vt ſcias vnde. i. à quo poſſis de iure. i. merito debeas petere hãc. i. deſiderare & rogare dari tibi veram felicitatẽ. B. [Id quidem, inquã, iamdudum vehementer expecto,] hoc eſt, expecto. i. præſtolor vehementer, iamdudum. i. nunc, ſicut & diu ante ſeu olim, id qdem. i. pro certo agnoſcere, à q̊ poſtulare debeam veram felicitatẽ. P. [Sed cum vti in Timęo Platoni, inqt, nr̃o placet in minimis q̊q; rebus diuinũ præſidiũ debeat implorari.] Ordo verboꝝ eſt: Sed cum diuinum præſidiũ . i. dei auxiliũ debeat implorari. i. intime exorari cum lachrymis ſaltẽ interiori- E

Thren, 3 bus. i. ſuſpirijs atq; ſingultibus cordis, iuxta illud: Ne auertas faciem tuã à ſingultu meo. [Quid nunc faciendũ cenſes,] . i. qd tu Boethi cenſes. i. iudicas eſſe agendum, [vt illius ſummi boni ſedem recipere mereamur?] hoc eſt, vt per actus meritorios valeamus recipere pro mercede ſedem . i. manſionem & thronum glorificũ boni illius ſummi . i. veræ beatitudinis, tam formalis, quę eſt beatifica contemplatio dei, q̃ obiectalis, q eſt ipſemet deus glorioſus ac æternalis. B. [Inuocandum inquã reꝝ oĩm patrem,] . i. ego Boethius dico & cenſeo patrem oĩm reꝝ, id eſt, vniuerſoꝝ creatorem eſſe inuocandũ . [quo prætermiſſo]. i. nõ cognito nec inuocato [nullum rite fundať exordiũ,]. i. nullum opus legitime inchoatur, in tm̃ ꝙ & ipſa oratio oratione pręueniẽda eſt: qm̃ deum orare debemus

Roma, 8 vt det nobis gratiã efficaciter ac deuote orandi, dicente Apoſtolo: Quid poſtulemus ſicut oportet neſcimus, ſed ipſe ſpũs poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. i. ſpũs ſanctus nos poſtulare facit valde ſuſpirioſe. Cũq; oraturi ſumus, debemus mentẽ ſimplificare in deo, hoc eſt, ab alijs occupationibus, cogitationibus & diſtractionibus reuocare, in deo recolligere, ac ſenſum verboꝝ attendere. Propter q̊d in Eccleſiaſtico ſcriptum

Ecci 18 eſt: Ante orationẽ præpara animã tuam, & noli eſſe ſicut homo tentans deum. P. [Recte inquit] id eſt, Philoſophia dixit, in hoc recte reſpondes [ac ſimul ita modulata eſt] id eſt, hoc dicendo ſimul cum actu dicendo dulciter cecinit metro ludens, hoc eſt, delectabiliter proferens metrum quod ſequitur. F

## Difficultatũ huius proſę propoſitio breuisq; abſolutio. ART. XXV.

### DIONYSIVS.

Auguſtinꝰ PRo horum intelligentia aduertendum, quia vt decimo de Ciuitate dei recitat Auguſtinus, Plato Socratem maxime diligebat, & eum in ſuis libris diſputantem inducit. Oportet etiã ſcire, ꝙ Plato libros ſuos intitulauit nominibus diſcipulorum ſuoꝝ, quoꝝ amore ſeu occaſione libros ipſos compoſuit. Vnde ſic allegamus: Plato in Timæo, Plato in Phędone, Plato in Memnone, Plato in Pythagora, Plato in Hippo. Fecit & alia volumina, quæ aliter intitulantur, videlicet librũ de prophetia, librum de cogitationibus cognoſcendis, &c. Timæus ergo fuit diſcipulus Platonis, natione Italicus, in aſtronomia præclarus, ſub cuius noĩe loquitur Plato in libro illo, q liber eſt inter libros Platonis famoſus, in quo tractat de productione mundi ſenſibilis, vbi inducit Socrates loquẽs Timęo: Ergo age Timęe, deliba cœptũ vt mos eſt, vocata in auxilium deitate. Timęus. Vere mi Socrate. Nam cum oĩbus mos ſit & quaſi quædam religio, qui vel de maximis rebus vel de minimis acturi ſunt aliquid, precari ad auxiliandum deitatem: quanto nos æquius eſt, qui vniuerſitates naturæ atq; ſubſtantiæ rationem præſtituri ſumus, inuocare diuinam opem, niſi plane ſęuo quodam ac implacabili reptamur amentia? Sit ergo meis precibus cõprehenſum, maxime qdem vt ea dicantur, quæ placent deo, &c. Hæc Plato. IOHAN. Ex his clariſſime patet, quod Plato

concesſit



A conceſſit deum altiſſimũ habere prouidentiã oĩm reꝝ & actuũ humanoꝝ. DIONY. Vtiq; etiã in particulari & vſq; ad minima, nec aliter docuiſſet aĩas hoĩm mox dũ egrediũtur corpora ſua iudicari aut remunerari à deo. IOHAN. Vbi hoc docet? DION. Plato. In Phædone, q̊ inter cætera proteſtať. Defuncti primũ quidẽ deportãtur in cauſam, hoc eſt, ad ſummi maieſtatis iudiciũ vtrum bene & ſancte deguerint an minime. Et quicũq; videbunť mediocriter vitã tranſegiſſe in Acherontha perueniunt, in locũ vbi habitabũt atq; ab iniuſtitijs expiati dãtes pœnas abſoluũtur. Deniq; ſicut nos iuxta beatiſſimæ noſtræ fidei veritatem diuidimus angelos in angelos, bonos & malos: angelos quoq; bonos in aſſiſtentes & miniſtrantes, ſic Plato & platonici poſuerũt tres ordines demonum . i. intellectualium ſubſtantiaꝝ, δαίμον quippe Græce, Latine dicitur intellectus: ſicq; dæmones diuiſerunt in calodæmones, cathodæmones, & cacodæmones. Et calodæmones Calodæmones. appellant ſubſtantias intellectuales bonas ac ſanctas ſummo opifice ꝑ contemplationẽ & laudationem ipſius iugiter aſſiſtentes, ſicut nos dicimus de ſuperioribus angelis glorioſis, de quibus in Daniele legitur: Decies milies cẽtena milia aſſiſtebãt ei. Porro cathodæmonas noĩabant ſubſtantias intellectuales bonas hoĩm directores ad virtuoſa & ſancta, ſicut & nos de angelis miniſtrãtibus hoĩmq; cuſtodibus dicimus: Cacodęmones autem dicebãt ſubſtãtias intellectuales vitioſas inſtigantes ad mala: quas cõiter dæmones nuncupamus. De his omnibus Plato loqtur in Timæo. IOHAN. Videntur hæc conſonare noſtrę fidei documẽtis. DIONY. In multis cõcordant. Propter quod Henricus in quodlibetis ſuis fatetur, Platonẽ in quibuſdã huiuſmodi multo melius philoſophatum eſſe q̃ Ariſtotelem. Vnde & B. Auguſtinus octauo de Ciuitate dei locutus eſt: Platonici Auguſtin. Chriſtianis propius acceſſerunt. Attamen Alberto, Thomæ, Aegidio multiſq; alijs viſum eſt, ꝙ Philoſophia Ariſtotelis & peripateticoꝝ ſacro ſanctæ fidei noſtræ plus conſonet. Et puto ꝙ in hac cõparatione ſit dare excedens & exceſſum. ¶ Præterea cũ etiam apud gentiles mos fuerit deitatẽ in omnibus implorare, quanto magis nos Chriſtianos facere hoc oportet, præſertim cum dñs & legifer noſter in euangelio dicat: Oportet ſemper orare & nõ deficere. Lucæ 18 Itemq;: Petite, & accipietis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis. Lucæ 11 Omnis enim qui petit, accipit. Veruntamen cupiens exaudiri, imploret. i. intimo cordis affectu cum lachrymis oret, cum in Deuteronomio ſit ſcriptum: Cum quæſieris dominum deum tuum inuenies eum, ſi tamen toto corde quæſieris eum, & tota tribulatione animæ tuæ. Deute. 4. Hinc alibi ſcriptum eſt: Non habebitis, quia non poſtulaſtis. Petitis & non accipitis, eo ꝙ male petatis. Iacobi 4

Dani. 7 — Cacodæmones. (margin notes)

## METRVM IX.

C O Qui perpetua mundum ratione gubernas,
Terrarum, cœliq; ſator, qui tempus ab æuo
Ire iubes, ſtabiliſq; manens das cuncta moueri,
Quem non externæ pepulerunt fingere cauſæ
Materiæ fluitantis opus, uerum inſita ſummi
Forma boni, liuore carens: tu cuncta ſuperno
Ducis ab exemplo, pulchrum pulcherrimus ipſe
Mundum mente gerens, ſimiliq; in imagine formans,
Perfectaſq; iubens perfectum abſoluere partes.
Tu numeris elementa ligas, ut frigora flammis
Arida conueniant liquidis, ne purior ignis
Euolet, aut merſas deducant pondera terras.
Tu triplicis mediam naturæ cuncta mouentem
Connectens animam, per conſona membra reſoluis.
Quæ cum ſecta duos motum glomerauit in orbes,
In ſemet reditura meat, mentemq; profundam

METR. IX. Circuit,& ſimili connectit imagine cœlum. D
Tu cauſis animas paribus, uitaſq; minores
Prouehis, & leuibus ſublimes curribus aptans
In cœlum terramq; ſeris, quas lege benigna
Ad te conuerſas reduci facis igne reuerti.
Da pater anguſtam menti conſcendere ſedem,
Da fontem luſtrare boni, da luce reperta
In te conſpicuos animi defigere uiſus.
Diſijce terrenæ nebulas & pondera molis.
Atque tuo ſplendore mica. tu nanq; ſerenum,
Tu requies tranquilla pijs, te cernere, finis.
Principium, uector, dux, ſemita, terminus idem.

## Elucidaito metri huius noni. ARTIC. XXVI.

IN hoc nono huius tertij libri metro proſequitur Philoſophia q̃d in fine præce- E
dentis proſæ ſe facturam ſpopondit inuocãdo deum omnipotentem. Oratio
Ioh.Dam. autem ſecundum Damaſcenum eſt petitio decentium à deo. i. poſtulatio reꝝ
quas decet peti à dño. Eſtq; oratio nũcius deſiderij, atq; expreſſio & interpres
affectionis internæ: nec proprie appellatur oratio, niſi ex interno erũpat affectu, cuius af
fectionis inditiũ & effectus eſt exclamatio oris. Idcirco Philoſophia orationẽ hãc ab ex-
clamatione exorſa eſt, dicens: O qui perpetua. Inſuper qm̃ cupiens exaudiri captare de-
Cicero. bet in primis beneuolentiam eius quẽ deprecatur, prout Tullius in ſua tangit rhetorica.
Gulielmus quoq; Parrhiſienſis plenius in diuina rhetorica. i. in libro de oratione. Hinc
Philoſophia in oratione hac metrica primo captat beneuolentiam dei, eum in ſe & in ſu
is effectibus multipliciter ac ſublimiter commendando. Rurſus, qm̃ oratio laudibus dei
Pſalm.17 admixta præcipue efficax eſt ad impetrandum, iuxta quod ait Pſalmiſta: Laudans inuo
cabo dñm, & ab inimicis meis ſaluus ero. Hinc orationẽ iſtam laudibus dei intexuit ac
repleuit. Amplius, cũ vnumquodq; in tribus, hoc eſt, in poſſe, ſcire & velle efficax ſit ido-
neumq; ad agendum, ita vt potentia ſit non impedita, ſciẽtia nõ obnubilata, volũtas lõ
Plato. ge ab omni inuidia atq; malitia religata, prout Plato hoc elegãter deprompſit, applicã-
do hoc ipſum ad primã oĩm cauſam. Hinc Philoſophia in metro iſto de his tribus oĩm
creatorem ſpecialiter recõmendat, vtputa eius potentia in vniuerſoꝝ creatione, ſapienti F
am in oĩm ordinatione & gubernatione, volũtatem. i. bonitatẽ, pietatẽ, dilectionẽ. quæ
ad voluntatem pertinent in gratuita ſuæ bonitatis cõmunicatione, qa ex mera ſuæ libe-
ralitatis ac opulentiæ exhuberantia condidit vniuerſa. Etenĩ potentia actionem elicit,
ſapientia dirigit, bonitas perficit: ſapientia concipit, potentia efficit, bonitas fini coniun
git. Itaq; Philoſophia exclamat: O tu deus omnipotens [qui gubernas mundũ ratione
perpetua]. i. æterna prouidẽtia, ſeu lege ęterna idealiq; ac ſapientiſſima diſpoſitione, qm̃
ab æterno vniuerſa & ſingula in infinita ſapiẽtia ſua in ſeipſo prȩuidit, diſpoſuit, ordina
uit, & cũctis inclinationem impreſſit ad proprium finem: Sic quoq; entia inuicem coor-
dinauit, ꝙ vnum alteri ſeruit, eſt expediens, ſuffragatur. Propter quod de increata ſapiẽ-
Sapien. 8 tia dicitur: Attingit à fine vſq; in finẽ fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. Vnde in libro
Liber cauſarum. de Cauſis probat, ꝙ regit res oẽs per finẽ decoris. i. pulcherrime. De hoc iã ſupra multa
ſunt introducta, & infra plura deo præſtãte dicẽtur. Capitur aũt hoc loco perpetuũ pro
Eccẽs 1 æterno, queẽadmodũ & æternũ pro perpetuo interdũ accipit, vt in Eccleſiaſte: Generatio
præterit & gñatio aduenit, terra vero in æternũ ſtat. Per mundũ aũt totũ vniuerſum in-
Mundus. uicem coordinatũ atq; ad finẽ ſupremum relatum intelligitur: Et dicit mũdus quaſi pu-
rus q̃ ad eſſentialia ſua, qa à mundo mũdiſſimo q eſt in mente diuina, hoc eſt, à mũdo ex
Auguſtin. emplari archetypo emanauit. Hinc vt recitat Auguſtinus, Varro doctiſſimus gentilium
Varro. Romanoꝝ diſſeruit, ꝙ deus eſt mens mundũ ratione ac motu gubernans. Deniq; regit
mundũ. i. totũ genus humanũ, q̃d in ſcripturis frequẽter mũdus vocat, ſicut Iohãnes ait:
Iohan. 1 Mũdus eũ nõ cognouit. Cui mũdo cõtulit legẽ naturalẽ, legẽ Moſaicã, & euangelicã le-
gem.



A gem. Ideo in Iſaia ſcriptũ eſt: Dñs iudex noſter, dñs legifer noſter, dñs rex noſter. Qui eſt Iſaiæ.33
[ſator]. i. creator [terraꝝ]. i. totius elemẽti terræ ac oĩm partium eius [& cœli]. i. oĩm cœ
leſtium corpoꝝ, orbium & ſphæraꝝ. Vnde in exordio Geneſeos fertur: In principio cre- Gene.1
auit deus cœlũ & terram. Quod q̃ multipliciter exponatur ſuper Geneſim introduxi, nec
opus eſt hoc hic iterare. At vero per cœlũ & terrã tanq̃ per duo extrema intelliguntur &
oĩa inter media & in eis cõtenta, qbus quaſi ſeminibus impleuit & quodãmodo ſemina
uit & fœcundauit cœlũ & terrã, prout in Geneſi deſcribitur. Et ſicut in mente creatoris Ibidem.
ſunt rationes reꝝ oĩm ideales, ita in cœleſtibus corporibus & reꝝ motoribus ſunt rati-
ones inferioꝝ cauſales, nõ primæ ac principales, ſed ſecũdariæ ac inſtrumentales. In infe
rioribus vero, vt in elemẽtis & mixtis, & præſertim in terræ elemẽto rationes ſunt ſemi-
nales, de quibus in libro de Trinitate loquitur Auguſtinus: Oĩm reꝝ quæ corporaliter Auguſtin.
viſibiliterq; naſcuntur occulta quædã ſemina in huius mũdi corporeis latent elementis.
De his ſcribunt doctores diffuſe ſup ſecundum Sentẽtiaꝝ tractatu de ſex operibus die-
rum. [Qui iubes tempus ire ab æuo.] Per æuum poteſt deſignari æternum, & itẽ perpe-
tuũ. Proprie aũt æuum pro perpetuo ſumitur, q̃d eſt menſura cœleſtiũ & incorruptibili Aeuum.
um creaturaꝝ, vt ſunt ſubſtãtiæ ſeparatæ atq; cœleſtia corpora quantũ ad ſuũ eſſe, & q̃
ad ſuas ſubſtãtias, q̃ non ſubiacent tpi, ſed manẽt in æuo. Elemẽta vero q̃ ad partes ſuas
B ſubiacent corruptioni ac tpi. Porro tempus ſecũdum Philoſophũ IIII. Phyſicoꝝ, diffini Philoſo.
tur eſſe mẽſura motus ſecundũ primũ & poſterius: ſicq; cũ ſit de numero & gñe ſucceſſi Tempus.
uoꝝ, nihil habemus de tpe actualiter niſi indiuiſibile, inſtans ſeu nũc, q̃d reductiue poni
tur in prędicamento quantitatis, eſtq; ſuo modo accidens q̃ddam, ſicut momentum po
nitur eſſe in motu & punctu in linea. Sic ergo ex creatoris præcepto tempus it & exit ab
æuo, quia cauſatur ab illo ſicut accidens à ſubſtantia. Vel ſimul cum æuo creatum eſt ab
æterno. i. à deo æterno, prout in caſuali illo deſignatur effectiua caſualitas, nõ æterne du
ratio: vel potius cõcreatum eſt ſuo ſubiecto, ſecundũ ꝙ Beda, Strabus & Rabanus ſuper Beda. Strabus.
Geneſim ponũt quatuor coæqueua. i. primo ſimul creata, q̃ ſunt angelus, cœlũ, materia Rabanus.
& tempus, de qbus tractat Albertus de quatuor coæqueuis, & tam ipſe q̃ alij ſup quartũ Coęqueua
Sententiaꝝ. Sic itaq; exit tempus ab ęuo ſicut à cauſa efficiente & effectiuo principio, p- quor.
cedit quoq; ab æuo ſeu ęterno ſicut à cauſa formali, exẽplari ſecundũ rationẽ cuiuſdam
imitationis, prout cũcta creata ab idealibus rationibus mẽtis diuinæ egrediũtur p quan
dam imitationẽ diuinæq; bonitatis participationẽ. Nam & tẽpus q̃ ad ſuã totalitatẽ grã
dem habet durationẽ, q̃ æternitatis aliquantulã participationẽ ſortitur. Rurſus, tempus
exit ab æuo. i. egreditur æui quietẽ & ſtabilitatẽ cadẽdo ſeu deficiẽdo ab illa, ſicut inſta-
bile ac mobile exit menſurã ac limitẽ rei ſtabilis atq; immobilis: ſicq; exit. i. defluẽdo de-
C ficit, labit, & quantũ ad partes ſuas deſinit eſſe, ſicut mortale ac moriẽs exit à vita. Præte
rea, multa hic dici poſſent de tpe, quid ſit realiter, & vtrum ſit aliquid extra animã, & de
difficultate ſuæ cognoſcibilitatis, quæ & infra potius habent locum [Stabiliſq; manens
das]. i. facis [cuncta moueri.] Deum eſſe ſtabilem. i. prorſus incommutabilem frequen-
ter expreſſum eſt, & à philoſophis demonſtratũ: q̃d & infra in lib. quarto & quinto ple-
nius oſtẽdetur. Ipſe etenĩ ad nil aliud ordinat nec indiget aliquo: imo ſibijpſi eſt finis eo
modo q̃ ſibi cõpetit finẽ habere, eſtq; ſup puriſſimus ac ſimpliciſſimus actus, de q̃ in Nu- Nume.23
meris ſcribitur: Nõ eſt deus vt homo vt mutet, neq; vt filius hoĩs vt mentiatur. Et itẽ in Pſalm.103
pſalmo: Tu autem idem ipſe es. De q̃ in libro Iob legitur: Numerus annoꝝ eius ineſtima Iob.36
bilis. Imo annoꝝ eius nullus eſt numerus proprie dictus, qm̃ infinitum nõ cadit ſub nu-
mero. Deniq; ipſe deus in ſe prorſus immobilis pmanẽs inuariabiliterq; cõſiſtens dat. i.
facit cũcta creata moueri, ſumẽdo motũ multũ extẽſe pro quacũq; tẽdẽtia & egreſſione
in finẽ intẽtũ. Nã cætera oĩa in finẽ aliquẽ diuerſum ac diſtantẽ ab ipſis aut loco, aut diſſi
militudine ordinant, in quẽ motu ſeu actu aliq̃ inclinãtur, tendũt, ptingunt. Qualiter au
tem moueri diuerſis creaturis diuerſimode competat, ſup ſecundũ Sentẽtiaꝝ determina
tur, vbi doctores declarant qualiter duplex ſit tempus: Puta cõtinuũ, in q̃ mouent corpo Tempus
rea, & diſcretũ in q̃ incorporales ſubſtãtiæ moueri & agere phibent, quaꝝ tñ beatifica a- duplex.
ctio om̃e tẽpus excedit. ¶ Cõſequẽter tangit cauſa inductiua creationis totius vniuerſi,
quæ cauſa non fuerũt merita reꝝ quæ nulla præceſſerant, nec indigentia dei q creaturis
nõ indiget, vtputa infinite pfectus, nec vlla vtilitas deo inde proueniẽs, qm̃ ex creaturis
nil profectus aut cõmodi poteſt ei accidere, ſed cauſa illa fuit mera & infinita ac munifi-
centiſſi-

METR. IX. S. Diony. cẽtiſſima bonitas,& ſupexhub erãs opulẽtia creatoris,amorq; eius ,pr ſus ac mere gratui D
tus,qui teſte diuino Dionyſio,non reliquit deum ſine germine eſſe. Iſta fuit & eſt prima
& principalis ratio quę mouit ſuperdigniſſimum deum ad rerum creationem:hoc eſt,ex
qua placuit ei cuncta creare. Deinde aſſignantur aliæ rationes quaſi ſecundarię ſe haben
tes,vt.ſ.perfectio creatoris immenſa ac multiplex in entibus conditis pulchre,ordinate,
ac multipliciter reluceret:& itẽ,vt ipſe ab oĩbus honoraretur,& ab intellectualibus crea
turis debite coleretur,& hoc totum refertur ad ipſum deũ,qui eſt bonũ ſummum,pror-
ſus incõparabile penitusq; perfectionaliter infinitum,& finis oĩm finiũ. De q̃ in lib. Pro
Prouer.16 uerbioꝝ Salomon breui verbo nõ paruo ſenſu deprõpſit:Vniuerſa propter ſeipſum ope
ratus eſt dñs. Itaq; ait:[Quẽ]creatorẽ[cauſæ externæ].i.rationes extrinſecæ ſeu aliunde
acceptæ[nõ pepulerũt].i.nõ incitauerũt nec induxerunt[fingere].i.formare [opus ma-
teriæ fluitãtis].i. aſſidue fluẽtis & tendẽtis de forma ad formã ex priuatione ei ſecundũ
Rabbi Moſes. ſe cõſiderate annexa,vt etiam Rabbi Moſes ſup Geneſim & Iob expoſuit. [Veꝝ].i. ſed
[forma].i.natura ac formalis proprietas boni ſummi].i.bonitatis puræ , diuinæ, æter-
næ,cõnaturalis[inſita].i.cõſubſtantialis nõ accidentaliter adducta neq; adueniẽs[carẽs
liuore.] Deniq; metrũ iſtud pulcherrimũ Philoſophia ex verbis Platonis in primo Ti-
mæi ſumpſiſſe videtur, & ſententiã proſaice ibi expreſſam metrice hic redegit in formã.
Itaq; de creatoris eminẽtia & incõprehenſibili atq; ineffabili dignitate loquitur ibi Pla- E
Plato. to ſub perſona Timæi. Igitur genitorem opificemq; vniuerſitatis tam inuenire difficile,
q̃ inuẽtũ impoſſibile eſt digne effari. Deiñ humani intellectus imbecillitatẽ ad determi-
nandũ & exprimendũ difficilia ac profunda perpẽdens,adiecit:Quare pręDico nũc ò So
crates,Si dum de natura vniuerſi diſputat̃,minime incõcuſſas inexpugnabilesq; ratiões
afferre voluerim ne miremini, quin potius memẽto tam me q loquor, q̃ vos qui auditis
hoĩes eſſe,atq; ita in rebus ſublimibus mediocrem elocutionẽ magni cuiuſdã eſſe onus
laboris. Deinde rationẽ inductiuã & item finalem productionis mũdi aperiens:Dicen-
dum,inquit,cur cõditor vniuerſi omne hoc inſtituendũ putauerit. Optimus erat. Porro
ab optimo inuidia longe relegata eſt. Itaque cuncta ſui ſimilia effici voluit prout natura
vniuſcuiuſq; capax beatitudinis eſſe poterat. Quem quidem voluntatem dei originẽ re-
rum certiſſimã ſi quis ponat,recte eum putare cõſentiam. Demũ de cauſa materiali ſub-
ſubiungit:Omne viſibile corporeumq; motu importuno fluctuans, nec vnq̃ quieſcẽs,ex
inordinata actione redegit in ordinẽ,ſciens ordinatoꝝ formã cõfuſis inordinatiſq; præ
ſtare. Cauſam item formalem ſeu exemplarẽ exprimit ibi,vt paulo poſt dicam. ¶Nunc
ſcrutandum quõ intelligendum ſit ꝙ mundus ſenſibilis dicitur factus & in formã ordi-
nemq; redactus ex fluitãte,informi,cõfuſa,inquieta materia. Videt̃ aũt quibuſdã ꝙ Pla-
Gene.1 to modũ iſtum loquendi ſumpſit ex libro Geneſis in quo habetur: Terra erat inanis & F
vacua,& tenebræ erãt ſup faciem abyſſi,& ſpiritus dñi ferebatur ſup aquas. Octauo qp-
Auguſtin. pe de Ciuitate dei II.ca. videtur Auguſtinus ſentire,ꝙ Plato per interpretẽ didicit Moſi
libros,& quicquid ſit de hoc eadem difficultas ac diuerſitas exponendi eſt in authorita-
te illa Geneſeos.i.in verbis Platonis iam allegatis,in verbis quoq; Boethij hic inductis.
Itaq; aduertendum ꝙ textus ille Geneſeos tripliciter à diuerſis exponitur. Primo,ꝙ oĩa
corporalia ſub cœlo empyreo contenta fuerunt primo à deo creata in quadam confuſa
& indiſtincta materia,non tamen penitus informi,ſed informata quadam forma corpo
rietatis imperfecta,nec ad aliquem ſpeciem contracta ac redacta & ꝙ ex illa materia per
interualla ſex dierum ſint corporalia omnia à deo producta, diſtincta atq; ornata. Hãc
opinionem ſequitur Bonauentura in ſcripto ſecundæ Sentẽtiarum,quam Thomas mul
tipliciter improbat,& Richardus de media villa eam nominat phãtaſiam. Secunda lite-
ra illa exponitur ꝙ materia in prima corporalium productione fuit confuſa & in deter-
minata , non quin in diuerſis partibus ſuis habuit diuerſas formas ſubſtantiales, ſed ita
ꝙ partes illæ materiæ non fuerint diſtinctæ ab inuicem loco & ſitu , nec accidentalibus
ſuis formis ac diſpoſitionibus ac qualitatibus formate plenarie. Quæ opinio videt̃ Tho
mæ,Petro & Richardo rationabilior quàm præcedens, quam & Gulielmus Parrhiſien-
ſis in libro de vniuerſo prima parte magis ſequi videtur. Veruntamen Richardo appatu-
it quòd formæ illæ ſubſtantiales in prima illa productione non fuerunt completæ. Ait
nanq; in ſcripto ſecundæ:Aeſtimo ꝙ quamuis materia cœli empyrei creata fuit ſub for-
ma cõpleta,materia tamen corpoꝝ alioꝝ nõ fuerit creata ſub forma cõpleta, ſed partes
molis



A molis illius contentæ ſub cœlo empyreo creatæ fuerũt ſub formis incompletis illorum
corpoꝝ,quæ poſtea de partibus illis ſunt facta per interualla ſex dieꝝ. Quæ opinio ma- dif.12. pa-ra.de q̃ re
gis placere videtur Magiſtro in litera,& Hugoni prima parte de ſacramentis,quo ait:In Hug. Vic.
forma confuſionis primo materialiter oĩa corpora ſimul & ſemel creata ſunt, & in for-
ma diſpoſitionis poſtmodum per interualla ſex dieꝝ. Gregorius quoq; ſuper illud Iob: Gregori.
Ecce Behemoth quem feci tecum,teſtatur ꝙ ſimul extitit per ſubſtantiã materiæ non ſi- Iob.40
mul apparuit per ſpeciem formæ. Idem ſequitur Beda & doctores cõiter,magiſq; cõſo- Beda.
nat literæ. Hæc Richardus. Cui obijcitur, q̊d forma ſubſtantialis nõ ſuſcipit magis aut
minus,authoritas quoq; Gregorij & Hugonis potius militare videntur pro opinione il-
la Bonauenturæ. Tertio exponitur litera iſta ab Auguſtino, ita ꝙ cœlũ & oĩa elementa Auguſtin.
ac prima indiuidua reꝝ,imo viſibilia & inuiſibilia totuſq; mundus ſicut nunc ſtat nõ ſo
lum quantũ ad ſuam ſubſtantiã,ſed etiam quãtum ad ſuam diſtinctionẽ atq; ornatum,
quantũ ad partes ſuas ac ſpecies, q̃ ſunt de integritate ipſius ab oĩpotẽte ſimul in eodem
inſtanti creata ſunt. Ad q̊d allegat illud Eccleſiaſtici:Qui viuit in æternũ creauit oĩa ſi Ecci.18
mul. De hoc loquitur Thomas in ſcripto. Auguſtinus ait in diſtinctione reꝝ non eſſe Auguſtin.
attendendum ordinem tpis,ſed naturæ,ſicut ſonus præcedit cantum:& ita q̃ naturaliter
ſunt priora prius facta dicuntur,vt terra prius q̃ animalia, & aqua prius q̃ piſces.p inter-
B ualla quoq; ſex dieꝝ,non dieꝝ temporalium ſucceſſionem,ſed totidem repreſentationẽ
reꝝ creataꝝ in luce cognitionis angelicæ. Hanc opinionẽ ſequunt̃ Thomas, Albertus,
Vdalricus,imo & Alexander ac Thomas de Argentina,ſic tamẽ ꝙ aliam expoſitionem
quæ ponit res p interualla dieꝝ productas,non reprehendunt nec reprobant, qm̃ textui
Geneſis magis conſonare videtur. Veruntamen S. Thomas quodam loco fatetur ꝙ ſi di
es & lux non dicunt̃ in ſpiritualibus niſi metaphorice & tranſſumptiue , tunc expoſitio
illa Auguſtini myſtica eſſet non literalis. Cumq; Thomas dicat in Summa,ꝙ dies & lux
non dicuntur in ſpiritualibus niſi tranſſumptiue , ſequi videtur ex dictis Thomæ,q; illa
Auguſtini expoſitio eſſet myſtica tantum. Præterea Vdalricus in Summa circa hæc ſcri- Hierony.
bit:Hieronymus, Gregorius,Beda ac alij multi textui Geneſis ſimpliciter incũbentes aſ- Gregori.
ſerunt creaturas factas p interualla dieꝝ,ſicut litera Geneſis ſonat,Auguſtinus vero ſoli Beda. Auguſtin.
ta ſubtilitate obuiat, dicens oĩa ſimul diſtincte producta,&c̃. vt ſupra. Veꝝ expoſitio il-
la dicẽs,res eſſe productas ac diſtinctas per interualla dieꝝ, cõtinet aliquid q̊d eſt ad ma
gnam indecentiã fidei,qa non ſolum exponit ſcripturã cõtra rationem,ſed etiam infide
lium deriſioni eam exponit,qm̃ iuxta hanc expoſitionẽ ſcriptura incidit imperitum erro
rem Epicureoꝝ philoſophoꝝ dicentiũ res eſſe productas ex vno mixto cõfuſo. Qui er-
ror in philoſophia ſatis eſt reprobatus,qa nec oĩa cõmiſcibilia ſunt,nec aſſignari poteſt
C ratio naturalis cur mouẽs moueat illa mixta ex cõfuſione ad determinatũ eſſe nũc & nõ
prius. Rationes etiã Ariſtotelis probãtes mũdi æternitatẽ nequeũt rationabiliter ſolui,
ponẽdo ſucceſſionẽ mũdi productionẽ. Sequeret̃ etiã ꝙ corpora cœleſtia non eſſent na-
turaliter incorruptibilia. Inſup multa ponunt̃ in illa q̃ rationis nil habẽt,vc; ꝙ confuſio
illa præceſſerit ab operãte p ſapientiã,cuius eſt ordinare prius q̃ diſtinctio,& ꝙ deus nõ
dedit à principio naturis reꝝ ſuas naturales virtutes. Itẽ,ꝙ deus nõ ſtatim à principio lu
cẽ Produxit,& cur ſucceſſiue ꝓduxit,q̃ eadẽ facilitate potuit ſimul ꝓducere. Hęc Vdalri
cus,cuius dicta videtur magis audẽter q̃ ſapiẽter eſſe prolata. Si etem̃ expoſitio illa aliq̃d
cõtinet ad magnã fidei incõueniẽtiã ſpectãs, falſa eſſet,cũ fides nil indecẽs tradat aut do
ceat,cũ ſit ſupnaturalis radius ſapiẽtæ increatæ. Amplius, teſte Anſelmo: In fide & ſcri- Anſelmus
pturis minimũ incõueniẽs eſt maximũ impoſſibile. Si ergo expoſitio illa ſctõꝝ inconue
nientiã indecẽtiãve includat,impoſſibilis & falſa. Iteꝝ ſecũdũ Auguſtinũ & alios ſctõs, Auguſtin.
q̃uis ea q̃ fidei ſunt,ſint ſupra rationẽ,nõ tñ cõtra eandẽ. Si ergo expoſitio illa ſctõꝝ cen-
ſetur catholica,nõ eſt irrationabilis,nec rationi cõtraria. Nec veꝝ eſt ꝙ renouet antiquo
rũ philoſophoꝝ errorẽ,nec cadit in illũ. Nam Epicurei dixerũt materiã eſſe totã reꝝ ſub
ſtantiã,q̊d expoſitio illa abhorret. Nec veꝝ eſt ꝙ ratio nequeat aſſignari cur deus tũc &
nõ ante deduxit res ex illo cõfuſo. Nẽpe id egit quatenus cuilibet diei ſuũ opus correſpõ
deret:ſimiliter vnicuiq; generi operum ſuus dies. Nec iſta rerum ſucceſſio fuit inordina-
ta,cũ naturale ſit ex imperfectione ad perfectiora gradatim aſcendere. Nec ſeqtur ex his
ꝙ rationes philoſophi de mũdi æternitate inſolubiles ſint,aut difficiles ad ſoluẽdũ:imo
reuera ſunt debiles valde,qm̃ ſicut Augu. ſequẽtes ita & huius opinionis ſequaces dicũt Auguſtin.
opus

opus illud ſiue diſtinctum ſiue confuſum à deo ſimplici emanatione, & ab æterna ac im D
mutabili illius voluntate. Si autem ſancti patres dixiſſent chaos illud ab æterno fuiſſe ac
fluitaſſe,incidiſſent philoſophorum errores,Ariſtotelisq́; motiua aliquid apparētiæ aut
forſitan efficaciæ contra eos haberent. Itaq; in tam ardua fidei materia loquendum eſt
ſine temeraria aſſertione,& opinatiue conſentiendum vni expoſitioni ſine alterius dero
gatione,ſubijcienda quoq; eſt ratio authoritati diuinæ,nec increatæ ſapientię ſenſus eſt
irreuerenter diſcutiendus , quæ omnia diſcretiſſimus Auguſtinus in ſua tunc recenti ac
Idem. ſpeciali expoſitione ſeruauit. Et quamuis expoſitio Auguſtini videatur ſubtilior,aliorū
tamen ſanctorum expoſitio eſt ſecurior,vtputa ſacræ ſcripturæ conformior. Hinc Bona
uentura: Aliqui,inquit, ſancti in hac quæſtione magis ſecuti ſunt theologicam viam tra
hentes rationē ad ea quæ fidei ſunt. Quidam vero vt Auguſtinus magis ſecuti ſunt phi
loſophicam viam,ponendo ea quæ videntur rationi conſona. Cumq́; expoſitio Auguſti
ni videatur intellectum ſcripturę diſtrahere,ſecurius eſt magisq́; meritorium ſequi textū
ſcripturæ. Propter quod ſancti doctores tam ante Auguſtnum q̃ poſtea expoſuerunt
ſcripturam iſtam Geneſeos ſicut ſonat. Hæc Bonauentura: Qui conſequenter in ſcripto
ſuo ſuper ſecundum Sentētiarum ponit quadruplicem rationem ſucceſſiue illius produ
ctionis,videlicet literalem,allegoricam,tropologicam,& anagogicā,quod breuitati ſtu
dens dimitto. De hac quippe materia ſuper ſecundum Sententiarum plenarie ſcripſi, ex E
quibus hæc pauca cōmemoro. Ideo expoſitionem ſanctorum patrum Hieronymi,Am
broſii,Gregorij,Bedæ,Strabi, imo & ſancti Baſilij,Damaſceni, Gregorij Niſſeni,Chry
ſoſtomi,Cyrilli ſimpliciter ſequor. Ad quod etiam non parum me mouet authoritas di
S. Diony. uini & magni Dionyſii,quem à beatiſſimo Paulo apoſtolo & alijs apoſtolicis viris non
dubito eruditum , qui libro de diuinis nominibus quarto capitulo aſſerit ſolem quarto
Leo papa. die productum. Quod & Leo papa affirmat in homilia,nec aliquis doctorum Moſaicæ
legis ante ſaluatoris aduentum expoſuit Geneſis textum, niſi vt ſonat de ſucceſſiua pro
ductione per interualla dierum. Et quamuis gentilibus philoſophis conuertendis ad fi
dem potius conueniret expoſitio Auguſtini, attamen Iudæis conuertendis in lege Moſi
eruditis multo plus complaceret & conueniret alia expoſitio. ¶Sequitur de formali ſeu
Exemplar exemplari cauſa mundi: Tu cuncta ſuperno ducis ab exemplo. Exemplar proprie appel
Exemplū. latur ad cuius imitationem ac ſimilitudinem producitur aliquid: exemplum vero id,q̊d
producitur ad imitationē ſimilitudinemq́; alterius: idcirco exemplum hoc loco impro
prie ſumitur pro exemplari,vt ſit ſenſus: Tu deus cuncta creata ducis.i.producis ab exē
plo ſuperno.i. à ratione exemplari ſuprema,& ab idea æterna:imo vnumquodq; à pro
pria ratione ſeu forma ac ſpecie,quam habet in mēte primi ac ſummi opificis. Cum ēm
deus ſit superſapientiſſimus & inuariabilis omnium author,nil improuiſe,caſualiter aut F
fortuito agens aut operans,rationem,exemplar ac ſimilitudinem operis ſui in ſeipſo in
Idea quid in deo. tuetur,diſponit,præconſpicit,format. Quæ ratio nominatur exemplar & idea rei creatæ
in deo,eſtq́; realiter idem quod diuina eſſentia. Cū enim deus naturaliter infiniteq́; bo
nus,vniuerſa producere voluit & decreuit, quatenus ſuam bonitatē & perfectionem in
aliquo gradu imitarentur ac participarent , ipſe ſuam eſſentiam intellexit vt à creaturis
ſeu creādis imitabilem ac participabilem:ſicq́; diuina eſſentia vt imitabilis intellecta vo
catur idea,exemplar,ratio,ſimilitudo & ſpecies creaturæ intellecta diuinum à mente di
uina vt imitabilis ab hac aut illa re creata ſecundum hunc aut illum gradum bonitatis
aut perfectionis: ſic eſt plurium rerum idea, imo & vniuerſorum, inquantum intellecta
à deo vt imitabilis ab vniuerſis. Cumq́; deus ſuperſublimis ſit prorſus infinitæ perfectio
nis,& infinita attributa perfectionalia in ſe comprehendens,infinita quoque actualiter
noſcens,& quantum in ſe eſt infinitorum productiuus,vt ſuper primum Sententiarum
ſcribit Aegidius atq; Henricus in quodlibetis, ideo infinitæ ideæ ſunt in mente diuina,
quę tamen in ſimpliciſſimo deo nullam penitus realem pluralitatem vel diuerſitatem in
ducūt, quoniam ipſe ſuperbeatiſſimus deus vno indiuiſo, ſimpliciſſimo actu ſeipſum ac
vniuerſa & ſingula creanda,creata & creabilia finita & infinita intelligit,ordinat,intue
tur,nec ex parte ipſius dei in ſe eſt vlla horū diſtinctio:imo in ipſo omnifaria idem ſunt
eſſentia,potentia, actio, intellectus & ſpecies ac obiectum. Sic igitur non aliunde acce
pit rationem & ideam operis ſui,ſed in ſe & ex ſe vniuerſa cognouit,inſtituit,determina
Iſaiæ 40 uit. De quo in Iſaia ſcriptum eſt: Cum quo inijt conſilium & inſtruxit eum,& docuit eū
ſemitam



A ſemitam iuſtitiæ,& erudiuit eum ſcientia,& viam prudentiæ oſtendit illi: Hoc eſt quod
ad Romanos ait Apoſtolus: Quis conſiliarius eius fuit,aut quis prior dedit illi, & retri Roma. xx
buetur ei: Quoniam ex ipſo,& per ipſum,& in ipſo ſunt omnia. Enimuero iuxta cōcor
dem theologorum & philoſophorum doctrinam, deus eſt omnium cauſa in triplici ge
nere cauſæ, ꝙ triplex genus cauſandi eſt in eo eſt vna poteſtas cauſalis omnium produ
ctiua. Eſt enim omnium cauſa in genere cauſæ efficientis,inquantum cauſat & influit eſ
ſe ac viuere entibus. Et item in genere cauſæ formalis, non informalis,ſed formantis &
exemplaris, ſecundum ꝙ cuncta operatur per ſapientiam ſuam idealemq́; rationem rei
cauſatæ. Itemq́; in genere cauſæ finalis,inquantum omnia facit propter ſe,& ordinat ad
ſeipſum tanquam ad ſummum,finemq́; finium omnium rerum. Deniq; inquantum eſt
cauſa efficiens omnia ſunt ex ipſo,quod ſibi conuenit ratione ſuæ potentiæ: inquantum
vero eſt cauſa exemplaris,omnia ſunt per ipſum: atq; vt eſt cauſa finalis omnia ſunt in
ipſo. De his præ cunctis philoſophis Plato egregie diſſeruit in Timæo: Certe, inquiens, Plato.
dubium non eſt,ad cuiuſmodi exemplum animaduerterit mundani operis fundamen
ta conſtituens, vtrum ad imitabile perpetuamq́; obtinēs proprietatem, an ad factum &
elaboratum. Nam ſi vt quidem eſt pulchritudine incomparabili mundus eſt opifexq́; &
fabricator eius optimus, perſpicuum eſt ꝙ iuxta ſynceræ atq; immutabilis proprietatis
B exemplum mūdi ſit inſtituta molitio: ſin vero quod neq; cogitari quidem aut mente cō
cipi fas eſt ad elaboratum,quod cum ſit rationis alienum,liquet opificem deum venera
bilis exempli formam in conſtituēdo mūdo ſecutum. Hinc demum Auicebron in libro Auicebrō.
fontis vitæ aſſerit omnium patrem deum cuncta producere per verbum intus conceptū,
per verbum intelligendo intelligibilem rationē ac ſpeciem rei creatæ, tamen ſecundum
Gulielmum Parrhiſiēſem libro de Vniuerſo per verbum intellexit vnigenitum dei, per Iohan. x
quem facta ſunt omnia. At vero de ideis Auguſtinus libro LXXXIII. quæſtionum pul
chrum introducit capitulum. Ideas,dicens,Plato primum dicitur poſuiſſe,ſed non,quia Plato.
nomen primitus poſuit rem ipſam hoc nomine deſignatam,primus agnouit aut poſuit.
Etenim εἶδος Gręce,Latine dicitur forma: inde dicuntur ideæ, quæ ſunt principales re εἶδος.
rum formæ ſtabiles atq; incommutabiles,quæ ipſæ formatæ non ſunt, ac per hoc æter
næ ſunt iugiter ſe eodem modo habentes , quæ diuinæ mentis intelligentia cōtinentur,
& cum ipſæ nec oriantur neq; intereāt, ſecūdum eas tamen formatur quicquid oritur &
interit. Deniq; tanta eſt vis idearum vt niſi eis intellectis eſſe ſapiens nemo poſſit. De his
ideis dictum eſt plenius ſuper primum Sententiarum,vbi tacta & improbata eſt opinio
dicentium,ꝙ ideæ ſunt ipſæ res ſeu obiecta ſecūdum ꝙ intellectualiter apprehenſa. Tu
ipſe deus pulcherrimus mente gerens, id eſt, habens in intellectu, mundum pulchrum,
C .i. mundum archetypum intelligibilem,exemplarem,q eſt plena idea,ſuperpulcherrima
ſimilitudo,forma & ſpecies totius mundi ſenſibilis: imo totius vniuerſi ex viſibilibus in
uiſibilibusq́; conſtantis. Quemadmodum enim artifex volens conſtruere domum præ
concipit in ſe ſimilitudinem, formam ac ſpeciem domus fiendæ, ſic ſuperſapientiſſimus
conditor deus intra ſe concepit & vidit ſimilitudinem & exemplar mūdi iſtius. Vnde & Philoſop.
ſeptimo Metaphiſicę ait Philoſophus,ꝙ ſanitas eſt à ſanitate,& domus à domo: hoc eſt,
ſanitas corporalis à ſanitate intellectualiter apprehenſa in mente medentis,ſimiliter do
mus materialis à domo taliter intellecta. De hoc mūdo ideali archetypo fertur apud Io
hannem: Quod factum eſt in ipſo vita erat. Nempe q̊d eſt in alio,eſt in illo ſecundū mo Iohan. 1
dum ipſius. Cumq́; deus ſit vita & lux,ſapientia & intellectus,iuxta illud Platonis in II. Plato.
Timæi: Ipſe vt mens cuius vita cōtemplatioq́; intellectus oīa ſunt in deo intellectualiter
atq; vitaliter: imo,vita & lux. Vnde verbis prætactis Plato adiecit: Ideaꝝ genera cōtem Idem.
platur intelligibili modo,q̃ ideæ ſunt quaſi ſereniſſimi atq; ſplendidiſſimi fontis vniuerſo
rum q̃ producunt ac fluunt ex ipſis. Et q̃uis ſint oēs realiter idem eadem deitatis eſſentia,
tamen propter relationē & reſpectum ad creata & ideata pluraliter deſignant & fontes
vocant,cum in re oēs ſint vnus fons. De q̃ in pſalmo dicitur deo: Qm̄ apud te eſt fons vi Pſalm. 35
tæ. Et in Eccleſiaſtico: Fons ſapientiæ ꝟbum dei in excelſis. Pręterea deus vere,eſſentiali Eccl. 1
ter & ſupſubſtātialiter pulcher eſt & ſuppulcherrimus,pulchritudo ſepata, fontana,pe
nitus infinita,ad intuendū incōprehenſibiliter amœniſſima,dulciſſima,cōuenientiſſima
cum in Canticis loquitur ſponſa: Ecce tu pulcher es dilecte mi,& decorus. Ecce qd pul Canti. 1
chrius veritate,qd ſplendidius ſapientia,qd iuſtitia,ſanctitate,charitate formoſius? Quā
Z pul

METR. IX. pulcher eſt ergo qui eſſentialiter verus eſt, & veritas ſupermundiſſima, ſapiẽtia infinita, D
ſol iuſtitiæ,lux ſanctitatis immenſæ:Cuius ſuperexaltatã,ſupſplẽdidiſſimã,deſiderabi-
liſſimam pulchritudinem attendere cõtemplariq́; poſſumus in vniuerſis & ſingulis,atq;
S.Dionyſ. in toto ordine vniuerſi. Quemadmodũ eñi quarto cap. de diuinis noibus magnus Dio-
nyſius docet,bonum & pulchrũ commutabiliter idem ſunt. Et ſicut nihil eſt in rebus q̃d
non in aliquo diuinã participet bonitatem, ſic nec q̃d non in aliquo pulchritudinẽ parti
cipet diuinam & increatam, nec quippiam tam deforme ac turpe ac fœdum eſt in accidẽ
talibus ſuis,cuius forma & quidditas nõ ſit quid pulchrum ac bonũ, imo q̃d in vno aut
reſpectu vnius videtur nociuũ & vituperabile,in alio aut reſpectu alterius eſt proficuũ
atq; laudabile,ſicut araneæ ſunt cibi auicularũ quarundam,& venena nonnulla ſunt ho
mini medicinæ. Si pulchritudinem intueamur cœlorũ,ſolis ac planetarũ, præſertim ſpiri-
tuum ſupernorũ,præcipue in gratuitis ac gloriæ donis,& maxime pulchritudinem mun
di ac corporũ electorũ poſt diem iudicij , poterimus aliquantulum ſpeculari q̃ ſpecioſus
ſit deus omnipotens in ſeipſo. ¶Præterea,ſi ſuperexcellentiſſimus deus tantam pulchri
tudinem ponit in modica carnis mortalis parte,puta in hominis facie,vt delectemur &
inſpiciẽdo vix ſatiemur, q̃ imcomparabiliter pulcherrimus eſt deus altiſſimus in ſeipſo,
& q̃ incomparabiliter delectabiliſſimum eſt eum in ſeipſo clare & immediate conſpice-
Matth. 5 re:Beati igitur mundo corde,quoniam ipſi deum videbunt. Miſeri vero & proſus mi- E
ſerrimi qui propter hæc fœda & vilia,vana,turpia & caduca tanta ſe priuant felicitate &
Plato. gloria. Ex hac cõſideratione Plato in Timæo diſſeruit, probãs deum nequaq̃ cõſtituiſſe
hũc mundũ intuendo ad exemplar extraneũ. Oĩm,inquit,cauſatorũ mundus ſpecioſiſſi-
mus eſt. Author vero eius operis ſui ratione atq; prudentia optimus. Liquet ergo opifi
cẽ deũ nõ ſecundũ elaboratũ.i.aliunde ſumptũ exemplar vniuerſitatis machinã eſſe mo
S.Dionyſ. litũ. Hinc prælectus & ſeraphicus ille Dionyſius proteſtatur: Supſubſtantiale pulchrũ
dicit pulchritudo,q̃a pulchrificat exiſtentia vniuerſa ſecundũ propriã ſingulorũ propor-
tionẽ,& cauſat vniuerſalẽ oĩm harmoniam, ornatũ & claritatẽ, immittitq́; vniuerſitati
Pulchra q̃. rerũ pulchrificas diſtributiones fontani radij ſui. Hinc in prima parte Sũmæ q̃ſtione q̃a
ta aſſerit Thomas:Bonũ & pulchrum ſunt idẽ in re: Vtrunq; nanq; ſup formã fundatur
ſed differunt ratione. Nã bonũ reſpicit appetitũ, pulchrum vero vim cognoſcitiuã. Pul-
chra eñi dicũtur q̃ ex ſua natura viſui placẽt. ¶Seqtur: Similiq́; imagine formãs.i.tu de-
us es formans.i. diſtincte producẽs hæc oĩa imagine ſimili.i. ſub forma imitãte rationẽ
exemplarẽ quã habet in mẽte diuina. Propter q̃d oĩs creatura eſt quaſi radius ſui creato-
Proclus. ris,ſicut & oĩs effectus vocatũ quædam participata ſuæ cauſæ ſimilitudo. Hinc Proclus in
Elemẽtatione theologica loqtur: Oĩe producẽs ſimilia ad ſeipſum ante diſſimilia ſub-
ſtituit. Itemq́;:Omnis proceſſus efficitur p ſimilitudinem ſecundorũ ad prima. Deniq; de F
Idea. ideis ait Thomas in prima parte XV. quæſtione: Idea valet & ponitur propter duo. Eſt
eñi principium cognoſcendi,cũ ſit exẽplar rei cuius eſt idea. Eſt quoq; principiũ produ-
cens ideata. Cumq́; deus ſit cauſa rerũ per intellectum propter aliquem finem, cõſtat q̃d
habeat in ſe rationes exemplares.i.ideas omniũ quæ cognoſcit. Hinc patet q̄ ea quæ nõ
fuerunt,non ſunt,nec erunt,nõ habent ideam in deo, niſi inquantum eſt principium co-
gnoſcendi ¶Hic Philoſophia tangit quatuor principales inferiores mundi partes, vide
licet quatuor elementa,vt ſit ſenſus: Tu creator es iubens mundum perfectum abſolue-
re & explicare ſeu explicite repreſentare & exhibere,partes perfectas.i.quatuor elemen-
ta,quorũ vnumquodq; eſt perfectũ in gñe ſuo,& vna de principalibus partibus vniuerſi
[Tu ligas elemẽta].i.ea cõnectis & vnumq̃dq; eorũ in loco ſibi cõnaturali locatũ cõſer
uas ac detines[numeris.i.in numero certo,q̃a ſunt q̃tuor. Vel numeris.i.certis & cõgru
is proportionibus,qm̃ elemẽta ſymbolũ habẽtia adinuicẽ proxime collocaſti[vt frigo-
ra].i.elemẽta frigida,vtputa terra & aqua[cõueniãt].i.cõproportionẽt ac apte iũgant,
[flãmis.i.calidis elemẽtis,puta igni & aëri. Sic eñi iſta elementa ſunt adinuicẽ diſpoſita,
colllocata & iũcta,q̄ elemẽtũ maxime ſimplex ſubtile,formale, actiuũ.ſ. ignis maxime
Philoſo. diſtat ab elemẽto maxime groſſo,materiali paſſiuo,q̃d eſt terra. Rurſus,ſecũdũ Philoſo
Symbolũ. phũ II. de gñatione,in elemẽtis habẽtibus ſymbolũ facilior eſt trãſitus. Qualitas eñi ſym
bolum appellatur,in qua elemẽta duo cõueniũt. Tranſitus q̃q; dupliciter vocatũ facilior:
Primo,quia in paſſo eſt reſiſtẽtia minor. Secũdo,quia pauciora corrũpunt,vt dũ ex aëre
generatur ignis. Nam aer & ignis conueniunt in calore: terra & aqua in frigore, aqua
quoque



A quoq; & aer in humiditate,ignis vero & terra potiſſime diſſonant. Item[vt arida].i.ele-
menta ſicca, vt terra & ignis cõueniant in ordine rerũ,[liquidis].i. humidis elementis.i.
aquæ & aeri,&[ne ignis purior].i.alijs elemẽtis ſimplicior[euolet].i. ordinem & ſitum
ſuum excedat,[aut pondera].i.moles grauitatis[deducant].i. vltra congruentiam vni-
uerſi deprimant[terras merſas].i. elementum terræ cũ partibus ſuis, quod dicitur mer-
ſum.i.loco infimo poſitum, vel qm̃ pro maxima parte eſt aquis opertũ. Hæc autem ele-
menta infinita atq; omnipotens ſapiẽtia dei ſic collocauit,q̄ inter ignem & aquam quæ
maxime inter ſe diſconueniunt mediat aquæ ſymbolum.i.conuenientiam habens in fri
giditate cum terra & cum aere in humiditate: aer quoque conuenientiam habens cum
igne in caliditate,& ita in his eſt propinquitas,contemperatio atq; cõnexio,ſicut in ſpe-
ciebus numerorum. Eſt item in eis tẽperies in gradu ſubtilitatis & corporalitatis ſeu ra-
ritatis & dẽſitatis,quoniã aqua eſt decies ſubtilior terra, & aër eſt decies ſubtilior aqua:
ignis quoque decies ſubtilior aëre, ſicq; aër eſt centies ſubtilior terra,ignis vero pure ele-
mentaris,de quo ſermo,eſt milies ſubtilior terra. Vnde conſequitur q̄ ſicut ex vno pugil
lo terræ fiunt decem pugilli aquæ,ita ex vno pugillo terræ generantur cẽtum pugilli aë-
ris & mille pugilli ignis. Iuxta præhabita cõmiſcit & temperat deus elementa in mixtis.
Et totum iſtud ex verbis Platonis in Timæo ſumptum videtur. ¶Conſequenter com-
B mendat excellentiam dei in diſpoſitione,gubernatione & actibus animę mundi,de qua
dictum eſt ſupra & modo dicitur:[Tu]deus[cõnectens].i.coniungẽs & applicans]ani-
mam naturę triplicis].i.tripartitę virtutis ſeu proprietatis & operationis[mediam].i.in
ter te creatorem & inferiora mediantem & in medio conſiſtentem, ſeu medio modo ſe
habentem, quam tanq̃ inſtrumentum omnipotentiæ tuæ applicas, moues ac dirigis ad
agendum & proſequendum quæ per eam agenda diſpoſuiſti[Mouentem cuncta]quorũ
ipſa eſt anima. Hancq́;[reſoluis].i. diffundis,extendis,diſtribuis[per membra conſona]
.i.ei proportionata & conuenientia,q̃ mouentur & ſuo modo viuificantur ab ea [quæ]
anima[ſecta].i.diuiſa,non quo ad ſuam eſſentiam,quæ ſimplex indiuiſibiliſq́; conſiſtit,
ſed quo ad operationem. Vnde ſubiungitur:[cum glomerauit].i. duplicauit,ſeu circu-
lariter duxit[motum in duos orbes].i.in orbem planes & applanes, ſeu in primum mo
bile & ſphæram illi ſuppoſitam,q̃ mouetur motu raptus primi mobilis[Meat].i.in actu
ſuo procedit & ſpiritaliter tranſit contemplando ac practice conſiderando q̃ operatur.
[reditura in ſemet].i.ad ſeipſam cõuerſura per actus interiores,ſicut in lib. de Cauſis aſ- Liber cauſarum.
ſeritur propoſitione XV. Omnis ſciens qui ſcit eſſentiam ſuam, eſt rediens ad eſſentiam
ſuam reditione completa[Et circuit].i.vndiq; penſat [mẽtem profundam].i.diuinæ &
increatæ mentis ordinationem,intentionẽ, propoſitum, quatenus iuxta eius imperium
C agat ac moueat:ideo ſubditur:[Et conuertit].i.reuoluit [cœlum imagine ſimili].i. mo-
do cõformi,imperio diuinæ voluntatis,imitando exemplar mentis æternæ, iuxta cuius
diſpoſitionẽ omnia agit q̃ agit. ¶Circa iſta multi multa dixerunt & cõſcripſerunt,vz,
Quid ſit anima mundi. Et quidã dixerũt q̄ per aĩam mũdi intelligatur ſpiritus ſanctus.
Qui cum ſit verus deus,nõ poteſt aĩa mundi vocari: imo nec alicuius rei niſi metaphori-
ce ſeu p ſimilitudinem quandam,quomodo ſcriptum eſt: Iurauit dñs deus in anima ſua. Amos. 6
Et alibi: Iurauit deus per aĩam. Qui rurſus loqtur per Ieremiã: Si ſteterint Moſes & Sa- Ierem. 51
muel coram me,nõ eſt aĩa mea ad populũ iſtum. Sic quoq; quidam philoſophi dixerũt Ierem. 15
deum altiſſimum eſſe aĩam mũdi. Vnde quarto de Ciuitate dei recitat Auguſtinus: Var- Auguſtin. Varro.
ro acutiſſimus author dixit: Hi ſoli videntur aduertiſſe deũ, qui tradiderũt eum eſſe ani
mam motu & ratione mundũ regentem. Idem dicit Apuleius ſenſiſſe Socratem & eius Apuleius.
diſcipulos. Quod ſi intelligatur de anima proprie dicta,quæ ſcilicet ſit forma ſubſtanti Socrates.
alis & conſtitutiua pars rei,nullatenus verum eſt:imo hoc eſſet incidere in pernitioſum
errorem hæreſimq́;,dicentium q̄ deus ſit formale eſſe omnium. Quo contra dicũt Henri
ricus & alij quidam theologi,q̄ deus eſt ſingularitas quædam,atq; in libro de Cauſis aſ
ſeritur, q̄ cauſa prima eſt per ſe maxime hæc, & per ſuam puram bonitatem indiuidua.
Cum eñi intelligentia tantæ ſit excellentiæ q̄ ſuæ naturæ repugnat eſſe actũ formamq́;
corporis per informationem,incomparabiliter plus repugnat hoc inuariabili,ſuperexal
tatæ ac perfectiſſimæ primę cauſæ. Idcirco q̄ diuinus Dionyſius perhibet deum eſſe oĩm S. Diony.
rerum eſſe ac vitam,intelligendũ eſt per modum prædicationis cauſalis,qm̃ deus eſt cau
ſa totius eſſe ac vitæ vniuerſorũ. Alij vero per aĩam mundi intellexerũt quãdam oĩm re-
 rum

METR. IX. rum vigorem. Quod eſt obſcure prolatũ. Aut enĩ intelligitur de vigore extrinſeco cau- D
Ambroſi. ſante & cõſeruante, aut de vigore intrinſeco. Primũ nõ poteſt dici, qm̃ ille vigor eſt po-
tiſſime deus, iuxta illud in hymno: Rerꝝ deus tenax vigor, aut aliqua ſubſtantia ſeparata
aut cœlũ ſeu motus ipſius, de q̃ VIII. dicitur phyſicorꝝ, ꝙ eſt quaſi q̃dam vita, & vis oĩm
inferiorꝝ, quorꝝ nulli cõpetit proprie eſſe aĩam mundi, imo nec aĩam, cũ anima proprie
ſit rei animatæ forma ſubſtantialis. Quidã vero dixerũt aĩam mundi eſſe primã & ſum-
mam aĩam mobilem, quã dixerũt animam primi mobilis. Sed dato ꝙ illa anima ſit, nõ
tamen poteſt dici anima mũdi, niſi ꝑ ſimilitudinẽ quandã, inquantũ per motũ ſui orbis
cauſat vitã & motũ in inferioribus in gñe cauſę efficiẽtis inſtrumẽtalis, nec anima illa ex
tẽderet ſe realiter extra proprium orbem. Inſuper nullus rerum vigor intrinſecus poteſt
vocari anima mundi, quia aut eſſet vigor accidentalis, q nõ eſt ſubſtãtia rei, nec pars ſub
ſtantiæ, aut vigor ſubſtãtialis, q eſt intrinſeca & cõſtitutiua pars rei. Nulla aũt huiuſce-
modi forma ſubſtãtialis eadẽ numero eſt aut eſſe poteſt in toto mũdo & in oĩbus prin-
cipalibus partibus eius. Nulla q̊q; opinionũ iſtarꝝ loq̃tur de anima mundi ſicut de ea hic
Plato. loquitur Philoſophia, & ſicut de ea Plato locutus eſt, ex cuius dictis Philoſophia iſta ac-
Auguſt. cepit. Itaq; aduertendũ q̃a in XIII. de Ciuitate dei recitat Auguſtinus: Aĩam mundi Pla-
to dixit ab initio & medio terræ, ſeu centro vſq; ad cœli ſumma & extrema diffundi, at-
que extẽdi ꝑ numeros muſicos, vt ſit iſte mundus aĩal maximũ, beatiſſimũ, ſempiternũ, E
Plato. cuius aĩa ꝑfectam ſapiẽtiæ beatitudinem obtineret, nec propriũ corpus relinqueret. Hæc
beati Auguſtini recitatio cõcordat ṽbis Platonis in primo Timæi dicẽtis: Nec fas. i. cõ-
ueniens erat bonitati præſtanti quidq̃ facere, niſi pulchrũ. Erat certũ tãtæ. i. ſummæ diui
nitati nihil eorꝝ q̃ ſequuntur hebes & nõ intelligens eſſe melius intelligente: intellectum
vero nõ niſi animæ prouenire. Hac igitur reputatione intellectu in anima poſito, & ani-
ma in corpore collocata, totum animantis mundi ambitum cum veneranda illuſtra-
tione cõpoſuit. Ex q̊ apparet, ſenſibilem mundũ aĩal eſſe intelligens diuinæ prudentiæ
ſancione. ¶ Quocirca ſciendũ, ꝙ platonici ſectando Platonẽ poſuerunt tres diuinas ac
ſupremas ſubſtantias: Deum verꝝ omnium patrem νοῦν & animam mundi. Vnde X. de
Auguſtin. Ciuitate dei Auguſtinus diſſeruit: Plotinus platonicus diſputans de tribus principalibus
Plotinus. ſubſtantijs, ponit deum patrẽ & mentẽ paternam. i. mentem ex patre manantem, & ani-
Porphyr. mæ naturã. i. animam mundi. Similiter Porphyrius platonicus ponit tria, vz deum pa-
trem, deum filium, quem nominat mentẽ paternã & medium vtriuſq;, quem obſcure ex
preſſit. IOHAN. De hac poſitione quid ſentis tu? DIONY. Nullatenus ſentio mun-
dum ſenſibilem eſſe vnum ſimpliciter, neq; ꝙ ſit vere & ꝓprie animatus aut animal. Ad
q̊d multæ rationes accipi poſſunt ex dictis ſancti Thomę in Summa cõtra Gentiles lib.
ſecundo, nec ipſa elemẽta apta ſunt informari ab anima, præſertim ab anima intellectua F
Plato. li, qualis eſſet anima mundi. Præterea ſecundum Platonem vnumquodq; corpus cœle-
ſte, hoc eſt, quælibet ſphæra cœleſtis, vnuſquiſq; planeta & quælibet ſtella habet propri
am animam intellectiuam. Siquidem ſtellas dixit nõ eſſe fixas in cœlo, ſed moueri in co
choreamq; ducere, ſicut mouẽtur piſces in aqua & aues in aëre. Quod ſi ita eſt, non appa
ret ꝙ anima mundi poſſet eſſe etiam actus & forma ſeu anima corporꝝ illorꝝ cœleſtiũ.
Alioquin in eiſdem corporibus eſſent duæ animæ intellectiuæ. Iterꝝ, cum corpora cœle-
ſtia & elemẽta abinuicẽ ſpecifice diſtinguantur, habeãtq; formas proprias ſubſtantiales
abinuicẽ ſpecie differentes, non apparet ꝙ vltra hæc habeãt eãdem animam intellectu-
alem omnibus eis cõem. Amplius, motus corporꝝ cœleſtium à philoſophis ꝑcipuis aſcri-
bũtur animabus eorꝝ aut intelligentijs, nõ ergo animæ mũdi. Nec propter cauſandum
motum illũ oportet ponere huiuſmodi animã. Rurſus, mundus nõ eſt quid vnũ ſimplici
ter, ſed aggretatiue, in quo ſunt tot ſpecies & indiuidua aĩalium corporumq; cœleſtium
Liber cau- & ſpecierum vniuerſi, non ergo cõuenit ei vnam animam habere ¶ Præterea in libro de
ſarum Cauſis, non anima mundi, ſed anima nobilis (per quam ibi intelligitur anima cœli] dici
tur tres operationes habere, q̊d in hoc metro dicitur triplicis eſſe naturæ. Cur ergo hoc
animę mũdi tribuit? Sic q̃ppe habet tertia propoſitione libri de Cauſis. Oĩs anima nobi
lis tres habet operationes, puta diuinã, intellectualẽ & aĩalem. IOHAN. Iſtis ſatis con-
ſentio. Et nõne putas eſſe cõtra fidem ponere aĩam mundi? Et ſi ſic, cur Boethius ſub no-
mine Philoſophiæ eã ſic ponit? DIONY. Nõ ſolũ Boethius, ſed etiã vir valde magnæ
Gilbertus ſcientiæ Gilbertus Poritanus epiſcopus, q diu poſt Boethiũ fuit, vz tp̃e S. Bernardi in li
bro



A bro ſuo de ſex principijs noĩat aĩam mũdi, quaſi ſentiens eſſe ponẽdã. ¶ Præterea nõ re
or ꝙ Plato poſuit animam mundi eſſe animam totius mundi per informationem ſicut
nos ponimus aĩam rationalẽ eſſe humani corporis ἐνδελεχίαν & formã, imo nec animã
rationalẽ dixit hoĩs formã informantẽ actum intrinſecũ, ſed poſuit corpori eã vniri ſic-
ut motor cõiungitur mobili, & nauta naui. ¶ Deniq; q ponũt in hoĩe vnã tm̃ formam
ſubſtantialẽ, vtputa animã rationalẽ, diuerſas dicũt hoĩs partes ab aĩa illa diuerſimode
actuari & viuificari. Oſſa enĩ, capilli & vngues vegetatiuã nõ ſenſitiuã ſortiuntur ab aĩa
vitam. Proportionabiliter ergo potuit dicere Plato diuerſa mundi corpora ab anima il
la diuerſimode actuari ac ꝑfici. Nẽpe vt VIII. de Ciuitate dei aſſerit Auguſtinus, Plato- Auguſtin.
nis ſentẽtię de rebꝰ magnis nõ facile ꝑſpici poſſunt. Vñ cũ iſtã materiã nõ intelligã reſo-
lutorie ac ꝑfecte, nõ audeo aſſertiue iudicare de ea. Fateor tñ, ꝙ nõ videt dictis cõcorda-
re ſctõrꝝ, ꝑ̃ſertim ſcd̃m q̊d ſonat, nec certus ſum ꝙ Boeth. & ꝑ̃fatus Gilbert. ſumãt aĩam
mũdi vt Plato. Quid aũt de aĩatione cœleſtiũ corporꝝ videat cẽſendũm, ſupra expreſſi.
¶ Cõſequenter Philoſophia cõmẽdat oĩpotentẽ de ꝓductione & diſpoſitione rõnaliũ
aĩarum irrationabiliumq; formarꝝ, dicẽs: [Tu] deus [prouehis]. i. deſuꝑ ducis cœlituſq;
emittis [animas & vitas minores]. i. aĩas rationales vitales inferiores aĩa mundi [cauſis
paribus]. i. ex cauſis cœleſtibus cõſimilibus animæ mũdi, inquantũ cauſæ illæ vniuerſa-
B les diſpoſitiue & inſtrumẽtaliter cooperãtur ad animæ infuſionẽ corpus præparãdo, ſeu
animã deducendo. Vel, cauſis paribus. i. ex eadẽ ſapientia, bonitate & oĩpotentia, qua &
animã illam ſuperiorẽ formaſti & adduxiſti. Vel, per animas intelligit animas rõnales,
& per vitas minores animas brutorꝝ. [Et] tu [aptans]. i. cõuenienter applicãs aĩas [ſubli
mes]. i. rationales immortaleſq; aĩas [curribus leuibus]. i. vehiculis altis & ſplendidis,
non terrenis & ponderoſis [ſeres]. i. diffundis, ſpargis & ſeminas aĩas iſtas [in cœlum &
terram] collocando virtuoſas in cœlis & corporibus organizatis animas infundendo.
Quas animas rationales ad te cõuerſas. i. tibi finaliter adhærentes teq; perfecte colẽtes,
Lege benigna. i. adimplendo legem diuinam ac naturalem, facies reuerti ad te poſt ſepa
rationem à corpore, vt remunerẽtur à te beatifica viſione, & collocentur in regione bea
torꝝ cœleſti, quas angeli ſancti reducant ad te mox dum ſeparantur à corpore ſi ſint ſa-
tis perfectæ & puræ: alioquin ad tempus purgantur, & purgatæ aſcendunt. Ideo ſubdit:
Igne reduci. i. igne tribulationis in vita pręſenti, vel igne purgatorij poſt hanc vitam eas 1. Cor. 3
reducente diſpoſitiue ad te, quemadmodum & Apoſtolus ait: Saluæ erunt, ſic tamẽ qua
ſi per ignem. Electi quippe in præſenti per aduerſa diſponuntur ad gratię incrementum
ac glorię adeptionem, in quibus ſi quid reſtat purgandũ, purgatur in alia vita: ſicq; ignis Lucæ 12
eſt redux. i. reducens. Poteſt quoq; per ignem reducem intelligi charitas, de qua loqui- 1. Cor. 13
C tur dominus: Ignem veni mittere in terram: & quid volo niſi vt accendatur? Atq; Apo-
ſtolus: Si linguis angelorum loquar & hominum, charitatem autem non habeam, nihil Pſalm. 65
mihi prodeſt. De igne autem afflictionis purgante fatentur probati: Trãſiuimus ꝑ ignẽ
& aquam, & eduxiſti nos in refrigerium. ¶ Deniq; q̃uis anima rationalis creando infun
datur. i. ſimul creetur ac infundatur ſeu in ipſa ſua paſſiua creatiõe corpori infundatur,
nihilominus dicitur deſuper mitti, quia à ſummo deo producitur & deſcẽdit, iuxta illud Iacobi 1
Iacobi: Omne donum optimum, & omne datum perfectum deſurſum eſt deſcendens à
patre luminum. Veruntamen Philoſophia rurſus videtur hic loqui iuxta morem Plato- Plato.
nicorum, & ſequi traditionẽ Platonis, qui dixit vniuerſas animas rationales ſimul crea
tas, atq; in ſtellis cõparibus collocatas, ita quod tot fuerint cõditæ q̊t ſunt ſtellę, & illinc
eas deferri ad corpora tempore oportuno, per lumina tanquam vehicula dirigentibus
& exequentibus ſuperioribus cauſis cœleſtibus. Propter quod quidã hoc loco reprehen
derunt Boethium. Ad quod poterit dici, ꝙ loquendo velut philoſophus hæc ipſa ſpiri-
tualius intelligit q̃ verba hæc ſonant, vt currus leues myſtice exponantur pro ſuſtentatio Pſalm. 67
ne & deductione dei beniuola, ac gratioſis vehiculis atq; auxilijs, ſicut in pſalmo: Cur- Iſaiæ. 66
rus dei decem milibus multiplex. Et in Iſaia: Mittam ex eis qui ſaluati fuerint ad gentes
in mare, in Aphricam & Lybiam, in Græciam & Italiam, & adducent omnes fratres ve- Hieronyſ.
ſtros in equis & quadrigis, in lecticis, mulis & carrucis. Per quæ vehicula ſanctus Hie-
ronymus etiam ad literam intelligit angelorum præſidia. Conſtat autem ꝙ Boethius
nullatenus ſenſit omnes animas ſimul creatas, neq; ita in ſtellis locatas. Quidam vero ex Plato.
cuſant Boethium pariter & Platonem, dicendo ꝙ illa non fuit Platonis opinio. Quocir Philoſop.



ca

METR. IX. ca dicendum,ꝙ illa vtiq; fuit Platonis poſitio,& contra eum Ariſtoteles diſputat ſæpe, D
Plato. probans ꝙ in eodem compoſito actus nõ præcedit potentiam,ſeu forma materiã. Hinc
Philoſop. decimo de Ciuitate dei teſtatur Auguſtinus:Platonici dixerunt mundum & deos ac ani
Auguſtin. Plato. mas rationales deo eſſe coæternos, & tamẽ ab illo eſſe creatos. Idem patet ex verbis Pla
tonis in Timæo vbi effatur:Conditor vniuerſitatis deus obſeruanda hæc & exequenda
iubet cauſis cœleſtibus, ſancitq; tali oratione: Dij deorum quorum opifex idem paterq;
ego:huius vniuerſi generis ſementem,id eſt,ſeminalem cauſam ego faciam,vobiſq; tra
dam. Vos cætera exequi par eſt,ita vt immortalem cœleſtemq; naturam,id eſt,animam
rationalem poſt diſſolutionem animi & corporis recipiatis. Coaugmentataq; mox vni-
uerſæ rei machina delegit animas ſtellarum numero pares , ſingulas ſingulis compara-
uit, eaſq; vehiculis competentibus ſuperimpoſitas vniuerſæ rei naturam ſpectare iuſſit,
leges innumerabilis decreti edocuit. Quæ ſi per turbationes frenarent ac ſubiugarent,iu
ſtam & alacrem vitam haberent,ſi vincerentur ab illis iniuſtam & laborioſam. Et victri
cibus quidem ad comparis ſtellæ contubernium ſedemq; reditum patere , actiuis dein-
ceps vitam beatam,victas vero pœnas & reiectiones pati in deteriora. Hæc & multa con
ſimilia Plato ibidem ac alibi introducit, quæ & ex Elementatione theologica Procli
Plato. poſſent probari. Verum hæc reor ſufficere. ¶Præterea animas brutorum Plato aſſeruit
immortales, & tranſire de corpore ad corpus. Dixit quippe,quod anima eſſet numerus E
monens ſeipſum. Quod non intellexit de numero qui eſt in genere quantitatis, ſed qui
eſt in prædicamento ſubſtantiæ,quoniam omnem animam dixit continere in ſe materi
ale & formale principium,& conſtare ex eodem & diuerſo, ſenſum quoq; eſſe vim acti-
uam potius quàm paſſiuam: ſicq; huiuſmodi animabus cõueniret operari & manere ex
Philoſop. ſe. Sed in his rationabilior viſa eſt & à Chriſtianis amplius approbata Ariſtotelis Phi-
loſophia. Si enim animæ rationales præexiſterent ſuis corporibus,& exiſtentes in ſtellis
haberent ſcientias & virtutes ſibi innatas, vnio cum corpore corruptibili eſſet eis in de-
trimentum. ¶Deinde præmiſſis iſtis,diuinæ maieſtatis præconija tanquam præambulis
oratio ſequitur:O[pater]. i. tu deus omnium primus author,cui nomẽ & ratio patris ex
Ephe.3 cellentiſſime competunt,cum à te ſit omnis fœcunditas,omnis paternitas, vniuerſa cau
ſalitas. Vnde ad Epheſios ait Apoſtolus:Ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra no
minatur. [Da menti]humanæ & omni homini rationali [cõſcendere ſedem auguſtam]
.i. thronum gloriæ tuæ præclarum,imperialem ac nobilem,ſeu tuijpſius maieſtatem:ad
quam ſedem conſcenditur per contemplationem & feruentem amorem excellentiæ ac
reſidentiæ tuæ & iudiciariæ poteſtatis. ¶Deniq;,multis creaturis conuenit eſſe ſedem il
localis & incircumſcriptibilis dei, in quibus ipſe , morari & requieſcere perhibetur, qui
1.Tim.6 nuſquam verius magiſq; proprie quàm in ſeipſo, habitat ac quieſcit, ſicut fatetur Apo- F
S.Dionyſ. ſtolus:Lucem habitat inacceſſibilem. Et vt ſanctus Dionyſius loquitur:Ipſe eſt lux & re
gio lucis,cuius ſuperſplendidiſſima,infinita & prorſus incõprehenſibilis luminoſitas nũ
cupatur diuina caligo, in qua ipſe habitare cenſetur, vt in epiſtola ad Dorothæum Dio-
Idem. nyſius fatur:Diuinæ,inquiens,tenebræ operiuntur omni viſione luminum,& abſcondũ
tur omni viſioni,propter inuiſibilem & inpenetrabilem propriæ claritatis ſplendorem.
2.Para.6 Hinc ſecundo Paralypomenon Salomon ait:Dominus dixit vt habitaret in caligine. Ite
Iſaiæ.66 rum ſedes dei eſt cœlum,præſertim cœlum empyreum. Vnde in Iſaia dixit: Cœlum mi-
hi ſedes eſt. Sed & infimus chorus angelorum ſupremæ hierarchiæ ſpecialiter dicitur ſe-
des & thronus dei,qui chorus tanta gaudet tranquillitate,ꝙ in eo dñs reſidere & ꝑ eum
Pſalm.9 ſua iudicia fertur diſcernere. Hinc in pſalmo dicitur:Sediſti ſup thronum qui iudicas æq
Pſalm.79 tatem. De alio quoq; choro angelico in libro cantatur pſalmorum:Qui ſedes ſuper che
Sapien.7 Hebræ.4 rubim manifeſtare. Sic & anima iuſti ſedes ſapientiæ nuncupatur. Hinc Hebræos horta
tur Apoſtolus:Accedamus cum fidutia ad thronum gratiæ eius. Poteſt q̃q; ſic legi: Da
menti cõſcendere ſedẽ auguſtã. i. ſubtilem & ſtrictam,hoc eſt,apicẽ mẽtis ac quietẽ inter
nam ac abditã,vtpute myſticã viſionem,pectoris pacem,& contẽplationis ſecretũ,q̃d eſt
Oſeæ.4 ſolitudo interior,in q̃ ſermocinatio dei intus audit̃ cum mente qui ait:Ducã eã in ſolitu
dinẽ & loquar ad cor eius. Hæc ſolitudo eſt mentis depuratio, ſimplificatio & mera ab-
ſtractio à rebus creatis & ſenſibiliũ formis,omniq; diſpſione inani,de qbus primo myſti
S.Diony. cæ theologiæ ca. diuinus Dionyſius cohortat: Tu puer Timothee circa myſticas viſiões
teipm relinque,& cætera vniuerſa,& in caliginẽ intra,in q̃ vere eſt deus. Iſte aſcẽſus eſt à
ſenſatis &



A & imaginatis ad diuina & intelligibilia mentẽ leuare, & ſupergreſſis relictiſq; creaturis
in ſolo creatore quieſcere. [Da q̃q; luſtrare(.i. circumire) fontẽ boni]. i. teipſum , qui es
origo,cauſa & fons oĩs boni,tam naturæ q̃ grãæ ac gloriæ. Verũ cum deus ſit æternaliter
incircũſcriptus,quõ poteſt mens ipſum circũire? Et reſpondendũ, ꝙ mens creata circũit
deum,nõ ipm intra ſe terminãdo,aut ſub certis limitibus concludẽdo , ſed vndiq; ꝑ cir-
cuitum ipſum q̃rendo,& ipm in vniuerſis ſuis effectibus contẽplando,ſicut ait Pſalmiſt. Pſalmo 7
Synagoga populorũ circũdabit te. Iteq;:Magnus & terribilis ſuper oẽs q in circuitu eius Pſalm.65
ſunt. [Da etiã menti defigere]. i. ſtabilire ac ꝓfundare in te[viſus cõſpicuos]. i. intuitus
interiores, claros & gratioſos ac ſapiẽtiales ex dono ſapiẽ & fide illuminata ꝓgrediẽtes,
ſicut ait Apoſt. Nos aũt reuelata facie gloriã dei ſpeculãtes in eandẽ imaginẽ transforma 2.Corin.3
mur à claritate in claritatẽ. Viſus q̃q; conſpicui ſunt oculi mentales deſup illuſtrati do-
nis ſpũs ſancti,ad ſpeculandũ mirabilia legis diuinæ. Propter q̃d orat vir ſanctus:Reue- Pſalm.118
la oculos meos & cõſiderabo mirabilia de lege tua. Apoſto. q̃q;:Pater gloriæ det vobis Ephe.1
ſpiritũ ſapiẽ in agnitiõe eius illuminatos oculos cordis vr̃i. Luce repta .i. claritate grãæ
tuæ adepta & agnita atq; à te nobis infuſa, quã orãdo q̃rimus inuenire : luce etiã intelle-
ctus naturali inuẽta. i. rite diſcreta & abſtracta ab inuolutiõe fantaſmatũ & tenebris vi- Pſalmo 4
tiorum,de qua loqmur deo:Signatũ eſt ſuper nos lumẽ vultis tui dñe. Hinc ꝑ Iſaiam di- Iſaiæ 52
B menti:Excutere de puluere. i. teipſam excute,& eleua de materialib. & rebus carnalibus
ad diuina: põt etiã exponi de luce increata,quã reperimus dum eius gratioſam p̃ſentiam
cordialiter affectamus,iuxta illud:Sitiuit aĩa mea ad deũ fontẽ viuũ. De qua ſupſereniſ- Pſalm.41
ſima & ſupſuauiſſima luce ait Micheas: Cum ſedero in tenebris,dñs lux mea eſt,& edu- Micheæ 7 1.Iohan.1
cet me dñs in lucem ſempiternã,& videbo iuſtitiã eius. De qua fertur 1.S.Iohannis Ca-
nonica:Deus lux eſt,& tenebræ nõ ſunt in eo vllæ. [Diſijce]. i. diuerſimode dejce & diſ-
ſipa radio ſapientiæ tuæ[nebulas]. i. ignorantias & errores ac paſſionũ caligines[& pon
dera]. i. deſideria praua,terrena & carnalia deorſum trahentia,imo in æternæ damnatio
nis profundum mergentia,iuxta illud ad Timot. Qui volunt diuites fieri,incidũt in ten 1.Timo.6
tationem & laqueum diaboli,& deſideria multa inutilia & nociua,quæ mergunt homi-
nem in interitũ & perditionem. Hinc dicitur ad Hebræ. Deponamus omne pondus & Hebræ.12
circũſtans nos peccatum,[molis]. i. terrenæ ſubſtantiæ [Atq; mica]. i. cor noſtrũ ꝑfun-
de,illuſtra,adorna [ſplendore tuo]. i. iubare grãæ tuæ, imo & per vnigenitum tuum,qui Hebræ.1
eſt ſplendor gloriæ, candor lucis æternæ & ſpeculum immaculatum maieſtatis diuinæ, Sapien.7
quemadmodum orat vir ſapiens : Miſerere noſtri deus oĩm , & oſtende nobis lucẽ mi- Eccl.36
ſerationum tuarũ. Vnde Iſaias promittit : Si glorificaueris dñm , implebit ſplendoribus Iſaiæ 58
animam tuam. [Tu nanq; ſerenum]. i. ipſa ſupereſſentialis ſerenitas infinitaq; puritas in
C teipſo , & dum mentem viſitas , doces,vngis,inhabitas,protinus fugit omnis diſtortio,
turbulentia,inquietudo,diſtractio,anxietas,amaritudo,turbatio & caligo. Propter q̃d
in libro Sapientiæ dicitur:O q̃ bonus & ſuauis eſt dñe ſpũs tuus in oĩbus. Et in Pſalmo Sapien.12
Q; magna multitudo dulcedinis tuæ dñe. [Tu requies tranquilla]. i. quies pacifica men Pſalmo 30
tibus [pijs] quibus es cauſa internæ quietis & obiectum totius tranquillitatis,qm̃ crea- Auguſtin9
ſti nos propter te,& inquietum eſt cor noſtrũ quouſq; ꝑtingat ad te. Ideo dixit contẽpla
tor ſublimis: Ad meipſum aĩa mea cõturbata eſt . Et:In pace in idipſum dormiã & req- Pſalm.41
eſcam. Iteq;:Pax multa diligentibus nomen tuũ. Iſtud experiunt viri deuoti,vere interni Pſalmo 4 Pſalm.118
& ſancti religioſi etiã in p̃ſenti,qbus ꝑ Iſaiã deus ꝓmiſit:Erit opus iuſtitiæ pax,& cultus Iſaiæ 32
iuſtitiæ ſilentiũ,& ſecuritas vſq; in ſempiternũ. Et:Sedebit populus in pulchritudine pa Ibidem
cis & in taberna. fiduciæ & in reqe opulẽta[cernere]. i. clare ꝑ ſpeciẽ eſt [finis]. i. ſumma
& vltima nr̃a ꝑfectio ac vera felicitas. Quo cõſtat,ꝙ beatitudo in actu intellectus conſi-
ſtat,ſicut & Chr̃s teſtat: Hæc eſt vita æterna,vt cognoſcãt te verũ deũ,put de ipſo dictũ Iohan.17
eſt ſæpius. [Tu es principiũ]. i. primũ ens & originale vniuerſorũ exordiũ,q in Apocaly.
locutus es: Ego ſum alpha & o,principiũ & finis,primus & nouiſſimus,principium ſine Apoca.1
principio,ſicut & finis cuius nullus eſt finis,[vector]. i. ad omne bonũ ductor & ad oẽ
meritũ tractor,ſicut in euange. ꝓteſtaris:Nemo venit ad me,niſi pater meus traxerit eũ. Iohan.6
Cui & ſponſa ait in Cant. Trahe me poſt te[dux]cui ait deuotus : Deduc me dñe in via Canti.1
tua,& de q̃ in lib. Sapien. legit:Iuſtũ deduxit dñs ꝑ vias rectas. Recte ergo aſſimilamur i- Pſalmo 85 Sapien.10
fantulis,q niſi ducant errãt & cito labunt:ita & nos niſi ducamur & teneamur à dño, cui
ait electus bñficia dei aduertẽs: Tenuiſti manũ dextrã meã,& in volũtate tua deduxiſti Pſalmo 72

METR. IX. mita] Tu em̃ es via per quam, veritas in qua, vita ad quam gradimur. Tu via, qm̃ nos te D
Iohan. 6 imitari oportet, q per Moſen præcepiſti: Eſtote ſancti, qm̃ ego ſanctus ſum. Propter qd'
Leui. 19 monet Apoſt. Imitatores dei eſtote ſicut filij chariſſimi. Et ſaluator ait: Diligite inimi-
Ephe. 2 Matth. 5 cos veſtros, benefacite his qui oderunt vos, & eritis filij altiſſimi, qa ipſe benignus eſt ſu-
Lucæ 6 per ingratos & malos. Et tu [idem (es) terminus] ad quem, & finis finiens, ſumme & vl-
Pſalm. 102 timate perficiens, q ſolus potens es contentare & quietare cor noſtrũ, cum ſis bonũ oĩfa-
rie infinitum, omniformiterq; perfectum. Tu inquã finis obiectalis. Multipliciter de-
mum accipit finis. Primo, vltima pars rei, vt finis terræ ſeu agri, vel potius vltimũ rei, ſi-
cut punctus eſt lineæ finis. Vltima aũt pars continui diuidi põt. Scđo cõſumptio ſeu cor
ruptio rei, prout mors dicitur finis vitæ. Tertio, id cuius gratia ſeu propter quod aliquid
Pſalmo 61 fit: & ſic beatitudo & deus eſt finis noſter. De quo ait Propheta: In deo ſalutare meum
& gloria mea, deus auxilij mei, & ſpes mea in deo eſt.

## Difficultatũ metri ix. propoſitio ac breuis abſolutio. ART. XXVII.

IOHAN. ALiqua mihi dubia circa præhabita oriuntur. Primo, qũo ſine periculo va-
leat inter doctores tanta eſſe diuerſitas circa intellectũ ſcripturæ canonicæ,
cuius veritas cadit directe ſub ſide. DION. In his quæ directe cadunt ſub
fide ſumma cõcordia eſt inter catholicos, vt ꝙ om̃e ens citra deũ eſt à deo,
& ꝙ mundus nõ fuit ab æterno. Veruntamen circa expoſitionẽ intelligen- E
tiamq; ſcripturę eſt frequẽter diuerſa opinio. Nam & Græci doctores etiã ſancti, vt Atha
naſius, Gregorius Nazianzenus, Chryſoſtomus, Cyrillus, & etiã Damaſcenus dicunt, an-
Auguſti. Gregor. gelos oẽs diu ante mundũ ſenſibilem eſſe creatos. Auguſtinus vero atq; Grego. papa &
poſteriores latini dicunt oppoſitũ. Sic & angelos eſſe creatos eſt de fidei neceſſitate: an
vero in charitate & gr̃a, & qualiter ab inuicẽ diſtinguant opinabile eſt, & inde opiniones
ſunt variæ. Sic & in principio deũ creaſſe cœlum & terrã neceſſe eſt credere, qualiter aũt
hoc ipſum ſit intelligendũ, variã habet opinionẽ. Poſtq̃ vero eccleſia aliqd inde determi
nauit, nõ eſt amplius licitũ aliter opinari. IOHAN. Qũo cuncta creata dicunt mobilia,
cũ dicat Auerrois, intelligentiã loco & opatione eſſe immobilem? DIO. Quicqd ſit de
Auerrois ꝟbis illis Auerrois, q̃ etiã ſunt contra articulum Parrhiſienſem, tñ ſolutio quæſtionis pa
tet ex dictis in expoſitione ꝟſiculi: Stabiliſq; manens das cuncta moueri. Motus em̃ in
ꝟbis his multũ extenſe accipitur. Porro ad intelligendũ reſolute ac clare, qualiter om̃is
Philoſo. creatura ſit mõ aliquo mobilis, oportet ſcire q̊d in Metaphy. Ariſtote. ait, ꝙ actus & po-
tentia diuidunt ip̃m ens, ſuntq; in omni gñe entis, ita ꝙ in omni ente creato inueniuntur
actus & potentia, q̊d intelligendũ eſt de potẽtia paſſiua, & ſicut formæ eſt mouere & age-
re, materiæ vero moueri & pati, ſic in ꝟbis ꝑtactis actus ſumit multũ extenſe, non prout
idem eſt q̊d actus ſeu actio, ſed pro natura ſeu re, cuius eſt in aliud agere & illud moue- F
Idem. re. Atq; vt ait Philoſo. actus eſt principiũ transmutandi. i. aliquo mõ mouendi, ꝑficiẽdi
alterandive inquantũ alterꝫ: potentia vero eſt realitas aliqua, cuius eſt aliunde moueri,
alterari aut ꝑfici. Vnde ſcđm Philoſo. eſt principiũ transmutandi ab altero ſcđm quod
Idem. alterꝫ. Hinc deus dr̃ actus purus. i. natura ſeu forma nõ informans, in ſeipſo tam infinite
ꝑfecta, vt ſibi nequaq̃ conueniat ab alio moueri, alterari, perfici aut quicq̃ recipere: imo
econtrario eius eſt cetera vniuerſa ꝓducere, mouere, alterare, ꝑficere, ſicq; omni creaturę
cõpetit mobilitas, mutabilitas, dependentia aliqua ratione ſuæ potẽtialitatis: imo & va-
Eccl. 1 nitas quædã, inquantũ ex nihilo eſt, iuxta illud Eccleſiaſt. Vanitas vanitatũ & oĩa vani-
tas. Quæ vanitas ſcđm Alexandrũ ſuper 1. & 2. Senten. nõ eſt niſi quædã defectibilitas
à vero & incõmutabili eſſe. IOH. Bona reſponſio, ex qua multa pñt intelligi, q̃ nõ quæ-
Philoſo. ſiui: ex qua etiã melius q̃ ante intelligo qũo intelligendũ ſit q̊d in 12. Metaphy. Philoſo-
phus ꝓbat & aſſerit deũ eſſe purꝫ actũ. DIO. Concordat & id q̊d Iacobus aſſerit de eodẽ
Iacobi 1 Apud quẽ nõ eſt transmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio. IOH. Quia dixiſti oĩm
rerũ creatarꝫ ideam eſſe in deo ſcđm ꝙ aliqd diuinæ ꝑfectionis participant, quæro ergo
an etiam materia prima ſecundum ſe conſiderata & vt pura potentia habeat in creato-
re ideam: & videtur ꝙ non, cum vt ſic nihil actualitatis, nil perfectionis includat, ergo
nequaq̃ imitatur creatorem, qui purus eſt actus. DIONY. Ad hoc Thomas in prima
parte Summę ſuę quæſtione 14. reſpondet: Quoniam Plato poſuit materiã nõ eſſe crea-
tam, aſſeruit eã nõ habere ideam: ſed qa materia vere creata eſt, nõ tñ nuda, neq; per ſe
ſtans, ſed ſimul cum forma, ideo habet ideam in deo, non aliam ab idea compoſiti, quia
ſecundũ



A ſecundum ſe non habet eſſe nec cognoſcibilitatem, & ita ſecundũ alios eſt quaſi coidea-
ta. Porro ꝙ S. Thomas affirmat materiam ſecundũ Platonẽ nõ eſſe creatam, etiam alij
multi dicunt, imo & S. Ambroſius in ſuo Hexameron, & idem allegat Magiſter Sentẽ- Ambroſi.
tiarum lib. 2. Quibus obijcitur, ꝙ Proclus Platonicus ex documentis Platonis ait in ſua Proclus
Elementatione: Extremũ entium eſt ſimpliciſſimũ ſicut primũ, qa à ſolo primo poceſſit.
Per extremum quippe ſeu vltimũ entium intelligit materiã primam, quã dicit eſſe ſim-
pliciſſimam per totius actualitatis excluſionẽ, quemadmodũ primũ entiũ, vtputa deum,
dicit ſimpliciſſimũ per totius potentialitatis carentiã. Et hoc eſt q̊d Ariſtote. aſſerit, deũ Philoſop.
eſſe purum actum, & ita hoc fuit à Platone probatũ ante Ariſtotelẽ. Hinc in eadem Ele-
mentatione Proclus denuo conteſtat: Ex his manifeſtũ eſt, propter qd materia ex vno
ſubſiſtens entis ſcđm ſe eſt expers ſpeciei. Et poſt pauca: Materia oĩm ſubiectũ exiſtens
ex oĩm cauſa ens proceſſit. Hinc etiam Plato poſuit bonũ ante ens, ſicut & S. Dionyſius Plato.
in libro de diuinis noĩbus, vbi tractat de bono prius q̃ de ente. IOHAN. Ergo ſecundũ S. Diony.
Platonem materia eſt creata? DIONY. Non aliud video. Quidã aũt iſta concordant di-
ſtinguendo de creatione. Quorꝫ reſponſio videtur inepta. Nihilominus Plato in 2. Ti- Plato.
mæi diſſeruit: Hæc eſt mens meæ ſententiæ eſſe nunc & ante mundi ſenſibilis productio
nem tria hæc, videlicet opificem & ideam atq; materiam. Ibi tñ non dicit tria illa conſi-
B ſtere in creata, imo ex ꝟbis illis quidã nõ ſumpſerunt occaſionẽ dicendi q̊d Plato teſta-
tus eſt, deũ feciſſe mundũ intuẽdo ad exemplar ſeu ideam extra ſe: q̊d penitus falſum eſt,
cum (ſicut iam patuit in Timæo) ex intentione probauerit, ꝙ deus nequaq̃ reſpexit ad
exemplar extra ſe, aut aliunde accepta. Attamen Plato dixit, materiã ante mũdi produ- Idem.
ctionem fluxiſſe à deo. IOHAN. Qũo verum eſt q̊d ex Auguſtino allegaſti, Porphyriũ Porphy.
poſuiſſe deum patrem & deum filium & tertium vtriuſq; medium? An Porphyrius dei-
tatem filij dei cognouit? DIONY. Magni Platonici dixerunt à ſummo deo fluxiſſe quã-
dam mentem ſublimem, in qua oĩm creaturarꝫ ſpecies relucerent, & eſſe prę cunctis crea-
tis deo valde conſimilẽ ac dilectã, quã & aliqñ deum & dei vnigenitũ noĩabãt, nõ tñ eſſe
verꝫ deum patri conſubſtantialẽ ſicut nos credimus. Ex qua poſitione poſtmodũ orta
eſt impijſſimi Arrij hæreſis, prout Thomas in Summa cõtra Gentiles hęc plenius refert.

## PROSA X.

QVoniam igitur quæ ſit imperfecti, quæ etiã perfecti boni for-
ma, uidiſti: nũc demonſtrãdum reor, quonã hęc felicitatis per-
fectio conſtituta ſit. In quo illud primũ arbitror inquirendum,
an aliquod huiuſmodi bonum (quale pau lo ante definiſti) in re
C rum natura poſſit exiſtere, ne nos pręter rei ſubiectę ueritatẽ craſſa cogni
tionis imago decipiat. Sed quin exiſtat, ſitq; hoc ueluti quidam omniũ
fons bonorꝫ, negari nequit. Omne em̃ quod imperfectum eſſe dicitur, id
diminutione perfecti imperfectũ eſſe perhibetur. Quo fit, ut ſi in quolibet
gñe imperfectũ quid eſſe uideat, in eo perfectum q̊q; aliqd eſſe, neceſſe
ſit. Etem̃ perfectione ſublata, unde illud q̊d imperfectũ perhibetur, extite-
rit, ne fingi quidẽ poteſt. Neq; em̃ ab diminutis inconſummatisq; natura
rerum cœpit exordiũ, ſed ab integris abſolutisq; procedens, in hæc extre-
ma atq; effœta dilabit. Quod (ſicuti paulo ante monſtrauimus) eſt quędã
boni fragilis imperfecta felicitas, eſſe aliquã ſolidam perfectãq; nõ poteſt
dubitari. B. Firmiſſime, inquã, ueriſſimeq; concluſum eſt. P. Quo uero
(inquit) habitet, ita conſidera. Deum rerum oĩm principem bonum eſſe,
communis humanorum conceptio probat animorꝫ. Nam cum deo nihil
melius excogitari queat, id q̊ melius nihil eſt, bonũ eſſe qs dubitet? Ita ue-
ro bonũ eſſe deũ ratio demonſtrat, ut perfectum quoq; in eo bonum eſſe
conuincat. Nam ni tale ſit, rerum omnium princeps eſſe non poterit,
Erit

PROSA X. Erit enim eo præſtantius aliquid perfectum poſſidens bonum, quod hoc D
prius atq; antiquius eſſe uideatur. Omnia nanq; perfecta, minus integris
priora eſſe claruerunt. Quare ne in infinitum ratio prodeat, confitendum
eſt, ſummum deum ſummi perfectiq; boni eſſe pleniſſimum. Sed perfe-
ctum bonum ueram eſſe beatitudinem conſtituimus. Veram igitur beati-
tudinem in ſummo deo ſitam eſſe, neceſſe eſt. B. Accipio inquã, nec eſt q̊d
contradici ullo modo queat. P. Sed quæſo, inquit, te, uide q̃ id ſancte atq;
inuiolabiliter probes, ꝙ boni ſummi ſummũ deum diximus eſſe pleniſſi-
mum. B. Quonam inquam modo? P. Ne hunc rerum omnium patrem
illud ſummum bonum (quo plenus eſſe perhibetur) uel extrinſecus acce-
piſſe, uel ita naturaliter habere præſumas, quaſi habẽtis dei, habitæq; bea-
titudinis diuerſam cogites eſſe ſubſtantiam. Nam ſi extrinſecus acceptum
putes, præſtantius id quod dederit, eo quod acceperit, exiſtimare poſſis.
Sed hunc eſſe rerum omnium prꝗcellentiſſimum digniſſime confitemur. E
Quod ſi natura quidem ineſt, ſed ratione diuerſum, cum de rerum prin-
cipe loquamur deo, fingat qui poteſt, quis hęc diuerſa coniũxerit. Poſtre-
mo quod a qualibet re diuerſum eſt, id non eſt illud, a quo intelligitur eſſe
diuerſum. Quare quod a ſummo bono diuerſum eſt ſui natura, id ſum-
mum nõ eſt: quod nefas eſt de eo cogitare, quo nihil conſtat eſſe præſtan-
tius. Omnino enim nullius rei natura ſuo principio melior poterit exiſte-
re. Quare quod omnium principium ſit, id etiam ſui ſubſtantia ſummum
eſſe bonum, ueriſſima ratione concluſerim. B. Rectiſſime inquam. P. Sed
ſummum bonum beatitudinem eſſe conceſſum eſt. B. Ita eſt inquam. P.
Igitur (inquit) deum eſſe ipſam beatitudinem neceſſe eſt confiteri. B. Nec
propoſitis, inquam, prioribus refragari queo, & ab illis hoc illatum con-
ſequens eſſe perſpicio. P. Reſpice, inquit, an hinc quoq; idem firmius ap-
probetur, ꝙ duo ſumma bona, quæ a ſe diuerſa ſint, eſſe non poſſunt. Et- F
enim quæ diſcrepant bona, nõ eſſe alterum quod ſit alterum, liquet: quare
neutrum poterit eſſe perfectum, cum alterutri alterũ deeſt. Sed quod per-
fectum non ſit, id ſummum nõ eſſe manifeſtum eſt. Nullo modo igitur
quæ ſumma ſunt bona, ea poſſunt eſſe diuerſa. Atqui & beatitudinem &
deum ſummum bonum eſſe collegimus. Quare ipſam neceſſe eſt ſummã
eſſe beatitudinem, quæ ſit ſumma diuinitas. B. Nihil (inquam) nec re ipſa
uerius, nec ratiocinatione firmius, nec deo dignius concludi poteſt. P. Su-
per hæc (inquit) igitur ueluti geometræ ſolent, demonſtratis propoſitis,
aliquid inferre, quæ poriſmata ipſi uocãt. Ita ego quoq; tibi ueluti corolla
rium dabo. Nam quoniam beatitudinis adeptione fiũt homines beati, bea-
titudo uera eſt ipſa diuinitas, diuinitatis adeptione fieri beatos manifeſtum
eſt. Sed uti iuſtitiæ adeptione iuſti, ſapientiæ ſapientes fiunt, ita diuinitatẽ
adeptos, deos fieri ſimili ratione neceſſe eſt. Omnis igitur beatus deus, ſed
natura quidẽ unus, participatione uero nihil prohibet eſſe q̃plurimos. B.
Et pulchrũ (inquam) hoc atq; precioſum, ſiue poriſma, ſiue corollariũ uo-
cari



A cari mauis. P. Atqui hoc quoq; pulchrius nihil eſt, quod his annectẽdum
eſſe ratio perſuadet. B. Quid inquam? P. Cum multa, inquit, beatitudo cõ-
tinere uideatur, utrum ne hæc omnia unũ ueluti corpus beatitudinis qua-
dam partium uarietate coniungant, an ſit eorꝫ aliquid, quod beatitudinis
ſubſtantiam compleat, ad hoc uero cętera referãtur. B. Vellem id, inquã,
ipſarum rerum commemoratione patefaceres. P. Nonne, inquit, beatitudi
nem bonum eſſe cenſuimus? B. Ac ſummum quidẽ inquam. P. Addas, in
quit, hoc oĩbus licet. Nam eadem ſufficientia ſumma, *& eadem ſumma *eſt
potẽtia, reuerentia quoq;, claritas & uoluptas, beatitudo eſſe iudicatur. B.
Quid igitur? P. Hæccine omnia bona, ſufficiẽtia, potentia, cæteraq; uelu-
ti quædam beatitudinis membra ſunt, an ad bonum ueluti ad uerticẽ cun-
cta referuntur? B. Intelligo inquam, quid inueſtigandũ proponas, ſed q̊d
conſtituas audire deſidero. P. Huius rei diſcretionem ſic accipe. Si hęc oĩa
B beatitudinis membra forent, a ſe quoq; inuicem diſcreparent. Hæc eſt em̃
partium natura, ut unum corpus diuerſa componant. B. Atqui hæc oĩa
idem eſſe monſtrata ſunt. P. Minime igit̃ membra ſunt. Alioquin ex uno
membro beatitudo uidebitur eſſe coniuncta, q̊d fieri nequit. B. Id quidem
inquam dubium non eſt, ſed id quod reſtat expecto. P. Ad bonũ uero cæ-
tera referri palam eſt. Idcirco em̃ ſufficientia petitur, qm̃ bonum eſſe iudi-
catur. Idcirco potentia, qm̃ id quoq; eſſe creditur bonum. Idem de reuerẽ-
tia, claritudine, iucunditate coniectare licet. Omnium igitur expetendorꝫ
ſumma atq; cauſa bonum eſt. Quod em̃ neq; re, neq; ſimilitudine ullum
in ſe retinet bonum, id expeti nullo modo poteſt. Contraq; etiam, quę na-
tura bona non ſunt, tamen ſi eſſe uideantur, quaſi uera bona ſint appetunt̃.
Quo fit, ut ſumma, cardo atq; cauſa expetendorꝫ oĩm, bonitas eſſe creda-
tur. Cuius uero cauſa quid expetitur, id maxime uidetur optari. Veluti ſi
C ſalutis cauſa quiſpiam uelit equitare, nõ tam equitandi motum deſiderat,
q̃ ſalutis effectum. Cum igitur oĩa boni gratia petantur, nõ illa potius, q̃
bonum ipſum deſiderantur ab oĩbus. Sed propter quod cætera optantur
beatitudinẽ eſſe conceſſimus: quare ſic quoq; ſola quæritur beatitudo. Ex
quo liquido apparet ipſius boni & beatitudinis unam atq; eandẽ eſſe ſub-
ſtantiam. B. Nihil uideo, cur diſſentire quiſpiã poſſit. P. Sed deum uerãq;
beatitudinẽ unum atq; idem eſſe monſtrauimus. B. Ita eſt inquam. P. Se-
cure igit̃ concludere licet, dei q̊q; in ipſo bono, nec uſquam alio ſitam eſſe
ſubſtantiam.

Expoſitio proſæ huius decimæ. ART. XXVIII.

FVſa oratione ad deum deuota pro illuminatione ſuperna ad contemplandũ
ſynceriter totius beatitudinis fontem, iam Philoſophia quaſi deſuper exaudi-
ta eleuat aciem mentis ad ſuperaltiſſimum illud obiectum, per naturales ra-
tiones pulchre probando quod ipſum ſit. Nec eſt hic ſpecialis difficultas, & ra-
tiones hic contentę in ſcriptis ſcholaſticorum doctorꝫ copioſe habent. Q; uis aũt oĩs co-
gnitio & contẽplatio diuinorꝫ in hac vita poſſibilis, obſcura ac modica ſit cõparatione
beatificæ contẽplationis ſanctorꝫ in patria. Propter quod teſte Apoſtolo: Videmus nũc
per ſpeculum in ænigmate, attamen per reſpectum humani intellectus imbecillitatem,
præ-

PRIO SA X. præſentiſq; ſtatus delectionem aliqua contemplatio huius exilij vocatur ſerena, ſubli- D
mis ac feruidatimo extatica, mentem contemplantis in ſuperamabiliſſimum & ſuper-
pulcherrimum ac ſuperdilectiſſimum deum rapiens & abſorbens. De qua non eſt mo-
do dicendum per ſingula. ¶ Ait ergo Philoſophia: [Quoniam igitur quæ ſit imper-
fecti, quæ etiam perfecti boni forma vidiſti,] Quia tu Boethi iam ex mea informatione
intellexiſti quæ ſit forma .i. ſpecies, ratio, proprietas boni perfecti. i. veræ & plenæ felici-
tatis formalis, quæ diffinita eſt, ꝙ ſit ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus.
Et item boni perfecti. i. ſummi & incommutabilis boni, quod ſolum eſt abſolute perfe-
ctum, & vocatur beatitudo obiectalis, quia in ipſo ſicut in ſummo proprioq; obiecto,
fonte & cauſa conſiſtit plena & eſſentialis felicitas omnis mentis creatæ. [Nunc demon-
ſtrandum reor] id eſt, demonſtratiue probandum. Probatio quippe ſeu argumentatio
Probatio triplex. duplex eſt, vel potius triplex: Vna per neceſſarias & inſolubiles rationes, ſiue ſumatur per
media à priori, ſiue à poſteriori: & iſta appellatur probatio demonſtratiua. Alia eſt per
quaſdam perſuaſiones, vt per locum à ſimili. Tertia habet ſe medio modo, & nomina-
tur diſcurſus probabilis, vt ſunt argumenta Thomæ, quibus probat, ꝙ in rebus creatis
eſſe realiter differt ab eſſentia: & argumenta Henrici, quibus probat & tenet contrarium.
[Quonam hæc felicitatis perfectio conſtituta ſit,] .i. in quo abiecto, in quo actu, ſeu in
quo loco conſiſtat perfecta iſta felicitas, [in quo (proceſſu huius proſæ) illud primum ar- E
bitror inquirendum, an aliquod huiuſmodi bonum ſit, quale paulo ante diffiniuiſti.] i.
diffinitiue nouiſti, meq; diffinire feciſti, & per approbationem eſſe dictaſti, [in rerum na-
tura poſſit exiſtere, ne nos præter rei ſubiectæ veritatē,] id eſt, ne non exiſtente vere rea-
liter ſubiecto ſeu genere ſcibili, vtputa ſummo bono, de quo hic agitur & tractať. [caſſa
imago]. i. inanis atq; phantaſtica ſimilitudo ſeu ſpecies [cogitationis,] qua tale bonum
eſſe putat, [decipiat. Sed quin exiſtat, ſitq; hoc veluti quidam omnium fons bonorum,
nequit negari.] .i. rationabiliter nemo poteſt negare, ꝙ tale bonum actualiter ſit in re-
rum natura, vel potius ſuper omnem rerum naturam: quoniã in vigeſima ſecunda pro-
Liber cauſarum poſitione libri de Cauſis habetur, Cauſa prima eſt ſuper omne nomen quo nominatur:
quia non pertinet ei imminutio, nec complementum ſolum, quoniam ipſa eſt bonitas,
cui non eſt finis, & implet omne ſeculum bonitatibus. Veruntamen omne ſeculum non
recipit de illa bonitate niſi ſecundum modum ſuę potentię. Hinc decimo de Ciuitate dei
Auguſt. loquitur Auguſtinus: Deus eſt fons noſtræ beatitudinis, & ipſe omnis appetitionis eſt
finis, ad quem dilectione tendimus, vt in ipſo feliciter quieſcamus. Bonum etenim no-
Pſalmo 72 ſtrum nullum eſt aliud, ꝗ̃ illi cohærere. Ideo dixit Pſalmiſta: Mihi aũt adhærere deo bo-
num eſt, ponere in domino deo ſpem meam. Ieremias quoq; in Threnis: Pars mea do-
Thren. 3 minus dixit anima mea. Bonus eſt dominus ſperantibus in ſe, animæ quærenti eum. F
¶ Deinde ſubditur ratio prima: [Omne enim quod imperfectum dicitur eſſe, id diminu-
tione perfecti imperfectum eſſe perhibetur,]. i. per hoc & ob id aſſeritur imperfectũ, qm̃
deficit à perfecto, ita ꝙ imperfectionem habet adiunctam, ac diminutionem reſpectu
perfecti. Propter quod comparatione illius dicitur imperfectum, ſicut poteſtas militis
reſpectu poteſtatis principis militiæ. [Quo fit]. i. ex quo ſequitur [vt ſi in quolibet (.i. in
quocunq;) genere (.i. communitate ſeu ambitu rei) imperfectum quid eſſe videatur,] ſi-
cut in genere ſubſtantiæ intellectualis multum imperfecta eſt anima rationalis: Imo ita
Auerrois. ſe habens in genere illo, quemadmodũ materia prima in ordine rerũ, vt dixit Auerrois.
[in eo (genere) perfectum quoq; aliquid eſſe neceſſe ſit,] ſicut in genere calidorum ignis
Philoſo. perfecte eſt calidus. Hinc probat Philoſophus, ꝙ in omni genere primum eſt potiſſimũ
& perfectum in genere illo atq; menſura ſequentium, ita ꝙ poſteriora in genere illo tan-
to plus habent de perfectione in genere ſui, quanto propinquiora & ſimiliora ſunt illi
primo. [Etenim perfectione ſublata] ponendo ꝙ non ſit aliquid perfectum ac primum,
[vnde illud quod imperfectum perhibetur extiterit, ne fingi quidem poteſt.] id eſt, nec
rationabiliter nec apparēter poterit quis excogitare, à quo ente ſeu cauſali principio flu-
Plato. xerit tale imperfectum. Nempe vt in primo Timęi loquitur plato, Nihil ſit, cuius ortum
Iob. 5 non legitima cauſa & ratio præcedat aliqua. Hoc eſt quod fertur in Iob: Nihil in terra ſi-
ne cauſa fit. [Neq; enim ab diminutis inconſummatiſq; rerum natura cœpit exordium]
id eſt, exiſtentia rerum ordo ac ſpecies nec efficiētur, neq; formaliter ſumpſit initium ab
ente imperfecto, cum nihil agat, niſi ſecundum quod eſt in actu, & aliquo modo perfe-
ctum



A ctum atq; perfectiuis ſuo effectu, quod in libro de Cauſis & Elementatione Procli co-
pioſe ac euidenter oſtendit. [Sed ab integris abſolutiſq; procedens in extrema hæc atq;
effœta dilabitur]. i. vera natura rerum procedens. i. primordium ſui eſſe ſuiq; ordinis ab
integris & abſolutis. i. à cauſis ſeu principijs non diminutis nec imperfectis dilabitur, id
eſt, tandem pertingit deſcendendo per ſpecies vniuerſi & ordinem vſq; ad infima & nõ
cauſalia, quæ tam imperfecta conſiſtunt, quod ſibi ſimilia nec aliud qd valent cauſare.
Nam vt ait Philoſophus, Vnumquodq; perfectum eſt, dum ſibi ſimile poteſt producere. Philoſop.
Idcirco vocantur effœta. i. extra fœtum, ſeu ſine fructu. Nihilominus in euangelica lege
ſupernaturali deſuper data, ſancta virginitas, quæ implet cœlum, præfertur coniugio, qđ
replet terram, quanto magis illegitimę prolificationi, cuius contrariũ ſcripſit Iouinianus
turpis, ꝗ̃uis acutus hæreticus. Contra quē ſcripſit glorioſus ac cœliformis Hieronymus. Hierony.
Verum iſtud ignorauerunt Pagani, ideo Athenienſes arguerunt & immolare coegerũt
Platonem, qa in virginitate permanſit, vt S. recitat Auguſtinus in libro da vera Religio- Auguſtino
ne. Hinc ſecundum Apoſtolum, ſapientia huius mundi ſtultitia eſt apud deum. Præte- 1. Cor. 3
rea ꝙ ait Philoſophia: Ab integris abſolutiſq;, dupliciter poteſt intelligi: primo de attri-
butis diuinæ naturæ, hoc eſt, de omnipotentia, ſapiētia bonitateq; dei: vel de ideis & exē-
plaribus rationibus mentis diuinę, quæ ſunt velut formales & effectiuæ cauſæ omnium
B rerum. Et ꝗ̃uis in ſe realiter vnum & idem ſunt & ſummæ ſimplicitatis, tñ pluraliter ex-
primuntur, vel propter diuerſitatē ſuoꝝ effectuum, quemadmodũ miſericordia dei vna
& ſimplex in ſe pluraliter deſignať, dum pſallitur: Miſericordias dñi in ęternũ inuocabo, Pſalmo 88
vel propter reſpectũ & relationem ad diuerſa creata: quæ relatio ex parte dei eſt ſolum
relatio rationis: Realis vero ex parte creaturæ. Iuxta hunc modũ ait Apoſt. ad Rom. In- Roma. 1
uiſibilia dei per ea quæ facta ſunt conſpiciuntur. Vbi per inuiſibilia dei ſecundũ expoſi-
tores intelliguntur inuiſibiles dei proprietates, quæ ſunt ſapientia, potentia eius, &c. Se-
cundo, per integra & abſoluta poſſunt intelligi ſummæ ac pfectiſſimæ creaturæ, videli-
cet ſubſtantiæ ſeparatę, ſeu angeli, à quibus ordo entium inchoať formaliter, ita ꝙ & ipſę
in hoc ordine continenť, ſoluſq; ſupereſſentialis & incõprehenſibilis deus eſt extra & ſu-
pra oēm ordinem reꝝ, vt etiam Auicenna & Algazel conteſtantur. [Quod ſi (pro quia) Auicenna. Algazel.
vti (.i. ſicut) paulo ante (.i. proſis præhabitis) monſtrauimus] .i. probauimus [eſt quædã
boni fragilis imperfecta felicitas]. i. cum ſit quædã terrena proſperitas tranſitorioꝝ bo
norum, puta deliciaꝝ, diuitiaꝝ, atq; honoꝝ ſeculi huius [eſſe ąliquam ſolidam perfectãq;
dubitari nõ poteſt.] .i. nemo rationabiliter poteſt de iure ambigere, quin ſit aliqua per-
fecta & firma beatitudo, ꝗ̃uis multi de facto dubitent inde, imo & negant hoc. Ad hoc
reſpondet Boetius [Firmiſſime inquam, veriſſime concluſum eſt]. i. valde firmiter, vere
C ac inſolubiliter intuliſti propoſitum. Deniq; ſecundum vtrãq; expoſitionem iam tactã
intelligi poteſt quod ad Hebræ. ait Apoſt. Fide intelligimus aptata eſſe ſecula, vt ex inui- Hebræ. 11
ſibilibus viſibilia fierent. Sic quoq; in verbis iſtis innuitur ordo rerum, quia ex inuiſibili
ſapientia, potentia, bonitate, prius factæ ſunt inuiſibiles creaturæ, vtputa angeli. Prius
inquam, non tempore, ſed natura. i. ordine dignitatis, quia priora. i. præſtãtiora ſunt cor
poralibus rebus. Rurſus, ex inuiſibilibus. i. poſt inuiſibiles creaturas, ordine iam prefato
viſibilia facta ſunt: imo & multa viſibilla, ſcilicet mixta, præſertim irrationabilia & mi-
neralia, quoꝝ formæ de potentia materiæ æducuntur à cœleſtibus corporibus, & corũ
motoribus generantur. Nam & teſte Philoſopho, etiam hominem generat homo & ſol. Ariſtotel.
Et ita in his innuitur rerum ordo: qm̃ quæ deo ſunt ſimiliora & propinquiora, prius fa-
cta dicuntur. Vnde Proclus fatetur: Omnis cauſa ſuperior ſimilia ante diſſimilia ſubſti-
tuit. Et iuxta Philoſophum: Vnumquodq; producit ſimile ſibi. Conſequenter Philoſo-
phia oſtendit, in quo conſtitutum ſit & conſiſtat hoc ſummum & beatificũ bonum. P.
[Quo vero, inquit, habitet ita conſidera] Vero, pro ſed, ego Philoſophia dico, conſidera
ita vt ſubditur, q̊ habitet. i. in q̊ inueniatur, & ſit [deum rerum oĩm principem, bonũ eſſe,
coĩs humanoꝝ conceptio probat animoꝝ]. i. coĩs conceptio oĩs intellectus humani cõ-
corditer probat & approbat hoc, ꝙ deus ſummus, q eſt oĩm entium princeps, cauſa pri-
ma & rector ſit bonus. De q̊ 12. Metaphy. ait Philoſophus: Entia nolunt male diſponi.
Pluralitas principum mala: vnus ergo princeps, quē naturaliter & eminentiſſime bonũ
eſſe om̃es ſapientes, tam philoſophi ꝗ̃ theologi concorditer docent, qui & tantæ eſt bo-
nitatis, vt eius comparatione alius nullus ſit bonus, ſicut in euãgelio ait ſaluator: Nemo

PROSA bonus niſi deus, quod & probant philoſophi: qm̃ quicqd perfectionis eſt in cauſatis & D
X. creatis, multo excellẽtius eſt in prima cauſa. De qua 12. theoremate Elemẽtationis theo-
Proclus logicæ loqtur Proclus: Omnium entium principium & prima cauſa eſt bonum. Præter-
ea aduertendum, ꝙ communis conceptio animi, nuncupatur propoſitio per ſe nota, atq;
vt alibi, hoc eſt, libro de hebdomadibus tangit Boethius, tales animi conceptiones ſunt
duplices: Quædam omnibus notæ, vt ꝙ omne totum maius eſt ſua parte: Quædam ve-
ro ſolis ſapientibus per ſe notæ cenſentur, vt incorporalia non eſſe in loco commenſu-
ratiue. Rurſus, communis conceptio animi duplex eſt: Quædam eñ communis & indif-
ferens eſt ad oẽm ſcientiam, vt de quolibet eſſe vel non eſſe: quædam ſpecialiter deter-
minatam concernit ſcientiam, vt in Mathematica, ſi ab æqualibus æqualia abſtrahant,
quæ remanent extant æqualia. [Nam cum deo nihil melius excogitari qdem queat,] nã
deus eſt ens omnino perfectum, ꝗd neceſſario eſt infinitũ, nõ quãtitatiua extenſione, ſed
formali & intenſiua perfectione, taliq; infinito nil maius aut melius põt excogitari, [id
quo melius nihil eſt] .i. nullum ens [bonum eſſe qs dubitet?] .i. de hoc nemo ambigere
merito debet, cum & comparatiuus poſitiuum præſupponat & aliquid ſuperaddat, [Ita
vero bonum eſſe deum ratio demonſtrat, vt perfectum ꝗq; bonum in eo eſſe cõuincat]
Alphora. .i. inſolubiliter probet. Propter ꝗd etiã Alphorabius & Theophraſtus peripathetici pro
Theophr. bauerunt, ꝙ prima cauſa eſt bonitas pura, omnifarie ſimpliciterq; perfecta: de qua in li- E
Lib. Cau. bro de Cauſis & Proclo aſſeritur, ꝙ oẽs virtutes finitæ dependent à principio infinito,
Proclus. ꝗd eſt virtus virtutum, cuius perfectio neſcit finem. [Nam ni tale ſit] .i. niſi eſſet bonum
perfectum [reꝝ oĩm princeps eſſe nõ poterit] .i. præſidens, primus ac ſummus. [Erit eñ
eo præſtantius aliquid] .i. ſequeretur ꝙ aliud aliqd eſſet dignius eo [perfectum poſſidẽs
bonum] .i. continens in ſe bonitatem omnino perfectam, [ꝗd hoc prius atq; antiquius
eſſe videatur] .i. recte apparebit, ꝙ illud perfectum bonum erit prius dignitate, & anti-
quius duratione, ſi res dicantur factæ de nouo ex fluitante materia, ſeu oĩa ſimul in tpe,
aut magis cum tempore. Veruntamen antiquitas proprie non conuenit bono perfecto,
cum ſit incommutabile & æternum, ſed improprie, inquantum omne tempus includit,
Dani. 7 omniq; tpi coexiſtit, vt infra patebit, ſicq; in Daniele legitur: Antiquus dieꝝ ſedit. i. deus
æternus maieſtatiue ad iudicandũ reſedit. [Omnia nanq; perfecta minus integris prio-
ra eſſe claruerunt,] .i. cuncta entia perfecta, ſiue ſint perfecta ſimpliciter, ſiue in certo ge-
nere, claruerunt, id eſt, clare probata ſunt & eſſe innotuerunt priora, id eſt, digniora mi-
nus integris. i. imꝑfectioribus in ſuo gñe. [Quare ne in infinitũ ratio prodeat] id eſt, ne
argumẽtatio aut aſcenſus procedat in infinitũ [confitendũ eſt (id eſt, concedendũ) ſum-
mum deum ſummi perfectiq; boni eſſe pleniſſimũ] .i. ꝙ ſummus & verus deus ſit abſo-
lute plenus bonitate ſumma atq; ꝑfecta, ita tñ ꝙ in ipſo omnimodo idem ſit ipſe, & id F
ꝗ plenus eſſe aſſeritur, præſertim in his quæ abſolute, nõ relatiue ad intra ei conueniunt.
Ideo aptius dicitur deus eſt bonitas perfecta & ſumma, q̃ plenus ſeu pleniſſimus huiuſ-
modi bonitate. [Sed perfectum bonum verã eſſe beatitudinẽ conſtituimus] .i. probaui-
mus, ita ꝙ beatitudo obiectalis eſt bonum increatũ per ſe ſubſiſtens, ſimpliciter ac infi-
nite perfectum, & oĩm fontale ac cauſale principium. Beatitudo vero formalis mentiũ
creataꝝ, eſt bonum creatũ accidentale perfectum in gñe, vtputa optima actio optimæ
potentiæ ac virtutis. [Veram igitur beatitudinẽ in ſummo deo ſitam eſſe (.i. conſiſtere)
neceſſe eſt,] Quod dupliciter verum eſt: primo de increata beatitudine, qua ſuꝑbeatiſſi-
mus deus in ſeipſo inuariabiliter & infinite beatus eſt, q̃ eſt in ipſo, quemadmodũ ſapĩa,
pulchritudo, dulcedo ſua in ipſo eſt, eſtq; idem ꝗd ipſemet deus. Scd̃o de vera illa beatitu-
dine intellectualium creaturaꝝ, q̃ in ſolo creatore conſiſtit. Propter ꝗd 10. Ethicorũ ait
Philoſo. Philoſophus, ꝙ felicitas contẽplatiua ſita eſt in ſpeculatione optimi ſpeculabilis. B. [Ac
cipio inquã, nec eſt ꝗd contradici vllo modo queat.] Conſequenter Philoſophia decla-
rat quæ dixit. P. [Sed quæſo, inquit, te] .i. Philoſophia dixit, rogo te o Boethi [vide] .i. cõ
ſidera [q̃ id ſancte] .i. religioſe ſeu deuote & pure [inuiolabiliter probes (.i. cõmendes)
ꝙ boni ſummi ſummũ deũ diximus eſſe pleniſſimũ] Ad ꝗd Boethius: [Quonam modo
inquã?] eſt, id eſt, qualiter intelligendũ eſt hoc? Ad ꝗd Philoſophia: [Ne hunc reꝝ oĩm
patrẽ illud ſummũ bonũ (ꝗ plenus eſſe perhibet) vel extrinſecus accepiſſe, vel ita naturali
ter habere ꝑſumas, quaſi habentis dei, habitæq; beatitudinis diuerſam cogites eſſe ſub-
ſtantiam,] .i. ſic iſtud intellige, ne præſumas vt nõ audeas æſtimare patrẽ hunc oĩm rerũ
id eſt,



A id eſt, deum vniuerſoꝝ creatorem, aut accepiſſe extrinſecus .i. aliunde bonũ illud ſum-
mum, ꝗ perhibetur. i. dicitur eſſe plenus, vel habere naturaliter. i. ex ſua natura aut natu-
rali proprietate, quaſi. i. tanq̃, cogites. i. ſentias ſubſtantiã. i. eſſentiam dei habentis beati
tudinem. Et beatitudinis habitæ, id eſt, poſſeſſæ ab eo eſſe diuerſam. i. realiter differentẽ:
Hoc nanq; derogaret ſimplicitati diuinæ, & ſcd̃m hoc eſſentia dei in ſe & ex ſe eſſet imꝑ-
fecta ac indigens, idcirco ſubiungitur: [Nam ſi extrinſecus acceptum putes] .i. ſi ſenſeris
deum aliunde accepiſſe ſummũ bonum [præſtantius id ꝗd dederit, eo ꝗd acceperit exiſti
mare poſſis,] .i. ex primo illo inconueniente dato ſeu conceſſo ſequeret & iſtud, ꝗd poſ-
ſes exiſtimare id qd̃ dederit, id eſt, datorẽ illum, q contulit deo ſummũ bonum, eſſe præ-
ſtantius. i. digniorẽ eo ꝗd acceperit. i. deo, q accepit ab alio bonum hoc, [ſed hunc (ſcili-
cet verum deum) eſſe reꝝ oĩm præcellentiſſimũ digniſſime] .i. cum omni reuerentia ac
rationabiliſſime [confitemur. Q; ſi natura quidem ineſt] .i. ſi deo ex ſua natura cõuenit
habere ſummum bonum [ſed (eſt) ratione diuerſum] .i. ipſum ſummum bonum eſt di-
uerſum ratione. i. ex rationabili cauſa realiter diſtinctũ à deo [cum de rerum principe lo
quamur deo] .i. ex quo iam loquimur de vero deo, q eſt vniuerſoꝝ principium primuſq;
princeps [fingat q poteſt, qs hæc diuerſa coniunxerit] ſcilicet deum, & bonum ab eo rea-
liter differens. Q. d. Hoc nemo poteſt excogitare, qm̃ implicat contradictionem, cũ de
B ratione dei ſit eſſe primum bonum & perfectum, nec alicuius indigere, nec quicq̃ de no-
uo poſſe accipere. Ad ꝗd ſubditur alia ratio: [Poſtremo, ꝗd à qualibet (.i. quacũq;) re di-
uerſum eſt (realiter) id nõ eſt illud à ꝗ intelligitur (.i. vere cognoſcitur) eſſe diuerſum] In-
tellectus etem̃ eſt veroꝝ [Quare ꝗd à ſummo bono diuerſum eſt ſui natura (.i. eſſentiali-
ter) id ſummum (bonum) nõ eſt nephas (.i. impium & blaſphemũ) eſt de eo cogitare (cũ
conſenſu) ꝗ nihil conſtat eſſe præſtantius. Omnino eñ nullius rei natura ſuo principio
melior exiſtere poterit,] id eſt, nequaq̃ poteſt eſſentia aliqua eſſe perfectior ſuo principio
primo principali effectiua totalit: quod addo, qm̃ multis modis vnum vocatur alterius
rei principium. Nam & materia eſt rei naturalis principium, & tñ natura eius ſpecifica eſt
melior, q̃ materia. Punctus ꝗq; eſt principium lineæ. [Quare quod oĩm principium ſit,
(.i. cauſa principaliter effectiua) id etiam ſui ſubſtantia (.i. propria natura ac dignitate)
ſummum eſſe bonum veriſſima ratione concluſerim. B. Rectiſſime inquam] ego Boethi
us. P. [Sed ſummum bonum beatitudinem eſſe conceſſum eſt. B. Ita eſt inquam. P. Igit
inquit (.i. Philoſophia ex hoc concludit) deum eſſe ipſam beatitudinem, neceſſe eſt confi
teri] loquendo de beatitudine increata. Deus vero nõ eſt beatitudo noſtra, nec beatitu-
do creata, niſi cauſaliter & obiectiue. B. Nec propoſitis, inquã prioribus refragari queo]
.i. reluctari non valeo huic conſequentiæ, prioribus. i. præmiſſis & præinductis rationi-
C bus, propoſitis oculo mentis. i. bene conſideratis [& ab illis hoc illatum conſequens eſſe
perſpicio] .i. clare intueor hoc illatum, id eſt, concluſionẽ iſtam illatã, ꝙ ſcilicet deus eſt
ipſa beatitudo, eſſe conſequens, id eſt, neceſſario ſequi ex illis prioribus. Deinde Philoſo
phia confirmat probata, & oſtendit nõ poſſe dici, ꝙ ſint plura ſumma bona ſubſtantia-
liter diuerſa. P. [Reſpice inquit] .i. Philoſophia dixit, o Boethi reſpice oculo cordis [an
hinc quoq;] id eſt, vtrum ex rationibus iam inductis [idem firmius approbetur] .i. mul-
tum efficaciter deducatur & concludatur, [ꝙ duo ſumma bona, quæ à ſe diuerſa ſint (.i.
ſubſtantialiter diſtincta) eſſe nõ poſſint. Etenim quæ diſcrepant bona (.i. bona ab inui-
cem ſubſtantialiter differentia) nõ eſſe alterum quod ſit alteꝝ liquet,] id eſt, certũ eſt, ꝙ
vnũ eoꝝ non ſit aliud [quare neutrum poterit (.i. nullum eoꝝ poterit) eſſe perfectũ cum
alterutri alteꝝ deeſt.] .i. cum perfectio, imo tota & infinita vnius perfectio deſit alteri.
[Sed ꝗd perfectum non ſit, id ſummum bonum nõ eſſe manifeſtũ eſt. Nullo igitur mo-
do quæ ſumma ſunt bona, ea poſſunt eſſe diuerſa.] Hæc ratio eſt cõmunis, & etiam con-
tinetur in libro de Cauſis, ſoletq; ſic formari: Si duo aut plura ſunt ſumma bona ſeu veri Liber cauſarum
dei, aut in oĩbus conueniunt, nec in aliquo diſtinguuntur, & ita nõ eſſent duo nec diuer-
ſa, imo neq; ſimilia, cum ſimilitudo ſit reꝝ differentiũ eadem qualitas: ſed eſſent penitus
vnũ & idem, aut diſtinguunt in aliquo, ſicq; id in ꝗ diſtinguunt deeſt alteri: & ita nullum
eoꝝ eſt vere perfectum. [Atqui (.i. certe) & beatitudinẽ & deum ſummum bonum eſſe
collegimus,] .i. concluſimus, ꝙ tam increata beatitudo, q̃ verus deus ſit ſummum bonũ.
[Quare ipſam neceſſe eſt ſummã eſſe beatitudinẽ, quæ ſit ſumma diuinitas,] Ad ꝗd Boe-
thius: [Nihil inquã nec reipſa verius, nec ratione firmius, nec deo dignius cõcludi põt.]
 id eſt,

PROSA X. id eſt, nihil põt inferri magis verum, q̃ iſta concluſio, nec vlla probatio eſt efficacior iſtã, D nec quicq̃ plus pertinet ad dignitatã ac honorificentiã dei q̃ iſtud, ſcilicet ꝙ deus eſt talis ac tantus, ꝙ nec habet nec habere poteſt parem neq; maiorẽ. Deinceps Philoſophia ex dictis infert corollaria duo. P. [Super hæc igitur, inquit, veluti geometræ ſolent, demonſtratis propoſitis aliqd inferre, quæ poriſmata ipſi vocant]. i. ſicut Geometræ. i. periti in Geometria, quæ eſt ars menſurandi rerum dimenſiones, eſtq; ſpecies Mathematicæ. Et dicitur à γῆ, qđ eſt terra, & μέτρον quod eſt menſura, ſolent inferre. i. concludere aliquid, & per modum corollarij adijcere propoſitis. i. intentis, demonſtratis. i. ſufficiẽter probatis. Mathematica quippe cũ circa quantitates verſetur, quæ ſubiacent ſenſui, certitudinem habet præcipuã: quę ꝑpoſita tempori, ipſi geometræ vocãt poriſmata, à πόρος, q̊d eſt foramen paruũ ſeu aptura, qm̃ ſicut lux ingredit̃ per apturas, atq; illuminat domũ, ita per huiuſmodi ꝑpoſita demonſtrata, lux veritatis eoꝝ quæ inferunt̃ ex illis intrat mentes ſtudioſoꝝ. [Ita ego q̊q; tibi velut corollariũ dabo] videlicet iſtud [Nam qm̃ beatitudinis adeptione fiunt hoĩes beati,] Sicut adeptione ſapientiæ ſapientes, & acquiſitione albedinis fiunt albi: formæ nãq; accidentales denominãt ſua ſubiecta. [beatitudo vera eſt ipſa diuinitas] Quod veꝝ eſt de beatitudine obiectali & increata, nõ de beatitudine formali, q̃ ineſt beatis, & eos denominat. [diuinitatis adeptione beatos fieri manifeſtũ eſt] . i. clarum eſt hoĩes fieri beatos adeptione. i. participatione diuinitatis. i. alicuius diuinæ E ꝑfectionis: nõ ꝙ deitas multiplicet̃, mutetur, aut aliqd formaliter ac inhęſiue ꝑficiat, ſed ſuã ꝑfectionem cõmunicat, ꝑducendo quoſdã effectus ſibi imitatiue cõſimiles. [Sed vti iuſtitię adeptione iuſti, ſapiẽtiaq; ſapientes fiunt]. i. ſicut hoĩes fiunt iuſti ac ſapiẽtes adipiſcendo iuſtitiã ac ſapientiã [ita diuinitatẽ adeptos,] . i. deitatis imitatiuã participationẽ ſortitos [deos fieri] iuxta ſenſum mox exprimendũ [ſimili ratione neceſſe eſt] ita ꝙ participatio illa denoĩat eos, iuxta illud in Pſalmo: Ego dixi, dij eſtis. Vnde in euange. ait ſaluator: Illos dixit deos, ad q̊s ſermo dei factus eſt. [Oĩs igitur beatus deus] eſt, non plene & naturaliter, ſed imitatiue & participanter. Propter q̊d ſubdit̃: [ſed natura qdem vnus] . i. per verã deitatis naturã nõ eſt niſi vnus verus deus, q in Deuteron. teſtatur: Videte ꝙ ego ſim ſolus, & nõ ſit alius deus præter me. [participatione vero nihil ꝓhibet] i. inconueniens nõ eſt [eſſe q̃plurimos] . i. valde multos deos, hoc eſt, diuinos, & deo per grãe dona conſimiles, quemadmodũ in 2. ſua epiſtola ſacratiſſimus ait Petrus: Per Chriſtũ maxima & precioſa nobis promiſſa deus donauit, vt per hæc efficiamini diuinæ conſortes naturæ. Hinc ad Moſen dñs ait in Exodo: Conſtitui te deum Pharaonis. Et rurſus: Dijs non detrahes, vbi per deos intelliguntur prælati ac iudices, de qbus in eodem libro iuberit: Seruus applicabitur ad deos. Iuxta hunc modũ, vt recitat Auguſtinus in libro de trinitate, quidã hæreticus negans Chriſtum eſſe verum deum, aſſeruit: Non inuideo Chri- F ſto facto deo, cum & ego ſi velim poſſim fieri deus. Deniq; nõ ſolum participatione beatitudinis, ſed etiam aliaꝝ diuinaꝝ perfectionum hoĩes fiunt dij & diuini, quemadmodũ excellenter deuoti, feruidi, ſapientes dij vocant̃ ratione magnæ aſſimilationis. Quæ aſſimilatio contingit dupliciter: Primo, per gratiæ dona gratumfacientis, ſicut viri heroici, id eſt, diuini & ſancti, dij appellantur. Secundo, per dona gratiæ gratis datæ, præcipue propter principatiuam authoritatem & prouidentiam paternalem. Hæ quippe ſunt duę proprietates diuinæ, alijs præſidere ac prouidere, vt in libris de angelica Hierarchia, & de hierarchia eccleſiaſtica diuinus Dionyſius docet. Quod etiam in libro de Cauſis & in Elementatione Procli habetur. Hinc quoq; philoſophi ſubſtantias intellectuales aliq̊d vniuerſale dominium, & prouidentiam quandam communẽ habentes ſuper hunc mundum, deos vocabant, vt intelligentias & orbes cœleſtes, ſidera, & planetas. ¶Deniq; beatitudo duplex eſt: Vna vitæ præſentis imperfecta & inchoata, & tamen qui in ea notabiliter eminent, vt viri contemplatiui, perfecti, etiam diuini ac dij vocantur, propter magnam aſſimilationem, quã habent cum deo. Alia eſt beatitudo vitæ ſequentis ꝑfecta & indiſrupta, quæ mentem creatã creatori plene aſſimilat atq; deificat. De qua in prima epiſtola ſanctus ait Iohannes: Chariſſimi, nunc filij dei ſumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Itaq; ſimilitudinem naturæ cum ſumma trinitate habet quilibet homo. Similitudinem chraritatis & gratiæ habent boni fideles. Similitudinem gloriæ omnes beati, quæ perfecte deo conformat. Ad hæc Boethius: [Et pulchrũ inquã hoc atq; precioſum]

Pſalm. 81
Iohan. 10
Deuter. 32
2. Petri 1
Exod. 7
Exod. 20
Ibidem
Auguſtin.
S. Diony.
Lib. Cau.
Proclus.
1. Iohan. 3

eſt,



A eſt, id eſt, doctrina ſeu propoſitio iſta ſyncera eſt & ornata ſine admixtione erroris, eſtq; magni ponderis ac valoris [ſiue poriſma]. i. aperturã ſplendidę veritatis [ſiue corollariũ vocari (ipſum) mauis]. i. potius velis. Corollariũ aũt proprie dicebatur præmium coronæ, quo olim remunerabant̃ victores. Inde tranſſumptiue corollarium appellatur euidẽtia pulchræ propoſitionis, quæ ex præcedentibus quibuſdã elicitur, tanq̃ merces & fructus quidã præcedẽtis ſcholaſticæ exercitationis. Talis aũt propoſitio recte pulchra vocatur tanq̃ lux, quemadmodũ in Prouer. Salomon teſtat̃: Fili accipe doctrinã meã, quæ pulchra tibi erit. Qui rurſus faſſus eſt: Precioſior eſt ſapientia cunctis opibus, & oĩa quę deſiderantur huic non valent comparari. ¶Sequitur corollarium ſecundum, quod per modum quęſtionis proponitur, cuius ſolutio eſt perpulchra. Ait itaq; Philoſophia [Atqui (. i. pro certo) hoc q̊q; pulchrius nihil eſt] in iſta materia, q̃uis nõ ſit abſolute pulcherrimum [quod his annectendũ eſſe ratio perſuadet,]. i. rationabile motiuũ hortatur. Ad q̊d Boethius: [Quid inquam] eſt hoc? Ad quod Philoſophia: [Cum multa inquit beatitudo continere videatur]. i. ex quo ipſa felicitas, quæ eſt ſtatus oĩm bonoꝝ aggregatiõe perfectus multa includat, vt dictum eſt ſæpe, vtputa opulentiam, potentiã, voluptatẽ, famam, dignitatem, honorem. [Vtrum ne hęc oĩa vnum veluti corpus beatitudinis quadã partium varietate coniungant] Hoc eſt, Vtrum beatitudo conſtituatur & integretur ex B his tanq̃ ex varijs partibus, ita ꝙ beatitudo ſit myſticum corpus, & quaſi quid totum integrale ſimile corpori naturali, quod ex partium varietate reſultat, [an ſit eoꝝ aliqd, q̊d beatitudinis ſubſtantiam compleat] . i. an aliquod vnum ex his ſit eſſentialiter ipſa felicitas, ita ꝙ compleat, id eſt, perficiat & includat ſubſtantiã . i. eſſentiã beatitudinis formalis creatæ, quæ eſt optima operatio virtutis ſupremæ, vtputa ſapientiæ ac intellectiuę potentiæ, quæ eſt ſuprema vis animæ, vt Auguſtinus & Ariſtoteles expreſſe fatentur, ſine qua voluntas eſt cæca, ignara, præceps, ſimiliſq; tyranno. [Ad hoc vero cætera referãtur]. i. alia reducantur & ordinentur ad vnum illud, q̊d eſt eſſentialiter ipſa felicitas. Ad hoc Boethius: [Vellem id inquã, vt ipſaꝝ rerum commemoratione patefaceres]. i. Ego Boethius vellem, ꝙ tu Philoſophia patefaceres illud, id eſt, manifeſtares reſponſionem & veritatem huius quæſiti commemoratione reꝝ ipſaꝝ, id eſt, faciendo recitationem de rebus iſtis, puta de diuitijs, voluptate, honore, &c. Ad quod Philoſophia acquieſcẽs, ſubiungit. P. [Nonne inquit beatitudinem bonum eſſe cenſuimus?] id eſt, vtiq; cenſuimus, id eſt, iudicauimus & aſſeruimus beatitudinem eſſe bonum. B. [Ac ſummum quidem inquam] . i. ego Boethius dico, quod iudicamus beatitudinẽ eſſe ſummum bonum, præſertim in gñe cauſæ finalis, & inter bona accidentalia, hoĩem formaliter perficientia. P. [Addas hoc inqt oĩbus]. i. Philoſophia reſpõdet: O Boethi addas hoc, vtputa eſſe ſumC mum bonum oĩbus. i. quinq; iſtis, quæ ſunt, diuitiæ, voluptas, honor, fama, poteſtas ſeu dignitas. Quod aũt ſubiungitur, licet, poteſt intelligi quaſi prolatũ ex perſona Boethij, & item ex ꝑſona Philoſophiæ, qm̃ ſenſus eſt: Licet, id eſt, licitũ eſt hoc addi oĩbus iſtis. Nam ſubditur: [Nam eadẽ (ſupple beatitudo) ſufficientia ſumma, eſt eadem beatitudo, ſumma potentia, reuerẽtia quoq;, claritas atq; voluptas, beatitudo eſſe iudicatur] id eſt, quodlibet hoꝝ cenſet̃ eſſe felicitas, & eadẽ felicitas quodlibet hoꝝ. B. [Quid igitur?]. i. qd ergo reſtat dicendum? P. [Hęccine oĩa bona (. i. an oĩa bona, videlicet) reuerentia, ſufficientia, potentia, cæteraq;] puta voluptas, claritas, dignitas [veluti quædã beatitudinis membra ſunt] . i. an tenendum eſt, ꝙ ſint tanq̃ ſpiritualia membra, integraleſq; partes beatitudinis, [an ad bonum veluti ad verticem cuncta referantur?. i. vtrum hoc potius eſt tenendum, ꝙ referuntur & ordinant̃ ad bonum. i. ad beatitudinem, quæ eſt bonum ſupremum, veluti ad verticem. i. tanq̃ ad bonum principale ac ſummum. B. [Intelligo inquam (. i. ego Boethius video) quid inueſtigandũ proponas] . i. ſenſum & vim quæſtionis iam motæ [ſed qd conſtituas (. i. qd dicas & ponas eſſe reſpondendum ad iſtud) audire deſidero. P. Huius diſcretionẽ rei] . i. huius quæſtionis determinationem [ſic accipe. Si hæc oĩa beatitudinis membra forent, à ſe quoq; inuicem diſcreparent] . i. differrẽt ac diuerſa eſſent ab inuicem, ſicut in homine manus & pedes. [Hæc eſt em̃ partium natura]. i. proprietas atq; conditio [vt vnum corpus diuerſa membra componant]. i. conſtituant tanq̃ partes integrales, quemadmodum fundamentum, parietes, tectum faciunt, id eſt, materialiter conſtituunt vnam domum. B. [Atqui]. i. certe [hæc omnia idem eſſe mõſtrata ſunt]. i. iam ſupra, videlicet 3. proſa huius tertij libri probatũ eſt, ꝙ hęc quinq;

Prou. 22
Prou. 3
Auguſtin.
Philoſop.

 ſpiritua-

PROSA X. ſpiritualiter ſumpta, prout ad beatitudinẽ veram concurrunt ac pertinent idem exiſtãt. D
P. [Minime igit membra ſunt]. i. nequaq̃ ſunt membra felicitatis, ſed realiter ipſa feli-
citas, [Alioquin ex vno (ſolo) membro beatitudo videbitur eſſe coniuncta] ex quo vnũ-
quodq; hoꝝ eſt ipſa felicitas [quod fieri nequit] qa hoc implicat ꝙ aliqd componat ſeu
coniungatur ex vno ſolo, cum compoſitio atq; coniũctio ſit vnius cum alio poſitio ſeu
iunctura. B. [Id quidem inquã dubium nõ eſt, ſed id q̊d reſtat expecto]. i. præſtolor à te
audire proſequutionẽ reſponſionis iſtius. Ad q̊d Philoſophia: [Ad bonum vero cætera
referri palam eſt,] .i. conſtat ꝙ alia iſta iam dicta ad bonũ, ſupple ſummũ. i. ad beatitu-
dinem referantur, qa nec appetuntur niſi ſub ratione boni. [Idcirco eñ ſufficientia peti-
tur]. i. appetitur & obtineri ſtudetur [qm̃ bonum eſſe iudicatur]. i. ſub ratione boni con
cipitur: bonum nanq; eſt appetitus obiectum. [Idcirco potentia] .i. ideo actiua potẽtia
ſeu poteſtas optatur [qm̃ id q̊q; (.i. ipſa poteſtas) creditur eſſe (qd) bonum. Idem de reue-
rentia, claritudine]. i. de honore ac celebri fama [iucunditate coniecturare licet]. i. licitũ
eſt putare. Potentia nanq; nõ fertur in obiectũ, niſi ſub ratione formali obiecti, hoc eſt,
niſi inquantum ei cõpetit ratio talis. [Oı̃m igitur expetendorum ſumma atq; cauſa bo-
num eſt,] hoc eſt, ipſum bonum ſimpliciter dictum, præſertim ſummum bonum, q̊d eſt
felicitas, eſt ſumma. i. plenaria comprehenſio, atq; cauſa. i. finalis ratio oı̃m expetendoꝝ
.i. optandoꝝ ac deſiderabilium à beatitudine diſtinctoꝝ, quæ ordinãtur ad ipſum ſicut E
media ad finem. [Quod eñ neq; re, neq; ſimilitudine vllum in ſe retinet bonum,] id eſt,
quod nec realiter, nec apparenter in ſe continet aliqd boni [id expeti]. i. optari & quæri
S. Diony. [nullo modo poteſt.] Hoc ipſum S. Dionyſius 4. cap. de diuinis nominibus proteſtatur:
Nullus, inquiens, reſpiciens ad malum operatur, id eſt, nemo agit aut appetit malum, re-
ſpiciendo & apprehendendo illud vt malum, ſed vt bonum, honeſtum vel vtile aut de-
Philoſo. Iohan. Damaſcenus lectabile. Idem in Ethicis ait Philoſophus, & Damaſcenus libro 2. Vnde in Prouerbijs
Prou. 12 Salomon loquitur: Via ſtulti recta in oculis eius. i. appetitio & operatio iniqui bona ſibi
videtur. [Contraq; (.i. per oppoſitũ) etiam quæ natura bona non ſunt]. i. quæ ex ſua ra-
tione & ſpecie nõ ſunt bona, vt & propria vti libertate ac vanitati vacare, quę ſecundum
Auguſti. Auguſtinũ in libro Confeſſionũ delectant, vbi ſe refert ac deflet in pueritia ſua cũ ſocijs
ſuis quadã nocte pira cuiuſdã furatũ, ac in furto illo vehementer delectatũ, cum tñ pira
eſſent amara, eſuiq; inepta, & q̃rit ibidẽ: Quid in forefacto illo delectabat nos peſſimos
pueros, niſi propria libertas? Vnde nunc ſubdit: [tamen ſi eſſe videantur, quaſi vera bona
ſint]. i. ſub ratione apparentia & colore boni apprehendantur [appetunt] ab inſipienti-
bus, in qbus ratio nõ prędominatur concupiſcentiæ & errori. Propter q̊d ait Apoſtolus:
1. Cor. 2 Carnalis homo nõ ſapit ea quæ dei ſunt. Porro ſpũalis homo oı̃a recte iudicat, & precio
ſum à vili, veꝝ à falſo, bonũ à malo diſcernit. Quod tam acceptũ eſt deo, vt per Ieremiã F
Ierem. 15 teſtetur: Si ſeparaueris precioſum à vili, quaſi os meum eris. [Quo fit, vti ſumma, cardo,
atq; cauſa expetendoꝝ oı̃m bonitas eſſe iure credatur] Quo fit. i. ex q̃ contingit, vt boni-
tas credatur iure. i. iuſte ac rationabiliter eſſe ſumma. i. complementũ, ac etiam cardo,
id eſt, volumen ſeu origo radicalis atq; cauſa finalis oı̃m expetendoꝝ. i. deſiderandorũ,
ita ꝙ ſicut oſtium ꝟtitur ac voluitur in cardine: ſic appetitus in bono de vno in aliud ſe
voluendo, & nunc vero, nunc deceptorio bono adhærendo. [Cuius vero cauſa quid]. i.
aliquid [expetitur, id maxime videtur optari,] cum ſit ratio cur aliqd appetatur. Ideo di-
Ariſtotel. xit Philoſophus: Propter quod vnumquodq; tale & illud magis. [Veluti ſi ſalutis (.i. ſa-
nitatis) cauſa quiſpiam velit equitare, non tam equitandi motum deſiderat, q̃ ſalutis ef-
fectum,] .i. non tam multũ appetit ipſam equitationẽ, quantũ curationẽ. Magis quippe
appetit finis, q̃ q̊d ordinat ad finem, qm̃ finis mouet & excitat efficientẽ ad operandum.
[Cum igitur oı̃a boni gr̃a petantur]. i. cum cætera cuncta deſiderent intuitu atq; amore
boni finalis [nõ illa potius, q̃ bonũ ipſum deſiderant ab oı̃bus] imo minus appetuntur, q̃
bonũ finale, dummodo vere optent, quęrant, agant propter finẽ: ſicut q vere deo obſe-
quitur, magis diligit deũ, q̃ præmiũ & q̃ ſeipſum, magis q̊q; appetit bona ſpũalia & ęter-
na. [Sed propter q̊d cætera optant]. i. propter q̊d alia ſunt optanda [beatitudinẽ eſſe con
ceſſimus, quare ſic q̊q; ſola quærit beatitudo,] .i. ſola felicitas principaliter affectat, & vt
ait Philoſo. vbi vnum eſt propter aliud, totũ eſt quaſi vnum, qa & media vniunt in fine.
Deniq; veri & ſapientes viatores, verã & æternã beatitudinẽ ſuper oı̃a concupiſcunt, ſto-
lidi vero detinentur in via, & medijs magis q̃ fini, hoc eſt, creaturis magis quàm crea-
tor-



A tori inhærent, velut ſi ſtultus peregrinus pulchrũ cõſpiciens pratũ figat in via gradũ, nec
ceptum expleat iter. Ideo loquitur Iſaias propheta: Semita iuſti recta eſt, rectus callis iu- Iſaiæ. 26
ſti ad ambulandũ, præuaricatores vero cadunt in ea, vt Oſee cõcinuit propheta. Vñ & in Oſeæ. 14
Prouerbijs Salomon eſt locutus: Iuſtoꝝ ſemita quaſi lux ſplẽdens procedit, & creſcit vſ- Prouer. 4
que ad perfectũ diẽ, via vero impioꝝ tenebroſa, neſciũt vbi corruũt. i. non aduertunt q̃
damnabiliter peccẽt. [Ex q̃ liquido apparet]. i. manifeſte cõſequitur [ipſius boni & bea-
titudinis vnam atq; eandẽ eſſe ſubſtantiã]. i. eſſentiã, ita ꝙ ſunt idem in re, quia vtrunq;
eſt ſummũ & vltimũ deſideratum. Nam & bonũ eſt quod oı̃a appetunt, felicitatem q̊q;
appetunt vniuerſi. Hinc iuxta Philoſophum, bonum & finis coincidunt. Ad quod Boe- Philoſop.
thius [Nil video cur diſſentire quiſquã poſſit]. i. nullã video rationẽ, ob quã aliquis poſ-
ſit rationabiliter cõtradicere iſtis. Ad q̊d Philoſophia: [Sed deum veramq; beatitudinẽ
vnũ atq; idem eſſe mõſtrauimus] iuxta ſenſum iam ſępius introductum. Finis etiam du- Finis du-
plex eſt: Vnus eſt ipſa res maxime concupita, quæ dicitur finis obiectalis: ſicq; finis auari plex.
eſt ſubſtantia terrena. Alius eſt adeptio ſeu cõſequutio, poſſeſſio ſeu fruitio rei ita opta-
tæ, ſicut finis fornicarij eſt obſcœna commixtio, ſeu fœda voluptas. [B. Ita eſt inquã]. i.
ego Boethius cõcedo ſic eſſe. Et Philoſophia: [Secure igit cõcludere licet, dei q̊q; in ipſo
bono, nec vſquã alio ſitam eſſe ſubſtãtiã]. i. ex p̃habitis tute ac ſcite infert, ꝙ eſſentia dei
B ſita eſt. i. cõſtituta in bono, nec vſquam in aliq̊ alio à ſe diuerſo, ſed in ſummo bono, q̊d
ipſe eſt: ſicq; ſummũ bonũ eſt in deo, & deus eſt in ſummo bono, qm̃ ipſe ſibi ſoli ꝓporti
onatus, cõmenſuratus atq; plenarie cognitus eſt. Idcirco ſi quæratur vbi ante mundi cre
ationẽ extitit deus, dicendũ ꝙ & in ſemetipſo, ſicut & modo. Veꝝ de his incomprehenſi
bilibus dei, loquendũ eſt reuerenter ac ſobrie: Alioqui ſi aliter inde loquatur homo, præ-
cipitabit ſeipſum. Nempe vt in Exodo Moſes ſcripſit: Si beſtia tetigerit montẽ lapidabi
tur. Vnde in libro Iob legit: Etiã ſi loquutus fuerit homo, deuorabit. In quoꝝ figura in Exod. 19 Iob. 37
Apocalypſi habetur: Cũ fuerit vox ſupra firmamẽtum ſubmittebant aı̃alia alas ſuas. i. Apoca. 14
cõtemplationis aſpectũ. ¶ Poſtremo, quõ quinq; p̃fata ſint idem in re, & idem q̊d ipſa
beatitudo, dictum eſt plenius ſupra in expoſitione tertiæ proſæ huius tertij libri.

## METRVM X.

HVC omnes pariter uenite capti,
Quos fallax ligat improbis catenis
Terrenas hebetans libido mentes.
Hic erit uobis requies laborum,
C Hic portus placida manens quiete,
Hoc patens unum miſeris aſylum.
Non quicquid Tagus aureis arenis
Donat, aut Hermus rutilãte ripa,
Aut Indus calido propinquus orbi
Candidis miſcens uirides lapillos,
Illuſtrant aciem, magiſq; cæcos
In ſuas condunt animos tenebras.
Hoc quicqd placet, excitatq; mẽtes,
Infimis tellus aluit cauernis.
Splendor quo regitur, uigetq; cœlũ,
Vitat obſcuras animæ ruinas.
Hanc quiſquis poterit notare lucem,
Candidos phœbi radios negabit.

### Expoſitio metri huius decimi. ARTIC. XXIX.

QVoniam proſa præcedenti Philoſophia edocuit quid ſit, & in quo conſiſtit
ſummum bonum ac vera felicitas, vtputa deus, iam exhortatur cunctos mor
tales redire & conuerti ad ſummum hoc bonum, in quo tota noſtra conſiſtit
felicitas. Ad quod ipſemet deus in ſcripturis frequenter nos admonet, vt cum
ait per Ioelem: Conuertimini ad me in toto corde veſtro. Et Oſee: Conuertere, inquit, Ioel. 2 Oſee. 14.
ad dominum deum tuum, quoniam corruiſti in iniquitate tua. His theologicis verbis
conſonant philoſophica verba PROCLI in Elementatione, dicentis: Omne pro- Proclus.
cedens ab aliquo, ſecundum eſſentiam conuertitur ad id à quo procedit. Itémque: Idem.
Omne cauſatum manet in ſua cauſa, & procedit ab ipſa, & conuertitur ad ipſam.

METR. X. Quæ cũ ita ſe habeant,quãta eſt pverſitas,ingratitudo,ſtultitia rõnalis creaturæ ſe à ſuo D
creatore per inobedientiam auertẽtis:Itaq; ait:O oẽs capti.i.hoĩes miſeri,in huius exilij
valle degẽtes,vitijs irretiti,vinculis vitioꝝ ac dæmonum cõpediti,de quibus dixit Apl'ſ:
2.Tim.2 Reſipiſcant à laqueis diaboli,à quo captiui tenẽtur ad ipſius voluntatẽ.[quos libido].i.
inclinatio ad carnalia[fallax].i.deceptoria & excæcans,à ſalute impediẽs[habitans].i.
inhabitans ac poſſidẽs[mentes terrenas]quæ terrena amplius q̃ ſupna optant & ample
ctuntur[catenis improbis].i. fortibus & inhoneſtis exceſſibus, vtputa habitibus vitio-
Iſaiæ.28 ſis & cõſuetudinibus prauis.De qbus loquitur Iſaias: Nolite illudere, vt nõ cõſtringan-
Auguſtin. tur vincula veſtra.Hinc aſſerit Auguſtinus: Peccata q̃uis ſint magna & horrẽda, tamen
Philoſop. cum in cõſuetudinẽ venerint,aut parua aut nulla eſſe videntur. Talis ſecũdũ Philoſophũ
in Ethicis incurabiles ſunt.i.difficulter curabiles,qm̃ ex electione atq; ꝓpoſito peccãt.
Prouer.2 Qui,vt Salomon loquitur, lætãtur cum malefecerint,& exultãt in rebus peſſimis.De q
Pſalm.72 bus fertur in pſalmo:Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eoꝝ, tranſierunt in affectũ cordis.
[Venite pariter huc].i.ad ſummũ bonũ per pœnitẽtiam & ſatiſfactionẽ ſimul redite, iu-
Iſaiæ 64 xta illud Iſaię:Redite ꝑuaricatores ad cor.Et in Eccleſiaſtico:Ne tardes cõuerti ad dñm,
Ecci 3 & ne differas de die in diẽ.Subito eñi veniet ira eius,& in die vindictæ diſperdet te.Hinc
Oſeæ.6 per Oſee admonetur:Venite & reuertamur ad dñm,qm̃ ipſe ſanabit nos.Nõ maneamus
in hac captiuitate diaboli,in vinculis vitioꝝ,in periculo dãnationis æternę,quia vt ſan- E
Auguſtin. cti patres Auguſtinus & Bernardus teſtantur:Vniuerſis ſcripturis ꝑlectis,nihil periculo
Bernard. Matth.25 ſius,nihil ſtolidius,q̃ vt in eo ſtatu viuas,in quo mori nõ audeas,cũ nec diẽ ſcias nec ho
Gregori. ram,& peccatũ q̃d per pœnitẽtiam non deletur,ſuo mox pondere trahit ad aliud. ¶Cõ-
ſequenter ſubdit Philoſophia fructum huius reuerſionis , vt redire auidius feſtinemus.
[Hæc].i.cõuerſio iſta ad ſummũ bonum[erit vobis requies laboꝝ].i.repauſatio,refrige
rium,cõſolatio in actibus laborioſis,& ſtudijs bonis vitæ præſentis:in pœnitẽtiæ quoq;
operibus,& in omni aduerſitate ac tẽtatione,q̃ pœnitẽtibus & conuerſis accidere ſolent.
Matth.11 Hinc virtus & ſapientia dei patris Chriſtus clamat,inuitat,promittit:Venite ad me oẽs
qui laboratis & onerati eſtis,& ego reficiã vos. Tollite iugũ meum ſuꝑ vos, & inuenie-
Plato. tis requiẽ aĩabus veſtris.Hinc Plato in Phædone fatet,in ſtudijs Philoſophiæ requiẽ in-
Sapien.3 ueniri.In Sapiẽtię quoq; libro ſcriptũ eſt:Bonoꝝ laboꝝ glorioſus eſt fructus.[Hic].i.in
hoc bono altiſſimo,q̃d nullum redeuntẽ ad ſe cõtemnit nec abijcit[erit vobis portus].i.
ſtatio dulcis in tranſnauigatione procelliſſimi maris huius ſeculi neq̃, de quo dixit ſan-
Pſalm.68 ctus ſanctoꝝ:Veni in altitudinẽ maris.Itaq;,hic erit vobis portus[placida].i.amœna &
delitioſa[manẽs quiete].i.ꝑſeuerans in pace & gloria ſempiterna.Nempe hæc ſtatio in
Pſalm.65 hac vita aliqualiter inchoat(iuxta illud pſalmi: Tranſiuimus ꝑ ignem & aquam,& edu-
Pſalm.106 xiſti nos in refrigeriũ.Itemq;Deduxit eos in portũ voluntatis eoꝝ)& in futuro æterna- F
Lucæ 22 liter cõtinuatur,ac plene ꝑficitur.Hinc in cœna ſaluator ait diſcipulis: Vos eſtis qui per-
manſiſtis mecũ in tentationibus meis,& ego diſpono vobis regnũ, &c.[Hoc]bonũ ſu-
premũ eſt[miſeris].i.viatoribus cũctis,qui miſerijs culpæ ac pœnæ ſubijciuntur[aſylũ]
.i.ſedile beatum,ac tutũ refugium[vnum].i.præcipuũ[patens].i.euidens & cũctis ꝑ fi-
dem notũ ac præparatum,q̃d nullum ad ſe cõfugientem repellit.De q̃ in Prouerbijs legi
Prouer.18 tur:Turris fortiſſima nomen dñi,ad ipſum cõfugit iuſtus & exaltabitur.De his pręmijs
Gregori. iuſtoꝝ in patria dicit Gregorius:Ibi hymnidici angeloꝝ chori,ibi gaudioſa ſocietas ſu-
pernoꝝ ciuium,ibi dulcis ſolennitas à peregrinationis huius triſtis labore redeuntium.
Hæc ſunt vera,ſpiritualia ac ſalutaria hoĩs bona: quoꝝ cõparatione auꝝ & gemmæ vi-
Tagus. leſcunt,nocent,& à vera ſalute impediũt.Vnde ſubiungitur:[Quicquid Tagus].i.fluui
us ille Hiſpaniæ[donat].i.exhibet quærentibus granulis[aurijs]quæ inueniũtur in eo.
Hermus. [aut Hermus].i.fluuius Aſiæ ſic vocatus, gemmas & auꝝ intra ſe cõtinens[ripa rutilan
te].i. margine ſeu littore eius fulgente ex gemmis & auro de ipſo extractis,[aut Indus]
.i.populus Indiæ,aut fluuius eius,ſeu regio illa[propinquus orbi calido].i.orienti aut ſo
li calefacienti, cui in ortu ſol apparet propinquior[miſcens].i. conſocians [lapillos viri-
des].i.gemmas viridis coloris,vt ſunt ſmaragdus,iaſpis, &c.[cãdidis].i. gemmis inſtar
niuis ac lucis fulgentibus,vt margaritæ[non illuſtrãt aciem].intuitum cordis,imo cu-
piditatem accendunt,materialiter,occaſionaliter,& obiectiue [Et conduntmagis].i.po
tius includunt ac deprimunt [aĩos cæcos].i.animas vitijs excæcatas,[in tenebras ſuas]
.i.in ſuas obnubulatas cupiditates, qbus ſic obfuſcantur ꝙ ſpiritualia ac diuina neque-
unt



A unt lympide cõtemplari.[Tellus aluit].terra ꝓduxit & nutriuit ꝓbendo materiã,& ſuo
mõ cooperãdo [infimis cauernis].i.in profundis ſuis viſceribus,[Hoc quicquid placet]
mundanis hoĩbus.i.auꝝ,gemmas,& ſimilia precioſa, [vt q̃d excitat mẽtes].i.corda mo
uet ad appetendũ huiuſmodi.Porro de hoꝝ gñatione dictum eſt ſupra.[Splendor quo
regitur cœlũ & viget].i.ſuum vigorẽ ſortitur[vitat].i.vitari iubet,gratiamq; vitãdi lar
gitur[ruinas].i.culpas animæ,qbus cadit à deo altiſſimo,ab altitudine gratiæ ac virtutũ
à fulgore ſapientiæ ſalutaris[obſcuras].i.ipſam aĩam obſcurãtes,iuxta illud ad Roma- Roma.1
nos:Obſcuratum eſt inſipiẽs cor eoꝝ.[Quiſqs].i.quicunq;[poterit]efficaciter[notare]
.i.cõſiderare & contemplari[lucem hanc,radios phœbi].i.ſolis[negabit candidas eſſe]
.i.dicet nõ eſſe claros ac pulchros cõparatione ſplẽdoris illius æterni & increati,ꝑ quem
aptiſſime deſignat vnigenitus dei patris: de quo vnigenito ait ad Hebræos Apoſtolus: Hebræ.1
Qui cum ſit ſplendor gloriæ,& figura ſubſtantiæ eius.vz dei patris,cuius ſplendoris re
ſpectu lux oĩs creata eſt tanq̃ caligo.Propter quod ſcriptũ eſt:Ecce etiam quod luna nõ Iob 25
ſplendet,& ſtellæ non ſunt mundæ in cõſpectu eius. Hinc demũ in die iudicij ſol dicitur
obſcurandus in aduentu lucis maioris,vtputa Chriſti,ſecundũ expoſitionẽ Hieronymi. Hierony.
¶In his docemur q̃ ingens ſit præclaritas, precioſitas, excellẽtia,ſpiritualium chariſma-
tum,ſupernaturaliumq; donoꝝ dei in electis ſuꝑ naturalẽ precioſitatẽ, ſenſualemq; cla-
B ritatem materialium reꝝ precioſiſſimaꝝ valdeq; ſplendidaꝝ, ſicut de eminentia doni ſa
pientiæ,ſeu ſapientiæ increatæ ſcriptum eſt:Inuocaui & venit in me ſpiritus ſapientię,& Sapien.7
prępoſui illam regnis & ſedibus,& diuitias nihil eſſe dixi in cõparatione illius,nec com
paraui illi lapidem precioſum,qm̃ oĩe auꝝ in cõparatione illius arena eſt exigua. Hinc
in libro Iob inducitur:Sapientia vbi inuenitur,& quis eſt locus intelligentiæ:Neſcit ho Iob.28
mo preciũ eius, nec inuenitur in terra ſuauiter viuentium. Nõ dabitur aurum obriſum
pro ea.Nõ cõferetur tinctis Indiæ coloribus, nec lapide ſardonico precioſiſſimo vel ſap
phico. Trahitur aũt ſapientia de occultis, & eſt abſcondita ab oculis oĩum viuentiũ.
¶Poſtremo, circa huius metri exordiũ attendendũ ꝙ primi noſtri parẽtes creati fuerũt Iuſtitia primorũ parentum
in originali iuſtitia,ꝑ quã caro fuit ſubiecta animæ, & anima rationi:ratio quoq; & vo-
luntas deo.Et q̃ diu vires illæ ſupremæ ratio & voluntas manſerũt ſubditę deo, tam diu
ſenſualitas mãſit ſubdita rationi,& caro ſpiritui.Mox aũt vt ratio & volũtas à deo auer
ſæ ſunt ꝑ diuini tranſgreſſionẽ præcepti,cœpit ſenſualitas inobediens fieri rationi,& ca-
ro ſpiritui:ſicq; poſteri naſcuntur in originali peccato, q̃d formaliter eſt carẽtia origina Anſelmus
lis iuſtitiæ debite ineſſe:ex qua carentia infecta eſt caro,ſenſualitaſq; corrupta,quæ infe Peccatum originale quid.
ctio ſeu corruptio vocatur fomes atq; interdum libido. Qui fomes eſt habitualis incli-
natio ad carnalia & caduca,ex qua proni ſumus ad talia,niſi inquantũ ꝑ virtutes & grati Fomes.
C am cõtra vitia roboramur.Quãuis etiã in baptiſmo originale delet pctm̃,ita vt non im
putetur,non tamen fomes ibi totaliter tollitur,ſed aliqualiter debilitatur, prout iſta ma
teria in ſecundo Sententiarum à Magiſtro plenius pertractatur, & ibi à doctoribus diſ-
fuſius declaratur.

## PROSA XI.

ASſentior inquam.Cuncta eñ firmiſſimis nexa rationibus con
ſtant. P. Tum illa, Quanti(inquit)ęſtimabis,ſi bonum ipſum
quid ſit, agnoueris?B.Infiniti inquam.ſiquidẽ mihi pariter de-
um quoque qui bonum eſt,continget agnoſcere. P.Atqui hoc
ueriſſima (inquit) ratione patefaciam. Maneant modo , quæ paulo ante
concluſa ſunt.B.Manebunt inquam.P.Nonne,inquit,monſtrauimus ea
quæ apetuntur a pluribus , idcirco uera perfectaque bona non eſſe,
quoniam a ſeinuicem diſcreparent, cumque alteri abeſſet alterum, ple-
num abſolutumque bonum afferre non poſſe? Tum autem uerum bo-
num fieri , cum in unam ueluti formam atque efficientiam colliguntur,ut
q̃ ſit,ſufficientia eſt,eadẽ ſit potentia,reuerentia,claritas atq; iucũditas.Ni
ſi ue

PROSA XI. ſi uero unũ atqꝫ idẽ oĩa ſint, nihil habere ꝗ inter expetẽda numerẽt. B. De= D
mõſtratũ eſt inquã, nec dubitari ullo modo poteſt. P. Quæ igit̃ cũ diſcre
pant, minime bona ſunt: cũ uero unũ eſſe cœperint, bona fiũt: nõne hæc ut
bona ſint, unitatis fieri adeptione cõtingit? B. Ita (inquã) uidet̃. P. Sed om̃e
ꝗd bonũ eſt, boni participatione bonũ eſſe cõcedis, an minime? B. Ita eſt.
P. Oportet igit̃ idẽ eſſe unũ, atqꝫ bonũ ſimili rõne concedas. Eadẽ nanqꝫ
ſubſtãtia eoꝝ eſt, ꝗꝝ naturaliter nõ eſt diuerſus effectus. B. Negare (in=
quã) nequeo. P. Noſti ne igit̃ (inquit) om̃e ꝗd eſt, tã diu manere atqꝫ ſub=
ſiſtere, q̃diu ſit unũ, ſed interire, atqꝫ diſſolui pariter, cum unũ eſſe deſtite=
rit? B. Quonã (inquã) modo? P. Vt in aĩalibus (inquit) cũ in unum coeũt,
ac permanẽt aĩa corpuſqꝫ, id aĩal uocat̃. Cũ uero hæc unitas utriuſqꝫ ſe=
paratione diſſoluit̃, interire, nec iam eſſe aĩal liquet. Ipſum ꝗqꝫ corpus cũ
in una forma, membroꝝ cõiunctione permanet, hũana uiſit̃ ſpecies. At ſi
diſtributę ſegregatęqꝫ partes corporis diſtraxerint unitatẽ, deſinit eſſe ꝗd E
fuerat. Eoqꝫ modo percurrẽti cætera proculdubio patebit ſubſiſtere unũ=
quodqꝫ, dum unũ eſt: cum uero unum eſſe deſinit, interire. B. Cõſiderãti
mihi (inquã) plura, minime aliud uidet̃. P. Eſt ne igit̃ (inquit) ꝗd inquãtum
naturaliter agat, relicta ſubſiſtẽdi appetẽtia uenire ad interitum corruptio
nemqꝫ deſideret? B. Si aĩalia (inquam) cõſiderem, ꝗ habẽt aliquem uolẽdi
nolẽdiqꝫ naturam, nihil inuenio ꝗd nullis extra cogẽtibus abijciãt manen
di intẽtionem, & ad interitum ſpõte feſtinẽt. Om̃e nãqꝫ aĩal tueri ſalutem
laborat, mortẽ uero perniciemqꝫ deuitat. Sed quid de herbis arboribuſqꝫ,
quid de inanimatis om̃ino cõſentiam rebus, prorſus dubito. P. Atqui non
eſt, ꝙ de hoc poſſis ambigere, cum herbas atqꝫ arbores intuearis, primum
ſibi cõuenientibus innaſci locis, ubi quãtum eaꝝ queat natura, cito exare=
ſcere atqꝫ interire nõ poſſint. Nam aliæ quidẽ campis, aliæ montibus ori
untur, alias ferunt paludes, aliæ ſaxis hærent, aliarum fœcundæ ſunt ſteri F
les arenæ: quas ſi in alia quiſpiam loca transferre conetur, areſcãt. Sed dat
cuiqꝫ natura quod conuenit, & ne (dum manere poſſunt) intereant, elabo
rat. Quid dicam, ꝙ omnes ueluti in terras ore demerſo, trahunt alimenta
radicibus, ac per medullas robur corticemqꝫ diffundũt? Quid quod mol
liſſimum quodqꝫ (ſicuti medulla eſt) in interiore ſemper ſede reconditur,
extra uero quadam ligni firmitate tuetur, ultimus autem cortex aduerſum
cœli intemperiem, quaſi mali patiens defenſor opponitur? Iam uero quã=
ta eſt naturæ diligẽtia, ut cũcta multiplicato ſemine propagẽtur, ꝗ oĩa nõ
modo ad tẽpus manẽdi, uerũ generatim quoqꝫ quaſi in perpetuũ perma=
nẽdi, ueluti quaſdã machinas eſſe qs neſciat? Ea etiã ꝗ inaĩata eſſe credũt,
nõne ꝗd ſuũ eſt, ꝗqꝫ ſimili rõne deſiderãt? Cur em̃ flãmas quidẽ ſurſum
leuitas uehit, terras uero deorſum pondus deprimit, niſi ꝙ hæc ſingulis lo
ca motioneſqꝫ conueniunt? Porro autem quod cuiqꝫ conſentaneum eſt, id
unumquodqꝫ conſeruat: ſicuti ea quæ ſunt inimica, corrumpunt. Iam ue=
ro quæ dura ſunt, ut lapides, adhærent tenaciſſime partibus ſuis & ne fa=
cile



A cile diſſoluãtur, reſiſtunt. Quæ uero liquentia, ut aer atqꝫ aqua, facile qui=
dem diuidentibus cedunt, ſed cito in ea rurſus, a quibus ſunt abciſa, relabũ
tur. Ignis uero omnem refugit ſectionem. Neque nunc nos de uoluntarijs
animæ cognoſcentis motibus, ſed de naturali intentione tractamus. Sicuti
eſt ꝙ aceptas eſcas ſine cogitatione tranſigimus, ꝙ in ſomno ſpiritum du=
cimus neſciẽtes. Nam nec in animalibus quidem manendi amor ex animæ
uoluntatibus, uerum ex naturæ principijs uenit. Nam ſæpe mortẽ cogen
tibus cauſis, quam natura reformidat, uoluntas amplectitur. Contraqꝫ il=
lud (quo ſolo mortalium rerum durat diuturnitas) gignẽdi opus quod na
tura ſemper appetit, interdum coercet uoluntas. Adeo hæc ſui charitas nõ
ex animali motione, ſed ex naturali intentione procedit. Dedit enim proui
dentia creatis a ſe rebus hanc uel maximam manẽdi cauſam, ut quoad poſ
ſunt, naturaliter manere deſiderent. Quare nihil eſt, quod ullo modo que=
B as dubitare, cuncta quæ ſunt, appetere naturaliter conſtantiam permanen
di, deuitare perniciem. B. Confiteor, inquam, nunc me indubitato cernere,
quæ dudum incerta uidebantur. P. Quod autem, inquit, ſubſiſtere ac per=
manere appetit, id unum eſſe deſiderat. Hoc enim ſublato, ne eſſe quidem
cuiquam permanebit. B. Verum eſt inquã. P. Oĩa igit̃, inquit, unum deſi=
derant. B. Conſenſi. P. Sed unum idipſum monſtrauimus eſſe, quod bonũ
eſt. B. Ita quidem. P. Cuncta igitur bonum petũt: quod quidem ita deſcri=
bas licet, ipſum bonũ eſſe, quod deſideretur ab omnibus. B. Nihil, inquã,
uerius excogitari poteſt. Nam uel ad nihilũ cuncta referuntur, & uno ue=
luti uertice deſtituta, ſine rectore fluitabũt. Aut ſi quid eſt, ad quod uniuer
ſa feſtinẽt, id erit omnium ſummum bonorum. P. Et illa nimium, inquit,
o alumne lætor. Ipſam enim mediæ ueritatis notam mente fixiſti. Sed in
hoc patuit tibi, ꝗd ignorare paulo ante dicebas. B. Quid inquam? P. Quis
C eſſet, inqt, reꝝ oĩm finis. Is eſt em̃ profecto, ꝗd deſiderat̃ ab oĩbus: ꝗd qa
bonum eſſe collegimus, oportet rerum oĩm finem bonum eſſe fateamur.

## Explanatio proſæ huius undecimæ. ARTIC. XXX.

HAec eſt vndecima huius tertij libri proſa, in ꝗ Philoſophia repetit ꝗdã ſupe=
rius introducta, vꝫ. ꝗd ſit ſummũ bonũ, vt ea magis declaret, & aliꝗ addat.
[Aſſentior] deponẽtaliter iuxta antiquã grãmaticã [inquã]. i. ego Boethius
aſſentio dictis tuis ô Philoſophia. [Cũcta em̃ firmiſſimis nexa rõnibus con=
ſtãt]. i. oĩa illa nexa. i. cõiũcta & cõcluſa firmiſſimis rõnibus. i. idoneis probationibus,
cõſtãt. i. certa ſunt. Nã ꝗdã demõſtratiue, ꝗdã ꝓbabiliter ſunt inducta [Tũ illa. P. Quãti
inqt, precij ęſtimabis]. i. quãti valoris id reputabis [ſi bonũ ipſum ꝗd ſit agnoueris?]. i. ſi
te docuero ꝗd ſit hoc ſummũ bonũ magis clare ꝗ añ? [B. Infiniti inquã]. i. ego Boethius
dicã hoc eſſe precij infiniti, ſeu precioſitatis immenſæ, nõ in ſe, ſed ꝗ ad dignitatẽ rei co=
gnitæ: Iuxta quẽ modũ btĩtudo creata ſeu btĩfica viſio eſt dignitatis ꝗdammodo infini=
tæ ex parte ſui obiecti, cuius eſt immediata & clara ꝑ ſpeciẽ in ſeipſo cõtẽplatio fruitiua.
Porro nulla creata eſſentia, forma ſeu actio eſt dignitatis ſimpliciter infinitę. Attñ aliqd
dr̃ infinitũ varijs modis, vt dictũ eſt alibi: Vnuſqꝫ modus eſt, qñ qd multũ excedit ſolitã Infinitum
quãtitatẽ, ſicut aliqs dr̃ feciſſe infinitas expẽſas aut infinitũ laborẽ pro re obtinenda. Vñ q d̃r mul
in libr. Iudicũ filij Rubẽ & Gad legunt̃ altare infinitæ magnitudinis conſtruxiſſe. Hinc tifarie.
ſubditur ratio infinitatis iſtius. [Siquidem mihi pariter deum quoque qui bonum eſt cõ Iudic. 22
tinget agnoſcere]. i. ſi cognouero ſummũ bonũ, continget. i. eueniet mihi pariter quoqꝫ
agnoſce

PROSA X. agnoſcere deum, quoniam ſummum bonum eſt deus realiter idem ſunt: differũt tamen D
Bonũ ſummum. ratione. Dicitur enim ſummũ bonum, quia ex ſua natura & per ſe, ac pure propter ſe eſt
S. Diony. ſumme deſiderabile atq; amabile, vt quarto capitulo de diuinis nominibus ſanctus Di-
Deus. onyſius ait, quoniam bonum eſt quod omnia appetuut. Dicitur vero deus ratione ſum-
mæ & vniuerſalis cauſalitatis ac prouidẽtiæ, vt primo libro duodecimo capitulo loqui-
Ioh. Dam. tur Damaſcenus, vbi exponit diuerſas interpretationes huius noı̃s deus. Proclus quoq;
Proclus. in Elementatione theologica proteſtatur: Id quod eſt maxime paternale & productiuũ
ac omnium cauſatiuum ἀνθόχηρ, id eſt, ſummum deum vocamus, quod tantam excellẽ-
tiam ſuper vniuerſa ſortitum eſt, vt nec omnis catena deorum ei valeat adęquari. Digni
Philoſo. tas autem ſcientię ex obiecti eminentia ſumitur, vt primo de ainma tagit Philoſophus.
Cumq́; deus ſit ens excellentiæ penitus infinitæ, conſtat quod ipſum cognoſcere ſit in-
Idem. comparabiliter appetendnm. Vnde & libro de animalibus Ariſtoteles faſſus eſt, deſide-
rabilius eſt de rebus diuinis modicum ſcire, q̃ de corporeis & corruptibilibus multum.
Philoſo. Hunc rurſus XI. primæ Philoſophiæ aſſerit ſe de cognitione materialium rerum tractaſ
ſe propter ſeparatarum & immaterialium ſubſtantiarum notitiam. De quibus in li. de cœ
Philoſo. lo & mundo fatetur, ꝙ ſunt nobiliſſima entia optimam vitam ducentia, & de ſuis ſuffi-
Ierem. 9 cientia. Hinc per Ieremiam deus effatur: Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & non
glorietur fortis in fortititudine ſua: ſed in hoc glorietur qui gloriatur, ſcire & noſſe me. E
Sapien. 9 In Sapientiæ quoq; libro ſcriptum eſt: Vani ſunt omnes, quibus non ſubeſt ſcientia dei,
& de his quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eũ qui eſt. Ad hæc Philoſophia:
[Atqui]. i. pro certo [hoc veriſſima, inquit, ratiõe patefaciam]. i. declarabo hoc ſummũ
bonum ratione veriſſima. i. probatione ab omni falſitate immuni. Verum his obijci po-
teſt, quia non ſolum falſum, ſed etiam præſumptuoſum videtur, ꝙ Philoſoppia promit
S. Dionyſ. tit ſe docturam & probaturam quid ſit deus: quia, vt diuinus Dionyſius in pluribus locis
præſertim libro de myſtica theologia teſtatur: Hoc prorſus incognoſcibile & incompre
Ioh. Dam. henſibile ſt, quid ſit deus. Damaſcenus item primo diſſeruit libro: Manifeſtum eſt deum
eſſe, quid vero ſit ſecundum ſubſtantiam & naturam, incomprehenſibile omnino eſt, &
Anſelmus ignotum. Idem eſt in Monologion & proſologion ait Anſelmus. Imo iuxta Ariſtotelẽ
Philoſop. ſecũdo Metaphyſicę: Sicut ſe habet viſus veſpertilionis ſeu noctuæ ad intuitum luminis
ſolis, ita ſe habet intellectus noſter ad manifeſtiſſima naturæ. i. ad ſeparatarum ſubſtan
Liber cauſarum. tiarum notitiam, quæ ex ſua natura ſunt pręcipue cognoſcibiles, quanto magis ad incõ-
parabilis dei cognitionem? Vnde & in libro de Cauſis aſſeritur: Cauſa prima eſt ſuperi-
Proclus. or om̃i narratione, & non narratur niſi per cauſas ſecũdas. Quod Proclus ſubtiliter pro
Iob. 73 bat, & ſacra ſcriptura atteſtatur apud Iob: Digne eum inuenire non poſſumus, & enarra
ri non poteſt. Ideo timebunt eum viri, & non audebunt contemplari, omnes qui ſibi vi- F
dentur eſſe ſapientes. Et reſpondendum quod Phloſophia non intendit aſſerere, ꝙ velit
aut valeat declarare quid ſit deus per eſſentiam in ſeipſo, ſeu quid ſit diuinitatis natura
in ſe, ſed quantum ex rebus creatis poteſt perpendi, & quantum ad quia eſt. Sic enim di-
cimus, quod dei natura eſt bonitas pura, & ꝙ deus eſt intellectus vniuerſaliter agens, &
actus purus: Non quod valeamus diſtincte & clare cognoſcere quid ſit bonitas illa, ſed
quia ſic eſt. Nempe cum vnumquodq; tantum habeat de cognoſcibilitate, & intelligibi
litate quãtum habet de entitate, actualitate & formalitate, ideo ſicut deus eſt penitus in-
finitæ actualitatis, entitatis & formalitatis, ita eſt & infinitæ cognoſcibilitatis. Propter
quod comprehendi plene non valet, niſi ab intellectu infinitæ virtuoſitatis ad intelligẽ-
dum, vtputa ſolum à ſeipſo. [Maneant modo quæ paulo ante concluſa ſunt. B. Mane-
ant, inquam. P. Nónne, inquit, monſtrauimus]. i. Philoſophia ait, Nónne iam ante pro-
bauimus oſtenſiue [ea quæ appetuntur à pluribus]. i. à multis hominibus, puta diuitias,
potentiam, famam, honorem, voluptatem & dignitatem, quæ à mundanis hominibus
præcipue affectantur. [Idcirco vera perfecta bona non eſſe, quoniam à ſe inuicem diſcre
parent]. i. quoniam realiter ab inuicem ſunt diuerſa in rebus creatis. [Cumq́; alteri ab-
eſſet alterum, plenum abſolutumq́; bonum afferre nõ poſſe?]. i. ex quo vni horum quin
que deeſt alterum quodlibet, quia in ſua eſſentia non includit aliquod aliorum, oſtẽſum
eſt nullum eorum poſſe conferre bonum perfectum & abſolutum, id eſt, ſimpliciter di-
ctum, cui nil bonitatis perfectioniſq; deſit, vtputa felicitatem, quæ eſt ſummum bonum:
hoc eſt, ꝙ nullum eorum quinq; poteſt ſuum ſubiectum facere beatum. [Tum autem
verum



A verum bonum fieri]. i. tunc dicimus conſtitui bonum perfectum & beatificatiuũ, [cum
in vnam veluti formam atq; efficientiam colliguntur.] Cum hæc quinq; concurrunt in
eadem eſſentia ac operatione, ita quod aliquid vnum includit omnia illa, & efficit ꝙ oı̃a
illa efficiunt etiam eminẽtiori perfectioriq́; modo q̃ illa ab inuicem diſtincta in eſſendo
atq; agendo, [vt quæ ſit ſufficientia eſt, eadem ſit potentia, reuerentia, claritas atq; iucun
ditas]. i. dum illa ita ſunt idem in eſſe & agere, quod illa eſt res quæ eſt ſufficientia ſit eti-
am potentia. i. actiua poteſtas, & reuerentia. i. honor, & claritas. i. celebritas famæ, & iu-
cunditas, vel habet iſta inſeparabiliter ſibi annexa, incluſa, & intra ſe virtualiter cõpre-
henſa, ſicut delectatio ſeu iucunditas virtuoſæ actioni cõiuncta, eſt oriendoq́; ex ea, eãq;
complens, quemadmodum pulchritudo complet & perficit iuuentutem. [Niſi vero vnũ
atq; idem om̃ia ſunt]. i. niſi prætacto modo ſint idem in re [nihil habere quo inter expe
tenda numerentur]. i. probatum eſt ea nihil habere, quo. i. propter quod, ſeu ob cuius di
gnitatem numerentur. i. digna ſint computari & collocari inter expetenda. i. inter prin-
cipalia hominis bona, quæ propter ſe deſideranda ſunt tanquam efficacia ad conferen-
dum felicitatem. Ad quod Boethius: [Demonſtratum eſt inquam, nec dubitari vllo mo
do poteſt]. i. nemo põt rationabiliter inde ambigere. Ex hoc infert Philoſophia: [Quæ
igitur cum diſcrepant]. i. quinq; præfata ſeu alia quæcunq; dum diſcrepãt. i. ab inuicem
B realiter diſtinguuntur [minime bona ſunt]. i. nullatenus ſunt principalia hominis bona
vt frequenter expoſitum eſt. [Cum vero vnum eſſe cœperint]. i. in eodem inueniri indi-
uiſa ſeu indiſtincta [bona fiunt]. i. vere ac ſalubriter bona eſſe noſcuntur. [Nõne hæc vt
bona ſint vnitatis fieri adeptione contingit?] Ac ſi dicat: Vtiq; contingit fieri. i. euenire,
adeptione. i. participatione vnitatis, vt. i. ꝙ hæc ſint vera bona. Ad quod Boethius: [Ita,
inquam, videtur] quoniam vnitas ſeu vnitio eſt formalis cauſa ſeu ratio propter quam
ſalubriter bona ſint. Quod autem pluribus eſt cõmune, competit eis participatione ali-
cuius vnius, vt Auicenna ac Porphyrius dicunt. Et Philoſophia ad hoc: [Sed om̃e quod Auicenna
bonum eſt] ſupple, citra primum bonum, quod ſolum per eſſentiam bonum eſt, [boni Porphyr.
participatione bonum eſſe concedis]. i. per hoc ꝙ bonitatem recepit ac habet à ſummo
& primo bono, [an minine?] Ad quod reſpondet Boethius: [Ita eſt]. i. concedo ꝙ parti-
cipatione boni ſit, quod in libro de Cauſis euidentet probatur. Ariſtoteles quoq; ſecun- Liber cauſarum.
do Metaphyſicæ aſſerit: Id q̃d primo & maxime eſt ens & verum, cæteris omnibus cau-
ſa eſt entitatis ac veritatis. Hinc Proclus in Elementatione theologica loquitur theore- Philoſop. Proclus.
mate tertio: Omne quod ſit vnum, participatione vnius ſit vnum, additq́; in commenta
rio: Si enim fiant vnum quę non ſunt vnum, conuenientia aliquatenus & communican
tia ſibi inuicem fiant vnum. ¶Ex hoc Philoſophia concludit: [P. Oportet igitur idem
C eſſe vnum atq; bonum ſimili ratione concedas]. i. neceſſe eſt vt eadem ratione concedas
idem eſſe in re vnum atq; bonum, ita quod ratio vnius includat rationem alterius, & ꝑ-
fectio boni conſiſtit in vno ſeu vnitate aut vnione. Qua vnitate amiſſa, res deſinit eſſe
bona formaliter. Vnum etenim dicitur, quod eſt indiuiſum à ſe, ac diuiſum ab alijs. Quã
vnitatem cum res amittit, deſinit eſſe quod eſt, & ſine hac vnitate ſeu vnione res quæuis
ac omnis multitudo ſiue pluralitas inordinata eſt, confuſa, diſtorta, imo & contriſtati-
ua potius q̃ delectans. Propter quod beatus Auguſtinus exponẽs quod Chriſtus ait ad Auguſtin.
ſanctam Martham: Solicita es & turbaris erga plurima, porro vnũ eſt neceſſarium, ait: Lucæ 10
Vnum conſiderate fratres mei, & videte ſi in multitudine quid delectet, niſi vnum. Ecce
de gratia dei q̃ multi eſtis. Quis vos ferret, niſi vnum ſaperetis. Multi ſunt homines, ad-
de vnum, & populus eſt: ſubtrahe vnum, & turba. Quid eſt turba, niſi multitudo turba- Turba.
ta? Hinc Chriſtus omnes in ſe credentes voluit ac præcepit eſſe vnum, præſertim ꝑ cha-
ritatem: per fidem quoque & ſpem, atque habendo vnum generalem prælatum ſummũ
pontificem, in quo tanquam in vno capite vnum ſint. Hinc ſecundum Bernardum li- Bernard.
bro de Conſideratione, Chriſtus dicendo ad beatiſſimum Petrum: Paſce oues meas, cõ Iohan. 21
mendauit vnitatem in vno paſtore, & vno grege: ſicq́; regimem eccleſiæ voluit eſſe mo-
narchicum, quod & teſte Philoſopho in Politicis optimum eſt. Vnde Chriſtus loqui- Philoſo.
tur deo patri: Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo quos dediſti mihi, vt omnes ſint vnũ Iohan. 17
ſicut & nos vnum ſumus. Apoſtolus quoque: Rogo ait vos fratres, idipſum dicatis oẽs, 1 Cori. 1
& non ſint in vobis ſchiſmata. Sed & Proclus in Elementatione ſua decimotertio theo Proclus.

PROSA XI.

remate pulcherrime ac ſubtiliſſime proteſtatur: Omne bonum vnitiuum eſt participantium ipſo, vt omnis vnitio bonum, & bonum vni idem. Hinc quippe platonici inter bonum & vnum non diſtinxerunt. Idem. Ad quod inſinuandum Proclus in commentario adiecit: Bonum ſaluatiuum & contentiuum eſt omnium entium, propter quod appetibile eſt omnibus. Quod autem ſaluatiuum & contentiuum eſt ſubſtantiæ ſingulorum, eſt ipſum vnum. Vno nanque ſaluantur omnia, & diſperſio vnumquodque exire D facit à ſubſtantia. Lucæ 10 Itaque iuxta Saluatoris oraculum, Vnum in omnibus eſt neceſſarium. Denique ſicut Proclus probauit, bonum & vnum conſiſtere idem, quoniam vtriuſque idem eſt actus, videlicet, ſaluare, contineréque omnia, ſic & Philoſophia probat hoc conſequenter: [Eadem nanque ſubſtantia eſt eorum, quorum non eſt naturaliter diuerſus effectus,] id eſt, quorum naturalis actio ſeu operatio non eſt diuerſa. Ioh. Dam. Nam & Damaſcenus diſſeruit: Nihil eſt expers propria operatione notionalique actione. Ideo quorum naturæ diuerſæ ſunt, diuerſas habent operationes narurales ac notionales. In tali etenim actione natura agentis præſertim refulget, ac potiſſime per eam cognoſcitur.

Ad quod Boethius: [Negare, inquam, nequeo] id quod dicis. Ad hoc Philoſophia: [Noſti ne igitur, inquit, omne quod eſt,] id eſt, omne cauſatum [tam diu manere atque ſubſiſtere, quam diu ſit vnum] vnitate exiſtentiæ actualis [ſed interire atque diſſolui, [id eſt, corrumpi [pariter vt vnum eſſe deſtiterit,] id eſt, cum deſierit eſſe vnum? Iſta ſunt plana. E [B. Quo nam, inquam, modo? [id eſt, ego Boethius quæro huius exemplum, in quo pateat qualiter illud contingat. Ad quod Philoſophia: [Vt in animalibus, inquit, cum in vnum coeunt,] id eſt, conueniunt [ac permanent anima corpuſque,] id eſt, coniuncta manent anima & corpus] id animal vocatur,] id eſt, compoſitum ex anima & corpore naturali organico. [Cum vero hæc vnitas vtriuſque ſeparatione diſſoluuitur, interire, nec iam animal eſſe liquet,] id eſt, tunc conſtat compoſitum illud mori, nec animal eſſe exiſtentia actuali. [Ipſum quoque corpus cum in vna forma membrorum coniunctione permanet, humana viſitur ſpecies,] id eſt, figura humana videtur in corpore illo. [At] pro ſed [ſi diſtributæ ſegregatæque partes corporis diſtraxetint vnitatem,] id eſt, ſi partes corporis ab inuicem diuiſæ ac ſepatatæ ceſſauerint vnitatem corporis conſeruare, deſinit eſſe quod fuerat,] præſertim ſi partes illæ tollantur, ſine quibus conſeruari non valet, vt ſunt partes quædam vitales, ſicut cor, caput, & cætera. Non tamen quæcunque ablatio partium integralium inducit corruptionem omnimodam corporis, vt ſi aures aſcindantur, aut oculi eruantur, quæ ſunt partes officiales. [Eóque modo percurrenti] per cõſideraionem [cætera,] id eſt, alia entia [proculdubio patebit ſubſiſtere vnumquodque dum vnum eſt: cum vero vnum eſſe deſinit, interire] patet,, id eſt, manifeſtum eſt quod corrumpatur cum deſinit eſſe vnum. Propter quod vnum cõuertibile eſt cum F ente. Ad hæc Boethius: [Conſideranti inquam, vt mihi plura, minime aliud videtur,] id eſt, nequaquam aliud mihi apparet, dum conſiderando diſcurro per entia multa. ¶ Cõſequenter Philoſophia quærendo oſtendit quod vnumquodque naturaliter appetit ſuam permanentiam, ſuæque vnitatis conſeruationem: Auguſtin. Quod etiam Auguſtinus libro de Ciuitate dei breuiter pandit. [P. Eſt ne igitur, inquit,] aliquid [quod inquantum naturaliter agat, relicta ſubſiſtendi appetentia, venire ad interitum, corruptionémque deſideret?] Philoſophia inquit, id eſt, quærit. Igitur cum ita ſit vt dicis, eſt ne, id eſt, ad interitũ & corruptionem appetentia, id eſt, inclinatione ſubſiſtendi, id eſt, permanendi relicta?

Ad quod Boethius: [Si animalia, inquam, conſiderem, quæ habent aliquam volendi nolendique naturam,] id eſt, aliquam vim, veritatem, aut participationem volendi ac nolẽdi. In hominibus quippe eſt vera natura ac libertas ad volendum atque nolendum: in brutis autem eſt quædam participatio actuum horum, quoniam habent appetitum ſenſitiuũ, qui ex ſenſitiua apprehenſione mouetur ad obtinendum aut refugiendum ſecũdum quod aliquid imaginatur tanquam ſibi conneniens aut nociuum, [nihil inuenio quod nullis extra cogentibus abijciant manendi intẽtionem,] id eſt, inclinationem ſeu appetitum, extenſe ſumendo intentionem, quæ proprie non conuenit brutis, vt ſupra expoſitum eſt. Et hoc nullis cogẽtibus extra, id eſt, nullis cauſis violentis compellentibus ad id quod eſt contra naturalem appetitum [& ad interitum ſponte,] id eſt, propria ac naturali inclinatione [feſtinent. Omne nanq; animal tueri ſalutem laborat]. i. conatur

defendere



A defendere ſuam ſanitatem, & refugit læſionem. Ideo ſubditur: [mortem vero perniciemque,] id eſt, nocumentum ſeu læſionem [deuitat] quantum poteſt, & dum eam imaginatione aut pœnæ experientia apprehendit. Hinc autor naturæ dedit & brutis non ſolum appetitum concupiſcibilem, quo inſequuntur delectabilia, ſed etiam appetitum iraſcibilem, quo contra noua & corruptiua inſurgunt, aut pro poſſe reſiſtunt: atque diuerſa animalia diuerſimode armauit ac muniuit ad talia facienda: Quibuſdam dando grande robur ad reſiſtendum, vt vngues, dentes, ſeu cornua, vt in leonibus, onagris, vnicornibus contuemur. Aliquibus vero contulit miram agilitatem ad fugiendum. Nonnullis præordinauit ac præſtitit certa latibula, in quibus tutantur, aut quaſi domunculas ſaxeas, in quibus ſe recludant, aut pellem quaſi ſpinis opertam, ſicut in hoc in libro de animalibus, & de proprietatibus rerum multa leguntur, de quibus vt etiam refert beatus Hieronyſ. Hieronymus, ſpecialiter conſcripſerunt egregij viri Ariſtoteles ac Theophraſtus. [Sed quid de herbis arboribuſque, quid de inanimatis omnino conſentiam rebus, prorſus dubito,] id eſt, omnino ambiguus ſum, quid tecum ſentire debeam de his quæ tantum vegetatiuam ſortiti ſunt animam. De his quoque quæ inanimata ſunt penitus, an ſcilicet eſſe ac permanere naturaliter appetunt. Ad quod Philoſophia: [Atqui,] id eſt, certe, [non eſt quod de his quoque poſſis ambigere] poſt hanc meam informationem. Ad B quod ſubditur ratio prima: [Cum herbas atque arbores intuearis primum ſibi conuenientibus innaſci locis,] id eſt, cum videas quod herbæ ac arbores innaſcantur, id eſt, conualeſcant & creſcant primum, id eſt, citius locis ſibi conuenientibus, vt iuxta aquarum fluenta, ſicut de viro virtuoſo loquitur Ieremias: Ierem. 17 Erit tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod ad humorem mittit radicem ſuam. [Vbi quantum earum natura queat, cito exareſcere atque interire non poſſint,] id eſt, corrumpi non valeant, quantum earum natura, id eſt, vigor naturalis poteſt corruptiuis reſiſtere, & conſeruatiuarum influxum ſuſcipere. [Nam aliæ quidem campis, aliæ montibus oriuntur,] id eſt, quædam herbæ ac arbores aptius ac velocius generantur in campis, quædam in locis montanis [alias ferunt paludes,] id eſt, quaſdam herbas ac arbores ipſæ paludes producunt commodius, concurrente influentia cœleſtium corporum, præſertimque ſolis, cuius acceſſus ad nos in zodiaco, cauſa eſt generationis in inferioribus, ſecundum Philoſophum. Philoſop. [Aliæ ſaxis hærent, aliarum fœcundæ ſunt ſteriles arenæ] quæ tamen ex cœleſti impreſſione cauſali fiunt fœcundæ, [quas ſi in alia quiſpiam loca transferre conetur, areſcant. Sed dat cuique natura quod conuenit,] id eſt, natura vniuerſalis naturans potiſſime deus (vt ſupra expreſſum eſt) largitur vnicuique naturæ ſpecificæ ea quæ congruunt ſuæ conſeruationi, durationi, & propagationi, [& ne (dum manere poſ C ſunt) intereãt, elaborat,] id eſt, natura particularis in quouis indiuiduo pro poſſe operatur ad hoc, ne indiuidua intereant, id eſt, corrumpantur, dum naturaliter poterunt perdurare. ¶ Conſequenter probatur hoc ipſum ex eo quod herbæ & arbores attrahunt ſibi naturaliter alimenta, quibus deficientibus arent, ſicut in euangelio ait Saluator: Marci. 11 Arbor aruit, quia non habuit humorem. [Quid eſt inquam, id eſt, quid deſignat [quod omnes veluti in terras ore demerſo, trahunt alimenta radicibus,] id eſt, per radices attrahunt ſibi ex terris fomentum, vt humorem & ſuccum quo creſcunt, quæ radices ſunt ipſis herbis arboribuſque pro ore terris infixa? [ac per medullas robur corticemque diffundunt,] id eſt, herbæ & arbores, diffundunt alimenta attracta per medullas, id eſt, per nucleum ipſum quaſi per venas in robur & corticem, quia ex alimentis illis prouenit arbuſtis ſoliditas operturaque corticis pro tegumento & protectione à corruptiuis. [Quid quod nobiliſſimum quodque (ſicuti medulla eſt) interiore ſemper ſede reconditur?] id eſt, quid iſtud ſignificat, quod molliora ſeu teneriora arborum poſita ſunt atque abſcondita intus in medio ligni? [extra vero quadam ligni firmitate tuetur? vltimus autem cortex aduerſum cœli intemperiem quaſi mali patiens defenſor opponitur?] id eſt, exterius ipſe cortex extremus quaſi arborem ipſam inuoluens opponitur contra tempeſtates cœli aerei tanquam patiens mali, id eſt, aſſuetus pati talia mala læſiua, vt ſunt calor intenſus æſtatis ac fulguris, & vehemens hyemis frigus. Quid inquam iſtud deſignat, niſi quod omnia iſta cupiunt permanere? Quod adhuc alia ratione probatur, quoniam generãt ſimilia ſibi in ſpecie, quatenus eſſe quod indiuiduis aſſidue cor

 rumpi

PROSA XI. rumpitur in ſpecie,hoc eſt,in indiuiduis eiuſdem ſpeciei conſeruetur. [Iam vero quanta D
eſt naturæ diligentia,] id eſt, magna eſt ſolicitudo naturæ, [vt cuncta ſemine multipli-
cato progagentur,]id eſt,quatenus omnia corruptibilia(de quibus nunc mentio) propa
gentur ſemine multiplicato,id eſt, continuentur in eſſe per multiplicationem conſimili
um in ſpecie. [Quæ omnia non modo ad tempus manendi, verum generatim quoque
quaſi in perpetuum permanendi,veluti quaſdam machinas eſſe quis neſciat?] Quæ oĩa,
id eſt, præfatam generationem & multiplicationem ſolicitudinemque naturæ quis ſapi
enter aduertens neſciat eſſe veluti machinas quaſdam,id eſt, vias & inſtrumenta proui-
dentiæ ſummæ, ac media permanendi in ſuo ſimili, quaſi in perpetuum, id eſt, vſque in
finem mundi, quem Philoſophi non putabant finiendum in ſucceſſionibus generatio-
onum? ſed quoniam reuera terminabitur, dictum eſt quaſi in perpetuum. ¶Deinde
idem probatur de inanimatis,vt ſunt elementa & mixta numeralia.[Ea etiam quæ ina-
nimata eſſe creduntur, nonne quod ſuum eſt, quæque ſimili ratione deſiderant?] id eſt,
etiam inanimata pari probatione oſtenduntur naturaliter appetere cõſeruationem pro
prij eſſe, naturaliumque ſuorum. Circa hoc aliqui dicunt Philoſophiam notanter di-
xiſſe:Ea quæ inanimata eſſe creduntur,id eſt,putantur, propter animam mundi, qua o-
mnis res viuificatur,ita quod in ordine ad illam nulla ſunt inanimata,ſed inanimata cre
duntur,quia non habent animam ſpecialem ac propriam. Sed iſtud inſipienter & irre- E
ſolute dictum videtur, quia vt patuit ante anima mundi non eſt ponenda prout Plato
& platonici confinxerunt:nec vere & proprie dici poteſt, quod mundus ſenſibilis ſit ani
matus & animal,falſumque eſt abſolute, quod elementa & mineralia ſint animata:imo
ſunt prorſus inanimata, nec eorum corpora aliquam aptitudinem, complexionem aut
harmoniam habent ad animationem,hoc eſt,ad informationem ab anima, quæ ſecun-
Philoſop. dum Philoſophum eſt actus corporis organici phyſici:Imo ineptiſſima ſunt ad informa
tionem ab anima intellectuali, qualis ſecundum platonicos eſſet anima mundi. Si au-
tem dicatur anima illa non eſſe anima per informationem, tunc non eſt anima,niſi me-
Varro. taphorice atque equiuoce, ſecundum quod Varro & Socrates aſſerebant deum eſſe a-
Socrates. nimam mundi per ſimilitudinem quandam, quoniam ſicut anima regit,mouet,conſer-
uat proprium corpus,ſic deus omnipotens totum mundum,non tamen per informatio-
nem formalem,ſed efficienter:& ſicut anima corpus ſuum viuificat,ſic deus per animas
aliquas mundi partes, vtputa homines, & cætera. [Cur enim flammas quidem ſur-
ſum leuitas vehit,terras vero deorſum pondus deprimit,niſi quod hæc ſingulis loca mo
tionéſque conueniunt?] id eſt, quia locus & motus ſurſum conuenit leuibus, eſtque lo-
cus ille leuium conſeruatiuus: motus vero & locus deorſum conueniens eſt naturalis,
conſeruatiuuſque grauium. Ideo ſubditur: [Porro autem quod cuique conſentaneum F
eſt,]id eſt,conueniens alicui[id vnumquodque conſeruat] illud videlicet cui cõueniens
eſt,[ſicut ea quæ ſunt inimica,corrumpunt]ea quibus ſunt inimica,id eſt,cõtraria.[Iam
vero quæ dura ſunt,vt lapides,adhærent tenaciſſime partibus ſuis,]id eſt,vna pars alte-
ri,præſertim in multis ſaxis, [& ne facile diſſoluantur, reſiſtunt] ſua duriria & cohæſio-
ne,ſicut & ferrum cæteraque metalla.Pars enim conſeruatur in ſuo toto. [Quæ vero li-
quentia,]id eſt,mollia & humida [vt aër atque aqua, facile quidem diuidentibus cedũt,
ſed cito in ea rurſus à quibus abſciſa ſunt relabuntur,]id eſt, mox reuniuntur ſuo toti,ſi
ſuæ relinquantur naturæ,nec violenter impediantur.[Ignis vero omnem refugit ſectio-
nem,]id eſt.diuiſionem,id eſt,ex ſua natura tam formalis eſt & actiuus, vt potius cone-
tur diuidẽtia ipſum conſumere, quàm cedere eis. Nihilominus experientia docet quod
diuidatur, quemadmodum aër & aqua, qui diuiſi mox intra ſe recluduntur, iuxta illud
Sapien. 5 Sapientis:Nauis pertranſit fluctuantem aquam,cuius cum pertranſierit, non eſt veſtigi-
um inuenire,neque ſemitam carinæ illius in fluctibus. Sagitta quoque emiſſa in locum
deſtinatum,diuiſus aer continuo in ſe recluſus eſt,vt ignoretur tranſitus illius. ¶Con-
ſequenter exponit Philoſophia, de quo appetitu loquuta ſit:[Neque nos nunc de volũ-
tarijs animæ cognoſcentis motibus,ſed de naturali intenſione tractamus,]id eſt,iſta de
appetitu inanimatorum naturali dicimus: Hoc eſt,de naturali intenſione,motu & dire-
ctione proferimus, quo potius à natura naturante diriguntur & aguntur, quàm agant.
[Sicuti eſt,quod acceptas eſcas ſine cogitatione tranſigimus,] id eſt, eſcas in vigilia vo-
lunta



A luntarie ſumptas in ſomno digerimus ſine cogitatione,de hoc ſola naturali actione na-
turalis caloris,cuius aliud exemplum eſt;[quod in ſomno ſpiritum ducimus,]id eſt, an-
helitum trahimus,[neſcientes,]id eſt, proprium actum non aduertentes ratione ligata.
[Nam ne in animalibus quidem manendi amor ex animæ voluntatibus, verum ex na-
turæ principijs venit,] id eſt, deſiderium quo bruta appetunt permanere in eſſe ac viue-
re, non oritur ex libero arbitrio cordis rationaliſque ſpiritus, ſed ex naturalibus cauſis
appetituq; ſenſitiuo. Vnde & ſanctus Dionyſius fatur,quod aliquæ creaturæ deſiderant S.Dionyſ.
ſummum bonum enter & naturaliter,vt inanimata quædam ſenſibiliter, quædam rati-
onabiliter, quædam intellectualiter: ſicque cuncta creata appetunt ſummum bonum,
ſed diuerſimode, & vnumquodque ſecundum modum ſuæ naturæ. Sic quoque natura-
lis appetitus interdũ videtur appetitui intellectiuo oppoſitus. Vnde ſubiungitur:[Nam
ſæpe mortem cogentibus cauſis,quam natura reformidat,voluntas amplectitur,]id eſt,
voluntas frequenter cupit & acceptat mortem violentam, cogentibus,id eſt, impellen-
tibus ac vehementer mouentibus cauſis extrinſecis,quam mortem natura,id eſt, natura
lis appetitus reformidat,id eſt,abhorret ac fugit,vt dictum eſt ante,de aliquibus qui oc-
ciderunt ſeipſos, ne hoſtium voluntati ſubijcerentur, ob quam cauſam Saul primo Re- 1. Reg. 31
gum ſe legitur peremiſſe: In Apocalypſi quoque aſſeritur:In die illo deſiderabunt homi Apoca. 9
B nes mori, & fugiet mors ab eis. Sic & martyres ſancti amore CHRISTI ac gloriæ
æternalis obtulerunt ſe morti promptiſſime. Imo & ſanctus ſanctorum qui ex natura-
li mortis pauore orauit: Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte, id eſt,acerbitas Matth. 26
paſſionis, charitate monente ex deliberata ratione promptiſſima voluntate amplexus
eſt mortem,dicendo:Pater ſi non poteſt calix iſte tranſire,niſi bibam illum, fiat volun- Ibidem.
tas tua. [Contraque illud (quo ſolo mortalium rerum durat diuturnitas) gignendi o-
pus quod natura ſemper appetit, interdum coercet voluntas,] id eſt, deliberata volun-
tas interdum coercet, id eſt, reprimit hominem à venereis, contra opus ilud gignendi,
id eſt, ad vitandum opus generatiuæ potentiæ, quo ſolo durat, id eſt, in eſſe permanet
per ſucceſſionem diuturnitas,id eſt,diurna conſeruatio rerum mortalium, id eſt,corru-
ptibilium indiuiduorum. Hoc patet in religioſis præcipue & alijs, qui deſiderio regni
cœleſtis continentiam ſpondent ac ſeruant.[Adeo hæc ſui charitas non ex animali mo
tione,ſed ex naturali intenſione procedit.]Hoc eſt,hæc charitas ſui,id eſt,inclinatio iſta
ad conſeruationem ac permanentiam ſuipſius procedit adeo tam multum, non ex mo
tione animali,id eſt,non ex affectu aut motu orto ex cognitione ſenſitiua aut intellecti-
ua, ſed ex intentione naturali,id eſt, impreſſione indita ipſi naturæ ab eius authore, ita
quod primo inde conſurgit, ſecundario quoque conſurgeret ex apprehenſione & mo-
C tione animali. Porro charitas in his verbis ſumitur improprie,& valde extenſe. Chari- Charitas. I.
tas quippe proprie appellatur dilectio ſupernaturalis, gratuita & infuſa, qua DEVS
proximuſque diligitur:Deus ſuper omnia & propter ſeipſum,proximus vero in deo &
propter deum.Sicque charitas eſt virtus theologica & ſuprema omnium virtutum regi-
na,motrix,forma ac vita:ſine qua nemo complacet deo. De qua dixit Apoſtolus: Super Col. 3
omnia charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis. Secundo accipitur minus II.
proprie pro quacunq; dilectione ſeu amicitia, vt cum ſecundo Machabæorum narra- 2. Mac. 14
tur :Videns Achimus charitatem illorum adinuicem, vtputa Iudæ atque Nichanoris:
certumq; eſt ꝙ ſuperbus & perfidus ille Nichanor charitatem primo modo ſumptã nõ
habuit. Tertio improprijſſime ſumitur pro quacunque inclinatione naturæ. [Dedit III.
enim prouidentia creatis à ſe rebus hanc vel maximam manendi cauſam,] id eſt, diui-
na prouidentia ſuis contulit creaturis hanc præcipuam cauſam ſeu rationem perſeuerã-
di in eſſe vſque præſcriptum aut diffinitum terminum ſuæ periodi,ſeu naturalis duratio
nis,[vt quo ad poſſunt, naturaliter manere deſiderent,] id eſt, in ſuo eſſe oporteat dura-
re,quàm diu naturaliter eis poſſibile eſt. [Quare nihil,]id eſt, nulla rationabilis cauſa
[eſt quod vllo modo queas dubitare, cuncta quæ ſunt, appetere naturaliter conſtanti-
am permanendi, deuitare perniciem,] id eſt, etiam fugere ſui corruptionem. ¶Ad
hoc Boethius:[Confiteor,inquam,nunc me indubitato cernere,]id eſt,indubitanter co
gnoſcere,[quæ dudum incerta videbantur,] id eſt, quæ appetebant mihi eſſe ambigua
ante hanc diſputationem. ¶Conſequenter Philoſophia repetit quædam præhabita,

 ex qui-

ex quibus deſcriptionem boni concludit. [P. Quod autem, inquit, ſubſiſtere ac permanere appetit,] id eſt, petit] id vnum eſſe deſiderat. Hoc enim ſublato,] id eſt, ipſo vno remoto ab ente, [ne eſſe quidem cuiquam permanebit,] id eſt, nulli rei eſſe ſuum manebit, ſicut oſtenſum eſt. [B. Verum eſt, inquam,] id eſt, ego Boethius dico hoc verum. Et Philoſophia: [Omnia igitur, inquit, vnum deſiderant,] id eſt, id in quo conſiſtit ratio vnius, hoc eſt, vnumquodq; cupit conſiſtere indiuiſum à ſe, & diuiſum ſeu diſtinctum ab alijs B. [Conſenſi inquam,] id eſt, ego Boethius iam ſupra conſenſi his. Ad quod Philoſophia: [Sed vnum monſtrauimus idipſum eſſe, quod bonum eſt.] Reſpondet Boethius: [Ita quidem] monſtraſti. Ex quo infert Philoſophia: [Cuncta igitur petunt,] id eſt, appetunt [bonum: Quod quidem ita deſcribas licet,] id eſt, licitum eſt, vt ipſum bonum ita deſcribas, [ipſum bonum eſſe, quod ab omnibus deſideretur. Quod iam frequenter præhabitum eſt: & poteſt intelligi tam de ſummo bono, quod eſt beatitudo ac deus, q̊d omnes aliquo modo affectant, aut in ſpeciali, aut ſub ratione communi, quàm de bono ſumpto communiter & abſtracte: quod eſt appetitus obiectum. Ad quod Boethius: Nihil, inquam, verius cogitari poteſt.] Quod probat ſubdendo. [Nam vel cuncta ad nihilum referuntur,] id eſt, aut omnia entia tendunt & ordinantur ad nullum ſummum finem, ſeu ad nihil ſupremum, [& vno veluti vertice deſtituta,] id eſt, priuata vno altiſſimo ad quod tendant [ſine rectore fluitabunt,] id eſt, caſualiter iactabuntur incerta ac in- E ſtabilia, confuſa & inordinata iugiter exiſtendo, ac gubernatore carendo: cuius contrarium conſtat ad oculum. [Aut ſi quid eſt ad qnod vniuerſa feſtinent,] id eſt, naturali deſiderio pertingere optent ac ſatagant, quæ ſe naturaliter habent, [id erit omnium ſummum bonorum. Et illa. P. Nimium, inquit,] id eſt, Philoſophia reſpondit nimium, id eſt, valde ſic eſt, [ò alumne lætor,] id eſt, ò tu Boethi meis dogmatibus enutrite profectui tuo congratulor, quemadmodum & Iohannes Apoſtolus in ſua ſecunda ait epiſto-

2. Iohan. 1. la: Maiorem horum gratiam non habeo, quàm vt audiam filios meos in veritate ambulantes. [Ipſam enim mediæ veritatis notam mente fixiſti.] In his verbis, notam veritatis eſt intranſitiua conſtructio, ſicut cum dicitur, virtus dei, vt ſit ſenſus: Congaudio tibi fixiſti enim mente, id eſt, in corde tuo firmiter ſtatuiſti ac impreſſiſti notam ipſam veritatis mediæ, id eſt, ipſam veritatem quæ media eſt inter deos extremos errores, quemadmodum virtus media eſt inter vitia duo extrema, vt liberalitas inter prodigalitatem & tenacitatem. Sic veritas iſta, id eſt, vera ſententia de Boethio hic expreſſa, media eſt inter errores extremos, ſeu inter extrema falſa, quorum vnum eſt dicere omnia caſualiter euenire, aliud omnia de neceſſitate accidere. Dicitur quoq; veritas media, quia ad ipſam tanquam in medio poſitam ex omni parte aſpiciunt cuncti. Vnde veritas ſumma ait in

Lucæ 22 euangelio: Ego in medio veſtrum ſum. Itemque: Vbi fuerint duo vel tres congregati in F

Matth. 18 nomine meo, ibi in medio eorum ſum. At vero nota apud Mathematicos nuncupatur

Nota quid punctum inter duas lineas in medio poſitum: ſicque ſententia Boethij dicitur nota mediç veritatis, id eſt, veritas media recte notata, & ab extremis falſis diſcreta. Porro vt hęc clarius intelligantur, oportet ſcire quod ſicut ſanitas conſiſtit in quadam proportione media inter qualitates extremas cõtrarias. Virtus quoque moralis (quæ magna pars eſt ſanitatis animæ) iuxta Philoſophum Ethycorum ſecundo medietas quædam eſt inter

Philoſop. duo vitioſa extrema: Sic veritas ſcripturarum media eſt inter errores diuerſos & mutuo ſæpe contrarios. Sic enim veritas fidei catholicæ aſſerentis in C H R I S T O conſiſtere vnam perſonam & duas naturas, vtputa veram deitatem & integram humanitatem, media eſt inter hæreſim Neſtorij ponentis in Chriſto duas perſonas, ac hęreſim Euticetis, dicentis in C H R I S T O vnam perſonam, & vnam duntaxat naturam. [Sed in hoc patuit tibi,] id eſt, in hac vera reſpõſione oſtendiſti te ſcire [quod] te [ignorare paulo ante dicebas] præſertim in libro primo vbi interdum loquutus es quaſi dubitans de prouidentia dei, cui dixiſti: Hominum ſolos reſpicis actus. Ad quod Boethius: [Quid, inquam?] id eſt, quid eſt hoc? P. [Quis eſſet rerum, inquit, omnium finis?] id eſt, Philoſophia inquit, Quis eſſet finis oĩm rerum? [Is eſt enim profecto] id eſt, iſte omniũ finis eſt id [q̊d deſideratur ab oĩbus] ſicut expoſitũ eſt: [q̊d quia bonũ eſſe colligimus,] id eſt, ex diuerſis motiuis probauimus ac ſummatim perſtrinximus [oportet rerum oĩm finem bonum eſſe fateamur,] id eſt, oportet vt fateamur bonum vtiq; ſummum eſſe finem



A nem rerum omnium: ad quem finem quædam immediate, quædam mediate poſſunt pertingere: & quædam per cognitionem & amorem, quædam per modum inferiorem, vt ſæpius expreſſum eſt. ¶ Amplius, ſicut Philoſophia probauit, quod omnia appetunt ſui permanentiam & vnitatem in totis eſſentialibus & integralibus, ita hoc poteſt oſtendi in totis poteſtatiuis, eorumq; partibus: quorum perfectio eſt in hoc quod partes poteſtatiuę ſtent reductæ ac ſubditæ ſuo toti in his, quæ ad talium totorum ſpectant officium, vt quod in eccleſia dei ſummo pontifici cæteri prælati ſint ſubiecti, Imperatori quoq; principes ſeculares ſecundum diuinæ legis tenorem in omni veritate & æquitate. Diuiſio autem inter eos atq; diſcordia peſſimum malum eſt deſtructioq; eccleſiæ, ſicut in euangelio aſſerit Chriſtus: Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur. Poſtremo ipſum eſſe naturali quadam vi omnibus eſſe appetibile ac iucundum pulchre declarat Auguſtinus vndecimo de Ciuitate dei, decimoſexto capitulo.

## METRVM XI.

QVisquis profunda mente ueſtigat uerum,
Cupitq; nullis inde deuijs falli,
B In ſe reuoluat intimi lucem uiſus,
Longoſq; in orbem cogat inflectens motus,
Animumq; doceat, quicquid extra molitur,
Suis retruſum poſſidere theſauris.
Dudum quod atra texit erroris nubes,
Lucebit ipſo perſpicacius Phœbo.
Non omne nanq; mente depulit lumen,
Obliuioſam corpus inuehens molem.
Hæret profecto ſemen introrſum ueri,
Quod excitatur uentilante doctrina.
Nam cur rogati ſponte recta cenſetis,
Ni merſus alto uiueret fomes corde?
Quod ſi Platonis muſa perſonat uerum,
C Quod quiſq; diſcit, immemor recordatur.

## Elucidatio metri huius undecimi, ARTIC. XXXI.

QVoniam in præhabita proſa Boethius ſupra omnia vehementer appreciatus eſt ſcientiam ſummi boni, Philoſophia in hoc metro oſtendit modum inueſtigandi ac inueniendi hanc ſalubrem ſcientiam. Videtur demum Philoſophia hic potius ſecundum doctrinam Platonis quàm Ariſtotelis procedere: ideo primo textum ſimpliciter explanabo, deinde veritas horum diligentius inquiretur. Quiſquis veſtigat. i. quicunq; inquirit, verum. i. veritatis notitiam, mente profunda. i. alto ingenio, ſubtili & eleuato, quod ad immaterialia, difficilia & diuina acute ac faciliter erigatur, & ille cupit falli nullis deuijs. i. erroribus aut fallacibus argumentis à via veritatis abducentibus, reuoluat. i. circumagat, & reflectat ſe in lucem. i. intellectuale lumẽ viſus intimi. i. interioris, vtputa rationis diſcurrentis ab vniuerſalibus ad particularia, à ſenſibilibus ad intelligibilia, à cognitis ad ignota. De qua luce fertur in Pſalmo: Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui dñe. [& inflectens]. i. ad interiora retorquens mo- Pſalmo 83 tus longos]. i. actus & apprehẽſiones prolixos, multiplices, diſtractiuos viriũ ſenſitiuarum exteriorum ac interiorum, [cogat in orbem] id eſt, impellat per gyrum ad regreſſum in mentem, in qua cuncta diſcutiantur, & ad diuinorum notitiam ordinentur, [& doceat animum]. i. intellectum ſuum [ipſum poſſidere]. i. habere [retruſum] q̊d intellectus ſuus

METR. XI. intra ſe habet clauſum,impreſſum & cognitum[in ſuis theſauris]id eſt,in habitibus ſibi D
innatis,[quicquid molitur,]id eſt,laborat [cognoſcere extra]id eſt,exteriora & ſenſibi-
lia conſiderando [quod atra nubes] .i.corpulentia carnis & religatio corporis,ſeu obli-
uio & ignorantia ex aggrauatione carnis cauſata[texit] id eſt, abſcondit obliuiſciq; fe-
cit[lucebit]id eſt,cognoſcetur[perſpicatius phœbo ipſo].i.clarius ſole. Vnde ſcriptum
Sapien. 9 eſt: Corpus quod corrumpitur aggrauat animam,& deprimit terrena inhabitatio ſen-
ſum multa cogitantem. [Corpus namq; inuehens(id eſt , ingerens) animæ molem, ] id
eſt,aggrauationem obliuioſam[non depulit mente].i.ab intellectu nō remouit,[omne
lumen] id eſt,totum lumen intellectuale:nam habitualiter manſit, q̄uis impediat inter-
rumpatq; ſæpius actum [ſemen veri].i.habitus cognoſcitiuus principiorum [hæret].i.
certe manet menti inhærens [quod excitatur]id eſt,procedit in actū[doctrina].i.infor-
matione inſtruentis [ventilante]id eſt,exercitante.Quod probat ſubdendo : [Nam cur
rogati]id eſt,interrogati de aliquo dubio [cenſetis ſponte] id eſt,voluntarie & in prom-
ptu reſpondetis & iudicatis [recta]id eſt,vera [ni (.i.niſi) fomes].i. habitus ſcientialis,
ſeu cognitio primorum principiorum [merſus(.i.latens)corde alto]id eſt, in intellectu
profundo[viueret].i.aliquo modo adhuc vigeret,ſicut ignis latens ſub cinere:[Quod ſi
muſa] .i. facunda doctrina Platonis [perſonat] id eſt , perfecte exprimit [verum quod
quiſq; diſcit]propria inuentione aut alterius inſtructione[recordatur immemor]id eſt, E
non penitus diſcit de nouo , quaſi nunquam ſcierit ante,ſed quia oblitus fuit , & imme-
mor factus ex corporis obnubilatione,ſicut animę infantulorū nil intelligere valent prę
nimia organorum interiorum ſenſuum humiditate atq; continuo fluxu , ex quo phan-
taſmata confunduntur, nec certum aliquid repræſentant. IOHAN. Videtur Boethius
ſub nomine Philoſophiæ hæc loquens,hic prorſus factus Platonicus , Peripateticorum
Ariſtotelisq; ſcholas egreſſus: præſertim,quoniam proſa ſequente ſubiungit : Tum ego
Platoni vehementer aſſentior. Hinc vehementer admiror & anxie ſciſcitor,an opinio il-
la Platonis ſit vera,valeatq; defendi,hoc eſt,an ſcientiæ & virtutes ſint animabus huma
nis innatæ ſeu concreatæ. DIONY. Pithagoræ & Socratis ac Platonis fuit opinio,ani
mas hominum eſſe æternas,&extra corpora conditas,atq; in ſtellis comparibus conſti-
tutas,ſcientijs atq; virtutibus decoratas,corporibus tamen velle vniri:quia intellectuali
tas in eis non eſſet pura,ſed paſſionibus quibuſdam obnoxia.Et item,quatenus in corpo
ribus ſtudioſe ac virtuoſe viuendo, maiorem poſt vitam hanc beatitudinem obtineret.
Philoſo. Verum contra huiuſmodi opinionem in pluribus locis Ariſtoteles arguit,& eam redar
guit,ſimulq; probat,ꝙ in eodem forma non præcedit materiam,nec anima corpus pro-
prium tempore. Tertio quoq; de anima dicitur,ꝙ intellectus animę noſtrę in principio
ſui eſt ſicut tabula raſa,nequaq̄ depicta, & circa finem Poſteriorum habet pro inconue- F
nienti,ꝙ in nobis eſſent nobiliſſimi habitus nos latentes. Porro in Ethicis ponit quinq;
habitus intellectuales,quorum vnum nominat intellectum,quem aſſerit eſſe habitū pri
morum principiorum in ſpeculabilibus, ex quo habitu ſimul cum miniſterio ſenſuū ex-
teriorum cognitione v.e ſenſitiua,& ex imaginatis mediante experimento,affirmat in no
bis generari ſcientiam , virtutem quoq; ex actibus bonis frequenter reiteratis . Hinc do-
ctrinæ Chriſtiani doctores magis communiusq; conſentiunt,imo aſſerere animas ratio-
nales ab exordio ſimul creatas reputatur hæreticum. Veruntamen hic parit difficultatē,
Auguſtin9 quod non ſolum hoc loco Boethius , imo etiam ſanctus Auguſtinus pluribus in locis,
Plato. præſertim in libris de Trinitate videtur ſequi Platonem de concreatione ſcientiæ in ani
ma qualibet rationali,ita q̊d ſicut Plato diſſeruit animā vnamquaq; rationalem ſeipſam
indeſinenter intelligere, diligere,recordari , cæterorum quoq; diſtinctam ſcientiam ſibi
habere diſtinctam. Hinc decimo de Trinitate capite octauo loquitur Auguſtinus : Ag-
Auguſtin. noſcat anima ſemetipſam,nec quaſi abſentem ſe quærat,ſed intentionem volūtatis,qua
per alia vagabatur ſtatuat in ſeipſa,& ſe cogitet,& ita videbit ꝙ nunq̄ ſe non amauerit,
nunq̄ neſcierit. Rurſus,in eodem libro decimo ait capitulo: Mentem in memoria, intelli
gentia & voluntate ſuipſius talem reperiebamus,vt quoniam ſemper ſe noſſe,& ſemper
ſe velle deprehendebatur, ſimul etiam ſemper ſui meminiſſe,ſemperq; ſeipſam intellige-
re & amare deprehenderetur, quamuis non ſemper cogitet ſe diſcretam ab his quæ non
ſunt quod ipſa. Rurſus in eodem libro, capite nono: Anima, ait, non velut abſentem ſe
quę-



A quærat cernere,ſed præſentem ſe curet diſcernere. Nec ſe quaſi non norit cognoſcat,ſed
ab eo quod alterum nouit,id eſt,quod ipſa non eſt dinoſcat . Nempe quod audit, Ag-
noſce teipſam,quomodo curabit implere, ſi neſcit qd ſit,cognoſcere aut quid ſit,teipſam?
Si autem nouit vtrūq;,nouit & ſeipſam. Non enim ita dicitur animæ: Agnoſce teipſam,
quemadmodum dicitur ei: Agnoſce Cherubim & Seraphim. Neq; ita dicitur menti: Ag-
noſce teipſam,ſicut dicitur homini: Vide faciem tuam , quod nō aliter quàm in ſpeculo
fieri poteſt. Sed cum dicitur menti: Cognoſce teipſam,eo ictu quo audit teipſam,cogno
ſcit ſeipſam,nec ob aliud niſi quoniam ſibi præſens eſt . Hæc & conſimilia multa aſſerit
Auguſtinus,quibus ipſemet obijcit: Quia ſi anima ſemper ſe noſcit & inſpicit,quomo-
do tam multi circa animæ notitiam errauerunt ? Ad quod ſubtiliter ac prolixe reſpon-
det,quod breuitati ſtudens pertranſeo. ¶ Deniq; quod Philoſophia tangit hic dicendo,
Nam cur rogati,&c. Plato in Memnone proſequitur plenius,arguendo de puero inter- Plato.
rogato de multis per ordinem,qui ad omnia pertinenter reſpondit, quod facere nō qui-
uiſſet,niſi intra ſe habuiſſet illorum notitiam. Aliud quoq; poſuit Plato experimentum Idem.
ad hoc,ꝙ dominus aliquis inſequens ſeruum fugitiuum, non magis illum ſibi obuian-
tem inuaderet,quàm alium,niſi illum prius nouiſſet: ſic anima non magis aſſentiret vni
propoſitioni,q̄ alteri,niſi eam prius nouiſſet,eiusq; intra ſe cerneret veritatem. Hinc Pla- Idem.
B to in Phædone teſtatur: Fatemur ſi quis alicuius rei meminerit , oportere eum prius ali-
quando hoc ſciuiſſe. Ergo fatebimur,cum ſcientia aduenerit,recordationē eſſe. Verum
ad prætacta Platonis atq; ſequacium eius motiua peripatetici, Chriſtiani quoq; Philo-
ſophi eos ſicuti reſponderunt,ſcientiam nobis eſſe innatam in vniuerſali,non in particu-
lari: intellectiuam quoq; potentiam cum ſuo lumine naturali, per quod ratio poteſt di-
ſcurrere,inuenire,proficere,ac ea quæ audit primo intelligere imperfecte, deinde paula-
tim magis perfecte. Si ergo præclariſſimi viri Auguſtinus & Boethius , in hac re Plato-
nem ſequuti ſunt ſicut apparet, non oportet in hoc eis obtemperare.

## PROSA XII.

TVM ego , Platoni inquam uehementer aſſentior , nam me
horum iam ſecundo commemoras. Primum , quod memo-
riam corporea contagione: dehinc, cum meroris mole preſſus
amiſi. P. Tum illa, ſi priora(inquit)conceſſa reſpicias, ne illud
C quidem longius aberit, quin recorderis, quod te dudum neſcire confeſſus
es. B. Quid inquam? P. Quibus(ait illa) gubernaculis mundus regatur.
B. Memini , inquam , me inſcitiam meam fuiſſe confeſſum, ſed quid af-
feras,licet iam perſpiciam,planius tamen ex te audire deſidero. P. Mun-
dum hunc (inquit)a deo regi paulo ante minime dubitandum putabas. B.
Ne nunc quidem arbitror inquam , nec unquam dubitādum putabo, qui
busq; in hoc rationibus accedam,breuiter exponam. Mundus hic ex tam
diuerſis contrarijsq; partibus in unam formam minime conueniſſet , niſi
unus eſſet, qui tam diuerſa coniungeret: coniuncta uero naturarum ipſa di
uerſitas inuicē diſcors , diſſociaret atq; diuelleret,niſi eſſet unus,qui quod
nexuit,contineret. Non tam uero certus naturæ ordo procederet,nec tam
diſpoſitos motus, locis,tēporibus,efficientia,ſpatijs, qualitatibus explica
ret,niſi unus eſſet, q has mutationū uarietates manēs ipſe diſponeret. Hoc
quicqd eſt, q̊ condita manēt atq; agitant̄,uſitato cunctis uocabulo deū no
mino. P. Tum illa: Cū hęc, inqt, ita ſentias,paruam mihi reſtare operam
puto,ut felicitatis cōpos,patriā ſoſpes reuiſas,ſed q̄ propoſuimus intuea
mur. Non-

PROSA XII. Nonne in beatitudine ſufficiẽtiam numerauimus, deumq; beatitudinem D ipſam eſſe conſenſimus? B. Ita quidem. P. Et ad mundum igitur (inquit) regendum nullis extrinſecus adminiculis indigebit? Alioquin ſi quo egeat plenam ſufficientiam non habebit. B. Id, inquam, ita eſt neceſſariũ. P. Per ſe igitur ſolum cuncta diſponit. B. Negari, inquam, non poteſt. P. Atqui deus ipſum bonum eſſe monſtratus eſt. B. Memini, inquam. P. Per bonũ igitur cuncta diſponit: ſiquidem per ſe regit omnia, quem bonum eſſe conceſſimus: & hic eſt ueluti quidam clauus atq; gubernaculum, quo mundana machina ſtabilis atq; incorrupta ſeruatur. B. Vehementer aſſentior, inquam, & id te paulo ante dicturã (tenui licet ſuſpicione) proſpexi. P. Credo, inquit, iam enim (ut arbitror) uigilantius ad cernenda uera oculos deducis, ſed quod dicam nõ minus ad contuendum patet. B. Quid inquam? P. Cum deus, inquit, oĩa bonitatis clauo gubernare iure credatur, eadẽq; omnia (ſicuti docui) ad bonum naturali intentione feſtinent, num dubitari E poteſt, quin uoluntarie regantur, ſeq; ad diſponentis nutum ueluti conuenientia contemperataq; rectori ſponte conuertant? B. Ita inquam neceſſe eſt, nec beatum regimen eſſe uideretur, ſiquidem detrectãtium iugum foret, non obtemperantium ſalus. Nihil eſt igitur, quod naturã ſeruans, deo contraire conetur. B. Nihil inquam. P. Quid ſi conetur? ait, num tandem proficiet quicq̃ aduerſus eum, quem iure potentiſſimum beatitudinis eſſe conceſſimus? B. Proſus inquam nihil ualeret. P. Non eſt igitur aliquid, quod ſummo huic bono uel uelit, uel poſſit obſiſtere? B. Non, inquam, arbitror. P. Eſt igitur ſummum, inquit, bonum, quod regit cuncta fortiter, ſuauiterq; diſponit. B. Tum ego q̃, inquam, me non modo ea quę concluſa eſt, ſumma rationum, uerum multo magis hæc ipſa quibus uteris uerba delectant, ut tandem aliquando ſtultitiam magna latrantẽ ſui pudeat. P. Accepiſti, inquit, in fabulis laceſſentes cœlum gygantes, ſed illos quoq; F (uti condignum fuit) benigna fortitudo depoſuit. Sed uis ne rationes ipſas inuicem collidamus? Forſitan ex huiuſmodi conflictatione pulchra quędam ueritatis ſcintilla diſſiliet. B Tuo inquam arbitratu. P. Deum, inquit, eſſe omnipotentem nemo dubitauerit. B. Qui quidem inquam mente cõſiſtat, nullus prorſus ambigat. P. Qui uero eſt (inquit) omnipotens, nihil eſt quod ille nõ poſſit. B. Nihil inquam. P. Num igitur deus facere malũ poteſt? B. Minime inquam. P. Malum igitur, inquit, nihil eſt, cum id facere ille nõ poſſit, qui nihil non poteſt. B. Ludis ne (inquam) me, inextricabilem mihi labyrinthum rationibus texens? Quo nunc quidem, qua egrediaris, introeas: nunc uero qua introieris, egrediare: an mirabilem quendam diuinæ ſimplicitatis orbem complicas? Etenim paulo ante a beatitudine incipiens, eam ſummum bonum eſſe dicebas, quam in ſummo deo ſitam loquebare. Ipſum quoque deum ſummum eſſe bonum, plenumq; beatitudine diſſerebas: ex quo neminem beatum fore, niſi qui pariter deus eſſet quaſi munuſculum dabas. Rurſus ipſam boni formam, dei beatitudiniſq; loque-



A loquebaris eſſe ſubſtantiam, ipſumq; unum idipſum eſſe bonum dicebas, quod ab omni rerum natura peteretur, deum quoq; bonitatis gubernaculis uniuerſitatem regere diſputabas, uolẽtiaq; cuncta parere illi, nec ullam mali eſſe naturam, atq; hæc nullis extrinſecus ſumptis, ſed altero ex altero fidem trahente, inſitis domeſticiſq; probationibus explicabas. P. Tum illa: Minime, inquit, ludimus, remq; omnium maximã dei munere (quẽ dudum deprecamur) exegimus. Ea eſt enim diuinæ forma ſubſtantiæ, ut neq; in externa dilabatur, nec in ſe externum aliquod ipſa ſuſcipiat. Sed ſicut de ea Parmenides ait:

πάμ πθὲμ ἐμ κύλοισι φέρεμ ἐναλίγκιομ ὄγκομ.

Quod ſi rationes quoq; nõ extra petitas, ſed intra rei quam tractabamus ambitũ collocatas agitauimus, nihil eſt quod admirere, cum Platone ſanctiente didiceris, cognatos de quibus loquimur rebus, oportere eſſe ſer-
B mones.

Elucidatio proſæ huius duodecimæ. ARTIC. XXXII.

IN exordio proſæ iſtius fatetur Boethius ſe non ſolum aſſentire, imo quod plus eſt, etiam vehementer aſſentire dictis in metro antecedente, præcipue vltimis duobus verſiculis iſtis: Quod ſi Platonis muſa perſonat verum, Quod quiſq; diſcit immemor recordat. Ait ergo: [Tum ego Platoni, inquam, aſſentior vehementer. Nam commemoras]. i. memorem facis [me horũ] quæ ſubſequuntur [ſecundo]. i. altera vice, ſeu ſecundario ac alio modo. [Primum quidem]. i. primo pro certo feciſti me memorem horum [q; memoriam corporea contagione dehinc cum mœroris mole preſſus amiſi,]. i. recte dixi, q; horum memorem me feciſti, quia actualem horum memoriam perdidi ex corporis contactu atq; grauamine, quia vt dictum eſt in libro Sapientiæ: Corpus quod corrumpitur. i. corruptibile eſt continuis alterationibus ſubiectum, aggrauat animam, ac frequenter tollit actualem memoriam. Dehinc. i. ſecũdo feciſti me horum memorem, cum. i. quia amiſi horũ memoriam, preſſus. i. oppreſſus & victus ad tempus, mole. i. magnitudine mœroris ex aduerſis, imo & ex zelo iuſtitiæ, quia tam grauiter vidi iuſtitiam deprimi, & præualere tyrannum. Dicunt hic aliqui, q; Boethius proteſtatur vehementer ſe conſentire Platoni in his, quoniam præ cæteris philoſophis ipſe Plato veritatem vicinius tetigit, & ſapiẽtiam dei profundius nouit. Quod dictum beato Auguſtino concordat dicenti, Platonem cunctis philoſophis gentium longe prælatum ac late, Platonicos etiam amplius concordare ſapientiæ Chriſtianæ. Et q̃uis S. Auguſtinus. 8. de Ciuitate dei loquutus ſit, Ariſtoteles vir excellentis ingenij, multos facile ſuperans, non tamen affirmat eum omnes ſuperaſſe philoſophos, ſed multos. Vbi & addit: Platoni eloquio impar, per quod inſinuat, q; Plato eloquentia Ariſtotelem ſuperauit. Inſuper præfert Platonẽ Ariſtoteli vita. i. cõuerſatione virtuoſa. Nam & in virginitate perſiſtens rigoroſe corpus ſuum tractauit. Vnde & faſſus eſt plus ſe conſumpſiſſe de oleo in cruſibulo de nocte ſtudendo atq; ſcribendo, q̃ de viuo in ſcypho. Hinc ſecundo de Ciuitate dei recitat Auguſtinus: Labeo dixit Platonem fuiſſe ſemideum. Vbi & Auguſtinus præfert eum hominibus, quos gentiles dixerunt fuiſſe deos effectos propter extellentes eorum virtutes. Propter quod in libro de Vita Philoſophorum narratur, quod pater Platonis, dum filium ſuum Platonem adhuc puerum duxit Athenas, vt eum Socrati tunc ſummo philoſopho præſentaret, ac erudiendum committeret, Socrates ſedens in cathedra venit extaſem ac viſionem, videbaturque ei, quod agnus pulcherrimus intraret gremium ſuum, deinde euolaret tam alte in aere, quod videri vix potuit. Reuerſoque Socrate ad ſeipſum, & cogitante de viſione, pater Platonis cum puero introiuit ad Socratem, cauſam ſui aduentus exponens. Socrates vero phiſionomiam pueri ſapienter conſiderans: Vere, inquit, iſte eſt agnus, quem vidi. Iſte volabit tam alte, quod intellectus humanus vix valebit eum attingere.

Sapien. 9

C

Auguſtin.

Idem.

Auguſti.

Legi-

PROSA XII. Legitur etiam ibi, ꝙ defuncto Platone, Athenienſes ei exhibuerunt quaſi honores diui= D
Stirps Platonis nos. Et fuit de genere Eſculabij nobiliſſimi Grȩcorum, de genere quoq; Solonis ex par=
te matris, qui Solon fuit vnus ex ſeptem ſapientibus. Veruntamen quid mirum, ſi in qui
buſdam errauit, cun in nullo errare angelicum ſit, non humanum? Certum eſt autem, ꝙ
de rationalis animæ immortalitate, & ꝙ poſt mortem deferatur in cauſam, id eſt, ad dei
iudicium ac præmietur, atq; in hac vita dirigatur à ſpiritu quodam extrinſeco bono, me=
lius vel ſaltem apertius bene ſenſit q̃ Ariſtoteles. In omnibus vero debet nobis ſacratiſſi=
mæ fidei veritas, ac determinatio ſanctæ matris eccleſiæ eſſe pro regula & menſura, ne
vnq̃ quacũq; perſuaſione aliter ſentiamus, q̃ fides hæc continet & eccleſia docet. [Tum
illa: Si priora, inquit, conceſſa reſpicias,] . i. Philoſophia dixit: O Boethi, ſi reſpicias. i. rite
conſideres priora. i. præhabita ante conceſſa [ne illud quidem longius aberit,] . i. nõ lon=
ge diſtabit [quin recorderis, quod te dudum neſcire confeſſus es. Quid inquam?]. i. Ego
Boethius quȩro quid ſit hoc. [Quibus (ait illa) gubernaculis mundus regatur] Illa, id eſt
Philoſophia ait, id eſt quod te neſcire dixiſti, quibus gubernaculis . i. cauſis ſeu rectori=
bus aut regiminibus, modis aut medijs mundus regatur, vt ſupra plenius fuit expoſitũ,
proſa vltima libri primi, vbi Boethius dixit hoc in perſona afflicti ac imperiti [Memini,
inquam, me inſcitiam meam fuiſſe confeſſum,] . i. ego Boethius recolo me ibidem con=
ceſſiſſe imperitiam iſtam. [Sed quid afferas licet iam perſpiciam,]. i. q̃uis iam à longe vi= E
deam quid afferas. i. adducere velis [planius tamen ex te audire deſidero. Nondum, inq̃t,
hunc à deo regi paulo ante minime dubitandum putabas.] . i. Philoſophia dixit: Mini=
me putabas paulo ante dubitandum mundum regi . i. de hoc, ꝙ mundus regatur à deo,
quia hoc ſupra multipliciter & aperte tibi probaui, etiam in hoc tertio libro. Ad quod
Boethius: [Ne nunc quidem arbitror, inquam]. i. dico ꝙ ne. i. non, arbitror. i. iudico nũc
[nec vnq̃ putabo dubitandum (de hoc) quibuſq; in hoc rationibus accedam,]. i. propter
quæ rationabilia motiua hoc dicam [breuiter exponam]. i. ego Philoſophia (vt quidam
exponunt, ſed ex perſona Boethij hæc proferri ex conſequentibus patet) explorabo, q̃=
uis hoc tactum ſit ante. [Mundus hic] ſenſibilis . i. iſte mundus [ex tam diuerſis contra=
rijsq; partibus in vnam formam] . i. in eundem ordinem conſonantiam & compaginẽ,
[minime conueniſſet, niſi vnus eſſet, q tam diuerſa coniungeret.] Hoc iam ſupra ex ver=
bis diuini Dionyſij, Damaſceni, Platonis & aliorum apertiſſime eſt probatum, imo & ſȩ=
pe, ideo non decet hic immorari, nec illa repetere. ¶ Conſequenter idem probatur ex
mundi conſeruatione in ordine ſuo ac ſolito curſu: [Coniuncta vero]. i. iſta contraria in
uicem iam vnita [naturarum ipſa diuerſitas inuicem diſcors] vt patet de naturis & qua=
litatibus elementorum [diſſotiaret atq; diuelleret (. i. ſepararet atq; deſtrueret) niſi vnus
eſſet, qui quod nexuit contineret.] . i. niſi idem creator, qui contraria iſta coniunxit, con F
Auguſtin⁹ ſeruaret in quadam cohabitudine ordinata. Vnde 11. de Ciuitate dei Auguſtinus ſapiẽ=
tiſſime loquitur: Mundus ordinatiſſima ſua mutabilitate ac mobilitate, & viſibiliũ oĩm
pulcherrima ſpecie tacitus factũ ſe eſſe, & non niſi à deo ineffabiliter ac inuiſibiliter pul=
chro & magno fieri ſe potuiſſe proclamat. Hinc ſubditur quod eſt prȩhabitȩ rationis de
claratio potius, q̃ alia ratio: [Non tam vero certus naturæ ordo procederet,]. i. ordo na
turæ in toto vniuerſo non procederet. i. non exequeretur ſuos actus & curſus, tam cer=
tus. i. manendo tam vniformis ac ſtabilis [nec tam diſpoſitos] . i. ordinatos ac præuiſos
[motus, locis, temporibus efficientia, ſpacijs, qualitatibus explicaret]. i. non ageret, neq;
explicite oſtenderet illos motus locis & temporibus opportunis, efficientia. i. effectu, ſpa
cijs. i. diſtantijs, qualitatibus actiuis & paſſiuis ac proportionibus eorundem, [niſi vnus
eſſet, qui has mutationum varietates manens ipſe diſponeret.] . i. niſi in vniuerſo conſi=
ſteret vnus ſupremus, qui manens ipſe . i. inuariabilis ac iugiter idem ipſe perſiſtens, nec
aliquam accidentalem alterationem ſuſcipiens, diſponeret . i. ordinaret ac ordinate ex=
equeretur, per ſe aut per cauſas ſecundas ſuæ prudentiæ ſubſeruiẽtes, varietates has mu=
tationum. i. omnium ſpecierum motus, quæ ſunt, generatio, corruptio, augmentatio, al=
teratio, loci mutatio. Iſta ſunt pulchra, ſed quia hubertim præhabita ſunt, pertranſeo.
Philoſo. Philoſop. Veruntamen ex his conſiderationibus tam Plato q̃ Ariſtoteles & eorum ſequaces repro=
bauerunt antiquorum philoſophorum Epicuræorum ſtultos ac rudes errores dicentiũ,
omnia caſu & fortuna moueri ac euenire, non diuinitus gubernari. Vnde in lib. de Cau=
Liber cauſarum ſis aſſeritur, ꝙ cauſa prima regit res omnes per finem decoris. i. cum ſummo & extremo
decore



A decore, ita ꝙ pulchrius regi non poſſent. Hinc Auguſtinus 3. de Trinitate diſſeruit: Ni= Auguſtin⁹
hil in hoc mundo viſibiliter ac ſenſibiliter agitur, quod non de interiori, inuiſibili ac in=
telligibili aula ſummi imperatoris iubeatur aut permittatur, ſecundum ineffabilem iu=
ſtitiam præmiorum ſiue pœnarum, gratiarum ac retributionũ in totius creaturæ iuſta,
ampliſſima & quaſi immenſa republica. De ordineq; regiminis omnium creaturarum à
creatore in eodem aſſerit libro: Quemadmodum corpora groſſiora & inferiora per ſub= Idem.
tiliora ac potentiora ordine quodam reguntur, ita omnia corpora per ſpiritum vitæ, ac
ſpiritus vitȩ irrationalis per ſpiritum vitæ rationalem, ſpiritusq; vitæ rationalis deſertor
atq; peccator per ſpiritum vitæ pium & iuſtum, & ille per ſpiritum increatũ. [Hoc quic=
quid eſt, quo condita manent atq; agitantur,]. i. quicquid ſit primum hoc ens ac primũ
principium, cuius influentia, virtute ac ordine perſeuerant ac mouentur cuncta creata,
[vſitato cunctis vocabulo deum nomino,] quia ad rationẽ dei potiſſime pertinent ſum=
ma & vniuerſalis cauſalitas ac paterna prouiſio. [Tum illa] vtputa philoſophia. Ex hoc
patet, ꝙ verba præhabita ex perſona dicuntur Boethij. P. [Cum hæc, inquit, ita ſentias,
paruam mihi reſtare operam puto] . i. æſtimo mihi契 ſupereſſe modicum laborem [vt fe=
licitatis compos patriam ſoſpes reuiſas] . i. vt tu compos felicitatis. i. potens felicitatem
mereri atq; recipere, reuiſas . i. frequenter per contemplationem videas ſoſpes . i. mente
B incolumis, patriam. i. beatitudinis manſionem, quam Plato vocauit ſiderium thronum
contuberniumq; ſtellarũ, nos autem cœlum empyreum, de quo Plato nil ſciuiſſe puta= Plato.
tur, niſi forſan inde intelligatur quod loquitur in Phædone: Terra ſyncera in ſyncero
iacet cœlo, purpureo & admirando nitore auriformis, quæ eſt ſpirituũ ſpectaculum bea=
torum. Et miror vnde viro illi hæc loqui. [ſed quæ propoſuimus intueamur]. i. inſpicia=
mus quæ propoſuimus ante. [Nonne in beatitudine ſufficientiam numerauimus?] . i.
inter ea quæ ad beatitudinem ſpectant computauimus ſufficientiã ipſam [deumq; bea=
titudinem ipſam eſſe conſenſimus?] . i. concorditer iudicauimus. [Ita quidẽ] . i. certe ſic
eſt dico ego Boethius. Ad quod Philoſophia: [Et ad mundum igitur, inquit, regendum
nullis extrinſecis adminiculis indigebit.] Ex hoc ſequitur ꝙ deus ſumme beatus non in
digebit nec vnquam indiguit extrinſecis auxilijs ad gubernandum hunc mundũ [Alio=
quin ſi quo egeat, plenam ſufficientiam non habebit.] Imo nec omnipotentiam, neq; per
fectionem ſimpliciter infinitam. [Id, inquam, ita eſt neceſſarium,] . i. ego Boethius dico
hoc neceſſario ſequi. Ex hoc Philoſophia concludit: [Per ſe igitur ſolum cuncta diſpo=
nit]. i. ipſe deus ſolus perſonaliter omnia intra ſe diſponit & ordinat fontaliter in ſua ſa=
pientia, inuariabiliter ab æterno, nec diſpoſitio illa aliud eſt, q̃ eius eſſentia. [Negari in=
quam non poteſt] Ad quod Philoſophia ſubiungit: [Atqui (. i. certe) deus ipſum bonũ
C eſſe monſtratus eſt]. i. demonſtratum probauimus, ꝙ deus ſit eſſentialiter ſummum bo
num. [Memini inquam]. i. ego Boethius recordor hoc eſſe probatum. Ad quod Philo=
ſophia: [Per bonum igitur cuncta diſponit] . i. deus vniuerſa inſtituit & ordinauit per
propriam bonitatem, ex qua etiam fuit inductus ad mundi productionem. [Siquidem
per ſe regit omnia, quem bonum eſſe conſenſimus. Et hic eſt veluti quidam clauus atq;
gubernaculum] . i. ipſe deus eſt firmiſſima cauſa extrinſeca effectiua, partes mundi inui=
cem ſibi connectens, quemadmodum clauus coniungit duo ligna. Eſt etiã deus. i. rector
mundi & moderator conſiſtentiæ rerum, ſicut nauta rector eſt nauis [quo mundana ma
china ſtabilis atq; incorrupta ſeruatur,] quantum ad partes eius principales, & quoad
ſpecies rerum. De hoc ſupra allegata ſunt multa, quemadmodum voluntas omnipoten
tis cauſa eſt conſeruationis rerum, quæ voluntas eſt bonitas eius. Ad quod Boethius:
[Vehementer aſſentior inquam, & id te paulo ante dicturum tenui] hoc eſt, tenui. i. ſen=
ſi & cogitaui paulo ante te eſſe dictuꝝ iſtud [licet ſuſpiciõe protraxi]. i. q̃uis diſtuli iſtud
proferre ex incerta exiſtimatione, q̃a non eram certus ꝙ diceres iſta. [Credo, inquit]. i.
Philoſophia reſpondit, credo ꝙ verum dicas [Iam enim (vt arbitror) vigilantius ad cer=
nenda vera oculos deducis] hoc eſt, deducis. i. dirigis oculos interiores vigilantius ſoli=
to ad vera cernenda. i. ad contemplandum quæ vera ſunt. Iam eñ triſtitiæ magnitudo
eſt mitigata in te. [Sed quod dicam non minus ad contuendum patet.] iſtud quod mo=
do ſubiungam nõ minus patet. i. clarum & euidens eſt ad contuendũ. i. ad intelligendũ.
[Quid inquam] eſt hoc? Ad quod Philoſophia: [Cum deus, inq̃t oĩa bonitatis clauo gu
bernare iure credatꝛ] hoc eſt, cũ deus credatur iure. i. rationabiliter gubernare oĩa clauo,
c id eſt

PROSA XII. id eſt, poteſtate bonitatis ſuæ immenſæ vniuerſa ordinate iungentis, [eademq; oĩa crea- D
ta (ſicut docui) ad bonum naturali intentione feſtinent]. i. oĩa iſta creata feſtinẽt ad bo-
num. i. ad aliquam ſummi boni participationem, intentione. i. inclinatione naturali, ſi-
cut ſæpe expoſitum eſt. [Num dubitari poteſt]. i. rationabiliter nõ poteſt ab aliquo du-
bitari [quin voluntarie regantur] voluntate dei regentis, qui voluntate cuncta creauit,
voluntarie quoq;. i. conuenienter, & iuxta naturalem entium inclinationem, qm̃ deus
regendo dirigit creata ad naturales fines eoꝝ, ad quos tendere eſt ipſis quaſi delectabile
Sapien. 8 ac ſuaue, iuxta illud Sapientis ſæpius allegatum: Diſponit vniuerſa ſuauiter. Ideo ſubdi-
tur: [ſeq; ad diſponentis nutum veluti conuenientia contemperataq; rectori ſponte con
uertant.]. i. naturaliter tendant ad ſuos fines, ad nutum diſponentis, id eſt, ad imperium
ſummi diſpoſitoris, veluti conuenientia. i. conſentanea & contemperata. i. per imitatio-
nem proportionata & conformata rectori. i. voluntati rectoris altiſſimi, cuius volunta-
tati atq; imperio per obedentialem potentiam omne creatum obedit. [Ita inquam (ego
Boethius) neceſſe eſt.] Ad quod ſubditur alia ratio, nam aliter regnum iſtud eſſet violẽ-
tum ac miſerum, [nec beatum regimen eſſe videretur]. i. gubernatio iſta paſſiua nõ eſſet
proſpera & ſalubris, ſeu rerum conſeruatiua, [ſiquidem (. i. certe) detractantium iugum
foret]. i. ſi eſſet onus & ſeruitus violenta detractantium. i. rerum repugnantium [nõ ob-
temperantium ſolus]. i. non conſeruatiuum rerum obtemperantium. [Nihil eſt igitur E
quod naturam ſeruans]. i. naturaliter ſe habens naturalemq; entium ordinem ſeruans
Iohan. Damaſcenus [deo contrarietur]. i. reſiſtere creatori conetur. Ideo ſecundum Damaſcenum & Tulliũ,
Cicero. Virtus eſt habitus rationi conſentaneus, in modum naturæ operans. Peccatum vero eſt
receſſus ab eo quod eſt ſecundum naturam. Nihil inquã. ¶ Conſequenter ſequitur ad
idem probandum tertia ratio. Nam regimen rerum non eſt fruſtra, quod tñ eſſet, niſi vo
luntarium foret, qm̃ creata reſiſtendo creatori nihil proficerent. [Quid ſi coneretur ait]
. i. Philoſophia dicit: Quid continget ſi creatura conetur deo reſiſtere? [Num tandẽ pro-
ficiet quicq̃?]. i. nunquid aliquando inde commodũ reportabit aut præualebit, [aduer-
ſus eum, quem iure potentiſſimum beatitudinis eſſe conceſſimus?] . i. contra deum, quẽ
conceſſimus eſſe potentiſſimum, iure . i. ratione & præuilegio beatitudinis ſuæ fontalis
ac infinitæ? Ad beatitudinem nanq; ſpectat ac requiritur actiua potentia, cui nihil queat
nocere. Ergo ad ſummam ac infinitam beatitudinem pertinet ſumma & infinita pote-
ſtas, quæ oẽm aduerſariam poteſtatẽ poteſt ſolo nutu annihillare, iuxta illud 2. Macha-
2. Mach. 8 bæorum: Nos in omnipotente deo confidimus, qui potens eſt totum mundũ vno nu-
tu delere. ¶ Præterea aduertendum, ꝙ creatura dicitur deo reſiſtere dupliciter, Primo
Eſther 13 de iure, & ſic nulla ei reſiſtit neq; reſiſtere valet, iuxta illud in libro Eſther: Dñe deus oĩ-
potens, in ditione tua cuncta ſunt poſita, & non eſt qui poſſit reſiſtere tuæ voluntati. Se-
Iob 24 cundo de facto, & ſic oẽs qui inobedientes ſunt deo, ei reſiſtunt. De qbus Iob ait: Ipſi fue- F
runt rebelles lumini. Attamen nulla creatura poteſt omnipotenti reſiſtere per efficaciã,
ſed ſolum inquantũ ille dignatur permittere. Hinc ſeqtur: [Non eſt igitur aliquid, quod
ſummo huic bono vel velit, vel poſſit obſiſtere.] Planum ꝙ nihil poſſit ſummo bono
reſiſtere aliqua legitima authoritate, neq; efficaci voluntate, neq; de iure, vt dictum eſt:
damnati tñ & in vicijs obſtinati, quantum in ipſis eſt, vellent ſe poſſe illi reſiſtere omni
modo, nec tñ volunt hoc nec velle poſſunt apprehenſo deo ſub ratione boni, ſed vt eſt
Sapien. 8 eorum peſſimæ voluntati contrarius. [Non inquam arbitror]. i. ego Boethius nõ puto
aliquid tale eſſe. [Eſt igitur ſummum inquit bonũ, q̃d regit cuncta fortiter, ſuauiterq;
diſponit.] Iſta Philoſophiæ concluſio frequenter iam patuit. Summum etenim bonum,
quod deus eſt, omnia regit omnipotenter, & cuncta diſponit ſuauiter. i. ſecundum natu-
rales eorum inclinationes, quam indidit eis. Iſtud ex libro Sapientiæ allegatũ eſt ſæpe.
[Tum ego inquam]. i. ego Boethius dico [non modo] . i. non ſolum [ea ſumma ratio-
num]. i. plenitudo iſta argumentationum tuaꝝ [quæ concluſa eſt]. i. rite illata [delectat
me, verum]. i. ſed [verba hæc] quibus vteris me delectant multo magis, non propter ſe,
inquantum ſunt verba ornata, ſed propter ſalubrem effectum, quem faciunt. Vnde ſub-
* alias laceratricem. iungitur: vt tandem aliquando ſtultiam magna * lacerantẽ ſui pudeat]. i. quatenus ſtul-
titiam . i. hoĩes ſtultos diuinam prouidentiam ac gubernationẽ negantes, lacerantẽ ma-
gna. i. corrumpentẽ quantum in ſe eſt præclariſſima teſtimonia ſcripturaꝝ, qbus proba
Pſalm. 72 tur prouidentia ac regimen dei, de qbus fertur in Pſalmo: Dixerunt, quõ ſcit deus? & ſi
eſt



A eſt ſciẽtia in excelſo? Quæ teſtimonia allegata ſunt ſæpius ante. Stultitiam ergo pudeat
ſui. i. ſalubrem erubeſcentiam habeat de ſuis erroribus. ¶ Conſequenter Philoſophia
perſuadet ex ſuperabundanti, & quaſi ironice ex fabulis poetaꝝ nullum poſſe deo reſi-
ſtere: [Accepiſti inquit in fabulis]. i. Philoſophia ait, o Boethi, accepiſti . i. audiſti & in-
tellexiſti ex ſcriptis poetaꝝ, Ouidij, Virgilij, &c. fabuloſis & fictis, in quibus tñ eſt aliqd
veri, præſertim ſecundum myſticũ intellectum, [laceſſentes cœlum gigantes] . i. queẽad-
modum olim gigantes conabantur deos cœleſtes infeſtare, ponendo montẽ vnum ſu-
per alium, quatenus aſcenderent ſic in cœlum: ſed nil profecerunt, quia à Ioue fulminati
fuerunt. Huicq; ſimili aliquid recitatur in Geneſi, quemadmodũ poſteri Adæ poſt dilu- Gen. 11
uium conſtruerunt turrim, cuius ſummitas pertingeret vſq; ad cœlum, nõ tñ vt deos in-
feſtarent, ſed vt memoriã ſui terra relinquerẽt, atq; ſi rurſus inundaret diluuium, vitarẽt
periculum, impeditumq; fuit opus eoꝝ multiplicatis ibi ideomatibus. Spiritualiter vero
gigantes iſti, ſunt ambitioſi, ſuperbi, deo rebelles, quoꝝ vnicuiq; dñs loquitur in Abdia
propheta: Si exaltatus fueris vt aquila, & inter ſidera poſueris nidum tuum, inde detrahã
te. Iob q̊q; ait: Si aſcẽderit vſq; ad cœlum ſuperbia eius, & caput eius nubes tetigerit, qua- Iob. 20
ſi ſterquilinium in fine perdetur. Hinc ſequitur: [ſed illos q̊q; (vti condignum fuit) beni-
gna fortitudo diſpoſuit,] hoc eſt, fortitudo benigna . i. omnipotentia dei pijſſima, quę pu
B nit citra condignum, & remunerat vltra debitum, diſpoſuit. i. tractauit illos gigantes, ſi-
cut condignum fuit. i. prout meruerunt, ſic tñ ꝙ miſerationes eius fuerunt ſuper oĩa opa
eius. ¶ Huc vſq; in hac proſa Philoſophia tractauit de bono, & illud deſcripſit, deinde
tractat de malo culpæ, vt oſtendat ꝙ formaliter nihil ſit, cum non ſit effectiue à deo, à q̊
efficienter omne bonum procedit. [Sed vis ne]. i. vtrum vis, ꝙ [rationes ipſas inuicẽ col-
lidamus?] . i. vnam ad aliam concutiamus, eas mutuo comparando, [forſitan ex huiuſ-
modi conflictatione pulchra quædam veritatis ſcintilla diſſiliet,] hoc eſt, ſcintilla quędã
pulchra. i. aliqua clara notitia veritatis diſſiliet. i. reſplendebit forſitan ex huiuſmodi cõ-
flictatione. i. tali colliſione rationum iſtaꝝ. Sicq; Philoſophia hic metaphorice loquitur,
qm̃ ſicut ex colliſione ſilicis ad calibem egreditur ignis, ſic ex mutua exercitatione diſpu
tantium noua generatur notitia, aut præcedens augetur. B. [Tuo inquam arbitratu]. i.
ego Boethius dico, fiat hoc iuxta tuijpſius arbitrium ſeu iudicium. P. [Deum inquit eſſe
oĩm potentem nemo dubitauerit,]. i. nemo dubius eſſe debet, quin deus ſit vere omnipo
tens, ita ꝙ poteſt omne illud, cui entis ratio non repugnat, vtputa quod nõ implicat con
tradictionem. Per ſeipſum etiam immediate facere poteſt, quicquid ſuę poteſtati digniſ-
ſimæ & immenſæ nõ derogat, & decet eandẽ, videlicet, quæ poſſe nõ eſt infirmitatis aut
prauitatis, prout hoc in 1. Sententiaꝝ, diſtinctione 2. Magiſter in textu, atq; doctores in
C ſuis commentarijs declarant. [Qui quidẽ inquam mente conſiſtat nullus prorſus igno-
rat,]. i. nemo hoc neſcit qui ſanæ ac eruditæ eſt mentis. Ad quod Philoſophia: [Qui ve-
ro inquit eſt omnium potens, nihil eſt q̊d ille non poſſit. Nihil inquam]. i. ego Boethius
dico, ꝙ nihil eſt quod non poſſit. Ideo angelus dixit ad beatiſſimam virginem: Non erit
impoſſibile apud deum omne verbum. In Ieremia quoq; habetur: Dñe deus, non erit ti- Lucæ 1
bi difficile omne verbum. Hinc deus excelſus & glorioſus maiora & plura poteſt effice- Ierem. 32
re, q̃ mens creata quæat concipere: imo nec poteſt in tot & tanta aſſignata, quin poſſit in
infinities plura atq; maiora, quod tñ ſane intelligendum eſt. Potentia etẽm dei eſt peni-
tus infinita, qui ſolo imperio oĩa valet, iuxta illud Sapiẽt. Subeſt tibi cum volueris poſſe. Sapien. 12
[Num igitur (. i. nunqd) deus malum facere poteſt? Minime inquam.]. i. ego Boethius
dico, ꝙ non. Multiplex eſt bonum & conſimiliter malum, quia quot modis vnum op-
poſitoꝝ, tot modis dr̃ reliquum. Eſt itaq; bonum naturæ, bonum gratię, bonum glorię,
bonum fortunæ, bonum eccleſiæ, bonum naturæ, bonum ſupernaturale, bonum corpo
rale, bonum ſpirituale. Sed pro præſenti ſufficit diſtinguere duplex malum, vtputa malũ
pœnæ & malum culpæ. Malum pœnæ ſeu malum pœnale, q̊d ſic eſt malum pœnę, quod
nõ eſt etiam malum culpæ, eſt ens poſitiuum, q̃uis ſit afflictiuũ, vt pœna ignis, &c. Et hoc
malum eſt à deo, & deus facit & infert illud, iuxta illud Iſaiæ: Ego dñs formans lucem Iſaiæ 45
& creans tenebras, faciens pacem & creans malum. Vnde & Amos ait: Si erit malum in Amos 3
ciuitate quod dñs non fecit. Et apud Ionam: Pœnituit dominũ ſuper malitia, quã locu- Ionæ 4
tus fuerat vt faceret eis, & nõ fecit. Aliud eſt malũ culpæ, de q̊ in Pſalmo: Qm̃ declinaue- Pſalm. 20
runt in te mala. Et alibi: Deus eoꝝ odit malum. Ac 3. Regum: Venundatus es, vt faceres

 malum

PROSA XII.

malum coram dño. Hoc malum quantum ad ſuum formale, non eſt niſi priuatio boni: D quemadmodũ tenebræ ſeu caligo nõ eſt qd poſitiuũ, ſed tm̄ lucis priuatio, & ita hoc malum quantum ad ſuum formale, nõ eſt ens poſitiuũ, reale, & extra animã, ſed auerſio mẽ-
Auguſtin. tis à deo, atq; vt loquitur Auguſtinus, malum culpæ, i. peccatũ non eſt niſi corruptio mo-
Alexãder. di & ſpeciei ac ordinis, quam Alexander ſuper 1. & 2. Sententiaꝝ prolixe exponit. Sic quoq; malum culpæ nõ eſt à deo, ſed à voluntate creata, inquantum ex nihilo eſt, & defectuoſa ac libera. Sic quippe ex ſeipſa nõ habet niſi deficere, peccare ac labi. Horum exemplum eſt in homicidio & adulterio, qui actus quantum ad ſuum eſſe reale, non differunt ſpecie à iuſta occiſione iniqui, & coniugali concubitu, ſed quantũ ad eſſe morale, qm̄ homicidium & adulteriũ ꝓcedunt à voluntate iniuſta. Interfectio aũt latronis ac legitimus concubitus, à voluntate ſunt iuſta. P. [Malum igitur, inquit (Philoſophia) nihil eſt, cũ id facere ille nõ poſſit, q nihil nõ poteſt.] Verum his obijci poteſt, ꝙ vtiq; adulterari, furari, iuſtum occidere, ſunt actus reales, & realem habent effectum, ſicq; à deo ſunt, & tñ peccata ſunt grauia. Et reſpondendũ, ꝙ quantũ ad ſuum materiale ſunt aliquid, ſic eñ adulterari eſt actus naturalis generatiuæ potentiæ, & ita à deo eſt: ſed prout procedit à peruerſa & libidinoſa voluntate, habet deformitatẽ & auerſionẽ à deo, quæ deformitas eſt carentia iuſtitiæ ſeu virtutis, à qua actus ille deberet procedere. ¶Conſequenter ſubditur admiratio Boethij ſuper dictis Philoſophiæ: [Ludis ne inquam me] .i. dico & E quero an me deludas [inextricabilem labyrinthũ rationibus texens?] hoc eſt, texens. i. cõponens labyrinthũ inextricabilem. i. inuolutiſſimã difficultatẽ, rationibus. i. argumẽtationibus tuis? Porro labyrinthus proprie noĩatur domus ſperica, in qua intus exiſtens laborat exitũ quærens, & inuenire nõ valens, qa in tali domo ſunt multi anfractus, regyrationes ac deuia, talemq; domũ legitur feciſſe Dedalus prope Cretam, pro includendo ibidem Minotauro filio Minois: per quã domum methaphorice deſignat argumentoꝝ complexio, ita audientẽ inuoluens, vt egredi ac ſoluere nequeat, ſemper rediẽs ad id vnde incepit. [Quo nũc qdem qua egrediaris introeas,] .i. nũc ſyllogizas per viam ſeu ſpeciem in qua ceſſares ſeu intentũ finale concluderes, & tñ in eo intras, quaſi de nouo incipiens. [Nunc vero qua introieris egrediare] .i. egrediaris ſeu exeas, & iſtud conſequẽter exponitur [admirabilẽ quendã diuinæ ſimplicitatis orbem cõplicas,] hoc eſt, cõplicas. i. circũducis orbem. i. circulationẽ admirabilem. i. miro modo artificialẽ, ſimplicitatis diuinæ. i. ſimpliciſſimæ deitatis, incipiendo ab vno attributo ipſius ad aliud, & inde ad tertium aut quartum, ac tandẽ rurſus redeundo ad primum. [Etenĩ paulo ante à beatitudine incipiens] inquirendo qd eſſet [eam ſummũ bonum eſſe dicebas, quã in ſummo deo ſitam loquebare,] .i. dicebas conſiſtere in deo altiſſimo. Oĩa hæc in iſta ac præcedente proſa, expoſita ſunt alibi. [Ipſum q̊q; deum ſummum eſſe bonum plenũq; beatitudine F diſſerebas] .i. diſerte ſeu eloquenter dicebas [Ex q̊ neminem beatũ fore, niſi q pariter deus eſſet, quaſi munuſculum dabas.] .i. ex dicto illo prætacto dabas quaſi munuſculũ. i. expreſſiſti quaſi amoroſum beneficiũ dei ſeu corollariũ intuliſti, videlicet iſtud, neminẽ fore beatũ, p̄ſertim in patria, niſi q eſſet pariter deus participatiue, non eſſentialiter, ſicut expoſitũ eſt. [Rurſus ipſam boni formã].i. naturã ſeu eſſentiam ſummi boni [dei beatitudiniſq; loquebaris eſſe ſubſtantiã.].i. dicebas eſſe ſubſtantiã, ita ꝙ ſubſtãtialiter idem ſunt ſummum bonum, deus, ac beatitudo obiectalis, & increata. [ipſumq; vnũ idipſum eſſe bonum dicebas].i. primũ ac ſimpliciſſimũ vnum aſſeruiſti eſſe idem q̊d ſummũ bonum [q̊d ab omni reꝝ natura peteret].i. finaliter appeteret [Deum q̊q; bonitatis gubernaculis vniuerſitatẽ regere diſputabas].i. probabas ꝙ deus cuncta gubernet directione & diſpoſitione ſuæ pietatis ꝓoptime [volẽtiaq; cuncta illi parere].i. ꝙ cuncta obtẽperẽt ac ſubdant ſponte ſeu prompta inclinatione [nec vllam mali eſſe naturã].i. nõ eſſe aliqd eſſentialiter malũ, nec malũ culpæ formaliter ſumptũ eſſe [aliquã poſitiuã aut realẽ naturam ſeu entitatẽ. [Atq; hæc nullis extrinſecus ſumptis, ſed altero ex altero fidẽ trahente, inſitis domeſticiſq; probationibus explicabas.] Atqui. i. certe, explicabas. i. euidenter exprimebas, hæc omnia probationibus inſitis, id eſt, domeſticis & intraneis ad materiã iſtam directe ſpectantibus, non extrauagantibus, & nullis argumentis extrinſecus ſumptis, id eſt, ab alijs rebus ab hac materia alienis. [Tum illa: Minime, inquit ludimus].i. Philoſophia ait: Nullatenus te deludimus, [remq; omnium maximam, dei munere (quẽ dudum deprecabamur) exegimus.] Exegimus. i. perfecimus rem maximam omnium, id eſt,



A id eſt, rem valde magnam inter omnia in hoc libro tractata, munere, id eſt, gratioſo adiutorio dei, quem dudum deprecabamur pro gratia adimplẽdi hæc, præſertim in illo metro: O qui perpetua. [Ea eſt eñ diuinæ forma ſubſtãtiæ].i. talis eſt natura ac proprietas increatæ eſſentiæ dei [vt neq; in externa].i. in nullum ens extra ſe [dilabatur].i. accidentaliter aut per inhæſionem recipiatur, cum deus incircumſcriptus inuariabiliſq; conſiſtat. Nihilominus conuenit deo, imo proprium ei eſt eſſe in omnibus, oĩa conſeruando, ac ipſis rerum eſſentijs illabi, vniuerſaq; penetrare, & eſſe rebus magis propinquum initium, q̃ intrinſeca & eſſentialia eius principia, prout ſuper primum Sententiarum expreſſum eſt. Sed nulli recenter illabitur, neq; in aliquo terminatur aut variatur. [nec in ſe externum aliquid ipſa ſuſcipiat] .i. ipſa dei eſſentia nihil extraneum aut accidẽtale aut nouum ſuſcipit in ſe tanq̃ ſubiectum illius. Veruntamen verbum æternum, vnigenitus dei, verus deus ſuſcepit & aſſumpſit ad ſe veram humanitatẽ in vnitatem perſonæ, abſq; omni ſuæ deitatis variatione, vt tertio Sententiaꝝ docetur. Sed ſicut de ea Parmenides ait philoſophus: πάν τοθεμὲμ κύλοισι φέςειμ ἐναλίγκιομ ὄγκον, hoc eſt, vndiq; in circulis ducis ſimilem aceruum, id eſt, deus in ſe immobilis circumuoluit omnes res mobiles. Vel verba illa ſic exponuntur, Omnia videt & audit forma deitatis immobilis. Aut ſic, Orbem rerum mobilem mouet, dum ſe immobilem ipſa conſeruat. [Quod ſi (pro quia)
B agitauimus] .i. propoſuimus & mouimus [rationes].i. conſiderationes & probationes non aliunde] mendicatas aut ſumptas [ſed collocatas].i. virtualiter contentas [intra ambitum (rei) quam tractabamus].i. infra limites huius ſcientiæ, vtputa rationes methaphyſicas & theologicas [nihil eſt quod admirere].i. quod merito admireris [cum Platone ſanciente didiceris,].i. cum inſtructus ſis Platone ſanciente, dictante ac confirmante [cognatos, de quibus rebus oportere eſſe ſermones,] .i. ipſos ſermones doctrinales ac probatiuos oportere eſſe cognatos, id eſt, proportionatos, cõformes ac conſonos rebus de quibus loquuntur, id eſt, tractant, pronunciantur ſeu proferuntur. Vnde & ſanctus Hilarius.
Hilarius libro de Trinitate teſtatur: Non res ſermoni, ſed ſermo rei debet eſſe ſubiectus. Plato
Plato quoq; in Phędone notabiliter proteſtatur: Miſerabile eſt, ſi quis in ſermonum ſcientijs vitam exigat, & entium veritate ſcientiaq; priuetur. Quod teſtimonium contra Sophiſtas & nominales militat clare.

## METRVM XII.

FElix, qui potuit boni
Fontem uiſere lucidum:
C Felix, qui potuit grauis
Terræ ſoluere uincula.
Quondam funera coniugis
Vates Thraicius gemens,
Poſtq̃ flebilibus modis
Syluas currere mobiles,
Amnes ſtare coegerat,
Iunxitq; intrepidum latus
Sæuis cerua leonibus,
Nec uiſum timuit lepus
Iam cantu placidum canem,
Cum flagrantior intima
Feruor pectoris ureret,
Nec qui cuncta ſubegerãt,
Mulcerẽt dominum modi,
Immites ſuperos quærens,
Infernas adijt domos
Illic blanda ſonantibus
Chordis carmina temperãs,
Quicquid præcipuis deæ
Matris fontibus hauſerat,
Quod luctus dabat impotẽs,
Quod luctum geminãs amor,
Deflet Tænara commouẽs,
Et dulci ueniam prece
Vmbrarum dominos rogat.
Stupet ter geminus nouo
Captus carmine ianitor.
Quæ fontes agitãt metu
Vltrices ſcelerum deæ,
Iam mœſtæ lachrymis madẽt.
Non Ixionium caput
Velox præcipitat rota.
Et longa ſite perditus

METR. XII.

Spernit flumina Tantalus.
Vultur dum ſatur eſt modis,
Non traxit Titij iecur.
Tandem, uincimur, arbiter
Vmbrarum miſerans ait:
Donemus comitem uiro
Emptam carmine coniugem.
Sed lex dona coerceat,
Ne dum tartara liquerit,
Fas ſit lumina flectere.
Quis legem det amantibus?
Maior lex amor eſt ſibi.
Heu noctis prope terminos
Orpheus Eurydicen ſuam
Vidit, perdidit, occidit.
Vos hæc fabula reſpicit,
Quicunq; in ſuperum diem
Mentem ducere quæritis.
Nam qui tartareum in ſpecus
Victus lumina flexerit,
Quicquid præcipuum trahit,
Perdit, dum uidet inferos.

D

## Elucidatio metri huius duodecimi, ARTI. XXXIII.

IN fine proſæ præcedentis faſſa eſt Philoſophia ſeſe magnum aliqd dei auxilio
peregiſſe, vtputa oſtendiſſe qd ſit vera & ſumma beatitudo, & in quo cõſiſtat: E
nunc in huius metri exordio beatificat eos, qui peruenerunt ad eam, in hac vi-
ta per ſpem & inchoationem ac meritum, ſeu in futura vita, per eius realem
adeptionem. Itaq; ait: [Felix qui potuit] potẽtia efficaci ad effectum perducta [viſere]. i.
frequenter vel feruenter, aut potius indefinẽter videre [fontem (lucidum) boni]. i. deum
qui eſt ſuperpuriſſimus & ſuperſplendidiſſimus fons vniuerſoꝝ bonoꝝ, de q̃ in Geneſi
Gen. 33 Iacob ait ad Eſau: Suſcipe benedictionem ſerui tui, quam dedit mihi dñs tribuens oĩa.
Pſalmo 35 Et Pſalmiſta: Apud te eſt fons vitæ. Hunc fontem debemus nunc contemplari per fidẽ
illuminatã rationibus credendoꝝ, atq; per ſapientiæ donum, excitãte & impellente nos
diuino amore, ſicut ait Apoſtolus: Nos aũt reuelata facie gloriã dñi ſpeculantes, in ean-
dem imaginẽ transformamur à claritate in claritatem. Iuxta hunc ſenſum ſubiungitur:
Felix qui potuit ſoluere]. i. diſſoluere, vincere & vitare [vincula]. i. inordinatas & prauas
affectiones [terræ grauis]. i. terrenarum rerum & opum, agroꝝ, bladoꝝ, vinearum, auri,
gemmaꝝ & conſimilium. Hoc eſt, qui auaritiam prorſus fugauit. De q̃ graui ac grauã-
te peccato ſæpiſſime dictum eſt. Conſequenter ad horum confirmationẽ recitat Phi-
loſophia fabuloſam hiſtoriam ex poetis acceptam de planctu Orphei, q ex immodera-
to vxoris amore incidit graue damnum intolerabilẽq; mœrorem. Primo ergo exponen-
dum eſt metrum hoc iuxta ſuperficiem literæ, deinde myſtice: nam & propter myſticũ
intellectum Philoſophia hanc fabulam introducit. Ait ergo: [Vates]. i. cytharedus Or- F
Plato. pheus vatũ ſapientiæ æmulator, prout in 1. fertur Timæi de vatibus Aegypti, q in Helio-
poli Nemphiq; fuerũt. [Thracius]. i. regione Thraciȩ oriundus, atq; Apollinis filius, [ge-
mens]. i. cum gemitu deflens [quondam funera]. i. obitũ coniugis ſuæ, noĩe Eurydica,
quæ vagando per prata oppreſſa fuit & cognita ab Ariſthæo paſtore. Quo facto ipſa fu-
giens calcauit ſerpentem, cuius veneno interijt, & ad inferos eſt deducta. Porro vir eius
grauiter dolens, compoſuit de ea carmina, decantans illa ſuauiter pro ſua refocillatione
in cythara, cuius melodiæ dulcedine ſequebanť eum quærentẽ coniugem ſuam per ſyl-
uas animata & inaimata. Hinc ſequitur: [Poſtq̃ (Orpheus) coegerat]. i. vi ſuæ modula-
tionis fecerat currere poſt ſe [ſyluas mobiles]. i. mobiles factas per ſuam ſimphoniã [fle-
bilibus modis,]. i. mœſtis concentibus, ita ꝙ etiam ad compaſſionẽ mouebantur, quem-
Matth. 9 Marci 5 Lucæ 8 admodum in euangelio legitur, quod in domo Iairi archiſynagogi, cuius filia erat de-
functa, erant tibicines. i. lugubre carmen canantes. Diuerſæ etenim melodiȩ diuerſas ge-
nerant affectiones in audientium corde: quædam iucunditatem, quædam compaſſionẽ
2. Mach. 15 & luctum, quædam audaciã, ſicut in bellis. Vnde 2. Machabæoꝝ libro legitur, ꝙ Nicha-
nor & ſui cum tubis & canticis acceſſerunt ad bellum. Coegerat etiam [amnes]. i. flu-
uios, quoꝝ natura eſt currere [ſtare] & [cerua] ex ſua natura ad formidinem prona [iun-
xit]. i. applicuit [latus intrepidum]. i. latus ſuum ſine metu [leonibus ſeuis]. i. crudelibus
quorum rugitu tanto pauore concutitur cerua ꝙ figat gradum, [nec lepus] q eſt animal
valde formidoloſum, quoniam iuxta menſuram corporis ſui habet cor magnũ & frigi-
dum,



A dum, ſicut leo paruum & calidum [timuit canem viſum iam placidum]. i. mitem [can-
tu] Orphei, quemadmodum cerua vidit leonem carmine illo lenitũ. [Cum feruor] car-
nalis amoris [flagrantior]. i. valde ardens, [vreret]. i. valde inflammaret, [intima pecto-
ris] ipſius Orphei, cuius amor erat quaſi amor hereos. i. omnino prædominans, [nec mo-
di] iſti cantandi [qui ſubegerant]. i. deuicerant omnia iam prædicta immutando ea ad il-
la, quæ erant eorum naturis contraria, [mulcerent]. i. ad leuitatem & cõſolationem con-
uerterent [dominum]. i. ipſum Orpheũ cantus illius authorem [quærens ipſe] Orpheus,
[ſuperos]. i. deos [immites]. i. inclementes, vtputa infernales, [adijt domos infernas]. i.
infernales, vt ab illis recuperaret ſuam vxorem [temperans]. i. moderate diſponens [car-
mina blanda]. i. dulcia, quæ ibi cantauit [chordis]. i. fidibus citharæ ſuæ [ſonantibus] at
tractiuæ, [quicquid hauſerat]. i. deſcendendo acceperat [fontibus]. i. doctrinis [præcipu
is deæ matris] Calliopes, ex qua Appollo generauit Orpheum, fleuit [quod luctus impo
tens]. i. mœror ſeu planctus corpus debilitans [dabat]. i. ſuggeſſit, inſtigauit ſeu mouit
deflere ac dicere in plorando. Et item [Quod amor geminans]. i. duplicans [luctum da-
bat] ſuggerebat deplangere. Nempe quo amor eſt maior, eo vehementior ex ipſo oritur
dolor, & ex dolore conſequens planctus. Omnes autem animæ affectiones ex amore na- Affectus animæ vñ Auguſtin.
ſcuntur, secũdum Auguſtinum libro LXXXIII. quæſtionum. Orpheus inquam [deflet]
B vxorẽ [cõmouens]. i. ad cõpatiendum & exaudiendũ prouocans [Tænara]. i. deos infer
nales minus crudeles. Vel, cõmouens. i. cũ grandi cõmotione doloris decãtans Tænara
. i. lamẽtabilia ſeu lugubria carmina iam ꝑtacta, qualia ſunt & Threni. i. lamentationes
Ieremiæ [rogat dños vmbraꝝ]. i. deos infernaliũ tenebraꝝ ſeu animaꝝ [veniam] pro v-
xore vt ei ignoſcať, & gratiã vt ſibi reddať [dulci prece] puta cũ ãctu ſuauiq; melodia. [Ia
nitor inferni] Cerberus [ſtupet]. i. valde miratur ex inſolita melodia Orphei [captus]. i.
victus [carmine] illo, vc; ad miſericordiã flexus, proponẽs Orpheo coniugẽ reddere [ter
geminis]. i. tria canina capita habens, [deæ] infernales [q̃ agitant metu ſontes]. i. aĩas re
as terrore cõcutiunt, vtputa [vltrices ſceleꝝ] animaꝝ iniquaꝝ [mœſtæ iam]. i. ad triſtiti
am cõpaſſionis motæ ex carmine, madent lachrymis]. i. copioſe plorãt. ¶ [Circa hæc cõ-
memorandum, ꝙ iuxta figmenta & fabulas poetarum tres filij Saturni, vtputa Iupiter,
Neptunus, Pluto, mundum ſic inter ſe diuiſerunt, ꝙ Iupiter habuit cœlum, Neptunus
aquam, Pluto infernum, atq; vt ſinguli in regno fratrũ aliqd poteſtatis viderẽtur habe-
re aliqd triplicis tenuerũt, ita ꝙ Iupiter gerit trifidum fulmen, Neptunus tridentem, Plu
to Cerbeꝝ, qui tria capita canina fertur habere: propter q̃d trigeminus. i. triplex gemitus
appellatur. ¶ Cõſequẽter Philoſophia proſequitur fabulã iſtam. Ordo & ſenſus verbo-
rum eſt: [Rota velox nõ præcipitat]. i. nõ circumagitat [caput Ixionũ]. i. Ixionis: qui Ixi- Ixion.
C on ſecundũ fabulas in infernũ eſt detruſus, quia Iunonem vxorẽ Iouis ſollicitauit ad ſtu
prum ſecum. Propter q̃d in inferno affixus eſt rotæ cũ capite, vt ſimul cũ ea iugiter circũ
uoluatur. [Et Tantalus]. i. gigas ille [perditus]. i. punitus & dãnatus, quia deoꝝ volens Tantalus.
diuinitatẽ probare, filiũ eis propoſuit ad epulandũ. Propter q̃d ſiti & fame tartarea eſt
punitus. [Vultur quoq; dũ ſatur eſt]. i. ſatiatus cãtilena Orphei [nõ traxit] neq; corroſit
[Titij iecur] Titius iuxta fabulas fuit miles, qui vendito patrimonio ſuo cum auro inde
ſuſcepto conatus eſt peruenire ad concubitum Latonæ matris Dianæ. Propter quod à
Diana & fratre eius Appolline ſagittatus interijt, & in inferno inter duos vultures ſitus:
à quibus iecur eius corroditur, & laniatũ ad pœnas aſſidue renouatur, quia in iecore po-
nitur concupiſcentiæ ſedes, ſicut in ſplene eſt ſedes riſus, & in felle ſedes eſt iræ. Eſt igitur
ſenſus, ꝙ ex dulcedine cantus Orphei horum tormenta ad horam ceſſabant. [Arbiter]
. i. iudex [vmbrarum]. i. damnatarum animarum [tãdem miſerans] dolori Orphei [ait]
ad deos infernales: [Vincimur] ſuauitate carminis huius, & contra morem noſtrũ emol
limur. [Donemus viro]. i. huic Orpheo [vxorem] ſuam [emptã]. i. iam quaſi emptam. i.
redemptam de manu noſtra [carmine] ſui mariti [comitem,] id eſt, ſociam itineris in re-
deundo, [ſed lex]. i. pactum ſeu conditio [coerceat]. i. moderetur [dona]. i. hanc largam
donationem, ne fas]. i. licitum [ſit] Orpheo [flectere lumina]. i. oculos retrorſum conuer
tere [dum]. i. quouſq; [liquerit] reliquerit [tartara]. i. fines tartaroꝝ exierit, quia ſi antea
retroſpexerit vxorem denuo perdet, ſicut & contigit. Propter quod ſubditur: [Quis le-
gem det amãtibus]. i. quis poterit legem ſeu iuſſionẽ coercitiuã ꝑfigere his qui vehemẽ-
ter ſe amant? Quaſi dicat: Hoc difficile eſt, & vix fieri poteſt, ita ꝙ lex talis ſeruetur, quia

METR. XII. vt ſanctus Bernardus libro de amando deum ac alibi. Hugo quoq; ſuper angelicam hie D
Bernard. rarchiam teſtantur, feruens amor rationem non audit, nec communi lege reſtringitur.
ſed impetu ſuo fertur, nec valet quieſcere quouſq; iūgatur dilecto. Ideo additur: [Amor
eſt ſibi]. i. ſibiipſi ſeu ipſis amantibus, [lex maior]. i. quaſi præceptum, potiſſimum ita ꝙ
Auguſtin. ſuę obedit & acquieſcit impulſioni. Hinc ſecūdum Auguſtinum libro de Ciuitate, Amo
res & inclinationes rerum ſunt quaſi pondera earundem. Ideo ſicut grauia ſuo pondere
mouentur deorſum, & tanto intenſius atq; celerius, quo maius eſt pondus eorū: ſic amā
Cantic. 8 tes ſuo ardore mouentur in amatum. Hinc in Canticis inducitur: Aquæ multæ non po-
terunt extinguere charitatem, neq; flumina obruent illam. Lampades eius lampades i-
gnis atq; flammarum. [Heu Orpheus vidit]. i. retroſpexit, inſpexit, [perdidit & occidit]
. i. damnationi reſtituit [Eurydicem ſuam]. i. cōiugem ſuam ſic dictam, ad quam præ ni-
mio amore viſum ſuum retorſit ipſa eum ſequente, [prope terminos noctis]. i. iuxta &
infra fines inferni: propter quod mox vxor relapſa eſt in infernum, cuius damnatio eſt
mors ęternalis miſeriæ. ¶ Conſequenter tāgit Philoſophia ꝙ fabulam iſtam induxit ac
retulit propter myſticum ſenſum, quia ad literā recitatio iſta ridiculoſa irrationabiliſq;
conſiſtit. Senſus eſt: [Fabula iſta reſpicit vos]. i. pertinet ad veſtram informationem at-
que ſalutem, quo ad ſpiritualem ſuam expoſitionem, [quicunq; quæritis]. i. intēditis ac
nitimini [ducere]. i. erigere [mentem] veſtram [in diem ſupernum]. i. ad diem æternita- E
tis, ſicut hortatur Apoſtolus: Quæ ſurſum ſunt quęrite, vbi Chriſtus eſt in dextera dei ſe
Col. 3 dens, quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. Quod fit per cōtemplationem, fer-
uidumq; amorem ſummi boni ac diei æternitatis, de qua loquitur Zacharias propheta:
Zacha. 14 Erit dies vna, quæ nota eſt domino, non dies neq; nox, hoc eſt, non dies neq; nox tem-
porales, ſed dies lucis æternæ, de qua dicitur in pſalmo: Tecum principium in die virtu-
Pſalm. 101 tis tuæ in ſplendoribus ſanctorum. Hæc dies vno modo eſt ipſemet deus, cum in ſermo
Auguſtin. ne aſſerat Auguſti. de Chriſto: Magnus dies angelorum, breuis in die hominū. De quo
Ambroſi. in hymno profert Ambroſius: Chriſte q lux es & dies, Noctis tenebras detegis. Rurſus,
dies iſta eſt lumen gloriæ ac beatifica viſio, contemplatio quoq; ſecrera, quieta ac clara,
quæ eſt dies ſine tumultu, internum ſilentium, illuminatio ſolis iuſtitiæ. De huiuſmodi
Malac. 3 die loquitur deus per Malachiam: Orietur vobis timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ
Ambroſi. in die qua ego facio. Hinc rurſus in Ambroſiano hymno cantatur: Splēdor paternæ glo
riæ de luce lucem proferens, lux lucis & fons luminis, dies diem illuminans. [Nam qui
victus] tentationibus & peccatis [flexerit lumina]. i. oculos cordis] in ſpecus tartareum]
. i. antrum foueamq; gehennnæ teterrimam, de qua legitur in Iſaia: Præparata eſt ab he-
Iſaiæ 30 ri Tophet. i. gehenna à rege præparata, profunda & dilatata. Quæ gehenna dicitur præ-
parata à rege, de quo ait Apoſtolus: Regi autē ſeculorum immortali, inuiſibili, ſoli deo F
1. Tim. 1 Hebræ. 13 honor & gloria. Atq; ab heri. i. ab exordio mūdi, de quo heri dicitur ad Hebræos: Chri
ſtus Ieſus heri & hodie, ipſe & in ſecula. Simul vero facta ſunt cœlum empyreum, para-
Auguſt. diſus terreſtris, & infernus ſecundum Auguſtini expoſitionem. [Quicquid præcipuum
trahit]. i. cuncta precioſa gratiæ ac virtutum chariſmata, quæ à deo ſuſcepit, & ſecū per
viam huius trahit exilij [perdit] quia qui peccat mortaliter charitate & gratia gratumfa-
ciente, doniſq; ſpiritus ſancti, & præcedētibus meritis ſuis priuatur. Propter quod in Ec-
Eccēs. 9 cleſiaſte Salomō proteſtatur: Qui in vno deliquerit, multa bona perdet. Imo & ſanctus
Iacob. 2 apoſtolus Iacobus in ſua Canonica terribiliter loquitur: Quicunq; totam legem imple-
uerit, offendat autem in vno, factus omnium reus. [dum videt inferos.] Porro iſta non
ſunt intelligenda, quaſi nō debeamus quotidie intueri infernum atq; ſupplicia reprobo-
rum, cum iſte intuitus reuocet maxime à peccatis, & infernus ac eius miſeria vnum ſit de
quatuor nouiſſimis, de quibus in Deuteronomio Moſes eſt loquutus: Vtinam ſaperent
Deute. 32 Eccle. 7 & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent. De quibus in Eccleſiaſtico legitur: Memora-
Eccle. 28 re nouiſſima tua, & in æternum non peccabis. Et rurſus: Memento nouiſſimorum tuo-
rum, & deſine inimicari. Eſt igitur ſenſus, ꝙ non debemus oculos vertere in ſpecus tar-
tareum. i. intentionem & conſenſum conuertere ad ea quæ diſponunt, ducunt ac pertra-
hunt ad chaos ac ſpeluncas deſolatiſſimi Acherontis, nec videre per approbationem
infernum, id eſt, infernalia vitia, vt ſunt obſtinatio, deſperatio. Et vt diuinus Dionyſi-
S. Dionyſ. us exprimit diabolica mala ſunt phantaſia proterua, amens furor, & irrationabilis con-
cupiſcentia.

Eluci



A **Elucidatio myſtica metri huius duodecimi. ARTI. XXXIIII.**

IVxta ſpiritalem interpretationem per Orpheum Appolinis filium intelligitur quili-
bet Chriſtianus ſapiens, virtuoſus, cœleſti generatione in baptiſmate regeneratus, ci Ephe. 2
uis ſanctorum atq; domeſticus dei. Hic ducit vxorē propriā carnem, & concupiſcenti-
am ei innatam, ei iugiter ſaltem habitualiter adhærentem: quam ſuſcepit regendam
virtuoſiſq; actibus fœcundandam. Quæ vxor cum per prata amœna vagatur, à dia-
bolo conſtupratur, quia dum in ſenſibilibus delectatur, & per exteriora pulchra irrefre-
nate diffunditur, contrariatur legi mentis, & homini ſapiēti efficitur infidelis. Quæ redi
ens ad ſe, & carnis ſuæ lapſum deplorans, eo ꝙ à ſerpente. i. ſpiritu immunditiæ venena-
ta ſit, & quantum ad ſuum demeritum in inferno locata, ſicut & quilibet vitioſus, iuxta
illud Baruch: Quid eſt Iſrael ꝙ in terra inimicorum es coinquinatus, cum mortuis depu Baruch 3
tatus, cum his qui in inferno ſunt? Ita q; homo intelligens carnem ſuaue componit, dulci
ter modolizat: hoc eſt, verba diuinæ aſſumit ſcripturæ, nunc de gloria beatorum, nunc
de ſupplicijs reproborum ſermocinans: ſicq; carnem ſuam erigens de fouea vitiorum, &
dirigens in viam ſalutis extrahit de inferno. Etenim portæ inferi, teſte Hieronymo, ſunt Hierony.
hæreſes & peccata. Dij vero infernales ſunt hęreſiarchæ, aliorumq; ſeductores, quibus ſa
B piens dulciter canit efficaciter prædicando, in tantum quod ei interdum in aliquo acqui
eſcunt, decepti quoq; ab illis releuantur ad veritatis ſemitas reuertendo, ſic ꝙ leones. i.
animoſi feroces miteſcunt ac humiles fiunt. Canes quoq;. i. iracūdi & calidi nimis, pati-
entes & temperati redduntur, ita ꝙ innocentes, pij ac ſimplices cum illis pacifice conuer
ſantur, vt ſupra magis expoſitum eſt. ¶ Præterea, dum ſpiritualis homo tam ſapienter
ac dulcirer euangelizat, ꝙ homines beſtiales & ad ſalutaria inſenſibiles ac ſpiritaliter
mortui conuertuntur per ipſum, tunc bruta & inanimata ſequuntur Orpheum, qui per-
tingit ad inferi portas, dum vitia tangit, expugnat ac demolitur. Veruntamen quantum
libet alios conſoletur ac inſtruat, ſeipſum plene conſolari non valet, quia & ipſe infirmi- Hebr. 5
tate circundatus ſepties cadit in die, neq; à fomite & cōcupiſcentia & expugnare poteſt Prouer. 24
perfecte, ſicut fatebatur Apoſtolus: Video, inquiēs, aliam legem in carne mea repugnan Roma. 7
tem legi mentis meæ. ¶ Deinceps homo iſte ſuam recipit cōiugem. i. carnem hoc pacto,
vt quam diu eſt infra terminos tartari, non reſpiciat eam, id eſt, eius concupiſcentijs ne-
quaquam conſentiat. Termini autem tartari eſt mundus iſte inferior ſublunaris & ele-
mentaris, in quo vitia regnant, abundat iniquitas, atq; aëreæ volitant poteſtates, innu-
merabiles ſpiritus prorſus maligni. Idcirco quam diu ſumus in ſeculo iſto, oportet nos
ſtare ſuper cuſtodiam noſtram, carnemq; noſtram crucifigere cum vitijs & concupiſcen Habacu. 2
C tijs ſuis. Quia, vt ait Apoſtolus, ſi ſecūdum carnem vixerimus, moriemur: quoniam ſic Galat. 5
viuendo morimur quotidie morte culpæ, deinde morituri morte infernalis miſeriæ, De Roma. 8
qua in Apocalypſi habetur: Pars iniquorum erit in ſtagno ardente igne &
ſulphure, quod eſt mors ſecunda. Porro qui carnem ſuam carna- Apoca. 21
liter amat & inſpicit, eam amittit, quoniam in ſerui-
tutem cadit diaboli, ruitura tandem in pro-
fundo inferni. Oportet ergo omnem
noſtrum amorem diſcretionis
lumine gubernari, & ap-
petitiuas vires rati
onis rectæ iudi
cio dirigi.

LIBRI TERTII FINIS.

D. DIO

# PROSA I. D. DIONYSII CARTHVSIANI IN S. MARTYRIS SEVERINI Boethij, de consolatione philoſophiæ librum quartum enarratio. D

A. M. T. Seuerini Boethij de conſolatione philoſophiæ libri IIII.

## PROSA I.

HAec cum philoſophia dignitate uultus, & oris grauitate ſerua
ta, leniter ſuauiterq; cecinifſet: tum ego nondum penitus inſiti
mœroris oblitus, intentionē dicere adhuc aliquid parantis ab-
rupi. Et o, inquam, ueri præuia luminis. quæ uſq; adhuc tua fu
dit oratio, tum ſui ſpeculatione diuina, tum tuis rationibus inuicta patue-
runt: eaq; mihi etſi ob iniuriæ dolorem nuper oblita, non tamen ante hac
prorſus ignorata dixiſti. Sed ea ipſa eſt uel maxima noſtri cauſa mœroris
ꝙ cum rerum bonus rector exiſtat, uel eſſe omnino mala poſſint, uel im- E
punita prætereant. Quod ſolum quāta dignum ſit admiratione, profecto
conſidera. At huic aliud magis adiungitur. Nam imperante florenteq; ne-
quitia, uirtus non ſolum præmijs caret, uerum etiam ſceleratorum pedi-
bus ſubiecta calcatur, & in locum facinorum ſupplicia luit. Quæ fieri in
regno ſcientis omnia, potentis omnia, ſed bona tantummodo uolentis dei,
nemo nec ſatis poteſt admirari nec conqueri. P. Tum illa, & eſſet (inquit)
infiniti ſtuporis, omnibuſq; horribilius monſtris, ſi uti tu exiſtimas, in tan
ti uelut patrisfamilias diſpoſitiſſima domo, uilia uaſa colerentur, precioſa
ſordeſcerent: ſed non ita eſt. Nam ſi ea quæ paulo ante cōcluſa ſunt, incon
uulſa ſeruantur, ipſo (de cuius nunc regno loquimur) authore cognoſces,
ſemper quidem potentes bonos eſſe, malos uero obiectos ſemper, atque
imbecilles, nec ſine pœna unquam eſſe uitia, nec ſine præmio uirtutes, bo
nis felicia, malis ſemper infortunata contingere. Multaq; id genus, quę ſo F
pitis querelis firma te ſoliditate corroborent. Et quoniam ueræ formā be
atitudinis me dudum mōſtrante uidiſti, quo etiam ſit ſita agnouiſti, decur
ſis omnibus quæ præmittere neceſſarium puto, uiam tibi quæ te domum
reuehat, oſtendam. Pennas etiam tuæ menti, quibus ſe in altum tollere poſ
ſit, affigam: ut perturbatione depulſa, ſoſpes in patriam, meo ductu, mea
ſemita, meis etiam uehiculis reuertaris.

Elucidatio proſæ huius primæ. ARTIC. I.

QVemadmodum dictum eſt iam frequenter, tota voluminis huius materia eſt
conſolatio ipſius Boethij: Conſolatio inquam actiua, qua eum conſolatur ac
docet Philoſophia. Cōſolatio quoq; paſſiua, quam Boethius à Philoſophia
recipit ac ſortit. Et ipſe liber διάλογος eſt, hoc eſt, dialogus inter Philoſophi-
am atq; Boethium: Vel potius quaſi dialogus, quoniam idem vir eſt, qui in perſona
Philoſophiæ actiuę conſolatur ac inſtruit, & in perſona afflicti ac deſolati conſolationē
informationemq; ſuſcipit. Deniq; in primo libro Philoſophia cauſas doloris Boethij di
ligēter ſcrutata eſt: in II. aūt adhibuit ei vt egro faciliora remedia: in III. aūt efficatiora &
magis ſublimia, diſputādo et declarādo in qbus btitudo videt multis cōſiſtere, cū ita nō
ſit,



A ſit, & item in quo vere ſittimo & quid ſit, ac qualiter pertingatur ad ipſam: Nunc in hoc
quarto libro remouet à mente Boethij quicquid in ea adhuc reſidet de ſua priſtina indi-
ſpoſitione, inquietudine, dubietate & inuolutione, oſtendendo totum vniuerſum, præ-
ſertim genus humanum à creatore ſuo deo omnipotente, iuſto, ſancto, ac ſuperſapientiſ
ſimo ordinate & optime gubernari, nec quicq̄ finaliter inordinatum relinqui, nec tamē
à prouidētia dei neceſſitatē actibus humanis inferri. Et hæc eſt materia huius libri quar-
ti & etiam quinti ſequentis, in quibus Boethius in perſona hominis nondum ſatis illumi
nati dubia ſua, admirationes & inuolutiones proponit, ad quas Philoſophia ſapiēter re-
ſpondet, imo ipſe idem Boethius in perſona hominis ſapiētis ac virtuoſi. Præterea ſicut
ignis facto incendio ſub curribus & fauilla ſitus ac latēs ſæpius euaporat, ſic dolor & ad
miratio in corde hominis boni aliquoties renouatur, erumpūt, quærimoniamq; inſtau-
rant: ſic & Boethius in hoc quarto ſicut & ante fatetur ſe admirari, & quaſi conqueritur,
ꝙ in hoc mundo inferiori, qui à ſapiente ac bono domino gubernatur fiunt tot mala, iu
ſtitia ſuppeditatur, impietas præualet, ac peſſimi principātur, ita ꝙ deus altiſſimus rapa-
ciſſimis lupis, & impudentiſſimis canibus oues ſuas videtur committere, pro quarum
ſalute ipſemet incarnari, & in mundo hoc conuerſari, ac poſtremo mori dignatus. Hoc
ergo in hac proſa proponit Boethius, dicens: [Hæc cum Philoſophia cecinisſet] Hoc eſt,
B dum Philoſophia inſtar canentis ac modulantis protuliſſet [leniter]. i. maſuete, nō tur-
bulēter & clamoſe [& ſuauiter]. i. facūde, iuxta illud Eccleſiaſtici: Lingua eucharis in bo Ecci. 6
no hoīe habundabit [dignitate]. i. venerabili apparatu [vultus, & grauitate]. i. maturita
te [oris] loquutionis [ſeruata.] Apparet nanq; Philoſophia in forma venerandæ ac ſapi
entis matronæ, quā decet in oībus eſſe morigerā, nō moribus leuem, ſenſuve mobilem,
ſed intus ac foris maturā, vt verificetur de ea illud lib. primi Regū: Vultus eius nō ſunt 1. Reg. 1
amplius in diuerſa mutati. Hinc hortatur Apoſtolus: Sermo veſter ſemper in gratia, ſa- Colo. 4
le ſit conditus, vt ſciatis quō vos oporteat vnicuiq; reſpondere. [Tum ego]. i. tunc ego
[nōdum penitus inſiti mœroris oblitus]. i. necdum in toto immemor triſtitiæ mihi ad-
uerſæ & profundatæ in corde meo, quemadmodū in terra abſconditur ſemen [abrupi]
. i. intercepi [intentionē]. i. propoſitum Philoſophiæ [parantis]. i. diſponentis [adhuc] ali
quid [dicere] de iſta materia q̄d non feci ex loquacitate, iuxta illud Iob: Conceptum ſer- Iob 4
monem tenere quis poterit: ſed deſiderio veritatis. Etenim q̄uis implendum ſit illud Ia-
cobi: Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum, tamen ſicut non de- Iacobi 1
bemus eſſe veloces ad audiendum quæcunq; verba, v tputa verba detractoria, vana, io-
coſa, in riſum mouentia, diſcordiæ ſeminatiua, iuxta illud in Eccleſiaſtico ſcriptum: Se- Ecci. 28
pi aures tuas ſpinis, & noli audire liguam nequam, ſic interdum aliqua verba ex rationa
C bili cauſa ſunt ſine notabili mora dicenda. [Et ò, inquam, veri pręuia luminis]. i. ego Bo
ethius dico: O tu Philoſophia præuia. i. prænuncia atq; diſpoſitrix luminis veri. i. theo-
logicæ veritatis, cuius comparatione lumen naturale ac philoſophica veritas in clarita-
te deficiunt. Diſponit autem Philoſophia ad theologiam ſicut ancilla ad dominam. Eſt
quoq; præuia veri luminis, de quo Iohānes aſſerit: Erat lux vera quæ illuminat omnem Iohan. 1
hominem venientem in hunc mūdum. Et in prima ſua S. Iohannes ait Canonica: Tene 1. Iohan. 2
bræ receſſerunt, & verū lumen iam lucet. Ad cuius increati luminis cognitionem multū
confert Philoſophia, dicente Apoſtolo: Inuiſibilia dei per ea quæ facta ſunt conſpiciun- Roma. 1
tur. Atq; vt aſſerit Auguſtinus: Cognitio naturalium proprietatum, reſerat abdita ſcri- Auguſtin.
pturarū: vt quod Chriſtus in ſcripturis vocat leo, petra, vitis, ouis, ſtella matutina, & conſi Apocaly. 5 1. Cor. 10
milia [quæ vſq; nunc tua fudit oratio]. i. verba conſolatoria, & documēta ſalubria, quæ Iohan. 15
oratio tua. i. ſermo tuus interior fudit. i. prompte expreſſit vſq; nunc [tum ſui ſpeculati- Iohan. 1 Apoca. 22
one diuina, tum tuis rationibus inuicta patuerunt]. i. eſſe innotuerūt inuicta. i. firma &
inſolubilia, tam ex contemplatione diuinorū, quæ relucet, fragrat ac cōtinetur in eis con
ſonatq; ſcripturis, q̄ ex rationibus. i. probationibus tuis [eaq; mihi & ſi ob iniuriæ dolorē
nup oblita]. i, q̄uis illa nup fui oblitus, ita ꝙ ea actualiter nō attēdi ex dolore atq; triſti-
tia cordis mei, q̄s cōcepi ex iniurijs mihi illatis [nō tñ ante hac prſus ignorata dixiſti]. i.
q̄ protuliſti hucuſq; nō fuerūt prorſus incognita, qm̄ antea etiā actualiter ea cognoui, et
vſq; in præſens fuit in me habitualis eorū notitia [ſed ea ipſa eſt vel maxima noſtri cau-
ſa mœroris]. i. hæc ipſa res q̄ ſequit eſt vtiq; maxima cauſa nr̄i mœroris [ꝙ cum rerū bo
nus rector exiſtat]. i. ꝙ cū rector vniuerſorū, vc; deus ſit naturlit & interminabilit bonꝰ
[vel

PROSA I. [vel eſſe omnino mala poſſunt].i.quomodo mala culpæ poſſunt acidere,cum ad recto D
rem pertineat mala excludere, vt ne cõtingãt per anticipationem pro poſſe cauere:Sicq;
ea euenire,videtur dei omnipotentiæ derogare.[Vel impunita prætereãt,]quod videtur
diuinæ iuſtitiæ repugnare,Vtrunq; quoq; videtur contrariare infinitæ ſapiẽtiæ dei,quia
ad ſapientem ac prouidum pertinet prouiſorem ita præconſiderare mala futura, ꝙ eorũ
euentui ponatur obſtaculum. [Quod ſolum quanta ſit dignum admiratione profecto
conſideres].i.certe attendis.Verum vt mox patebit in his & ſequentibus quæſtionibus
Boethius in perſona imperfecti hominis loquens falſa aliqua præſupponit.[Adhuc ma
ius aliud adiungitur].i. præfatæ dubitationi adiungitur dubitatio alia maior & graui-
or. [Nam regnante florenteq; nequitia].i. impijs regnantibus ac proſperitate pollenti-
bus,[virtus non ſolum præmijs caret, verum etiam ſceleratorum pedibus ſubiecta cal-
catur].i. opera virtuoſa & ipſi iuſti à ſceleratis hominibus male tractantur, iniurijs affi
ciuntur,ac mala pro bonis recipiũt. Ideo ſubditur:[& in locum facinorum ſupplicia lu-
ir].i.ipſa virtus luit & tollerat pœnas in loco facinorum.i. ac ſi virtus facinus eſſet: ſicq;
criminis inſtar, hoc eſt,ad ſimilitudinem vicij cruciatur, Vel, in loco facinorum.i.vbi
facinora ſolent puniri,atq; in loco iniuſtorum iudiciorum & accuſationum ac proteſta
tionum falſarum[Quæ fieri in regno ſcientis & potentis omnia].i.in regno ſummi dei
qui vniuerſa intuetur ac poteſt,[ſed bona tantum modo volentis dei].i.qui non vult p E
approbationẽ & effectiue niſi bona,[nemo ſatis poteſt nec admirari nec conqueri] Hoc
aliquo modo verificatur,ſi intelligàtur de quęrela pietatis,non impatienter,quia reuera
Roma.11 iuditia dei ſunt valde incomprehenſibilia, & miranda admiratione reuerentiæ, non in-
quiſitionis. Porro quærela pietatis vocatur,quæ ex virtute procedit,ſicut interdum con-
quæritur vnus de alio ꝙ nimis honorat eum. Attamen quid veritatis contineatur in his
protinus eluceſcet. Veruntamen omnia iſta iam ante frequenter inducta ſunt atq; expo
ſita cum allegatione multiplici ſcripturæ canonicæ. Nam & ſancti prophetæ iuxta præ-
Habacuc.1 tactum nunc modum interdum loquuti ſunt, vt cũ dicit Habacuc:Mundi ſunt oculi tui
domine,ne videas malum,& reſpicere ad iniquitatem non poteſt:Quare non reſpicis ſu
Ieremi.12 per inique agentes, & taces conculcante impio iuſtiorem ſe:Ieremias quoq;:Iuſtus qui-
dem tu es domine ſi diſputem tecum. Veruntamen iuſta loquar ad te. Quare via impio
Iſai:54 rum proſperatur,& bene eſt omnibus qui p̃uaricãtur in te:Sic & in anima fertur:Iuſtus
perit,& non eſt qui recogitet, & viri miſericordiæ tolluntur & nõ eſt qui intelligat.Iſta
& multa ſimilia allegata ſunt ſæpe. ¶[Conſequenter ponitur philoſophiæ reſponſio e-
mendantis verba præhabita[Tum illa & eſſet (inquit)infiniti ſtuporis].i. philoſophia
reſpondit:Id quod dicis eſſet res infinito,hoc eſt,multo & valde magno ſtupore ſeu ad-
miratione condigna[omnibusq; horribilius monſtris].i.monſtruoſis effectibus. Mon F
Monſtrũ ſtrum quippe vocatur effectus ſuæ inconueniens ſpeciei.Interdum vero vocatur effectus
præclarus monſtratione prædignus, & ita miracula Moſi in Exodo monſtra vocãtur.
[Si vti tu exiſtimas in tanti velut patrifamilias diſpoſitiſſima domo.i.in toto hoc vni-
uerſo,aut in omni genere humano,ſeu in vniuerſali eccleſia, quæ eſt diſpoſitiſſima.i.or-
dinatiſſima domus patrifamilias tanti.i. patris ſummi,cuius familia ſunt rationales cre-
Baruch.3 aturæ,p̃ſertim fideles,de qua Baruch,ait propheta, O Iſrael quam magna eſt domus dei,
& ingens locus poſſeſſionis eius. Videtur aũt philoſophia per domum dei intelligere ec-
1. Tmo.1 cleſiam,ſeu humani generis vniuerſitatem, de qua ad Timotheũ ſcribit apoſtolus: Sci-
as quomodo oporteat te conuerſari in domo dei,quæ eſt eccleſia dei viui. Quæ eccleſia
Apoca.21 militans inſtar eccleſiæ triumphantis pulcherrime eſt diſpoſita propter quod in Apoca-
1.Co.9.7.8 lypſi inducitur:Vidi Ieruſalem nouam deſcendentẽ de cælo,à deo paratam tãquã ſpon-
ſam ornatã viro ſuo.De cuius diſpoſitione in gradibus, ſtatibus, officijs, in epiſtola ad
Corinthios tractat apoſtolus.Nihil ominus in eccleſia militante ſunt variæ inordinati-
ones,tranſgreſſiones,abuſiones:ſed que inordinata ſunt vno reſpectu & modo,alio mo
do atq; reſpectu ſunt ordinata.Rurſus,quæ ſunt in ordinata per culpã,ordinat deus per
pænam.[Vilia vaſa colerentur,& p̃cioſa ſordeſcerent].i.ſi vaſa vilia colerentur.i.hono-
rarentur ac appreciarẽtur & vaſa precioſa ſordeſcerent.i.vilipẽderẽtur.His obyci poſſet,
quod cernimus impijſſimos pręſidentes honorari,honorãdoſq; eſſe,quemadmodũ bea-
tiſſimus princeps apoſtolorũ præcepit:Serui obedite dominis carnalibus:non ſolum bo
1.Petrus.3 nis & modeſtis,ſed etiam diſcolis. Et reſpondendum,ꝙ idem homo reſpectu diuerſorũ
eſt vas



A eſt vas precioſum & vile,precioſum,quantum ad ea quę habet à deo, pręſertim in gratui
tis,vile quantum ad ea quæ habet à ſeipſo,quæ ſunt ſua peccata,quæ ſola faciunt hominẽ
deo diſplicentem,quemadmodum per Ieremiam dicitur animæ peccatrici:Quam vilis Ieremi.2.
facta es nimis iterans vias tuas. Vaſa igitur vilia,puta iniqui inquantum huiuſmodi,non
ſunt honoranda nec appreciãda.Propter quod de homine iniuſto fert in pſalmo: Ad Pſal.14.
nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus, Iuxta quem ſenſum Ariſtoteles q̃q; ait Philoſo.
in Ethicis,quod magnanimus eſt aſpernatiuus.Inquantum vero ſunt precioſa, videlicet
ad dei imaginem cõdita,ad æternam beatitudinem ordinata, ſanguine Chriſti redem-
pta,aut in officijs conſtituta,atq; vicarij dei ſunt honoranda.Inſuper vaſa precioſa,ſecũ-
dum ꝙ talia,ſunt in veneratione habenda,nõ inquantũ ſunt vilia [ſed ita non eſt. Nam
ſi ea quæ paulo ante cõcluſa ſunt inconuulſa],id eſt, inuiolata [ſeruãtur, ipſo ( de cuius
nunc regno loquimur)autore cognoſces,ſemper quidem potẽtes eſſe bonos], id eſt ip-
ſos virtuoſos ſemper eſſe potẽtes,quoniam præualent vicijs,& inuiſibilibus hoſtibus ſuę
ſalutis,dominantur quoq; animo ſuo & motibus paſſionum:& ita ſunt patiẽtes ac vere
potentes,iuxta quod Salomon proteſtatur:Melior eſt patiens viro forti,& qui domina Prouer.16.
tur animo ſuo,expugnatore vrbium. Iſta infra probãtur in pluribus proſis.[Malos ve-
ro abiectos ſemper,atq; imbecilles],id eſt,cognoſcis ꝙ vicioſi ſemper abiecti ſint,& im-
B becilles,id eſt,contempcibiles coram deo ſpiritaliterq; infirmi,quia ab aduerſarijs ſuę ſa
lutis,ab acie vitiorum ac dęmonum,à carne ac proprijs paſſionibus ſuperantur. Clarum
eſt tamen quod corporali fortitudine, ſeculari potentia, temporali honore frequenter
præfulgent iniqui,vt patet de principibus impijs ac tyrannis,qui & multoties præualẽt
Chriſtianis in prælijs.Hinc in libro Prouerbiorum Salomõ loquitur:Qui vanus & ex- Prouer.12.
cors eſt patebit contemptui.Et iterum:Vir ſapiens fortis eſt, & vir doctus robuſtus & Prouer.24. Sapien.15.
validus.De impio aũt in libro Sapientiæ legitur:Luto vilior vita eius,quia à deo receſſit
cor ſuum.[Nec ſine pœna vnq̃ eſſe vicia]quoniam nullum malum deus relinquit impu
nitum.Ideo ſcriptum eſt:deus inultum abire non patitur.Deniq;,qui peccat, peccando Iob.14. Sapię.16.
lædit ſeipſum.Et ſicut in libro Sapientię ſcriptum eſt,homo per malitiam occidit animã
ſuam,& inimicum dei ſeipſum conſtituit.Ideo ſcriptum eſt in Ieremia:Scito & vide,q̃m Ieremias.2.
malum & amarum eſt te reliquiſſe dominum deum tuum,& non eſſe timorẽ eius apud
te.Hę pœnę peccati tanto ſunt grauiores,quanto nunc minus a peccantibus ſentiuntur, Prouer.2.
qui(vt ait ſcriptura)lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus peſſimis[Nec ſi-
ne pręmio eſſe virtutes],id eſt,hoc cognoſces ꝙ actus virtuoſi debitis præmijs non pri
uantur.Ideo aſſerit Auguſtinus:Deus nullum bonum dimittit irremuneratum:præſer- Auguſ.
tim,cum deus pronior ſit ad remunerandum bona,quam ad puniendum peccata. Vir-
C tutes etiam in hac vita multiplex præmium ſortiuntur,quoniam faciunt mentem tran
quillam,& bonæ conſcientiæ eſſe:imo & creatoris ſui amicam,ſponſam ac filiã.Ideo di-
xit pſalmiſta:In cuſtodiẽdis illis retributio multa.Cognoſces inſuper[bonis felicia,ma- Pſal.18.
lis ſemper infortunata contingere],id eſt quod virtuoſis ſemper eueniant proſpera,viti
oſis vero ſemper aduerſa. Iſtud videtur autoritatibus multis,imo & experiẽtijs atq; p̃-
habitis eſſe contrarium,cum electi & boni aduerſitatibus modo exerceantur & expurgẽ Pſal.33.
tur,quemadmodum ſcriptum eſt in pſalmo,Multæ tribulationes iuſtorum : nihilomi-
nus vera ſunt verba iſta ad pium intellectum,ita quod bonis contingunt felicia,id eſt, ea
quæ animabus eorum ſunt ſalubria: malis vero infortunata,hoc eſt,nociua & aduerſa ſa
luti ipſorum,prout iſtud infra diffuſius exponetur.[Multaq; id genus,]id eſt, cognoſces
multa ſecundum hoc genus,videlicet multa his conſimilia vera.Dicuntq; aliqui ꝙ id ge
nus ſit dictio vna indeclinabilis[quę ſopitis quærelis te firma ſoliditate corroborent]id
eſt,quæ vera confirment te & confirmabunt ſoliditate firma,id eſt,conſtanti ac ſtabili
veritatis notitia,quærelis,id eſt,quærimonijs tuis prætactis de his,quę videntur deroga
re prouidentię dei in regimine vniuerſi,ſopitis,id eſt,extinctis & ablatis per veritatis no
titiam,ex qua cognoſces quod tales quærelæ ex ignorantia veniunt veritatis. ¶[Conſe-
quenter Philoſophia conſolaẽ Boethiũ, promittendo ei bñficia ampliora. [Et quoniã
verę formam beatitudinis me dudum monſtrante monſtrare vidiſti]id eſt,quia iam an
te conſpexiſti & intellexiſti me Philoſophiam demonſtrare formam,id eſt,eſſentiam ve
rę beatitudinis[quo etiam ſita ſit agnouiſti] id eſt, didiciſti à me in quo obiecto ſita,id ẽ,
conſtituta ſit,puta in deo[decurſis omnibus quæ premittere neceſſarium puto, viã quæ
d te do-

ME TR. I. te domum reuehat oſtendam ]hoc eſt, Oſtendam.i.declarabo tibi viam quę te reuehat, D id eſt, reportet domum, id eſt, ad beatitudinis manſionem, omnibus decurſis, id eſt, iam præmiſſis & determinatis, quæ puto neceſſarium præmittere, ad intelligendum quę reſtant. [Pennas etiam tuæ menti, quibus ſe in altum tollere, poſſit, affigam]hoc eſt affigam, id eſt, apponam menti tuæ pennas, id eſt, noticiam & amorem, orationem & deuotionem, quibus, id eſt, perquas poſſit ſe tollere, id eſt, eleuare in altum, id eſt, vſque ad ſummũ obiectum fontemq; totius beatitudinis. Quas pennas deus largitur authoritatiue ac principaliter, philoſophia, præſertim theologia diſpoſitiue ac miniſterialiter. De quibus etiam pennis in Eſaia ſcriptum eſt: Qui ſperãt in domino mutabunt fortitudinem, aſſument pennas vt aquilę, volabunt et nõ deficient. (Eſaie.60.) De ita pennatis denuo loqtur ſacratiſſimus Eſaias: Qui ſunt iſti qui vt nubes volant, & quaſi colũbę ad feneſtras ſuas? (Ezech.1.10) De qbus itidẽ allegorice exponitur ꝙ in Ezechiele de pennatis animalibus legitur [vt reueharis].i. reducaris [ſoſpes].i. ſanus in anima à leſionibus viciorum, ſicut (Iere.17.) orat vir bonus: ſana me dñe, & ſanabor. Quod & orauit Apoſtolus: Deus, inquiens, pacis ſanctificet vos per oia, vt integer ſpiritus veſter & aia in aduentu Chriſti ſeruetur. Hanc ſoſpitatem omnipotens deus eis largitur, qui efficaciter pęnitendo ſibi reconcili(Oſee.14.)antur. Quẽadmodũ per Oſee pollicetur: ſanabo cõtritiones eorum, diligam eos ſpontaneę, quia auerſus eſt furor meus ab eis. [In patriam].i.electorũ ppetuam intronizati- E onẽ, in paradiſum cęleſtem, ad ſocietatem ſpirituum ſupernorum. (Iohan.14.) Vnde dixit ſaluator: (Plato.) In domo patris mei manſiones multæ ſunt. Plato etiam in Thimeo inducit patrẽ ſpirituum pręcipientem dijs deorum, vt fœnus corporibus accõmodatum.i.animas rationales à corporibus redeuntes et ſufficienter purgatas, quibus diuinitatis conſortiũ eſt, & appellationis parilitas recipiant ad ſe [meo ductu].i. mea directione, [mea ſemita].i. (Prouer. 4) imitatiõe virtutum, conuerſationis meę. Iuxta illud Prouerbiorum: Viam ſapientiæ monſtrabo tibi, & ducam te per ſemitam ęquitatis, & currens non habebis offendiculum. Hęc eſt via luciformis, exercitatio quotidiani profectus, incrementum gratię ac vir(Prouer. ibidem.)tutum. De qua rurſus in Prouerbijs Salomon faſſus eſt: Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſque ad perfectum diem: Hoc eſt, vſque ad diem æternitatis, (Michee.5.) in quo Chriſtus filius dei à patre profluxit, iuxta ilud Michee: Egreſſus eius ab initio à diebus ęternitatis. [meis etiam vehiculis] id eſt, cęteris meis auxilijs in admonendo, roborando, atque in omnibus aſſiſtẽdo, & hoc [perturbatione depulſa] id eſt, inquietudine admirationum & paſſionum tuarum extirpata à mente tua. Quod perfecte non (Plato.) fit, niſi completo vitæ huius curriculo. Nempe vt in Phædone aſſerit Plato, Quam diu corpus hoc gerimus & conglutinata fuerit anima huic malo, nunquam ſufficienter ac plene adipiſcemur quod exoptamus. Decies namque millena vacationũ.i.contemplati- F onum & ſpiritualiũ exercitiorum impedimenta nobis inde proueniunt, propter corporis neceſſitatem. ¶ Poſtremo, quoniam triplici via ad beatitudinem peruenimus, videlicet, via purgatiua, via illuminatiua, & via perfectiua, poteſt per ductũ via purgatiua intelligi, per ſemitam via illuminatiua, per vehicula via perfectiua ſeu vnitiua,

## METRVM PRIMVM.

SVnt etenim pennę uolucres mihi,
Quę celſa conſcendant poli,
Quas ſibi cum uelox mens induit
Terras peroſa deſpicit.
Aeris immenſi ſuperat globum
Nubeſq; poſt tergum uidet.
Quiq; agili motu calet etheris,
Tranſcendit ignis uerticem,
Donec in aſtriferas ſurgat domos
Phęboq; coniungat uias,
Vt comitetur iter gelidi ſenis
Miles choruſci ſyderis.
Vel quocunq; micans nox pingitur
Recurrat aſtri circulum,

Atq;



A Atq; ubi iam exhauſtũ fuerit ſatis
Polum relinquat extimum.
Dorſaq; uelocis præmat etheris
Compos uerendi luminis.
Hic regum ſeptrum dominus tenet
Orbiſq; habenas temperat.
Et uolucrem currum ſtabilis regit
Rerum choruſcus arbiter.
Hũc te reducem ferat uia
Quam nunc requiris immemor
Hæc dices: memini patria eſt mihi:
Hinc ortus: hic ſiſtam gradum.
Quod ſi terrarum placeat tibi
Noctem relictam uiſere
Quos miſeri toruos populi timent
Cernes Tyrannos exules.

## Elucidatio metri huius primi. ARTIC. II.

IN hoc metro philoſophia oſtendit ſe potentem efficere, quod in fine proſæ præcedẽtis perhibuit ſe facturam. Dixerat quippe ſe affixuram pennas Boethio, quibus ſubuolaret in patriam beatorum. Ideo hic fatetur ſe huiuſmodi pennas habere, & earũdem pennarum multiplices declarat effectus. B Itaq; ait: [Pennę volucres.]id eſt ſubtiles ac celeres [ſunt mihi]id eſt inſunt menti meę, [quæ conſcendãt celſa poli]id eſt, alta polorum orbiumq; cœlorum: Imo & tranſcendunt cuncta creata, non localiter ſe mouendo, ſed digniora intelligendo, atq; ex creatis & imperfectis ac finitis ad ſummi & increati ac incircumſcriptibilis entis notitiam pertingendo, quemadmodum ex effectibus cauſa cognoſcitur. Iuxta illud: A magni (Sapię.13.) tudine ſpeciei creaturæ poterit creator horum cognoſcibiliter videri. Iſtæ pennæ ſunt intellectus & ratio ſeu habitus primorum principiorum, potius tamen ſapientia & ſcientia, documenta & libri præſtantiorum philoſophorum. [Quas]pennas [cum mens velox]id eſt, ingenioſa & ſtudioſa [induit ſibi]id eſt, aſſumit, & ſe eis perornat [peroſa]id eſt, (Pſal.138.) ipſa mens odio plena, loquendo de odio bono ac ordinato, iuxta illud in pſalmo: perfecto odio oderam illos [deſpicit terras]id eſt, terrena, pręſertim carnalia & immunda, quę, inquantum ſunt vicioſa & à ſummo bono impeditiua, ſunt odienda & fugienda, non in quãtum ſunt creaturæ dei, cum dicat Apoſtolus: Omnis creatura dei bona eſt. Sic quoq; (1.Timo.4.) Saluator in euangelio dixit: Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum & matrem, (Lucæ.14.) non poteſt meus eſſe diſcipulus. Rurſus, debemus terras deſpicere, id eſt, vilipendere, reſpectu cœleſtium ſpiritualiumq; bonorum, potiſſime reſpectu ſummi & incomparabilis boni, nec terrenas opes diligere, niſi inquantum vtiles aut neceſſariæ ſunt ad ſuſtentacu- C lum vitæ, & ad ſpiritualia bona, vnde & Plato loquitur in Phedone: Pecunias ſane com(Plato.)pellimur poſſidere propter corpus, ſerui facti curæ huius [Et ſuperat]id eſt, contemplando tranſcẽdit [globum aeris immenſum] id eſt, ipſum elemẽtum aeris inſtar globi ſphęricum ſeu rotundũ, & immenſum, id eſt, valde magnum & difficulter menſurabile. [Et videt nubes poſt tergum]id eſt, intelligit nubes & cæteras impreſſiones meteorologicas eſſe longe inferiores ſe & ſua conſideratione ſeu rerum quas ſpeculatur, cum impreſſiones illæ generentur in aere. [Et tranſcẽdit etiam verticem ignis]id eſt, ſuperiorem partem ignis elementaris, [qui calet]id eſt, calidus eſt, [agili motu ætheris]id eſt, ex velociſſimo motu corporis cæleſtis ipſo ſuperioris, cuius motu amplius incaleſcit, cum tamen etiam ex propria natura ſit calidus. [donec ſurgat]id eſt, quouſq; aſcendat per conſiderationem [in domos aſtriferas]id eſt, ad ſpeculationem & manſionem aſtrorum, [& coniungat Phebo]id eſt, ſoli cæteriſq; planetis [vias]id eſt, conſiderationum ſuarum proceſſus; & ſuorum iter perfectuum, tranſeundo à cognitione elementorum & generabilium ac corruptibilium rerum ad inueſtigationem & intuitionem cœleſtium orbium, in quibus non eſt malum naturæ, id eſt, alteratio corruptiua ſecundum Auicennam & Algaze(Auicenna. Algazel.)lem [Aut comitetur]id eſt, aſſequatur & attingat ac noſcat [iter]id eſt, motum [ſenis gelidi]id eſt, Saturni, qui dicitur gelidus qm̃ eſt frigefactiuæ naturæ, & ſenex qm̃ inſtar antiqui eſt tardus in motu propriæ ſphæræ, in qua præ cæteris planetis tardius cõplet curſum ſuum: puta in annis triginta. Et rurſus, quia ſecundum fabulas vocatur pater aliorũ planetarum. Hæc agit mens [miles luminis choruſci]id eſt, cõtemplationi Philoſophicę militans cum ſplendido lumine ſibi à creatore impreſſo, de quo in Pſalmo dicitur: Signa (Pſal.4.)

 cum eſt

METR. I. rum eſt ſuper nos lumen vultus tui domine. Poteſt etiam lumen ſplendidum nuncupari ipſa ſcientia habitualis. D Quidam per lumen choruſcum accipiunt Iouem, qui ponitur ſub Saturno, & candidus eſt. Cum quo mens eſt quaſi miles, quia Iupiter fertur fidei & religioni præeſſe, ſub quibus mens militat deo. vel comitetur ipſa mens .i. conſiderando ſequatur [quocumque], .i. vbicumque [nox micans] .i. lumine ac ſcintillatione ſtellarum, aliqualiter rutilans [pingitur] id eſt, ornatur luminibus illis: Sicque mens [recurrat] id eſt conſiderando trāſcurrat [circulum aſtri] id eſt, zodiacum, ſub quo ſeptem planetæ mouentur. vel cœlum ſtellatum, quod ſphæra octaua vocatur, [atque], id eſt pro certo [vbi mens fuerit ſatis exhauſti], id eſt, ſufficienter ſe occupauerit circa cœlum ſtellatum viſu ſeu conſideratiōe exinaniti & quaſi euiſcerati, [relinquat polum extimum], id eſt, cœlum extremum à philoſophis cognitum, ſcilicet nonam ſphæram ſeu primum mobile. [Et præmat,] id eſt, ſub ſe habeat [dorſa], id eſt, gibboſitatem ſeu ſuperficiem ſupremam, connexam [ætheris], id eſt, cęli [, velocis], id eſt, mobilis primi, quod eſt velociſſimi motus, ſicut & maximę quantitatis inter mobiles orbes. Hęc vniuerſa mens relinquit tranſuolando ad creatoris notitiam: Ideo ſubditur: [cōpos verendi luminis], id eſt, ipſa mens facta compos ſeu potens ad contemplandum lumen diuinum & increatum ſuper omnia reuerendum, imo incomparabiliter honorandum: quod ſolum eſt adorandum. ¶ Hic tā gitur maieſtas ac operatio ſummi boni, in quo quies ac finis eſt mentis contemplatiuæ alatę: E [Hic], id eſt, in hoc cœlo ſupremo: imo ſup illud in cœlo empyreo [dominus] creator cunctorum [tenet ſceptrum], id eſt authoritatem [regum,] vtputa, ſupremam authoritatem regalem tanquam rex regum & dominus vniuerſorum, propria & independente poteſtate, iuxta illud pſalmi: Qui dominatur in virtute ſua in æternum. [Et temperat], id eſt, diſponit ac moderatur [habenas], id eſt, gubernacula & connexiones [orbis], id eſt, mundi totius, ſicut hoc ſupra frequenter expoſitum eſt. Et ipſe [arbiter, choruſcus], id eſt, iudex ſplēdidus omni ſapientia & virtute ſtabilis, id eſt, prorſus incōmutabilis, [regit curſum volucrem], id eſt, motum celerem cœli ac variabilem mundi ſtatū, iuxta quod dictum eſt ſupra: Omnia certo fine gubernas. Itemque: ſtabiliſq; manens, das cuncta moueri. [Si via te ferat] id eſt, conuerſatio bona reducat [huc] id eſt, ad thronum contemplationemq; ſummi boni te [reducem] id eſt, ex rationis directione redeuntem [quam] viam [nunc requiris] id eſt, ingredi & apprehendere cupis, [memor] .i. ad tempus oblitus tuæ ſalutis dices: [Memini] id eſt, memor iam ſum [hęc] id eſt, manſio iſta ſiderea ac ſuperna [eſt mihi patria] id eſt, habitatio ſalutaris, finalis, æterna [hinc ortus] id eſt origo mea hinc fluxit, quia à rege ac dn̄o patrię huius creatus ſum, & ſortitus quicqd

2. Macha. 7. Iohan. 3. boni in me eſt, iuxta illud ſecundo. Machabeorum: de cęlo iſta poſſideo. Apud Iohannem quoq; dicitur: Non poteſt homo accipere quicquam, niſi datum fuerit ei de cœlo. F

Plato. Philoſo. Hinc teſte philoſopho, Intellectus eſt ab extra, quod Plato in Thimeo & Phedone clarius exprimens, fatetur animam rationalem eſſe fœnus corpori accōmodatum à patre ſpirituum. [Hic ſiſtam gradum] id eſt, hic de cætero permanebo ac requieſcam, nec vltra

Porphirius ad corruptibilis vitæ erumnas redibo. Nam & Porphyrius quamuis Platonicus, tamen in hoc quod Plato aſſeruit animas ad manſiones ſtellarum reductas, poſt tempora longa denuo ad corpora affici & reuerti, à Platone diſſenſit. Hinc in vltimis libris de Ciui-

Auguſtinus tate dei loquitur Auguſt.: Si Plato atq; Porphyrius ſibi inuicem cōmunicaſſent id quod verū dixerunt, & ſupeſſent, ambo fierēt Chriſtiani. Plato etenim dixit aīam nō poſſe ꝑpetue ſine corpore remanere, Porphyrius docuit corpus corruptibile eſſe fugiendū animæ beatæ, quorum vtrunq; verum eſt. Et ſi ambo iſta ſenſiſſent credidiſſent nobiſcum, quod animæ beatę tandem reunientur corporibus in ipſa reunione glorificandis. [Quod ſi complaceat tibi] beatificato & glorificato in anima [viſere] id eſt, conſpicere [noctem] id eſt [tenebroſam vitam [terrarum] id eſt, terrigenarum [relictam] in hora mortis, quam ſcilicet reliquiſti in obitu, [cernes tyrannos eſſe, exules] id eſt, à vera patria ſua prorſus extraneos [quos miſeri populi] id eſt mortales, infirmi & imperfecti nondū

Matt. 10. implentes quod ait ſaluator, Nolite timere eos qui corpus occidunt, [toruos] id eſt, crude-

Prouer. 28. Ibidem. les propter crudelitatē eorum [timent] quia vt in prouerbijs Salomon proteſtatur, Dux indigens prudentia multos opprimit per potentiam. Et rurſus: Leo rugiens, & vrſus eſuriens princeps impius ſuper populum pauperem & egenum.





## A Elucidatio metri huius primi myſtica. ARTIC. III.

NOn ſolum theologi ſed philoſophi quoque de duplici vita, vtputa actiua & contemplatiua loquuti ſunt: ſed multo diffuſius præclariuſq; theologi. Por- Pſal. 67. ro pennę ſeu alæ ad contemplatiuam vitam potiſſime ſpectant, in qua homo aſcendit ad cor altum, & altior fit ſeipſo, ab hominibus ſe elongans, vt deo iungatur, iuxta illud Threnorum: Sedebit ſolitarius & tacebit, quia leuabit ſe ſuper Threno. 3. ſe. Si ergo philoſophia habet pennas & alas ſpiritualis volatus, quantomagis Theologia & ſancta Chriſti eccleſia, de qua in Apocalypſi habetur: Datæ ſunt mulieri alæ duæ, & volauit in deſertum? Cuius alæ ſunt contemplatio & oratio, quorum vtrumq; eſt aſcē- Apoca. 12. Iohannis. ſus mētis in deum ſcd̄um Damaſcenum. Iterum, alæ iſtæ ſunt donū ſapiētię, & feruor di- Damaſce. uini amoris ſemper excitans ac ſtimulans vim affectiuam ad deum, quæ alæ ſe inuicem adiuuant aſcendendo. Quoniam ſapientia cuius eſt ordinare dirigit charitatis ardorem, ardorq; ille ſapientiam ſollicitat ad vacādum & videndū quam dulcis ſit dominus. De- Pſal. 33. niq; pennæ hæ conſcendunt celſa cælorum ad contemplandum nouem ordines ange- 1. Petri. 2. Daniel. 7. lorum, qualiter milia miliū miniſtrant regi cælorum, & decies milies centena milia aſſi- Iob. 25. ſtunt cum ingenti reuerentia creatori vniuerſorum, quoniam non eſt numerus nobis

B comprehenſibilius militū eius: ad quorū ſocietatē æſtuat peruenire fideliter pſallens: Quàm dilecta tabernacula tua domine virtutum? Concupiſcit & deficit anima mea in Pſal 83. atria domini. Itemque: Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſi- Pſal 41. Auguſt. derat anima mea ad te deus. At vero primo de Ciuitate dei recitat Auguſtinus, Quemadmodum Cleombrotus Platonicus lecto libro in quo Plato de aīæ immortalitate diſputauit, deſiderio felicitatis illius præcipitauit ſeipſum de muro, vt ad illam pertingeret. Verum tamen in hoc male egit, imo & contra doctrinam Platonis in Phędone dicētis: Plato. Minime fas eſt ſibi ipſi violentiam inferre, ſed pro tanto hoc recolo, quia ſi ille philoſophus intantum accendebatur ad obtinendum beatitudinem naturalem, quantomagis nos ad ſupernaturalem beatitudinem incomparabiliter meliorem, maiorem ac digniorem deberemus feruere? Et certe feruebimus, ſi aſſumpſerimus pennas has. Etenim eis aſſumptis mens velox non pigra terras peroſas contemnit, cuncta carnalia & Pſal. 1. terrena arbitrans vt ſtercora, vt lucrifaciat Chriſtum. Nam, vt ait Gregorius, Terrena Gregorius ſubſtantia æternę felicitati comparata pondus eſt, non ſubſidium. Temporalis vita æternę glorię comparata, mors potius eſt dicenda quàm vita. Sic etiam mens taliter contemplatiua aerem ætheremque tranſcendit quouſque in aſtriferas veniat domus, de quibus loquutus eſt Chriſtus: In domo patris mei manſiones multæ ſunt. Non enim habemus Iohan. 14.

C hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus vt ad Hebreos ſcribit Apoſtolus. Et Hebr. 13. Phæbo, id eſt, Chriſto ſoli iuſtitiæ ſemitas ſuas coniungat id eſt, peregrinationē ſuam Iohan. 17. terminet ad ipſum qui dixit: Pater volo vt vbi ego ſum, & illi ſint mecum, vt videant claritatem quā mihi dediſti. Vnde in prima ſua Canonica beatiſſimus Petrus effatur: 1. Petri. 1. Vidētes Chriſtum exultabitis lętitia inenarrabili & glorificata reportantes finem fidei veſtrę ſalutem animarum veſtrarum. Aut comitetur iter gelidi ſenis, id eſt, veſtigia patrum ſanctorum, in quibus concupiſcentia fuit mortificata, & amor mundi refriguit, & ita fit mens deuota miles dei, quia militia eſt vita hominis boni ſuper terram, cui conti- Iaco. 7. nuus eſt conflictus aduerſus hoſtes ſalutis, ſuſpiciens & aſpirans ad brauium vocationis ſupernę, de quo ſcriptum eſt in ſapiētia: Iuſti accipient regnum decoris & diadema ſpe- Sapie. 5. ciei de manu domini. Quod brauium mens contemplatiua affectuoſe deſiderans, in ipſum ſempiterni luminis fontem ac principem figit intuitum, & in ipſo pure quieſcens, cuius abyſſalem immenſitatē ſynceriter cōtemplando conſpicit, quam parum aut nihil ſit reſpectu illius omne creatum ac terminatum, cum finiti & infiniti nulla dicatur eſſe proportio. Ideo ſanctus ait Gregorius: Animæ contemplanti creatorem anguſta eſt Gregorius omnis creatura. Hic regum ſceptrum dominus tenet, hoc eſt, in cœlo ſupremo omnium dominus reſidens omnia moderatur, regit, iudicat, ordinat in tota machina mūdi, pręſertim in eccleſia triumphanti ac militanti, ꝑ angelos dirigens homines: ad quam patriam reducti erimus glorioſi optime cōtentati, æternaliter aſſecurati, atque de tot periculorū euaſione, de tantæ felicitatis adeptione deo gratiſſimi, ineffabiliterque ſecuri.

PROSA. II.

## ¶PROSA SECVNDA LIBRI QVARTI. D

TVm ego: Papæ(inquã)ut magna promittis,nec dubito quin poſſis efficere:tu modo quẽ excitaueris, ne moreris.P.Primũ igitur(inquit)bonis ſemper adeſſe potẽtiã, malos cũctis uiribus eſſe deſertos,agnoſcas licebit: ꝗrũ quidẽ alteꝝ demõſtratur ex altero.Nam cum bonũ malumq; cõtraria ſint,ſi bonũ potens eſſe conſtiterit,liquet imbecillitas mali:at ſi fragilitas clareſcat mali,boni firmitas nota eſt.Sed uti noſtræ ſentẽtiæ fides abundãtior ſit,alterutro calle ꝓcedam ,nũc inde propoſita cõfirmãs.Duo ſunt,quibus omnis humanoꝝ actuũ cõſtat effectus,uolũtas ſcilicet ac poteſtas:quoꝝ ſi alterutrũ deſit, nihil eſt quod explicari queat.Deficiẽte etẽm uolũtate,ne aggreditur quidẽ quiſq; ꝗd nõ uult:at ſi poteſtas abſit,uolũtas fruſtra fit.Quo fit ut ſi quẽ uideas uelle adipiſci,quod minime adipiſcatur, huic obtinendi quod uoluerit, defuiſſe ualentiam dubitare non poſſis. E B. Perſpicuum eſt inquam, nec ullo modo negari poteſt.P.Quẽ uero effeciſſe ꝙ uoluerit uideas,num etiã potuiſſe dubitabis?B. Minime.P.Quod uero ꝗſq; poteſt,in eo ualidus: ꝗd uero nõ poteſt,in hoc imbecillis eſſe cẽſendus eſt?B.Fateor inquã. P. Meminiſti igit̃(inquit)ſuperioribus rationibus eſſe collectũ,intentionẽ omnẽ uolũtatis humanæ,q̃ diuerſis ſtudijs agitur, ad beatitudinẽ feſtinare?B.Memini(inquã)id quoq; eſſe demõſtratũ.P.Num recordaris beatitudinẽ ipſum eſſe bonũ,eoq; modo cũ beatitudo petitur,ab oĩbus deſiderari bonũ?B.minime(inquã)recordor,qm̃ id memoriæ fixũ teneo.P. Oẽs igitur hoĩes boni pariter ac mali,indiſcreta intẽtione ad bonũ ꝑuenire nitũtur?B. Ita(inquã)cõſequẽs eſt.P.Sed certũ eſt adeptione boni,bonos fieri?B.Certũ.P.Adipiſcũtur igitur boni,ꝙ appetũt?B.Sic uidetur. P.Mali uero ſi adipiſcerẽtur ꝙ appetũt bonũ,mali eſſe nõ poſſent.B.Ita F eſt.P.Cũ igitur utriq; bonũ petãt,ſed hi quidẽ adipiſcãtur,illi uero minime:nõ dubiũ eſt,bonos quidẽ potẽtes eſſe,qui uero mali ſunt,imbecilles. B.Quiſquis(inquã)dubitat,nec reꝝ naturã,nec cõſequentiã poteſt cõſiderare rationũ.P.Rurſus,inquit,ſi duo ſint quibus idẽ ſecũdũ naturã ꝓpoſitũ ſit, eorũq; unus naturali officio idipſum agat,atq; ꝑficiat:alter uero naturale illud officiũ minime adminiſtrare queat:alio uero modo quã naturæ cõuenit,nõ quidẽ impleat propoſitũ ſuũ, ſed imitetur implẽtem: quẽnam hoꝝ ualentiorẽ eſſe decernis? B.Et ſi coniecto(inquam)quod uelis,planius tamen audire deſidero.P.ambulandi(inquit)motum ſecũdum naturam eſſe hominibus num negabis?B.Minime inquam.P.Eius que rei pedum officium eſſe,naturale num dubitas?B. Ne hoc quidem inquam.P.Si quis igitur pedibus incedere ualens ambulet, aliusque cui hoc naturale pedũ deſit oifficiũ,manibus nitẽs ambulare conetur:quis iure hoꝝ ualentior exiſtimari poteſt?B.Contexe(inquam)cætera.nã quin naturalis officij potens,eo qui idem nequeat, ualentior ſit , nullus ambigit





A git.P.Sed ſummum bonum æque malis boniſq; propoſitum,boni quidẽ naturali officio uirtutũ petũt:mali uero uariam ꝑ cupiditatem(ꝙ adipiſcendi boni naturale officium non eſt)idipiſum conãtur adipiſci.An tu aliter exiſtimas?B.Minime inquam:nam etiam ꝙ eſt conſequens,patet. Ex his enim quæ conceſſerim,bonos quidem potentes, ma os uero eſſe neceſſe eſt imbecilles.P.Recte(inquit)præcurris,idq;(uti medici ſperare ſolent)indicium eſt,erectæ iam reſiſtentiſq; naturæ. Sed quoniam te ad intelligendum promptiſſimum eſſe con ſpicio,crebras coaceruabo rationes.Vide eẽm quanta uitioſorum hoĩm pateat infirmitas,qui ne ad hoc quidem peruenire queũt,ad quod eos naturalis ducit ac pene compellit intẽtio.Et quid?ſi hoc tã magno ac pene inuicto ꝑeuntis naturæ deſerunt̃ auxilio?Conſidera uero quanta ſceleratos homines habeat impotentia. Neq; eẽm leuia aut ludirca præmia petunt,q̃ conſequi atq; obtinere non B poſſunt:ſed circa ipſam rerum ſummã uerticemq; deficiũt,nec in eo miſeris contingit effectus,ꝙ ſolũ dies nocteſq; moliũtur.In qua re bonoꝝ uires eminent.Sicut eẽm eũ qui pedibus incedens,ad eũ locũ uſq; peruenire potuiſſet,q̃ nihil ulterius peruiũ iaceret inceſſui , ambulandi potẽtiſſimũ eſſe cenſeres:ita eum,qui expetendo finẽ(quo nihil ultra eſt )apprehẽdit,potẽtiſſimũ neceſſe eſt iudices.Ex q̊ fit(quod huic obiacet)ut ijdẽ ſcelesti uiribus omnibus uideant̃ eſſe deſerti.Cur eẽm relicta uirtute uitia ſectant̃?inſcitia ne bonorũ? ſed ꝗd eneruatius ignorãtiæ cæcitate?An ſectãda nouerunt?ſed tranſuerſos eos libido ꝑcipitat.ſic quoq; intemperantia fragiles ſunt,ꝗ obluctari uitio nequeũt.An ſciẽtes uolenteſq; bonũ deſerũt,ad uitia deflectũtur?Sed hoc modo nõ ſolũ potẽtes eẽ,ſed omnino eẽ deſinũt:nã ꝗ cõmunẽ oĩm quæ ſunt,finẽ relinquũt,parit̃ q̊q; eſſe deſiſtunt.Quod quidẽ cuipiã miꝝ forte uideat̃,ut malos ꝗ plures hoĩm C ſunt,eoſdẽ nõ eſſe dicamus:ſed ita ſeſe res habet.Nã ꝗ mali ſunt,eos malos eſſe nõ abnuo,ſed eoſdẽ eſſe pure atq; ſimplicit̃ nego.Nã uti cadauer hoẽm mortuũ dixeris,ſimplicit̃ uero hoẽm appellare nõ poſſis:ita uitioſos,malos ꝗdẽ eſſe cõceſſerim,ſed eẽ abſolute nequeã cõfiteri.Eſt eẽm ꝙ ordinẽ retinet,ſeruatq; naturã.Quod ꝟo ab hac deficit, eſſe etiã ꝙ in ſui natura ſitũ ẽ,derelinꝗt.Sed poſſunt(inꝗes)mali :ne ego ꝗdẽ negauerim, ſed hæc ꝗdẽ eorũ potẽtia nõ a uiribus,ſed ab ĩbecillitate deſcẽdit. Poſſũt eẽm mala,q̃ minime ualerẽt, ſi ni bonoꝝ efficientia manere potuiſſent.q̃ poſſibilitas eos euidẽtius nihil poſſe demõſtrat.Nã ſi(uti paulo añ collegimus) malũ nihil ẽ,cũ mala tm̃ mõ poſſint,nihil poſſe improbos liquet. B.Perſpicuũ ẽ.P.Atq; ut intelligas,q̃nã ſit huius potẽtiæ uis,ſũmo bono nihil potẽtius eẽ paulo añ definiuimus.B.Ita ẽ inq̃. P.Sed idẽ(inꝗt)facere malũ neꝗt.B.Minime.P.Eſt igit̃, inꝗt aliꝗs,ꝗ oĩa poſſe hoĩes putet? B.Niſi ꝗs inſaniat,nemo.P.Atq idẽ poſſũt mala.B.Vtinã ꝗdẽ,inq̃, nõ poſſent.P.Cũ igit̃ bonoꝝ tm̃ modo potẽs poſſit oĩa,nõ uero q̃ant oĩa potẽtes etiã maloꝝ,eoſdem qui mala poſſunt,minus poſſe manifeſtũ eſt.

PROSA. II. Huc accedit quod omnem potentiam inter expetenda numerandam, o- D mniaq; expetenda referri ad bonum, uelut ad quoddam naturę ſuę cacumen oſtendimus: ſed patrandi ſceleris poſſibilitas referri ad bonum non poteſt. Expetenda igiť non eſt: atqui oĩs potentia expetenda eſt. Liquet igitur malorum poſſibilitatem non eſſe potentiam. Ex quibus omnibus bonorum quidem potentia, malorum uero minime dubitabilis apparet infirmitas. Veramq; illam Platonis eſſe ſententiam liquet: ſolos quod deſiderant poſſe facere ſapientes: improbos uero explere quidem quod libeat, quod uero deſiderant explere non poſſe: faciunt enim quælibet dũ per ea quibus delectantur id bonum quod deſiderant ſe adepturos putant, ſed minime adipiſcuntur, quoniam ad beatitudinem probra non ueniunt.

## Elucidatio proſæ huius ſecundæ. ARTIC. IIII.

E

IN præcedenti proſa promiſit Philoſophia quędã obſcura declarare Boethio. Iam in ſecunda hac huius quarti libri proſa hoc proſequitur: & primo teſtatur Boethius ſe prorſus confidere Philoſophiam poſſe implere quod promiſit, idq; indilate impleri pręcatur, [Tum ego, inquam] id eſt, ego Boethius inquam, id eſt dixi tunc, vtputa, poſt proſam ac metrũ præ habita: Pape id eſt admiratiue & gaudenter, nec dubito ó Philoſophia, quin efficere poſſis, id eſt, imple tu [vt] id eſt, ſicut promittis magna, videlicet declarare difficilia & obſcura pretacta in proſa prima [modo ne moreris] id eſt, non tardes nec protrahas [quem excitaueris] id eſt, me Boethium quem ſic inflammaſti ad audiendum tuam doctrinam. ¶ Sequitur Philoſophiæ reſponſio, [primũ igitur liquæbit ſeu licebit] id eſt, quia ſic quęris, ideo primo licitum ac patulum erit quod, ſupple, agnoſcas [potentiam] id eſt, poteſtatem [adeſſe ſemper bonis] id eſt, virtuoſis, [malos] id eſt, vitioſos [eſſe deſertos] id eſt, priuatos [viribus cunctis.] Iſtud prout ſonat ſtare non poſſet, Alioquin praui ſacerdotes nõ haberent poteſtatem conſecrandi & abſoluendi, nec vitioſi prælati ac principes haberent poteſtatem prælaticam ac iuriſdictionem ſuper ſubiectos, ſicut nonnulli dixerunt hæretici. Certumq; eſt quod multi prauiſſimi, imo & furioſi ſint corporali potentia fortiores pluribus iuſtis. F Porro ſi verba hæc exponantur de poteſtate propinqua ſeu proxima promerendi vitam eternam, quæ poteſtas in charitate fundatur, ſine qua nihil eſt ſpiritaliter viuidum, meritorium & deo acceptum: ſic verba hæc ſunt plane abſoluteq; vera, quia quicunq; habet charitatem eſt bonus & virtuoſus, qua qui caret eſt malus & Auguſtinus. vicioſus, ſecundum quod loquitur Auguſtinus: In charitate pauper eſt diues, ſine charitate omnis diues eſt pauper. Nam quod patet & latet in ſcripturis diuinis, tenet qui cha Gregorius. ritatem ſeruat in moribus. Concordat quod affirmat Gregorius: Quemadmodum multi arboris rami ex vna radice prodeunt, ſic multę virtutes ex vna charitate generantur. Nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis, ſi nõ manet in radice charitatis, de hoc infra magis patebit. [Quorum quidẽ alterum demonſtratur ex altero] id eſt, vnum iſtorũ probať ex alio, hoc eſt, ex probatione vnius innoteſcit probatio alterius. [Nam cum bonum malumq; contraria ſint] priuatiue potius quam alio genere oppoſitionis, quoniam malum formaliter nõ eſt quid poſitiuum, ſed ſola priuatio boni, ſicut ſilentium appellatur priuatio vocis, & tenebrę priuatio luminis. [ſi bonum potens eſſe conſtiterit] id eſt, cum probatum fuerit quod bonum ſit potens, hoc eſt, efficax ad agẽdum [liquet imbecillitas mali] id eſt, nota mox erit impotẽtia mali. [At ſi fragilitas clareſcat mali] id eſt, Philoſo. ſi mali debilitas eluceſcat [firmitas boni] id eſt, poteſtas [nota eſt]. Hinc ſecundum philo- Roma. I. ſophum, contrariorum eadem extat ſcientia, & vnum eorum per aliud noſcitur. Imo & teſte Apoſtolo, Per viſibilia atq; corporea inuiſibilia & incorporalia cognoſcuntur. Creator quoq; ex creaturis. [Sed vti noſtræ fides abundantior ſit ſententiæ] hoc eſt, vt conſenſus

ſenſus



A ſenſus & credulitas noſtræ doctrinæ ſit copioſior [alterutro calle procedã] id eſt, vtraq; probatione iam vtar. Sic ſumitur fides cum dicitur: Argumentum eſt ratio rei dubiæ faciens fidem. [Nunc hinc, nunc inde propoſita cõfirmans] id eſt, præmiſſa atque intenta probans iam ex parte boni, modo ex parte mali. ¶ Sequitur probatio prima. [Duo ſunt] id eſt, duo ſunt principia principaleſq; cauſę [quibus] id eſt, per quæ & ex quibus [conſtat] id eſt, procedit & dependet effectus omnis actuum humanorum] id eſt, ipſi actus ſeu effectus hominum ex deliberatiõe progredientes [voluntas ſcilicet ac poteſtas] actiua. Sicq; iſtud intelligiť de ꝑtinentibus ad cauſam efficientẽ ꝑ liberũ arbitriũ operantẽ, nõ de effectu cauſę opãtis ſcd̃m naturã, vt ẽ digeſtio alimẽti. Aſſignanť etiã quatuor cauſæ rerũ, videlicet cauſa efficiens, formalis, materialis finalis. Sed nunc de cauſa efficiẽte intellectualiter ſermo eſt. [Quorum ſi alterũ deſit, nihil eſt quod explicari queat] id eſt, nihil effici poteſt. [Deficiente etenim voluntate] id eſt, potẽtia volitiua, aut etiam interiore actu volendi [ne] id eſt, non [aggreditur quidem quiſq; quod non vult]. Nullus enim voluntarie operans exequitur aut accedit aliquid niſi volitum à ſe, [At ſi poteſtas abſit, voluntas fruſtra ſit] id eſt ineffícax redditur & inanis in volendo [quo fit] id eſt, ex quo contingit [vt ſi quem] id eſt, aliquem [videas adipiſci velle quod minime adipiſcatur] loquẽdo de velle imperatiuo, quod eſt velle ſimpliciter & complete, & à deo reputatur pro ope- B re, non de velle optatiuo, quod eſt velle imperfectum, & ſecundum quid, de quo in Pro- Prouer. 13. uerbijs Salomon ait: Vult & nõ vult piger. [Huic obtinendi quod voluerit defuiſſe valentiam dubitare non poſſis] id eſt, rationabiliter ambigere nequis tali homini defuiſſe valentiam, id eſt, potentiã obtinendi quod cupit. Ad quod reſpondet Boethius, [Perſpicuum eſt inquam, nec vllo modo negari poteſt] de iure, quamuis negari poſſet de facto, ſicut & quidam negauerunt prima principia per ſe nota, vt Ariſtoteles refert, contra Ariſtot. dixeruntq; ſenſui, dicentes nihil moueri, & omnia eſſe vnum ens, qui indigent pœna, vt Auicenna. ſcilicet ſecundum Auicennam tam diu flagellentur, quouſq; propriarum experimento pœnarum coacti fateantur ſe pati ab alio, & per conſequens motum eſſe, & plura [Quẽ vero effeciſſe quod voluerit videas, num etiam potuiſſe dubitas?] id eſt, Nunquid dubitabis eũ habuiſſe potentiã id agẽdi [B. Minime]. i. nullatenus inde dubitabo, qa ad propoſitionẽ de eſſe, ſequiť ꝓpoſitio de poſſe. Nã ſequiť: hoc eſt dealbatũ, ergo potuit dealbari. Iſte cucurrit ergo potuit currere, alioquin cõtradictoria ſtarẽt ſimul [P. Quod vero qſq; poteſt] in eo validus: ꝙ vero nõ poteſt, in hoc imbecillis eſſe cõcedẽdus eſt? B. fateor inquã] ego Boethius verum hoc eſſe. Ad quod Philoſophia. [Meminiſti ne igitur, inquit] id eſt, an recordaris [ſuperioribus rationibus eſſe collectum] id eſt, præhabitis argumentis & rationibus eſſe probatum. [Intẽtionem omnem voluntatis humanæ quæ diuerſis C ſtudijs agitur] id eſt, varijs conatibus vijs & actibus exercetur [ad beatitudinem feſtinare] id eſt, ad aliquod bonum finale ordinari ac tendere? Vnde dictum eſt proſa ſecunda tertij libri: Omnis mortalium cura quam multiplicium labor exercet &c. Vbi & dictum eſt, quod beatitudinem vniuerſi homines naturaliter appetunt, loquendo de beatitudine ſecũdum rationem ſuam communem, prout dicitur quoddam maximum bonũ &c. [B. Memini inquam id quoq; eſſe demonſtratum] loco prætacto, & alibi [P. Num] id eſt, an ne etiam [recordaris beatitudinem ipſum eſſe bonum] Imo & ſummum bonum? prout. ij. libro & hinc inde frequenter præhabitum eſt. [Eoq; modo] id eſt ſimiliter & ex cõſequẽti [cum beatitudo appetitur ab omnibus deſiderari bonum]? ſupple ab omnibus. Ad quod Boethius. [Minime, inquã recordor] id eſt, non ſum memor illius tanquam alicuius ante cogniti & deinceps obliti, Ideo ſubditur, [quoniam id memorię fixum teneo] Meminiſſe .i. firmiter hoc in memoria collocatũ reſeruo. Itaq; differunt meminiſſe & recordari, qm̃ Recordari. recordari proprie eſt memorari alicuius obliti: meminiſſe autem communius ſumitur, pro actuali attentione alicuius prius noti, ſiue obliuioni ſit traditum ſiue non. Nihilominus vnum horum frequenter pro alio ſumitur, cum & inuariabili deo in quem nulla cadit obliuio ſępe recordatio aſcribatur. Vnde & ſacratiſſima cecinit virgo: ſuſcepit Iſra- Lucæ. I. el puerũ ſuum, recordatus miſericordiæ ſuæ. Ex his infert Philoſophia. [Omnes igitur homines boni pariter ac mali, indiſcreta intentione] id eſt, communi & indifferenti, ac naturali inclinatione [ad bonum peruenire nituntur] quia nec malum appeti poteſt niſi ſub ratione & ſpecie ſeu apparentia boni, prout iſta multoties ſunt expreſſa.

[B. Ita

PROSA. II. [B.Ita,inquam,conſequẽs eſt]id eſt,ego Boethius fateor hoc vere & bene concludi. Ad D
quod philoſophia.[Sed certũ eſt adeptione boni bonos fieri?].i.palã eſt quod homines
adipiſcendo bonum ſeu bonitatem fiant boni in illo genere boni quod adipiſcuntur,ſi-
cut qui acquirit bonitatem moralem fit moraliter bonus,& qui ſuſcipit bonitatem en-
1.Timo.4. Gẽ.1. tis fit bonus bonitate naturæ,de qua dixit Apoſtolus:Omnis creatura dei bona eſt. Mo
ſes quoque in geneſi: Vidit deus cũcta quæ fecerat,& erãt valde bona [B. Certum.]P.
[Adipiſcuntur igitur boni,quod appetunt] puta felicitatẽ ſi perſeuerant in bonis mora
Roma.11. Philoſo. libus,iuxta illud ad Romanos:Vide bonitatem dei in te,ſi tamen permanſeris in bonita
te:alioquin & tu excideris.Hinc iuxta philoſophum decimo Ethicorum,felicitas præ-
mium eſt virtutis. Reſpondet Boethius. [Sic videtur]. Et philoſophia.[Mali vero ſi
adipiſcerentur quod appetunt bonum,mali eſſe non poſſent]loquendo de eis formali-
ter,puta ſecundum quod tales:& item de bono futuræ felicitatis,de cuius ratione eſt cõ
firmatum eſſe in bonis.[B.Ita eſt,][P.Cum igitur vtriq; bonum petant,]id eſt,tam bo-
ni quam mali bonum felicitatis deſiderent[ſed hi quidem]videlicet boni & virtuoſi [adi
piſcantur]hoc bonum in hac vita per inchoationem,& infuturo per conſummationem
[illi vero]puta mali & reprobi[minime:non dubium eſt bonos quidem potentes eſſe]
poteſtate virtutum,meritoria ac deo accepta.[qui vero ſunt mali]id eſt,iniqui[imbecil-
1.Cor.11. les]id eſt,ſpiritaliter ſunt infirmi, carendo hac meritoria poteſtate,iuxta illud Apoſtoli: E
propterea ſunt inter vos multi imbecilles, & dormiunt multi. Attamen tales vitioſi
ſunt in hac vita potentes naturali virtute,corporali potentia,prælatica authoritate,præ
ſidẽtia iuriſdictionali:Imo interdũ potẽtia faciẽdi miracula, de qbus in euangelio aſſerit
dñs:Multi dicent mihi in die illa,dñe domine,nonne in nomine tuo prophetauimus,&
Matt.7. dæmonia eiecimus,& virtutes multas fecimus.De naturali quoq; virtute loquitur apud
Marcum Chriſtus:diliges dominum deum tuum ex tota virtute tua.Hinc argumenta-
Mar.12. tio iſta Philoſophiæ non concludit niſi de poteſtate meritoria & morali deo accepta.
Ad Hoc Boethius,[Quiſquis,inquam dubitat]de his nec[rerum naturam nec conſequẽ
tiam poteſt conſiderare rationum]id eſt,talis non cognoſcit rerum naturam, nec vim
conſequentiæ argumentorum tuorum. Quod verum eſt intelligendo hæc ſecundum
ſenſum iam tactum.Alias non teneret illatio.Imo multi ſunt iam virtuoſi & boni,& per
conſequens ſuo modo potentes,qui tamen ſunt reprobi: qui dicuntur boni ſecundum
præſentem iuſtitiam,non ſecundum prædeſtinationem æternam.Et quidam electi,ſunt
iam mali ac vicioſi,qui tamen beatitudinem conſequentur:qui dicuntur boni ſecundum
prædeſtinationem æternam,non ſecundum præſentem iuſtitiam. Ideo totum iſtud in
telligendum eſt caute.Præterea obijci poteſt contra iam dicta, quod ſcilicet duo ſuffici-
unt ad productionem effectus,videlicet,voluntas atq; poteſtas,quia ſi quis velit aliquid F
operari habeatq; potentiam id agendi,nondum idoneus eſt illud efficere niſi ſciat quali
ter ſit agendum.Ideo Plato aſſeruit,vnumquodque eſſe efficax & idoneum ad agendũ
Plato. in tribus,puta in ſcire,poſſe,& velle:ita vt ſit ſcire per ignorantiam non obnubilatum,
Auicenna. poſſe imbecillitate non impeditum,& velle ab inuidia longe religatum.Auicenna vero
Algazel. & Algazel,ac Alphorabius addiderunt & quartũ,hoc eſt,bonitatem ſeu beneuolentiam,
Alphora. quod tamen in velle illo ab inuidia alieno ſatis includitur.Et reſpondendum quod aſſi-
gnatio illa Platonis,eſt magis clara & plena,quam iſta.Philoſophia tamen ſcientiam in
potentia comprehendit,quia potentia non eſt perfecta,nec ad operandum idonea,ope-
ratione intellectuali abſque ſcientia directiua. ¶Sequitur ratio ſecunda ad idem, quod
ſcilicet,mali ſunt impotentes,boni vero potentes.[Rurſus inquit]id eſt, Philoſophia ſe
cundo ſic arguit:Si[duo ſint quibus idem ſecundum naturam propoſitũ ſit]id eſt,ſi ſint
homines duo habentes idem in ſpecie propoſitum naturale [eorumq; vnus naturali
officio idipſum agat,atq; perficiat]id eſt,vnus ipſorum exequatur & ad effectum perdu
cat illud propoſitum ordinate per conuenientia media ſeu inſtrumenta ac opera [alter
vero illud naturale officium minime adminiſtrare queat]id eſt,opus illud cõueniens ne
ſciat exequi congruenter[alio vero modo quam naturę conueniat]id eſt, aliterq̃ natu-
ralis ratio dictat[nõ qdẽ impleat propoſitũ ſuũ]bene ac ordinate[ſed imitet implentẽ].i.
ſcdm apparentiam & veriſimilitudinem quandam ſecundum quod vicia aliqua quan-
dam aſſimilationem prætendunt cum veris virtutibus,ſicut duritia cum rigore iuſtitiæ.
[Quem



A [Quem nam horum valẽtiorem eſſe decernis?]id eſt,quem iſtorum iudicas alio potenti
orem?[B.Et ſi cõiecto,inquam,quod velis].i.quamuis conijcio & æſtimo reſponden-
dum quod tu Philoſophia ſentis[planius tamen audire deſidero].i.tua doctrina cupio
de hoc clarius informari.Ad quod Philoſophia: [ambulandi, inquit,motum ſecundum
naturam ineſſe hominibus non negabis?]id eſt,tu concedes q̃ ipſa ambulatio ſeu mo-
tus localis naturaliter conueniat homini [B.Minime,inquã]id eſt,nullatenus hoc ne-
gabo,cum motus talis ſit proprie animalis,quoniam anima perfecta mouet corpus ſuum Philoſo.
ſecundum omnem poſitionem ſeu differentiam loci.Hinc Ariſtoteles libro de cœlo &
mundo ex hoc probat corpora illa cęleſtia eſſe animata, quoniam omnes differentias
loci ex natura rei aſſerit eſſe in illis corporibus[P.Eiuſdemq; rei pedum officiũ eſſe na-
turale num dubitas?]id ẽ, tu o Boethi certus es officium naturale eiuſdem rei actum am
bulationis eſſe pedum,id eſt,pertinere ad pedes tanquam ad inſtrumẽta per quæ exerce-
tur,quemadmodum videre eſt actus ſeu officium oculorum, [B.Ne hoc quidem inquã]
id eſt ego Boethius pro certo reſpondeo,quod inde nõ dubito.Ad quod Philoſophia.
[Si quis igitur pedibus incedere valens ambulet,aliuſq; cui hoc naturale pedum deſit offi
cium,manibus nitens ambulare conetur] innitendo manibus ac rependo,quemadmo- 1.Reg.14.
dum primo Regũ fertur de Ionatha & eius miniſtro, quod manibus repentes aggreſſi
B ſunt hoſtes [quis horum,valẽtior iure exiſtimari poteſt?] ad ambulandum,quamuis vi
gore virtutum claudus valeat eſſe potẽtior illo. [B.contexe,inquam,cætera] id eſt,ego
Boethius dico vt tu Philoſophia proſequaris quæ reſtãt,& ea redige in formam verbo-
rum,ſicut ex filis contexitur pannus. [Nam qui naturalis officij potens eſt] id eſt,idone
us exequi illud [eo qui idem nequeat, valentior ſit, nullus ambigit] quia hoc clarum &
certum eſt per ſe.Ad quod Philoſophia ſubiungit.[P.ſed ſummum bonum æquæ malis
boniſq; propoſitum] id eſt,felicitatem ad quam naturalis inclinatio inſita eſt indifferen
ter bonis ac prauis hominibus [boni quidem,naturali officio virtutum petunt] id eſt,
adipiſci ac apprehendere ſtudent conuenienti exercitio ſeu executione virtutũ,quæ ſunt
ad hoc recta itinera [mali vero variam per cupiditatem(quod adipiſcẽdi boni naturale
officium non eſt)idipſum conantꝰ adipiſci].i. homines vicioſi nituntur acquirere felicita
tem per varias inordinatas affectiones,quod non eſt naturale & congruũ opus,ac me-
dium pertingendi ad veram felicitatem.Ideo ſcriptum eſt in Oſee:Quis ſapiens & in- Oſee.14.
telliget iſta, intelliget & ſciet hæc? Quia rectæ viæ domini,& iuſti ambulabunt in eis:
pręuaricatores vero corruent in eis.[An tu aliter exiſtimas]ó Boethi? B.[Minime inq̃.
Nam etiam quod eſt conſequens]id eſt,concluſio quæ ſequitur ex prædictis [patet. Ex
his enim quæ conceſſerim]id eſt,ex præinductis quæ conceſſi[bonos quidem potentes,
C malos vero neceſſe eſt eſſe imbecilles]id eſt,ex conceſſis iſtud neceſſario ſequitur,& hoc
iuxta expoſitionem iam habitam,ſic enim impotentes fuerunt pontifices Iudæorum. Ma.26.27.
Annas & Caiphas & Pilatus,qui Chriſtum occiderunt & CHRISTVS fuit potens, Mar.14.15
qui tamen præualuerunt,& dei filium occiderunt.cui & vnus eorum dixit: Neſcis quia Lu.22.23.
poteſtatem habeo crucifigere te?Et nihilominus Chriſtus aliquo modo fuit infirmus, Io. 18.19.
ſicut ait in Pſalmo: Aruit tanquam teſta virtus mea.Itemq;:Infirmata eſt in pauperta- Iohan.18. Pſal.21.
te virtus mea.Sic quoq; Laurẽtius fortior fuit Decio,quem ſapientia ac virtutum con- Ibidem.
ſtantia ſuperauit,& infirmior quantum ad carnis paſſibilitatem illo cuius tyrannide oc-
cidebatur.P.[Recte(inquit)pręcurris]id eſt,Philoſophia dixit: Rationabiliter ó Boethi
iſtud concluſiſti pręueniẽdo me,qui iſtud concluſiſſem[Idq;(vti medici ſolent ſperare) in
dicium eſt erectæ iam reſiſtentiſq; naturæ]Hoc eſt,& id id eſt,quod ita præcurris infe-
rendo quod ſequitur ex inductis,eſt indicium naturę erectæ iam ac reſiſtentis,id eſt ſig
num quod ratio tua modo ad veritatem & æquitatẽ eſt eleuata, efficaciterq; reſiſtẽs mo
tibus paſſionum,quibus dudum ſuccubuiſti q̊dammodo,vti,id eſt,ſicut medici ſolent ſpe
rare de curatione ægroti per ſigna quędam prognoſtica.¶Inſuper Philoſophia videns
profectum Boethij animatur diffuſius ei probare intẽtum.Gaudent nanq; magiſtri in
profectu diſcipulorum ſuorum,& inde prouocantur ad inſtruendum eos plenius. Vn-
de in.ij.ſua Canonica ſanctus ait Iohannes:Maiorem horum gratiam non habeo,quam 2.Iohan.6.
vt audiam filios meos in veritate ambulãtes.[P.Sed q̃m te ad intelligendũ] id eſt,ad ſuſ
cipiendũ meã doctrinã[promptiſſimũ eſſe conſpicio]iuxta illud Eccleſiaſtici:Auris bona Eccleſi.6.
cũ omni cõcupiſcẽtia audiet ſapientiã. Et Iacobus ait:Sit oĩs homo velox ad audiẽdum. Iacob.1.
Itemq;

PROSA II. Itemq;:In manſuetudine accipite inſitum verbum,quod poteſt ſaluare animas veſtras. D
[Crebras coaceruabo rationes]id eſt,accumulabo iam frequẽtes ac plures probationes
Ibidem. ad idem firmius comprobandum , [Vide enim quãta viciosorum hominum pateat in
firmitas]quę opponitur firmitati virtutum,ſtabilitati atq; conſtantię mentis in deo,ac
robori ſpirituali,de quibus dominus dixit ad Ioſue:Confortare &eſto robuſtus valde,vt
Ioſue.1. Ephes.6. cuſtodias omnem legem meam. Apoſtolus quoq; ad Epheſios:Confortamini in domino
& in potentia virtutis eius. Cumq; hac fortitudine careant iniqui , merito in ſcripturis
comparantur pulueri,cineri,ac fauillę.Iuxta illud in pſalmo:Non ſic impij non ſic,ſed tã
Pſal.1. Pſal.82. quam puluis quem proijcit ventus à facie terrę.Itemq;:deus meus pone illos vt rotam
& ſicut ſtipulam,ante faciem venti.Iſaias quoq; ait:Erit fortitudo impiorum vt fauilla
Iſaię.1. ſtuppæ,& opus eorum quaſi ſcintilla, & ſuccendetur vtrumq; ſimul. [ qui ne ad hoc qui
dem puenire queunt]id eſt,efficaciter non valent,& ſuæ infirmitatis ac impotentiæ vi-
cioſæ ſunt cauſa,non ſe pręparando nec dando ad robur virtutum,quoniam male agen-
do obicem ponunt gratię dei,qui in Apocalypſi loquitur,Ego ſto ad oſtium & pulſo :ſi
Apoc.3. Iaco.5. quis aperuerit mihi intrabo ad illum,de quo legitur alibi:Ecce dominus ante ianuã aſſi-
ſtit.Pulſat quippe deus omnipotens ianuam cordis tui,dum te per diuinos inſtinctus,p
angelicas inſpirationes,per deuotorum hominum alloquutiones ad meliora hortatur.
aperis aũt dum acquieſcis,atq; obtemperas,ſed heu multi aduertere aſpernantur,& de- E
um creatorem ſuum repellunt à ſe.De quibus ipſe conqueritur per Zachariam: Nolue
Zach.8. runt attendere,& aures ſuas aggrauauerũt,& cor ſuum poſuerunt vt adamantem, ne au
dirent legem[ad quod eos naturalis ducit, ac pene compellit intentio]id eſt,beatitudi-
nem ad quam naturalis inclinat affectio imo &vehementer inſtigat.Propter quod iiij.
Auguſt. de ciuitate dei loquitur Auguſtinus:Nemo eſt qui ſe nolit eſſe felicem . ¶Conſequenter
ſubditur alia ratio ad idem probandum,vt quidam exponunt. Verumtamen non ſunt
proprie ſpeciales rationes,ſed declarationes quædam in præhabitis motiuis virtualiter
comprehenſæ,& excitationes mentis ad conſiderãdum quę proponuntur . [Et quid?]
id eſt quid agerent iſti?[Si hoc tam magno &pene inuicto pręeuntis naturę deſeruntur
ac priuarent auxilio?]id eſt,ſi auferretur eis naturalis iſta inclinatio fortis & inſeparabi-
lis ad felicitatem. Quaſi dicat:Si illam non haberent multo plus deuiarent.Quod auxili
um vocatur præeuntis naturæ,quoniã à natura naturante &antecedente eis impreſſum
eſt. Vel,quoniam præuenit eorum malitiam. [Conſidera vero quanta ſceleratos homi
nes habeat impotentia]id eſt,quam magnam impotentiam habeant ipſi, iuxta quod tra
dit philoſophus in poſtprædicamentis,ꝙ vnus modus habẽdi eſt quod quis habitur,ſi
Philoſo. cut lubricus habens vxorem habetur ab ea,& auarus habens pecuniam,habetur &poſ-
ſidet ab ipſa.Et hic tropus loquẽdi dicitur hypallage [Neq; enim leuia aut ludicra præ F
mia petunt quæ conſequi atq; obtinere non poſſunt,]id eſt,non appetunt finaliter bo
na vana,iocoſa,ac vilia pro mercede,quæ ſint talia & tam magna,quod non valeant ea
acquirere,quamuis etiam talia quærant & cupiant,ac in eis fidelitatem & vltimum finẽ
ſibi excæcati conſtituant,in quibus nec ſufficientiam nec quietem inueniunt,vt ſupra.iij
libro oſtenſum eſt.[ſed circa ipſam rerum ſummam verticemq; deficiunt]id eſt,circa de
um,qui ſolus eſt ſummum bonum,& ſumma,id eſt, plenitudo ſummaria,omnem in ſe
perfectionem includẽs,& vertex,id eſt ſummum principium vniuerſorum, in quo dũ-
taxat ſufficientia,quies,beatitudo,ac vltimus finis conſiſtit.Circa quod bonum impij er
rant,non illi,ſed ſibijpſis & rebus caducis finaliter inhęrendo,in quibus quærunt,quod
in ſolo creatore,poterunt reperire.Ideo ſubditur.[Nec in eo miſeris cõtingit effectus]
id eſt,vicioſis hominibus nõ prouenit optata felicitas in ſummo bono.[quod ſolum di-
es noctesq; moliuntur]id eſt, quod ſummum bonum duntaxat naturaliter atq; finaliter
cupiunt adipiſci per dies &noctes,hoc eſt,diurnis ac nocturnis temporibus.[In qua re]
id eſt,in conſequutione ſeu adeptione veræ felicitatis ſummiq; boni[vires bonorum
eminent]id eſt,fortitudines gratioſe iuſtorum præfulgent &reſerantur,in quibus ſunt
tot vires,quot virtutes:& quorum naturales potentiæ per dona gratiæ ac per virtutes
infuſas perficiuntur.Et hoc declaratur conſequenter per ſimile.[Sicut enim eum qui pe
dibus incedens ad eum locum vſq; peruenire potuiſſet] id eſt realiter & actualiter per
ueniſſet[quo nihil vlterius peruium iaceret] id eſt,nihil viæ aut ſpacij pertranſibilis ſu-
pereſſet[inceſſui,ambulandi potentiſſimũ eſſe cenſeres]id eſt talem viatorẽ iudicares ac
diceres



A diceres eſſe fortiſſimum aut valde fortem ambulatorem,præſertim ſi à locis multum re
motis veniret.Propter quod Hercules cum ad Oceanum deueniſſet, ſtatuit columnas
in mari,in memoriale fortitudinis ſuæ.Porro Alexander rex cupiens pręminere,conſti
tuit remotius in ipſo Oceano ſuas columnas.[Ita neceſſe eſt iudices]id eſt,ſic oportet vt
fatearis ac recognoſcas[eum eſſe potentiſſimum,]id eſt,valde potentem potentia meri
toria ac gratuita,[qui apprehendit]id eſt,conſequitur & acquirit [finẽ expetendorum]
id eſt,ſummum bonum ſeu felicitatem,quæ eſt finis omnium deſiderabilium,vltra quod
nihil reſtat optãdum,nec aliud vltra aut ſupra ipſum eſt:imo ipſe eſt finis finium. [Ex quo
fit]id eſt,ex prædictis conſequens eſt[quod huic obiacet]id eſt , vltimo fini præfato re
pugnat,atq; ab eius adeptione impedit,vtputa iſtud[vt hi idem ſceleſti]id eſt,ipſi vicioſi
[viribus omnibus videãtur eſſe deſerti]id eſt,deſtituti& priuati omni robore gratię ac vir
tutum.De quo ait Apoſtolus:Optimum eſt gratia ſtabiliri cor.Idcirco hoſtibus ſuæ ſalu Hebrę.10.
tis ſubduntur,omni tentatione vincuntur,& inter effeminatos computantur.In quorũ
perſona dici poteſt illud Baruch:Facti ſumus ſubtus,&nõ ſupra.Quibus etiam conuenit Baru.2.
illud Oſee:factus eſt Ephraim quaſi columba ſeducta, nõ habens cor. Vnde ſubiungitur, Oſee.7.
[Cur enim relicta virtute vicia ſectantur?]ſequendo ſenſualitatem,non rationem,dęmo
num ſuggeſtiones,non angelicas inſpirationes,ſeculi vanitatem,non creatoris legem ac
B iuſſionem.Sicq; peccauerunt dupliciter,vtputa,recedendo à bono,& inhęrendo malig
no.De quibus loquitur dominus p Ieremiam: Duo mala fecit populus meus:me dere- Ieremia.2.
liquerunt fontem aquæ viuæ,& foderunt ſibi ciſternas diſſipatas,[Inſcitia ne]id eſt,vtrũ
fecerunt hoc ex neſcientia ſeu ignorantia[bonorum]Sed hoc eorum impotentiam non
minueret.Propterea ſubditur:[Sed qd eneruatius]id eſt,debilius [ ignorantię cęcitate?]
id eſt,cæca ignorantia,quæ directe contraria eſt perfectioni & felicitati rationalis crea-
turæ,cuius beatitudo in actu ſapientiæ ponitur,hoc eſt,in contemplatione altiſſimæ ve
ritatis,quam,veritas ſumma ſuo amatori pro mercede promiſit , dicendo : Qui diligit Iohan.14.
me diligetur a patre meo,& ego diligam eum,& manifeſtabo ei meipſum.Deniq; teſte Eccle.2.
Salomone,Quantum lux excedit tenebras,tantum ſapientia ignorantiam.Quę quam
periculoſa conſiſtat,conſtat ex eo quod ait Apoſtolus:Qui ignorat,ignorabitur.Tene- 1.Cor.14.
tur autem vnuſquiſq; ſcire ea quæ ad ſuam ſpectant vocationem ſuumq; ſtatum,niſi ine
uitabili excuſetur obſtaculo[An ſectanda nouerunt?]id eſt,vtrum ſciunt ea quæ crede-
re,ſequi & operari tenentur?Et certum eſt,quod quidam iniquorum illa ſciunt,quidam
ignorant.De ſcientibus vero mox ſequitur:[Sed tranſuerſos eos libido præcipitat]Hoc
eſt,libido,fomes ſeu concupiſcentia mala præcipitat,id eſt,deijcit eos tranſuerſos,id eſt,à
ſummo bono auerſos,& à rectitudine æquitatis obliquatos,quemadmodum Daniel di- Daniel.13.
C xit ad iudicem impium:Species decepit te,& concupiſcentia ſubuertit cor tuum . Ita in
multis eſt informis cognitio veri,quos trahit ad iniqua ac vincit libido ,ſeu praua affe-
ctio.Imo quidam ſunt in charitate & gratia,& tamen paſſionibus,tentationibus ac blan
dimentis vincuntur.Nec ſolum libido,id eſt deſiderium delectationis,ſed & timor affli-
ctionis multos præcipitat in foueam criminis ac gehennæ.[Sic quoq; intemperantia fra
giles ſunt,qui obluctari vitio nequeunt]id eſt,qui peccatis reſiſtere,& præualere non va
lent proprijs vicijs,quia nõ habẽt charitatem &gratiam,ſine quibus nemo poteſt ad tẽ
pus notabile reluctari & præualere peccatis,vt dicit in quodlibetis Henricus:ſunt fragi-
les,id eſt,debiles & proni ad malum,intemperantia,id eſt,ex propria indiſcretione &im
moderatione,qua facere negligunt quod in ipſis eſt.& ita ſunt cauſa culpabilis ſuæ impo Auguſtinus
tentiæ & fragilitatis.Cumq; omne peccatum ſit voluntarium ſecundum Auguſtinum,
nec deus ab aliquo exigat vltra quod poteſt,ſecundum Hieronymum,qui teſtatur,Male Heronimus
dictus qui dicit deũ requirere ab homine impoſſibile aliquid.i.certũ eſt quod homo qui
peccat non penitus nequit,imo poteſt vitijs obluctari.Et ſi obijciatur quod non poteſt
hoc ſine adiutorio gratię dei,concedendum eſt, nihilominis poteſt,quia ſecundum philo
ſophum in Ethicis,id dicimur poſſe,quod poſſumus per noſtros amicos.Deus vero rati Philoſo.
onali creaturæ ipſum inuocanti amiciſſimus eſt ,quem ſi vt oportet inuocauerimus,indu
bitanter gratiæ ſuæ præſtabit auxilium.[An ſcientes volenteſq; bonum deſerunt,& ad
vitia deflectuntur?]id eſt,vtrum peccantes deſerunt bonum, id eſt , deum eſſentia liter
bonum,& virtutem ac viam ſalutis ſcientes ſe peccare,& quid ſit bonum ac eligendum,&
item an faciant hoc volentes ac magis coacti? Hanc quæſtionem quæ magna eſt , non
e multum

PROSA. II. multum proſequitur in hoc loco Philoſophia. Ad quam Socrates dixit, ꝙ omnis pec- D
cans eſt neſciens: Vnde & addidit ſcientiam non diſtingui à virtute, & ꝙ mali non ha-
Philoſo. bent ſcientiam boni. Ariſtoteles vero in libro Ethicorum docet & probat oppoſitum,
atq; affirmat, ꝙ peccans vir poteſt habere rectum iudiciū & veram notitiam in vniuer-
ſali, tamē in particulari euētu & caſu errat, indicatq; peruerſe, ita ꝙ paſſio, timor, volup-
tas, concupiſcentia aut aliquid tale rectitudinem iudicij ſui ſubuertit, & iudicat hoc aut il-
Philoſo. lud malum eſſe agendum inquantum videtur ſibi delectabile, vtile aut honeſtum. Sicq;
Prouer. 12. fatetur philoſophus, quod omnis peccās eſt errans. Quod & Salomon in Prouerbijs faſ-
Prou. 21. S. Diony. ſus eſt: Via, inquiēs, ſtulti recta in oculis eius. Itemq;: Omnis viri via recta in oculis eius.
Vnde & Diuinus Dionyſius fatur: Nullus reſpiciens ad malum operatur, id eſt, nullus e-
ligit, diligit, operaturue malum, niſi ſub ratione alicuius boni. Vicioſi ergo poſſunt habe
re ſcientiam nudam, informem, non autem habent ſcientiam formatam, boni approba
tiuam & efficacem. [Sed hoc modo non ſolum potentes eſſe, ſed omnino eſſe deſinunt]
id eſt, iniqui non ſolum deſinunt eſſe potentes per gratiam ac virtutes hoc modo, id eſt,
peccando, ſed & deſinunt eſſe omnino, nō vtiq; eſſe naturę perdendo, quia adhuc bibūt:
& comedunt, & in bonis concupiſcentiarum dies ſuos deducunt, ac deinde in puncto in
Iob 21. Ibidem. infernum deſcendunt. Vnde & ſanctus Iob ait: Quare impij viuunt, confortati ſunt ſub
leuatiq; diuicijs? Deſinunt ergo eſſe, amittendo ſpiritale eſſe gratiæ ac virtutum, de quo E
eſſe dixit Apoſtolus: Qui ſe putat aliquid eſſe cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit. Hinc eſt illud
Galat. 6. Prouer 12. Salomonis: Verte impios & non erunt. Sic quoq; iniqui mortui perhibentur, quoniam
Matt. 8. vita gratiæ carent. Propter quod in euangelio ait Chriſtus, dimitte mortuos ſepelire
1. Timo. 5 Iohan. 1. mortuos ſuos. Paulus quoq;, Vidua, ait, quæ in delicijs viuit, mortua eſt. Deniq; illud Io-
Auguſt. hannis, ſine ipſo factum eſt nihil, Auguſtinus exponens affirmat: Peccatum nihil eſt, &
nihil fiunt homines quando peccant. [Nam qui communem omnium quæ ſunt finem
relinquunt.] videlicet deum excelſum & glorioſum, totius eſſe ac vitæ fontem [pariter
quoq; eſſe deſiſtunt] per totius ſpiritualis eſſe amiſſionem. [Quod quidèm cuipiam mi
rum forte videatur] id eſt, hoc forſitan poteſt alicui mirum & irrationabiliter dictum
videri [vt malos qui plures hominum ſunt eoſdem non eſſe dicamus] id eſt, vt dicamus
iniquos non eſſe, qui ſunt plures hominum, id eſt, plures de numero hominum, & pars
Matt. 20. maior eorum, cum multi ſint vocati, & pauci electi. [Sed ita ſe ſe res habet] reuera ſic eſt,
iuxta ſenſum inductum: Aliter falſum eſſet, cum impijſſimi ſint primę & particularis ſub
ſtantiæ & vera ſuppoſita. [Nam qui mali ſunt, eos malos eſſe non abnuo] id eſt, nō nego
[ſed eoſdem eſſe pure atq; ſimpliciter nego] id eſt, non concedo neq; admitto quod ha
beant eſſe pure ſimpliciterq; loquendo, hoc eſt, ſine admixtione vanitatis impuritatiſq;
culpæ ac nihili ſpiritalis. Sicq; eſſe non ſumitur hic prout capitur communiter, & verbū F
ſubſtantiuum vocatur, ſed prout importat participationem beati ac beatifici eſſe: quæ
participatio per gratiæ ac gloriæ ſupernaturalia dona efficitur, cuius eſſe comparatione
Iohan. 16. ac reſpectu eſſe naturæ pro nihilo reputatur, vt ſuper illud Iohannis, Si quid petieritis pa
Auguſtinus trem in nomine meo, dabit vobis, Auguſtinus effatur. [Nam vti cadauer hominē mor
tuum dixeris, ſimpliciter vero hominem appellare non poſſis] hoc eſt, ſicut aſſerere potes
quod cadauer ſit homo mortuus, nō autem ſimpliciter dicere potes ſine mendacio quod
ſit homo [ita vicioſos, malos quidem eſſe conceſſerim] id eſt, concedo quod ſint mali ſeu
etiam homines mali [ſed eſſe abſolute nequeam confiteri] hoc eſt, nequeam, id eſt, non
valebo confiteri quod ſint abſolute loquēdo, iuxta quem modum Auguſtinus loquitur
Idem. ſuper Iohannem: Quiſquis ſe inaniter iactat, atq; in proprijs oculis magnus eſt, nihil eſt.
Hinc homo à ſummo & eſſentialiter ſuperbeatiſſimo deo ſe auertēdo per culpam (quæ
formaliter nihil eſt) nihileitatem quandam incurrit. Nam & accidēs priuatiuum ſeu cor
Ieremia. 2. ruptiuum ſubiectum ſuum denominat. Ideo per Ieremiam loquitur Deus qui ſolus eſt
eſſe omniformiter plenum, ac infinite ſimpliciterq; perfectum: Quid iniquitatis inuene
runt patres veſtri in me, quia elongauerunt ſe à me, & abierunt poſt vanitatem, & vani
facti ſunt? [Eſt enim, quod ordinem retinet, ſeruatq; naturam] id eſt illud ſimpliciter lo-
quendo fateor eſſe quod ordinate ſe habet & conuenienter reſpectu vltimi finis. Hoc
eſt, in debita habitudine ad relatione ac ſummum ad vltimum finem, atq; in hoc conſer-
uat naturalem proprietatem, & ſuam eſſentiam continet in vigore. [Quod vero ab hac
deficit



A deficit] id eſt, ab iſta natura naturaliq; ordine ac proprietate recedit [eſſe etiam quod in
ſui natura ſitum eſt] id eſt, eſſe ſuum naturale [derelinquit], i. amittit, non vt ſibi non inſit
realiter, ſed vt ſibi non proſit ſalubriter. iuxta quem ſenſum ait in euangelio veritas: ha- Matt. 25.
benti dabitur & habundabit, ei autem qui non habet, etiam quod videtur habere aufer- Luc. 19.
retur ab eo. Etenim non habens habet, qui non habet cum gratitudine & vſu ſalubri.
¶ Conſequenter Philoſophia tangit aliam contra prædicta inſtantiam, [Sed poſſunt, in
qes, mali] id eſt, tu Boethi inquies, id eſt, dices, mali poſſunt, id eſt, agere aliqua valēt. Ad
quod Philoſophia reſpondet. [Ne ego quidē negauerim] id eſt ego certe non nego hoc
[Sed hęc quidem eorum potentia non a viribus, ſed ab imbecillitate deſcendit] id eſt, po
tentia peccandi quam habent, ſecundum quod eſt radix peccandi non procedit à viri-
bus naturalibus, nec à virtutibus acquiſitis ſeu infuſis, ſed ab innata defectuoſitate, quam
habent inquantum ex nihilo ſunt, quia vt aſſerit Auguſtinus, voluntas creata inquan- Auguſt.
tum ex nihilo, eſt prima cauſa & radix peccandi. Veruntamen ſicut iam dixi, certum eſt,
quod iniquis veraciter inſint veræ & reales potentiæ, vt potentia ſenſitiua, motiua, intel
lectiua ac volitiua, corporea fortitudo, poteſtas prælatica, & ſacramentalis ac prꝫſidentia
lis. Verum Philoſophia hic loquitur de potētia operandi moraliter bene aut male. Præ-
terea vt ſanctus Dionyſius quarto capitulo de diuinis nominibus docet, malum formali- S. Diony.
B ter ſumptum non eſt aliqua poſitiua realitas ſeu natura, ſed priuatio boni: Ideo fundatur
in bono, & fluit à bono creato deficiente ac libero, ſecundum quod ex nihilo eſt, prout
Alexander ſuper primum & ſecundum Sententiarum tractat diffuſe, Thomas quoque
Albertus, Bonauentura, Aegidius, alijq; ibidem conſcribunt, [Poſſunt enim mala] id eſt,
peccare [quæ minime valerent, ſi in bonorum efficientia manere potuiſſent] id eſt, mala
non poſſent, ſi voluiſſent manere, id eſt, vſq; in finem perſeuerare in efficientia, id eſt,
exercitio, actualiq; vſu bonorum, id eſt, laudabilium operum. ¶ Prꝫterea, aduertendum Arbit. lib.
quod in homine voluntas liberumve arbitrium eſt origo bene & male agendi: Sicq; eſt
eadem naturalis potentia operandi virtuoſe ac vicioſe. Et ſicut virtuoſi poſſunt peccare,
Imo & deum aſſidue deprecantur quatenus ab ipſo à vicijs præſeruentur, Sic vicioſi poſ
ſunt conuerti, & laudabiliter conuerſari: alias fruſtra admonerentur ad pœnitendum &
emendandum ſe. Sed ſicut virtuoſi, ſecundum quod tales, non poſſunt peccare, quia vir- Auguſtinus
tutibus nemo directe vtitur male, ſed inquantum ſunt arbitrij liberi, Sic vicioſi, ſe-
cundum quod vicioſi, nequeunt agere bene, ſed vt liberi extant arbitrij poſſunt pœni-
tere & fieri boni, virtuoſeq; agere. Et iuxta hæc intelligendus eſt totus iſte paſſus Philo
ſophiæ. Atque iuxta hunc modum ait dominus: Non poteſt arbor mala fructus bonos Matt. 7.
facere, neq; arbor bona fructus malos facere. Per Ieremiam quoque dicitur: Si Aethiops Ieremia. 13.
C poteſt mutare pellem ſuam, & pardus varietates ſuas, & vos poteritis benefacere, cum
didiceritis malum. [Quæ poſſibilitas eos euidentius nihil poſſe demonſtrat] id eſt, po-
tentia iſta peccandi clarius pandit quod iniqui nihil poſſint, ſecundum quod tales, quia
& opus eorum ſecundum quod ab ipſis procedit, id eſt, à praua voluntate eorum, eſt ma
lum & inordinatum, & per conſequens peccatum & nihil. Attamen ſecundum quod pro
cedit à naturali eorum poteſtate & vi, aliquid eſt, vt fornicari, furari, rapere, trucidare.
[Nam vti paulo ante collegimus] id eſt, ex diuerſis præmiſſis concluſimus [malum nihil
eſt] id eſt malum culpæ quantum ad ſuum formale, quod eſt deformitas atq; auerſio mē
tis, [cum mala tantummodo poſſint, nihil poſſe improbos liquet] id eſt, conſtat vicio-
ſos vt tales, nihil poſſe, cum poſſint tantummodo mala, ſicut expoſitum eſt, puta in- Anſelmus
quantum tales. Porro his conſonat quod ait Anſelmus: Qui id poteſt quod ſibi non ex-
pedit nec ipſum decet, quanto plus hoc poteſt, tanto impotentior eſt, & imperfectior eſ-
ſe conuincitur. Alioquin omnipotens deus à cuius potentia excluduntur mala & priuati
ua, impotens eſſet. Inſuper Philoſophia declarat adhuc ea quæ dixit, nec iſtæ declaratio-
nes ſunt proprie ſpeciales probationes, quamuis ex eis accipi poſſint & elici aliquæ rati-
ones. [Atq; vt ita intelligas, quænam huius ſit potentiæ vis,] id eſt, vt clarius noſcas,
quæ & qualis ſit potentia iniquorum, addo quod ſequitur. [Summo bono nihil potēti-
us eſſe, paulo ante definiuimus] id eſt, determinauimus, quod tamen probatione non in-
diget, cum conſtet ſummum bonum penitus infinite potētius eſſe omni alio ente [B. Ita
eſt inquam], i. ego Boethius dico ſic eſſe [P. Sed idem, inquit, malum facere nequit] id eſt,

 Philoſo-

PROSA. II. Philoſophia ait: Idem, id eſt, ſummum bonum, nequit facere malum, id eſt, peccatũ. Ad D quod Boethius [Minime] Et philoſophia, [Eſt igitur inquit aliquis, qui omnia homines poſſe putet?] id eſt, eſt ne aliquis, qui putet homines poſſe omnia, ita quod ſint omnipotentes? Ad quod Boethius, [Niſi quis inſaniat nemo,] id eſt, nullus homo æſtimat, niſi forſan inſanus ſit. Subdit Philoſophia. [Atqui] id eſt, certe, [ijdẽ poſſunt mala,] id eſt ipſi homines poſſunt efficere mala. B[. Vtinam, inquam, quidem non poſſent], id eſt, ego Boethius dico: Quidem pro certo, vtinam homines nõ poſſent peccare, ita quod eſſent in gratia confirmati. Ad quod philoſophia: [Cum igitur bonorum tantummodo potens], id eſt, cum deus, qui ſolum poteſt omnia bona [poſſit omnia, non vero queant omnia potentes etiam malorum], id eſt, homines qui ſunt potentes etiam malorum, id eſt, qui facere poſſunt non ſolum bona, ſed etiam mala, non ſint potentes omnia, id eſt, omnipotentes [eoſdẽ qui mala poſſunt minus poſſe manifeſtum eſt], id eſt, clarum eſt quod ipſi homines qui facere poſſunt mala, ſunt ex hoc ipſo impotentiores, & ſic poſſe facere mala non eſt potentia. Deinde ſubditur ad hoc ratio alia: [Huc accedit], id eſt, ad iſtud probandum valet [quod omnem potentiam inter expetenda numerãdam omniaq; expetenda referri ad bonum velut ad quoddam naturę ſuæ cacumen oſtendimus], id eſt, quod iam ſupra probauimus omnem potentiam, præſertim actiuam eſſe numerandam & ponendam ac computandam inter expetenda, id eſt, inter bona deſideranda. E Vnde in tertio eſt probatum quod potentia ad beatitudinem pertinet. Et oſtendimus quod omnia expetenda ſint ad ſummum bonum finaliter referenda [Sed patrandi ſceleris poſſibilitas referri ad bonum non poteſt. Expetenda igitur non eſt], id eſt, poſſibilitas ſeu potentia peccandi non eſt deſideranda, inquantum eſt origo & radix transgrediendi. [Atqui], id eſt, ſed ſeu certe [omnis potentia expetenda eſt] ſaltem alicui, & ei potiſſime, cuius naturæ conuenit ſicut vis ſenſitiua animali non angelo. Liquet igitur malorum poſſibilitatem inquantum illorum eſt principiumque peccandi, ſicut expoſitum eſt [non eſſe potentiam]. Ex quibus omnibus bonorum quidem potentia, malorũ vero minime dubitabilis apparet infirmitas, ] id eſt, ex præhabitis argumẽtis potentia quidem bonorum apparet, id eſt, oſtenditur: infirmitas vero malorum apparet minime dubitabilis, id eſt, nequaquam ambigua. Veramque illam Platonis eſſe ſententiam liquet, ſolos eos quod deſiderent, facere poſſe ſapientes], id eſt quod ſapientes duntaxat habeant veram potentiam adimplendi & operandi quæ volunt, videlicet veraciter bona. Oſtenſum eſt item [improbos vero exercere quidem quod libeat], id eſt, quod eorum ſenſualitati peruerſæque voluntati placet ac male delectat: [Quod vero deſiderent, explere non poſſe], id eſt, quod non valeant opere adimplere ac obtinere quod potiſſime atq; finaliter optant, quod eſt felicitatem acquirere, à cuius adeptione deficiunt, F loquendo de reprobis. Multi vero electi ad tempus ſunt mali ac improbi. Hinc expoſitorie ſubditur [faciunt enim quę libent], id eſt, iniqui agunt quę placent eis, vt dictum eſt [dum per ea quibus delectantur id bonum quod deſiderant adepturos ſe putãt], id eſt, cum æſtimant ſe adepturos id bonum quod deſiderant, id eſt, bonum finale, vt puta beatitudinem, quod in omnibus quærunt, conſtituentes ſibi vltimum finem in rebus caducis, per ea quibus delectantur, id eſt, per vana ac variabilia, in quibus pręcipue ſe oblectant, dicentes illud ſapientis: Venite & fruamur bonis quæ ſunt, & vtamur creaturis tanquam in iuuentute celeriter, nec prætranſeat nos flos temporis. Nullum pratum ſit quod non pertranſeat luxuria noſtra [ſed minime adipiſcuntur], id eſt, per talia & in talibus felicitatem nequaquam acquirunt: imo ęternam damnationem merent, vt probatum eſt euidenter libro. ij. [quoniam ad beatitudinem probra non veniunt], id eſt, peccata ad felicitatem non pertingunt nec ducunt, ſed ad obprobrium infernale. Quemadmodum per Ieremiam deus teſtatur: Dabo eos in vexationem & maledictionem, & in ſtuporem ac ſibilum, atque obprobrium ſempiternum, eo quod non obedierint mihi. Quod dum euenerit impijs, adimplebitur quod diu ante prædictum eſt in libro ſapientiæ: Videntes turbabuntur timore horribili, gementes præ anguſtia ſpiritus & dicentes: Errauimus à via veritatis, & laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis. Quid nobis profuit ſuperbia, aut quid diuitiarum iactantia contulit nobis? tranſierunt omnia illa tanquam vmbra.

Sapien. 2. — Ieremia 29. — Sapientia.

Metrum



A

## METRVM. II. LIBRI QVARTI.

QVos uides ſedere celſo
Solij culmine reges,
Purpura claros nitente,
Septos triſtibus armis,
Ore teruo comminantes,
Rabie cordis anhelos.
Detrahat ſi quis ſuperbis
Vani tegmina cultus,
Iam uidebit intus arctas
Dominos ferre catenas.
Hinc enim libido uerſat
Auidis corda uenenis,
B Hinc flagellat ira mentem
Fluctus turbida tollens,
Mœror aut captos fatigat,
Aut ſpes lubrica torquet.
Ergo cum caput tot unum
Cernas ferre tyrannos,
Non facit, quod optat ipſe
Dominis preſſus iniquis.

### Expoſitio metri ſecundi. ARTIC. V.

SIcut in proſa præcedente probauit Philoſophia iuſtos eſſe potentes, impios impotentes, ita hic probat hoc metrice compendioſo ſermone. Eſtq; ordo verborum: O Boethi [Si quis detrahat] id eſt, exuat & auferat [ſuperbis tegmina]. i. indumenta [cultus vani]. i. ſuperbi & curioſi ornatus [quos] ſuperbos [vides ſedere reges,] ita quod ſedendo ac præſidendo ſunt reges [culmine] id eſt, dignitate [ſolij] id eſt, regalis faſtigij [celſo] id eſt, alto, quoniam rex habet quodammodo plenitudinem poteſtatis ciuilis, præſertim monarcha ſeu imperator. [claros purpura intente] id eſt, fulgida veſte purpurea, qua olim, vt fertur non licuit niſi regibus vti, & quibus reges hoc annuerunt. Vnde primo Machabeorum habetur, quod quidã rex Alexander dedit Ionathæ poteſtatem vtendi purpura, & bibendi ex auro. [ſeptos armis triſtibus] 1. Mach. 10. id eſt, armigeris, quibus frequenter eueniunt triſtia & aduerſa in prælijs, imminenteque bello aliquando pauent. Propter quod in Iob ſcriptum eſt: Anguſtia vallabit impium, ſi Iob. 15. cut regem qui præparatur ad prælium. Dicuntur quoq; triſtia arma ex conſequenti effectu, quia mæſtitiam grandem inferunt eis quos occidunt & lædunt, atq; amicis & propinquis eorum. C Tales armigeri aſtant regibus pro eorum cuſtodia & tutela, aut etiam circũeunt eorum cubiculum. Iuxta illud in Canticis: En lectulum Salomonis ſexaginta ambiunt ex fortiſſimis Iſrael, omnes tenentes gladium, & ad bella doctiſſimi, propter timores nocturnos. Cant. 3. Inſup primo libro Regum habetur: Cum Saul rex ſederet in nemore haſtam manu tenens, circunſteterunt eum ſatellites eius. 1. Reg. 22. [Comminantes] id eſt, minas inferentes his quibus indignantur, [ore toruo] id eſt, feroci aſpectu, [anhelos] id eſt, ebullientes & ſpumantes rabie cordis] id eſt, furore quodam & iracundia animi, ſicut ſpumauit ſanctus Gulielmus nondum conuerſus contra ſanctum Bernardum. [Videbit iam dominos] id eſt, ipſos reges ferre intus] id eſt, in anima [catenas arctas] id eſt, vincula viciorum mentem ſtringentia atq; præmentia, iuxta illud in Iob: Nunc autem oppreſſit me Iob. 16. dolor. Iſtę ſunt arctæ catenæ, quæ mentem deprimunt & anguſtant, ne in libertatem ſpiritus euolet ac reſpiret. 2. Cor. 3. Quo contra dixit Apoſtolus: Vbi ſpiritus domini, ibi libertas. Salomon quoque: Secura mens, quaſi iuge conuiuium. Prouer. 15. [Hinc enim] id eſt, ex hac parte [libido] id eſt, concupiſcentia & complacentia praua [verſat] id eſt exagitat & circumagit [corda carnalium hominum, quibus paſſiones adhuc dominãtur, [venenis auidis] id eſt, affectibus & oblectamentis fallacibus inficientibus aĩam. Vnde in Eccleſiaſte Eccle. 11. habetur: Adoleſcentia & voluptas vanæ ſunt. Eccle. 18. In Eccleſiaſtico quoq;: Poſt concupiſcencias tuas non eas, & à voluptate tua auertere, quemadmodum autem ſapientia & virtutes mentem reddunt quietam, ſic paſſiones & vitia efficiunt inquietam, inſtabilem ac ...

e iij tantem,

METR. II. tantem,iuxta quod ſcriptum eſt: Homo ſanctus in ſapientia manet vt ſol,ſtultus muta- D
Eccle.27 tur vt luna,[Hinc ira flagellat],id eſt,torquet,affligit pungitq; mentem,iuxta illud Iob:
Iob 5 Hierony. Virũ ſtultũ interficit iracundia. Vñ ait Hiero. Quid irato confert iracũdia ſua,quę ſęuiſſi
mis exagitat]ſtimilis, vt dũ iraſcit̃,inſanire credat̃,[Tollẽs],i.extollẽs & erumpere faci-
ens,[turbida,id eſt, turbulentos impetus [fluctus] .i. interioris cõmotionis ex inunda-
tionibus fellis ſeu cholerae ac ſanguinis euaporantis,ex quibus mente cęcata , iuxta illud
Cato. Prou.27. Catonis,Ira impedit animum , ne poſſit cernere verum , contingit quod Salómon lo-
quitur:Ira non habet miſericordiam,nec erumpens furor. Et impetum concitati ſpiri-
tus ferre quis poterit? Vnde & iram vindicãdo modum excedit. Propter quod vnus ve
lut prudentium dixit ad offendentem: Ego me vindicarem de te,niſi iraſcerer tibi. Hinc
Seneca dixit & Seneca: Quam diu iraſceris , nil tibi licitum putes , niſi vt ipſam iram refrenes:
quia quam diu iraſceris,quicquid cõmotio ſuggerit licitum arbitraris.[Mœror] id eſt,
inordinata triſtitia[aut fatigat captos],id eſt,vicijs victos ſeu corporaliter vinctos. Iccir-
Prouer 15. Prouer.17. co in prouerbijs dicitur: In mœrore ſpiritus deicitur animus. Itemq;: Animus gaudens
aetatem floridam facit,ſpiritus triſtis exiccat oſſa[Aut ſpes lubrica], id eſt,incerta expe-
ctatio liberationis ſeu proſperitatis ſperatę,[torquet]cor eius qui nõ conſequitur quod
Prouer.13. ſperauit,aut contrarium accidit. Vnde Salomon eſt loquutus: Spes quae differtur affligit
Ieremias,8 animam,lignum vitae deſiderium veniens. Ieremias quoq; propheta: Suſtinuimus,inquit E
pacem & nõ venit,queſiuimus bona,& ecce turbatio,[Ergo]o Boethi [cum cernas]vide
as[ vnum caput]id eſt, vnum ſuppoſitum,intelligendo totum per partem. Vel, vnum
Amos.6. Iſa.6. caput,id eſt, vnum capitaneum ſeu regem aut principem,iuxta illud in Amos propheta,
Optimates capita populorum. Et item in Iſaia: Honorabilis & longeuus ipſe eſt caput.
[ferre]id eſt,miſerabiliter ac infeliciter pati[tot tyrannos]id ẽ,tyrãnicos & crudeles mo
tus & impetus paſſionum,quibus ſuperatur ac ſubditur,ideoq; eorum eſt ſeruus,iuxta il
lud in ſecunda beatiſſimi Petri Canonica: A quo quis ſuperatus eſt , huius & ſeruus eſt.
2 Petri 2. Iniquus ergo tot dominos habet nequiſſimos quot tentatoribus ac tẽtationibus,quot
Matt. 12. vicijs,paſſionibus & peccatis deijcitur. [Ipſe praeſſus]id eſt,homo quicunq; ſeu princeps
ſiue tyrannus preſſus,tot dominis iniquis, id eſt vicijs,ſcilicet ſpiritu ſupbię,ſpiritu iracun
dię,ſpiritu fornicationis,& cõſimilibus immundis ſpiritibus,de quibus in euangelio ait
ſaluator: Cũ immũdus ſpiritus exierit ab homine ambulat per loca arida quaerens requi
em,& non inuenit ,tunc vadit &,aſſumit alios ſeptem ſpiritus nequiores ſe,&c.

## Difficultatũ proſę ac metri praecedentium propoſitio lucu lentaq; expeditio. ARTIC. VI. IOHANNES.

CIrca praecedentis proſae eloquia occurrunt mihi dubia multa. Attamen ex tua F
expoſitione diligenter penſata pro magna parte videntur ſoluta. Nonne à Io
hanne Damaſceno veraciter eſt prolatum,quod nulla res creata expers eſt ꝓ-
priae operationis? Ergo nec proprie potentiae,cum potentia ſit vis operandi.
Quomodo ergo vicioſi non habent potentiam? Rurſus,ſi non habent potentiam, ergo
non poſſunt ſe emẽdare. Cur ergo de emendatione monentur? Amplius de iniquis ſcri-
Sapien.6. Luce.1. Philoſo. ptum eſt: Potentes potenter tormenta patientur,& fortioribus fortior inſtat cruciatus.
De quibus ſacratiſſima,incomparabilis atq; deifera virgo, Depoſuit,ait,potentes de ſede.
Ariſtoteles quoq; aſſerit,vnumquodq; eſſe perfectum ſeu perfectae potentiae , dum po-
teſt ſibi ſimile generare: quod poſſunt ac faciunt multi iniqui,& nequeunt quidam iu-
ſti. Dionyſius: Verba Philoſophiae (vt dixi ) intelligenda ſunt pie, & proprie ac preciſe,
nec de quacunq; potentia,vt ſatis expreſſum eſt. Iniqui etiam poſſunt ſe emendare, faci
endo quod in ipſis eſt vi liberi arbitrij & acquiſita ſeu infuſa,informi virtute , nondum
tamen ſortiti poteſtatem virtutis formatae,meritoriae,deo acceptae,de qua Philoſophia
hic loquitur. Denique,reges iniqui ac infideles dicuntur potentes & fortes ,poteſtate
corporali praeſidentiali. IOHANNES: Frequenter iam dictum eſt,quod non ſit ſum
mum malum:& apparet quod imo, quoniam ſummo bono opponitur ſummum ma-
lum,ſummę felicitati ſumma miſeria , ſummae virtuti ſummum peccatum. Dionyſius:
Deo nil opponi. Deo proprie nihil opponitur nec contrarie,nec priuatiue,nec cõtradictorie,cum deus ſit
Liber Cauſarum. ſupra omne genus,& ſupra & ante eſſe,vt in libro de Cauſis oſtenditur. Porro cum dici-

tur non



A tur non eſſe aliquod ſummum malum , intelligendum eſt iuxta ſanctorum patrum &
catholicorum doctorum intentionem,qui loquuti ſunt hoc cõtra ſtolidiſſimi Manichei
hereticam falſitatem,qui vt ſanctus diſſeruit Leo papa,inexplicabilium mendatiorũ mõ Leo papa
ſtra contexuit,affirmans duo eſſe realia,formalia & effectiua rerum prima principia ae-
terna & increata: Vnum ſubſtantialiter bonum,aliud eſſentialiter malum, quod pror-
ſus falſiſſimum eſt,cum vnumquodq; tantum habeat de bonitate,quantum de entitate
& poteſtate productiua. Verum,cum malum iuxta communem diſtinctionẽ ſit duplex,
videlicet malum culpae,& malum pœnę,dici poteſt quod ſicut charitas dei eſt ſumma vir Malum duplex.
tus,ſic odium dei eſt ſummum maximumq; peccatum,ſeu malum culpae. Et ſicut beati-
tudo humanitatis Chriſti eſt ſummum bonum gloriae conſtitutum in genere,ſic pœna
& afflictio primi illius apoſtatae ſeu antichriſti,eſt aut erit ſummum malum pœnae. Io-
hannes: Cum vnumquodq; producat ſimile ſibi,quomodo poteſt, bonum eſſe origo,
ſubiectum & cauſa mali? Dionyſius: Bonum inquantum bonum,eſt adductiuum boni Philoſo.
ſcdm philoſophũ,& ſuae bonitatis diffuſiuũ ſcdm magnũ Dionyſiũ. Nihilomin⁹ bonũ S. Diony.
inquãtũ ex nihilo & defectiuũ in ſe,ac indeterminatũ,ſeu indifferẽs ad vtrũq; oppoſito
rũ,vtputa illimitatũ ac liberũ,potuit eſſe prima origo & cauſa atq; ſubiectũ mali,co mõ q̃
malo culpae competit cauſam habere. Iohannes: Cupio clarius explanari quomodo o-
B mnis peccans ſit ignorans,& item erronee iudicans,cum quidam dicantur peccare ex cer
ta ſcientia,& cum actuali remorſu: quod verum non eſſet,niſi ſcirent hoc ipſum quod
perpetrant eſſe malum: ſicque etiam in particulari habent ſcientiam & verum iudicium.
Dionyſius: Satis argute proponis hoc. Sed ſicut iuxta philoſophum proiectio mercium Philoſo.
in mare tempore tempeſtatis ex timore ſubmerſionis eſt quid volũtarium inuoluntario
mixtum,ſic in tali euentu quem tangis , eſt aliquid ſcientiae, & aliquid ignorantiae. In o-
mni enim peccato mortali eſt rationis conſenſus,quae non conſentiret iniquitati,niſi iam
quodammodo obſcurata,victa maleque iudicans: Sicque ignorantiam habet contrari
am ſcientiae formatę,practicae approbatiuaeque boni,quamuis adhuc informis ſcientiae
notitiam ſeruet,& ita contingit vnum & idem vno modo ſciri & alio mõ neſciri. Hinc
talem dicimus inſipientem,quamuis nudam & informam ſcientiam habeat.

## PROSA III. LIBRI QVARTI.

VIdes ne igit̃ quanto in cœno probra uoluantur ,qua pro-
bitas luce reſplendeat? In quo perſpicuum eſt,nunquam
C bonis pręmia, nunquam ſua ſceleribus deeſſe ſupplicia.
Rerũ enim quae geruntur,illud propter quod una quae-
que res geritur,eiuſdem rei pręmium eſſe non iniuria ui-
deri poteſt: uti currenti in ſtadio propter quam curritur,
iacet praemium corona. Sed beatitudinem eſſe idipſum bonum , propter
quod omnia geruntur,oſtendimus. Eſt igitur humanis actibus ipſum bo
num,ueluti pręmium commune propoſitum. Atqui hoc a bonis non põt
ſeparari. Neque enim bonus ultra iure uocabitur,qui careat bono: qua-
re probos mores ſua praemia non relinquunt . Quantumlibet igitur ſae-
uiãt mali, ſapienti tamen corona nõ decidet,non areſcet. Neq; enim pro-
bis animis proprium decus aliena decerpit improbitas . Quod ſi extrin-
ſecus accepto lętaretur,poterat hoc uel alius quiſpiam, uel ipſe etiam qui
contuliſſet,auferre. Sed quoniam id ſua cuiq; probitas confert,tum ſuo
praemio carebit,cũ ꝓbus eſſe deſierit. Proſtremo cum omne p̃miũ idcir-
co appetat̃,qm̃ bonũ eſſe credit̃,qs boni cõpotem,p̃mij iudicet expertẽ?

 At cuius

PROSA. III.

D At cuius præmij? omnium pulcherrimi maximiq́ꝫ. Memento enim illi-us corollarij, quod paulo ante præcipuum dedi, ac ſic collige: Cum ipſum bonum beatitudo ſit, bonos omnes eo ipſo quod boni ſunt, fieri beatos liquet. Sed qui beati ſunt, deos eſſe conuenit. Eſt igitur præmium bonorum, quod nullus deterat dies, nullius minuat poteſtas, nullius fuſcet improbitas, deos fieri. Quæ cum ita ſint, de malorum quoq́ꝫ inſeparabili pœna dubitare ſapiens nequeat. Nam cum bonum malumq́ꝫ, item pœna atq́ꝫ præmium aduerſa fronte diſſideant, quæ in boni præmio uidemus accidere, eadem neceſſe eſt in mali pœna contraria parte reſpondeant. Sicut igitur probis probitas ipſa fit præmium, ita improbis nequitia ipſa ſupplicium eſt. Iam uero quiſquis afficitur pœna, malo ſe affectum eſſe non dubitat. Si igitur ſeſe ipſi æſtimare uelint, poſſunt ne ſibi ſupplicij expertes uideri, quos omnium malorum extrema nequitia non afficit modo, uerumetiam uehementer inficit? Vide autem ex diuerſa parte bo- E norum, quæ improbos pœna comitetur. Omne nanq́ꝫ quod ſit, unum eſſe, ipſumq́ꝫ unum, bonum eſſe paulo ante didiciſti. Cui conſequẽs ẽ, ut omne quod ſit, id etiam bonum eſſe uideatur: Hoc igitur modo quicquid a bono deficit, eſſe deſiſtit: quo fit, ut mali deſiſtant eſſe quod fuerant. Sed fuiſſe homines adhuc ipſa humani corporis relicta ſpecies oſtentat. Quare uerſi in malitiam, humanam quoq́ꝫ amiſere naturam. Sed cum ultra homines quenq́ꝫ prouehere ſola probitas poſſit, neceſſe eſt ut quos ab humana conditione deiecit, infra hominis meritum detrudat improbitas. Euenit igitur, ut quem transformatum uitijs uideas, hominem æſtimare nõ poſſis. Auaritia feruet alienarum opum uiolentus ereptor? ſimilem lupo dixeris. Ferox atque inquietus linguam litigijs exercet? cani cõparabis. Inſidiator occultus ſurripuiſſe fraudibus gaudet? uulpeculis exequetur. Iræ intemperans fremit? leonis animum geſtare credatur. Pauidus ac fu- F gax non metuenda formidat, cerui ſimilis habeatur. Segnis aut ſtupidus torpet? aſinum uiuit. Leuis ac inconſtans ſtudia permutat? nil ab auibus differt. Fœdis immundiſq́ꝫ libidinibus immergitur? ſordidæ ſuis uoluptate detinetur. Ita fit, ut qui probitate deſerta homo eſſe deſierit, cum in diuinam conditionem tranſire non poſſit, uertatur in beluam.

## Elucidatio tertiæ huius Proſæ. ARTIC. VII.

POſtquam proſa iam præcedente probatum eſt malos homines conſiſtere impotentes, & bonos eſſe potentes, hic probat Philoſophia vtriſq́ꝫ debitam remunerationem accidere: [Vides ne igitur] id eſt, cum illa quę dicta ſunt ita ſe habeant, nonne attendis [quanto in cœno probra voluantur]? id eſt, in quam magna turpitudine ac vilitate vitia fiant, ita quod inſeipſis ſunt fœda ac turpia. Propter quod Seneca dixit: Quamuis dij vellent mihi ignoſcere, nollem peccare propter peccati turpitudinem. (Seneca Philoſo.) Ariſtoteles quoq́ꝫ: Homo iniquus decies millies peior eſt beſtijs. Hinc beatiſſimus Princeps apoſtolorum de peccantibus poſt agnitã veri-

tatem in



A tatẽ in ſecunda ſua epiſtola loquitur: Contigit illis illud veri prouerbij: Canis reuerſus ad vomitum, & ſus lota in volutabro luti. (2. Petri. 2.) Vnde pœnitens videns in quantis ſordibus fuit peccando, gratias referens pſallit: Eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fecis. (Pſal. 39.) Vides ne etiam [qua probitas luce reſplendeat] id eſt, quanta claritate refulgeat virtus, cuius tantus eſt decor, quod animam efficit dei amicam, ſponſam ac filiam. Ideo dixit Macrobius, quod in virtute ſplendor eſt maximus. (Macrobi.) Et de iuſtitia ait philoſophus, quod non eſt lucifer nec heſperus tam admirandi decoris. (Philoſo.) Recte ergo de qualibet anima virtuoſa exponitur illud in Canticis: Quæ eſt iſta quæ aſcendit quaſi aurora conſurgens, pulchra vt luna, electa vt ſol? (Cant. 6.) Et rurſus: pulchra es amica mea, ſuauis & decora ſicut Hieruſalem [In quo perſpicuum eſt nunquam pręmia bonis, nunquam ſceleribus deeſſe ſupplicium], id eſt, clarum eſt ex hoc verbo præmiſſo præmia nunquam deeſſe bonis, id eſt, iuſtis & virtuoſis hominibus, & ſupplicium, id eſt, iuſtam pœnam nullo tempore abeſſe ſceleribus, id eſt ſceleratis hominibus, quia tam virtus quam vitium proprios habẽt effectus ſemper ſibi coniũctos, ita quod virtutum effectus ſunt ſalutares, præclari & valde amabiles. Propter quod dici poſſunt præmia quędam ſeu retributiones virtutum: econtra, effectus vitiorum ſunt viles ac miſeri & deteſtabiles nimis. Virtus quippe animam deo coniungit, conformat, deſponſat, perornat, liberam cœleſtiſq́ꝫ regni facit B heredem creatoriſque ſui amicam & filiam nobilem & ſublimem, laudabilem, honorabilem, exemplarem, dęmonum & vitiorum victricem, fortem, tranquillam, & intra ſe dulcem: Effectus vero vitiorum ſunt his prorſus contrarij, quia peccatum à deo elõgat diſſimilem reddit, diabolo eam aſſimulat, deturpat, fœdam, deteſtabilem, aſpernabilem facit, imo adulteram facit eam diaboli, aduerſariam inimicamq́ꝫ dei, æternaque damnatione condignam. Inſuper mentem excæcat, lædit, imo ſpiritaliter perimit, ita ꝙ ſuas calamitates non aduertit, læſiones non ſentit, damna non penſat, nec deflet. Cumq́ꝫ continuo appropinquet inferno, ſic gaudet quaſi iam nullum ſibi inſtet periculum, iuxta quod Salomon proteſtatur: Lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus peſſimis. (Prouer. 2.) Hæc eſt inſenſibilitas, excęcatio, obduratio cordis iniqui. Hinc Euſebius Emiſſenus in ſuis loquitur homilijs: Si bene aduertimus etiã in præſenti vita magnam bonæ conuerſationis mercedem recipimus. (Euſeb. 19.) Nunquid modicum bonum eſt infeliciſſimum dominatum ſcelerum euitaſſe, beatę quieti operam dare, creatori quotidie magis ac magis placere, ap͞ppinquare, vniri, contẽplationi inſiſtere, in deitatis amore feruere, vacare & videre, guſtare & experiri quã dulcis ſit deus, ſicq́ꝫ futuram beatitudinem in vita hac quodammodo inchoare? (Pſal. 45. 1. Petri. 2.) Denique iſtud Philoſophia conſequenter proſequitur & declarat, [Non iniuria enim], id eſt, non iniurioſum neque iniuſte, imo rationabiliter [poteſt videri] id eſt, alicui apparere [illud propter quod vnumquodq́ꝫ geritur], id eſt, bo- C num cuius intuitu & amore quodcunque opus exercetur, [eſſe præmium eiuſdem rei] geſtæ ſeu operis. Quod maxime verũ eſt de bono vltimate finali, ſeu ſummo bono, quod eſt ipſa felicitas, ſub quo fine ſupremo ſunt alij fines inferiores, qui omnes ordinantur ad finem illum ſupremum ſimpliciter vltimum, quemadmodum homo æger capit medicinam vt ſanetur, & ſuam ſanationem refert ad dei obſequium, ac ipſum obſequium ad ſalutem æternam. Deinde exemplificat Philoſophia ſubdendo: [Vti currẽti in ſtadio propter quam curritur, iacet præmium corona] id eſt, ſicut his qui currunt in ſpacio quod ſtadium nuncupatur, corona propter quam curritur ſcilicet gladius aut aliquid tale, iacet præmium, id eſt, pro mercede ſeu brauio curſus velocioris eſt præparata ei qui & celerius cæteris pertingit ad ſtadij terminum. Vnde ad Corinthios ſcribit Apoſtolus: Neſcitis quod hi qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brauiũ? (1. Cori. 9.) Atuero quinq́ꝫ pedum longitudo efficit paſſum, & centum viginti paſſus conſtituunt ſtadium, quod à ſtando nomen ſortitur, quia (vt fertur) per tantum ſpacium currebat Hercules vno anhelitu, & tunc ſtetit. (Paſſus. Stadium.) [Sed beatitudinem eſſe id ipſum bonum propter ꝙ oia gerunt, oſtẽdimus] ꝓſertim oẽs actus virtuoſos q̃rũ ꝓmiũ beatitudo cõſiſtit. Oẽs quoq́ꝫ hoies etiã praue viuẽtes, aliq̃ mõ beatitudinẽ appetũt ac adipiſci intẽdũt, q̃uis nõ ſemper beatitudinẽ veram, neq́ꝫ per media apta, vt tertio libro expoſitum eſt. [Eſt igitur humanis actibus ipſum bonum veluti præmium commune propoſitum,] id eſt,

ſummum

PROSA. II. ſummum bonum eſt propoſitum tanquam obiectum & finis actibus humanis veluti pręmium commune,id eſt,vniuerſis & ſingulis iuſtis pro præmio exhibendum,quod Chri- D
Matt. 20. ſtus in euangelio deſignauit per denarium quem omnes in vinea laborantes accipiunt pro mercede,[Atqui].i. certe, [Hoc à bonis non poteſt ſeparari,]id eſt ſummum bonũ ſeu præmium beatificum remoueri & auferri non poteſt à virtuoſis hominibus, quod qualiter intelligendum ſit,ex ſequenti elicitur verbo,quod ſubditur:[Neq; enim bonus vltra iure vocabitur qui careat bono].Itaq; de hoie virtuoſo loqui dupliciter poſſumus, Primo materialiter, in quantum videlicet eſt rationalis creatura & viator, liberi exiſtens arbitrij,& ita quam diu in hac vita ſubſiſtit, poteſt de bono in malum,ac de malo in bonum mutari,à charitate excidere & eam recuperare,atq; à ſtatu ſalutis corruere,ac denuo pęnitere:Sicq; poteſt ab eo ſeparari ſummum bonum,felicitas viæ,bonitas gratię ac virtutum,nec ſic loquitur nunc philoſophia de bonis hominibus. Hinc in Apoca-
Apoca. 2. lypſi Chriſtus ait ad quendam:Habeo aduerſum te quod charitatem tuam primam reliquiſti.Memor eſto itaq; vnde excideris & pœnitentiam age. Apoſtolus quoq; nos aui-
1. Cor. 10. ſando hortatur:Qui ſtat,videat ne cadat.Secundo formaliter,vtputa ſecundum quod talis.Iuxta quem ſenſum impoſſibile eſt humilem perire,prædeſtinatum damnari,ſapiẽtem errare.Et ita Philoſophia iam fatur.Certum eſt etiam, quod beatitudo auferri nõ queat à beatis in patria,nec à confirmatis in gratia.In quorum perſona dixit Apoſto- E
Rom. 8. lus:Quis nos ſeparabit à charitate dei? Aliqui vero dicunt quod duplex eſt præmium bonorum:Vnum intrinſecum,vtputa contemplatio & delectatio eius.& hoc non valet eis auferri.Aliud extrinſecum,quod eſt deus:quod poteſt ab eis tolli.Iſtud imperite prolatum eſt,quoniam cuicunq; ineſt contemplatio dei ſeu ſapientiæ donum, aut charitas,
1. Iohan. 4. cum illo eſt deus,ſicut ait ſanctus Iohannes:Deus charitas,eſt, & qui manet in charitate in deo manet & deus in eo. Atq; quam cito amittit homo charitatem,aut ſapientiæ donum,ſeu cætera dona charitati inſeparabiliter iuncta,Deus etiam recedit & ſeparatur ab
1. Cor. 13. ipſo dicente Apoſtolo:Si charitatem nõ habuero nihil ſum. Amplius,conſtat quod nec ſummum bonum,nec charitas,nec aliquod ſpirituale chariſma ſeparari & auferri poteſt ab homine violenter,hoc eſt,homine prorſus inuito,vt dictum eſt plenius libro primo. Actus demum humani proprie appellantur,qui ex deliberatione procedunt, nõ qui ex ſola imaginatione ſeu inaduertentia oriuntur.[Quare probos mores ſua merita non relinquunt,]hoc eſt,actus morigerati & mores venuſti debitis præmijs non priuantur, præſertim ſi eis perſeuerantia aſſit: quia qui perſeuerauerit vſque in finem,ſaluus erit.
Matt. 10. Quod ſi quis in bonis perſeueret,quamuis omnes eius iuſtitiæ erunt in obliuione coram deo,quantum ad hoc quod ipſe pro eis felicitatem non conſequetur in patria, non tamen erũt irremunerati,quoniam myſtico corpori electorum,cum quibus ipſe ad tem- F
pus vnum fuit cedent in gloriam.[Quantumlibet igitur ſęuiant mali]id eſt, quantumcunq; reprobi & iniqui proteruiant contra iuſtos,ſapienti tamen corona non decidet, non areſcet]id eſt,glorioſa remuneratio non deerit neq; deficiet ſapienti,qui veram &
Sapientia. ſpiritalem ſapientiam infuſam,quæ donum eſt,habet & ſeruat vſq; in finem:quæ ſapiẽtia charitati inſeparabiliter eſt coniuncta, eſtq; ſapida diuinorum notitia,per quam homo bene iudicat de diuinis per connaturalitatem & conformitatem ſui affectus ad ea, quod ſcilicet,ſummo deo duntaxat ſit finaliter inhærendum,ſine quo cætera omnia vana & nihil ſunt,quemadmodũ diuinus Dionyſius de beato recitat Hyerothæo,quod be-
S. Diony. ne ſe habuit circa diuina, tanquam patiens ea,& per experientiam guſtans,& influxum inde ſuſcipiens.De hac ſapiẽtia ſalutari ſcriptum eſt in libro ſapientiæ:Neminem diligit
Sapien. 7. Iacobo. 3. deus,niſi qui cum ſapientia inhabitat.Et Iacobus, Quæ inquit de ſurſum eſt ſapientia, primum quidem pudica eſt,deinde pacifica,modeſta,ſuaſibilis, bonis conſentiens,plena miſericordia,& fructibus bonis.Præterea de hac corona loquitur princeps Apoſtolo-
1. Petri. 5. rum in prima ſua canonica:Cum apparuerit princeps paſtorum,percipietis immarceſſi-
2. Timo. 4. bilem glorię coronã.Et ſanctus Paulus:Repoſita eſt inquit mihi corona iuſtitię[.Improbitas enĩ aliena]id eſt,vicioſitas, inhoneſtas aliorum[nõ decerpit]id eſt,non aufert[animis probis]id eſt,mentibus honeſtis ac virtuoſis[proprium decus,id eſt, interiorem eo-
Pſal. 20. Ibidem. Iſai. 35. rum decorẽ,nec beatificã mercedẽ,de qua fert in pſal. Gloriã & magnũ decorẽ impones ſup eũ.Itẽq;:Gloria & honore coronaſti eũ dñe.De qbus loquit Iſaias: Lętitia ſempiterna
ſuper



A ſuper capita eorum. Imo quanto plus ſæuiunt praui contra iuſtos,tanto copioſius coronabuntur iuſti,qui dei amore omnia æquanimiter pertulerunt aduerſa. Quibus loquitur Chriſtus:Beati eritis cum perſequuti vos fuerint: gaudete in illa hora,quoniam Matt. 5.
merces veſtra copioſa eſt in cęlis.Et rurſus:Si mundus vos odit,ſcitote quia me priorem Iohan. 15.
vobis odio habuit.Si me perſequuti ſunt,& vos perſequentur. Nempe electi & iuſti in hoc ſeculo per reprobos & iniquos exercentur,purgantur,ac taliter coronantur.¶ Cõſequenter philoſophia tangit breuiter cauſam,cur probis non poteſt minuere præmium improbus.[Quod ſi extrinſecus accepto lętaretur],id eſt,ſi probus homo gauderet ſolum de merito aliorum ſibi communicato,& nõ de proprijs actibus meritorijs,virtuoſis[poterat homo vel alius quiſpiam,vel ipſe etiam qui contuliſſet,auferre],id eſt, quiuis ſeu aliqs alius,vel qui cõtuliſſet hoc premiũ & gaudiũ auferre poſſet illud à taliter gloriante.Nullus autem adultæ ætatis ſaluatur ſine proprio merito.Attamen meritis Chriſti omnes ſunt liberati.Quod meritum applicatur hominibus per baptiſmum & fidem ac alijs medijs,& ipſo iuuantur electi.Hinc ait Apoſtolus: Vnuſquiſque accipiet ſecundũ 1. Cor. 3.
ſuũ laborẽ.Et rurſus:Oẽs nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti,vt referat vnuſ- 2. Cor. 5.
qſq; prout geſſit.[Sed qm̃ id ſua cuiq; ꝓbitas cõfert].i.ex quo vnicuiq; bono adultę ętatis probitas ſua,id eſt,proprius actus bonus charitate informatus,cõfert id.i.hoc bonũ ſeu
B ꝑmiũ,deo tñ cooperãte,imo principaliter agente,& noſtrũ liberũ arbitriũ excitãte, iuxta illud Apoſtoli:Deus eſt qui operatur in vobis & velle & perficere,propter quod no- Philip. 2.
ſtra merita ſunt dei munera. De quo loquitur Iſaias: Omnia opera noſtra operatus es Iſai. 26.
nobis. [tum],id eſt,tunc[præmio ſuo carebit], id eſt, priuari merebitur ſua mercede [cum probus eſſe deſierit], id eſt,quoniam ceſſauerit eſſe virtuoſus:hoc eſt,dum peccauerit mortalitęr,per ꝙ charitatem ſine qua nemo ſaluatur,amitteret. Vnde ꝑ Ezechi- Ezech. 18.
elem loquitur deus: Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, omnes iuſtitias eius non recordabor, & in præuaricatioue ſua morietur. Verumtamen poteſt denuo pœnitere,& ꝑ veram cõtritionem amiſſa merita recuperare.¶ Deinde tãgitur alia ratio ad probandum quod dictum eſt, ſcilicet bonos ſuo præmio non priuari. [Poſtremo cum omne præmium idcirco appetatur, quoniam bonum eſſe creditur.Bonum quippe eſt appetitus obiectum[quis boni compotem,pręmij iudicet expertem]?, id eſt, Quis poterit rationabiliter iudicare hominem compotem boni,id eſt, valentem authorem ac poſſeſſorem operis virtuoſi eſſe expertem pręmij, id eſt, extra ſuſceptionem participationemque præmij correſpondentis ſuę iuſtitiæ.Cur etenim deus omnipotens contulit homini rationem,liberumque arbitrium,niſi vt eis vtatur bene agendo? Hoc ergo agendo facit id ad quod deus præſtitit ſibi has vires:ſicque obtemperat
C deo ac promeretur felicitatem,quæ præmium eſt virtutis.[At cuius præmij?] hoc philoſophia quærit, vt ſua queſtione atque reſponſione cor noſtrum accendat deſiderio præmij tanti.Et reſpondet:[Omnium pulcherrimi maximique],id eſt,ſummi ac ſplendidiſſimi meriti cũcta alia merita excedẽtis,ꝙ ẽ vita eterna,beatifica viſio,regnũ cęlorũ,de Pſal. 144.
q̃ cantamus:Regnũ tuũ domine regnum omniũ ſeculorum.Vnde dominus dixit ad A- Geñ. 14.
braham:Ego protector tuus,& merces tua magna nimis.Cumque ſupergloriofiſſimus deus ſit in ſeipſo eſſentialiter pulchritudo penitus infinita, incircumſcriptaque bonitas, cõſtat ꝙ ipſum in ſeipſo facialiter intueri ſit ꝑmiũ vere pulcherrimũ,& incõparabilit̃ magnũ.Quod ꝓbat ex ꝑinductis, [Memẽto enĩ corellarij illius ꝙ paulo ante pręcipuũ dedi],id eſt,depromſi ſupra decima proſa tertij libri, tanquam præclarum ac nobile documẽtum,videlicet quod omnis beatus ſit quodã modo deus, prout ibi diffuſe expoſitum eſt,hicque compendioſe repetitur.Ac ſic collige,id eſt,ex pręmiſſis proba hoc ita:[Cum ipſum bonum beatitudo]ſit,id eſt,bonum æternum & increatum eſt beatitudo obiectalis, fontalis, immenſa[ bonos omnes eo ipſo quo boni ſunt fieri beatos liquet], id eſt, cõſtat vniuerſos bonos bonitate gratuita charitatis ac virtutis infuſæ fieri beatos, nunc inchoatiue in ſpe ac merito & prælibatione ac participatione felicitatis futurę,deinde cõſummate in patria, cum beatitudo & bonum ſint idem in re. [Sed qui beati ſunt deos eſſe conuenit],id eſt, conueniens eſt vt beati ſint dij,non eſſentialiter,ſed participatiue: hoc eſt,diuini & deificati, tanquam deo altiſſimo ſupernaturaliter conformati & deiformiter aſſimilati, & tanto perfectius quanto lympidius viderint eum,feruentiuſque
dilexerint,

PROSA. III. dilexerunt,atq; intimius fuerint ei vniti,vehementiuſq; in diuitias gloriæ eius abſorpti D
[Eſt igitur prǽmium bonorum]id eſt hominũ virtuoſorum [quod nullus deterat dies,]
id eſt,nulla diuturnitas temporis deterere, conſumere ſeu diminuere poterit, quoniam
ſine fine durabit[nullius minuat poteſtas]id eſt,nullius cõturbabit, quoniam ſecuriſſimũ
erit[nullius fuſcet improbitas]id eſt,nulla admixtione improbitatis,prauitatis aut ma-
Apoca. 21. culæ obnubilabitur,quoniam nihil inquinatum intrabit in illam,vt in Apocalypſi habe
tur.Et quid ſit tãta beatitudo ſubiungitur[deos fieri]id eſt,deo perfecte aſſimilari.Vnũ
quodq; enim in illud quaſi conuertitur,& illi potiſſime aſſimilatur cuius operationes ma
gis ſectatur,frequentiuſq; exercet,& magis eminenter ac indeſinenter exequitur. Por-
ro operatio,imo & vita ſuperexcellentiſſimi dei eſt ſuipſius æterna ac prorſus perfecta
intuitio atq; dilectio.Ideo quo beati deum clarius viderint,ardentius quoq; dilexerint ſi-
1.Iohan.3. ne interpolatione ac termino,eo ſupernaturalius ac eminentius deificabuntur,& dij con
1.Cor.13. ſiſtent.Propter quod dixit ſanctus Iohannes:Similes ei erimus,quia videbimus eum ſi-
cuti eſt.Itemq; electionis vas:Videmus nunc per ſpeculum in enigmate,tũc aũt facie ad
faciem. ¶Conſequenter probat Philoſophia iniquis non deeſſe ſupplicia : [Quæ cum
ita ſint]id eſt,cum nunc prolata de præmijs bonorum ſint vera[de malorum quoq; inſe
parabili pœna dubitare ſapiens nequeat]id eſt nullus ſapiens dubitet de pęna prauorum
hominum inſeparabili,id eſt,perpetua,quę ab eis ſeparari non poterit,cuius ſubiungitur E
ratio:Nam cum bonum malumq; item pœna atq; præmium aduerſa fronte diſſideãt]
id eſt,mutuo opponantur ſeq; cõtrario vultu reſpiciant[quæ in boni præmio videmus
accidere eadem neceſſe eſt in mali pœna contraria parte reſpondeant] id eſt, neceſſario
ſequitur,quod ea videlicet præmia deſiderabilia,quæ videmus oculo mentis,Imo & in-
terdũ etiam oculo corporali accidere,id eſt,euenire ac dari in præmio boni,id eſt,in mer
cede iuſti ſeu pro præmio operis virtuoſi,reſpondeant,id eſt,correſpondenter & pro-
portionabiliter accidant in pœna mali,id eſt,in punitione iuſta iniqui ſeu operis praui o-
miſſionisve debiti,parte cõtraria,id eſt,modo oppoſito,iuxta illud in Topicis:Sicut op
Philoſo. poſitum in oppoſito,ita propoſitum in propoſito.Et certe horum vtrunq; exigit infi
nita ſapientia,quæ in vniuerſo nil inordinatum relinquit in toto,ſed quod inordinatum
eſt per culpam,ordinat & emendat per pœnam,atq; ex malis elicit multa bona .Et quã
to quis plus acquieſcit propriæ voluntati contra dei iuſtitiam,tanto grauius eum affligit
contra propriæ voluntatis inclinationem.Idem quoq; requirit omnipotentis dei iuſti-
Ieremias.5. tia,cuius eſt culpam per pœnam vlciſci,iuxta illud Ieremiæ:Nunquid ſuper his non indi
Ezech. 18. gnabor & viſitabo,& in gente huiuſcemodi non vlciſcetur anima mea?Qui & per Eze
chielem loquutus eſt:Vnumquemq; iuxta vias ſuas iudicabo.[Sicut igitur probis pro-
bitas ipſa ſit præmium]id eſt,virtuoſis hominibus virtuoſitas cauſa eſt & ratio præmij F
Sapię. 3. glorioſi,Iuxta illud libri ſapientiæ Bonorum laborum glorioſus eſt fructus. Vnde dixit
2. Cor. 9. Apoſtolus:Qui ſeminat in benedictionibus,de benedictionibus metet vitam æternam.
Pſal.125. Et Pſalmiſta:Euntes ibant & flebant mittentes ſemina ſua. Venientes autem veniẽt cũ
exultatione portantes manipulos ſuos.[Ita improbis nequitia ipſa ſupplicium eſt] id eſt,
Eccle.3. vicioſis hominibus ipſa eorum peruerſitas conuertitur in tormentum,iuxta illud Eccle
ſiaſtici:Cor nequam grauabitur doloribus.Præterea,iuxta prætacta virtus etiam in prę
ſenti multipliciter per ſuos effectus ſalubres clariſſimos præmiatur:Vnicuiq; quoq; vir
Prouer 21. tuti propria delectatio eſt coniuncta,ſicut ait ſcriptura:Gaudium eſt iuſto facere iuſtitiã,
Pſal.70. Ideo dixit propheta:Gaudebunt labia mea cum cantauero tibi.Conformiter vitia pro
prijs ſuis effectibus iã torquent & puniunt.Hinc ſicut animus inordinat⁹ ſibijpſi ẽ pœ
Philoſo. na,ſic anim⁹ ordinatus ſibijpſi ẽ ſuauis,& cõſciẽtia bona ſuã habet dulcedinẽ & quietẽ,ſi
2.Cor.1. cut ait Apoſt. Gloria noſtra eſt teſtimoniũ cõſciẽtiæ noſtræ,Hinc in ſapiẽtiæ li. ſcriptũ
Sapien.17. Iob.15. eſt:Semper præſumit ſeua conſcientia perturbata.Iob quoq; ait:Sonitus terroris ſem-
per in auribus impij:& cum pax ſit, ille inſidias ſuſpicatur.Interea quædam ſunt vicia in
ſeipſis amara,vt rancor,inuidia,ira,furor,amaritudo, impatientia , de quibus iam dicta
potiſſime verificantur.Quæ etiam vicia melius ſuperantur,eorum naturas ac proprieta
tes diligenter penſando,quia ſic amplius abhorrentur.Alia vero ſunt vicia in ſeipſis dele
ctabilia,ſicut venerea,quæ tutius celeriuſq; vincuntur mentem,imaginationem,oculos
ab eis & ab eorum obiectis,materijs,cauſis,incitamentis,occaſionibus protinus auerten
do,ac iudicis ſummi præſentiam,Chriſti acerbiſſimam paſſionem , ac quatuor nouiſſi-
ma pro-



A ma profunde pẽſando. ¶Quod aũt mali ſua affligãtur nequitia declaratur :[ Iam ve-
ro quiſquis afficitur pœna,]id eſt quicunq; qualificatur punitione[malo ſe affectũ eſſe
non dubitat], id eſt, certus eſt experimẽtaliter quod malo quodam pœnali ſeu etiam p
malo culpę ſic torqueatur. [ Si igitur ſeſe ipſi æſtimare velint]id eſt ſoli homines vicioſi
velint voluntate tranſeunte in actum æſtimare,id eſt bene attendere ſemetipſos & ſua
interiora[ poſſunt ne ſupplicij ſibi videri expertes] id eſt tunc vtiq; ipſi impij non vale-
bunt ſe iudicare eſſe expertes ſupplicij,id eſt immunes à pœnis,imo multiplicẽ habebũt
remorſum,conſcientiæ vermem,diſplicentiam grauem,horrorem,ſuſpitionem,& con-
ſimilia multa. Vnde diſſeruit Leo papa : Peccatrix conſcientia iam intra ſe patitur, qc- Leo papa
quid dei bonitate differtur. Nam & in Sapientiæ libro legitur : Nequitia ipſa eſt timi- Sapien.17.
da.[Quos]ſcilicet,vicioſos[omnium malorum extrema nequitia non afficit modo,] id
eſt,quos prauos nequitia extrema, id eſt, peruerſitas maxima non afficit modo,id eſt,
non ſolũ angit,qualificat,torquet[verũetiã inficit vehemẽter].i.valide intus fallit,excæ
cat,intoxicat,ita quod inſtar dæmonum obdurantur, fiuntque obſtinati, & rebelles ſunt
lumini,nec de ſuis erubeſcunt ſceleribus: Imo ſe iactant de illis , & ita de grauibus vicijs
ruunt ad grauiora,& de grauioribus ad grauiſſima,quia peccatum quod per pœniten-
tiam non deletur,ſuo mox pondere trahit ad aliud,imo ad peius vt ſanctus fatur Grego
B rius.De talibus ſcriptum eſt in Eſaia:Peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt, nec Gregorius
abſconderunt.Ieremias quoque ait : Indurauerũt facies ſuas ſupra petram,& noluerunt Iſaię.3.
reuerti. Inſuper vnicuique talium deus denuo loquitur per eundem IEREMIAM Ieremias.3
prophetam : Frons mulieris meretricis facta eſt tibi , noluiſti erubeſcere. ¶Sequi-
tur alia ratio probans improbis pœnam , imo & quandam adeſſe corruptionem ex
ſuis peccatis. [Vide autem] , id eſt , ſed conſidera,[ex diuerſa parte bonorum quæ pœ
na comitetur] ,id eſt, ſequatur & apprehẽdat [improbos] ,id eſt,vicioſos.[Omne nam-
que quod ſit ſit vnum eſſe ipſumq; vnũ bonũ eſſe paulo ante didiciſti],id eſt, Tu Boethi
didiciſti ex mea doctrina paulo ante,puta in.iij.libro, Omne quod ſit vnum eſſe, id eſt
quicquid producitur,& eſt terminus productionis realis vnum numero eſſe,id eſt,quid
indiuiduale ſeu particulare.Vnde primo Methaphyſicę perhibetur,quod eſſe & fieri ſeu Philoſo.
pati eſt ſuppſitorum . In tractatu quoque de Vno & Vnitate, ait idem iſte Boethius:
Omne quod eſt,ideo eſt,qm̃ vnũ numero eſt.[Cui conſequens eſt] , id eſt, ex quo dicto
cõſequitur vt[omne quod ſit,]id eſt ꝙ eſt ens reale, [id etiã bonum eſſe videatur].Nam
ens & bonum,ſimiliter ens & vnum cõuertibilia ſunt. Propterea dixit Auerrois ,quod
Auicenna multum peccauit,aſſerendo quod vuum quod eſt tranſcendens & conuerti-
bile cum ente , & vnum quod eſt principium numero idem ſint : Et eſt, inquit,mi-
rum de homine iſto , quod taliter aberrauit. [ Hoc igitur modo] , id eſt,propter hoc,
C [quicquid à bono deficit] id eſt,quod deſinit eſſe bonum bonitate naturę , quę eſt ipſa
entitas rei[eſſe deſiſtit],id eſt, deſinit eſſe.[Quo ſit],id eſt , ex quo innoteſcit ac ſequitur
vt mali deſinant eſſe quod fuerant.Sed fuiſſe homines ad huc ipſa humani corporis re-
liqua ſpecies oſtendat, ] Hoc eſt, ſpecies reliqua , id eſt, forma ſeu figura corporis hu-
mani reſidua adhuc oſtendit illos iniquos fuiſſe homines ,antequam à bonitate receſſe-
runt.[Quare verſi in malitiam] , id eſt , ad prauitatem: non quod ſubſtantialiter in ma
litiam poſſint conuerti , ſed per proprietatem ac aſſimilationem , ſicut homo pror-
ſus crudelis fertur verſus in beluam , & homo multum virtuoſus aſſeritur in affe-
ctum bonitatis atq; in viſcera pietatis mutatus, [humanam quoq; amiſere naturam] .i.
humanitatem perdiderunt:non ipſam naturam realiter,ſed operabiliter, id eſt, quantũ
ad vſum & debitam actionem.Itaq; perdiderunt naturam humanam, non quantum ad
eſſe,ſed quantum ad bene eſſe.Iuxta quem modum in Decreto habetur,& beatus Gre-
gorius proteſtatur,quod ſacerdotes iniqui aut ſimoniace ordinati eſſe deſinunt ſacerdo-
tes:non quod characterem ſeu poteſtatem & ordinem ſacerdocij amiſerunt, & confice
re nequeant,ſed quod ſacerdotali poteſtate vti prohibeantur, quouſq; reconcilientur.
[Sed cum vltra hoies quẽq; prouehere ſola probitas poſſit ] .i. cũ nihil formaliter valeat
hominẽ eleuare vltra hoies.i.ſupra ſtatũ & cõditionẽ,ſeu proprietatẽ naturæ humanæ,
ita vt p participationẽ vocetur angelicus ſeu diuinus,niſi probitas.i. excellẽs virtuoſitas
ſeu virtus heroica,vt in Ethicis docet Philoſophus,quæ hominẽ facit ſeipſo altiorẽ,pu-
ta diuinum [Neceſſe eſt vt quos ab humana conditione deiecit, infra hominis meritum
f de

detrudat improbitas],id eſt, malicioſitas , quæ etiam ſecundum philoſophum hominem D
Auguſtinus facit brutalem,& horum vtrumq; paucorum eſt, quia vt in homilia aſſerit Auguſtinus,
Quemadmodum perfecta virtus paucorum eſt , ita & extrema malitia eſt paucorum.
Itaq; neceſſe eſt,id eſt, neceſſario ſequitur, vt improbitas iſta detrudat ,id eſt,deijciat in-
fra meritum hominis,ideſt,infra communem hominum prauitatem,ſumendo meritum
pro demerito,eos quos ipſa improbitas deiecit formaliter à conditione, id eſt,ſpecie hu
mana ſecundũ ſenſum ꝑtactũ,non auferendo eſſe,ſed bene eſſe:neq; tollẽdo aut corrũpẽ
do veritatem eſſentiæ,ſed congruentiam actionis ac vitę.Cum enim homo ſit rationa-
lis naturæ, quanto irracionabilius atq; crudelius , ſeu inhumanius habet ſe ,tanto in
dignior eſt homo vocari. Præterea , iuxta hunc modum, cum homo ſit naturaliter
Philoſo. animal ſociale , ciuile , homo ſolus , id eſt , ſolitarie degens nominatur deus aut beſtia.
[Euenit igitur, vt quem transformatum vicijs videas , Hominem æſtimare non poſſis],
id eſt,hoc contingit & ſequitur ex prædictis , vt non poſſis de iure ſeu rationabiliter il-
lum æſtimare,id eſt,reputare ac iudicare hominem per veritatem vitæ, vſumq; rationis
rectę.quem videas , conſpexeris transformatum vicijs,id eſt,habituatum & induratum
peccatis,per quæ magis aſſimilatur beſtijs,imo dæmonibus,quam veris hominibus. Se
Ieremias. 2 cundum quod per Ieremiam deus improperat ſinagogę,hoc eſt,plebi obſtinatæ ac per-
Pſal. 21. fide iudęorũ:Quomodo cõuerſa es in prauũ vinea aliena? De quibus in pſalmo aſſerit E
Chriſtus:Circundederunt me vituli multi,tauri pingues obſederunt me. Et rurſus: Cir
cundederunt me canes multi. ¶Deinde ponit philoſophia de his multa exempla , in
quibus nõ eſt ſpecialis difficultas:[Auaritia feruet alienarũ opũ violẽtior ereptor?]hoc ē
ereptor violẽtior.i.deꝑdator multũ violẽtus opũ alienarũ.i.diuitiarũ hoim aliorũ,feruet
auaritia.i.cupiditate ſuccẽſus eſt[lupo ſimilẽ dixeris] .i.talẽ dic ſimilẽ lupo ratione rapa-
citatis,quoniã lupus eſt animal rapax,potius quam auarum. Et quod lupus omnes oues
in ouili occidit,ex guloſitate agere dicitur,magis quam ex feritate,quia ex calliditate ſua
ſibi videtur quod vniuerſas oues ſimul poterit deuorare.Sic & Chriſtus in euangelio de
Matth. 7. hypocritis loquitur:Attendite vobis à falſis prophetis,qui veniunt ad vos in veſtimen-
tis ouium:intrinſecus autem ſunt lupi rapaces . [Ferox atque inquietus linguam litigijs
exercet?],id eſt,homo ſeuerus&turbulentus linguam ſuam ad verba rixoſa relaxans[ca-
ni comparabis]huiuſmodi hominem,nõ quod in cane aut brutis ſit peccatum,ſed quan
tum ad ipſos actus & effectus in ſe attẽdũtur iſtæ aſſimilationes,quia & canis eſt animal
cholericum,latratibus ac litibus vacans, [Inſidiator occultus ſurripuiſſe fraudibus gau-
det?],id eſt, illaqueator ſecretus lætatur in hoc quod fraudulenter abſtulit bona alterius
[vulpeculis exequetur],id eſt conformatur,quia vulpes ſunt multum doloſe,& ita furã
tur gallinas & aucas.[Irę intemperans], id eſt,iracundiam nõ refrenans[fremit] , id eſt, F
crudeliter frendit in aliũ m[leonis animum geſtare credatur],id eſt,per ſuam ferociam,
iram,audaciam,animoſitatem leoni ſimilis reputetur. [Pauidus ac fugax non metuen-
da formidat?],id eſt,homo naturaliter formidoloſus & pronus ad fugam [ceruis ſimilis
habeatur.Segnis ac ſtupidus torpet?],ideſt, homo piger & ſtolidus per ignauiã tardus
eſt[aſinum viuit],id eſt,aſino comparandus eſt,& aſininus vocatur.[Leuis & inconſtans
ſtudia ꝑmutat?],id eſt,officia variat,nunc iſtud,nũc illud exercẽs, ſicut in libro de doctri
na ſcholarium de filio inconſtante ſcriptũ eſt [nihil ab auibus differt],id eſt,auibus mul
tum aſſimilatur,quæ aſſidue mutãt locum [fedis immundiſq; libidinibus immergitur?],
id eſt,aliquis homo inuoluitur ſpurcicijs carnis[ſordide ſuis voluptate detinetur],ideſt,
tanquam porca delectatione brutali vincitur,ac porco aſſimilatur.vnde&Salomon ait:
Prou. 11. circulus aureus in naribus ſuis,id eſt,porce,mulier pulchra & fatua. [Ita fit,vt qui probi
tate deſerta homo eſſe deſierit]iuxta expoſitionem iam ſępe præhabitam [cum in diui-
nam conditionem tranſire non poſſit],ideſt,diuinus fieri nequeat debili conatu,tamen
auxilio gloriæ & forti aſſiduoque anniſu poſſet conuerti,proficere,ꝑfectuſque fieri[ver
tatur in beluam] per morum corruptionem , & operum conformitatem.Iuxta hunc
ſenſum multa in diuinis ſcripturis dicuntur,vt cũ in ſecunda ſua ſanctus Petrus ait epiſto
2. Petri. 2. la de iniquis : Hi velut irrationabilia pecora naturaliter in captionem & perniciem , in
corruptiõe ſua peribũt.¶Deniq; naturales iſtæ proprietates in brutis non ſunt prauæ,
nec propter eas calumniandus eſt eorum plaſmator . Imo ſicut homines vicioſi aſſimilã
tur brutis per tales proprietates,ita&iuſti per alias qualitates brutorum. Nã &Chriſtus
dicitur



A dicitur leo in Apocalypſi:Ecce vicit leo de tribu Iuda.Similiter diabolus prima Petri:
Aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Et
ſancti prædicatores per canes deſignantur. Vnde de negligentibus non ſermocinan-
tibus paſtoribus ſcriptum eſt in Iſaia: Speculatores eius cęci omnes,canes muti,non va- Iſai. 56.
lentes latrare,videntes vana & dormiẽtes. In Geneſi quoq; Iacob patriarcha ſuis filijs
benedicens comparauit eos his brutis in bonum,dicendo, catulus leonis Iuda,Iſachar aſi Gen. 49.
nus fortis,Beniamin lupus rapax.Fiat Dan coluber in via,ceraſtes in ſemita.

## Difficultatum huius proſæ tertiæ propoſitio breuiſq; abſolutio. ARTIC. VIII. IOHANNES.

VIdetur vltima iſta Philoſophiæ ꝓbatio in fallacia ęquocatiõis peccare,dũ ar-
guit ita:Quicqd deficit à bono,eſſe deſiſtit. Arguit nãq; à bono & vno tranſ
cendentibus,ad bonum morale,& à non eſſe bonum moraliter ad non eſſe
bonum ſimpliciter:Similiter à non eſſe ſecundum quid,ad ſimpliciter non
eſſe.Nec ſequitur,Non ſunt boni virtute,ergo amittunt naturã humanam. Imo videtur
argumentatio iſta eſſe ſicut argumentatio Eraclij,aſſerentis propter continuam rerum
mutationem in accidentalibus eundem equum non bis ingredi aquam.Dionyſius: Phi
B loſophia in his exponit ſeipſam,& per verba ſequentia pandit quo ſenſu intulerit ꝗ cõclu
ſit.In moralibus autem propter morum correctionem tales perſuaſiones fieri ſolent,&
admittuntur.Iohannes:de qua beatitudine dixit philoſophia, quod præmium bonorũ
eſt,quod nullus deterit dies,nulla poteſtas dirimit,nulla improbitate fuſcatur.Dionyſius:
Quamuis hoc de ſupernaturali beatitudine,quam edocet fides,præcipue verum ſit, Ni-
hilominus etiã de naturali felicitate intellectualium creaturarum verificatur,quam bea-
titudinem in contemplatione ſitam Porphyrius & Plotinus, Auicenna & Algazel,mul
tiq; alij aſſerebant eſſe perpetuam,delicioſam,impaſſibilem & imperturbabilem. Iohan
nes: Vtrum homo poſſit vere in brutum conuerti,Et vtrum homine permanente,va
leat ipſe in figuram beſtiæ tranſmutari?ſicut de Nabugodonoſor legitur, & Ouidius in
libro de transformatis ſentire videtur.Dyoniſius: De hoc in metro ſequente tangitur,
& tractatur,Ibi igitur,reſpondebo.Iohannes: Quomodo ꝑ eandem rẽ deſignari que-
unt Chriſtus atq; diabolus,impius & vir iuſtus,præſertim ſi proprietates illæ in beſtijs nõ
ſunt malę?]Dionyſius:Per diuerſas,vt dixi,proprietates rei eiuſdem. Chriſtus ergo per
leonem exprimitur propter ſuam fortitudinem,&regiam dignitatem,imperterritam-
q; & victorioſam conſtantiam, quia de Chriſto fertur in pſalmo : Quis eſt iſte rex Pſal. 23.
glorię? dominus fortis & potens.De leone autem in libro prouerbiorum, Leo fortiſſi Prou. 30.
C mus beſtiarum,ad nullius pauebit occurſum.Præterea conſtat,quod in ſola intellectua
li rationaliq; creatura inueniantur bonum virtutis,& malum culpæ.Sed vt diuinus Dio
nyſius ait,quod eſt bonum in vno,eſt malum in alio:Sicq; eſſe ferocem in leone, & eſſe
iracundum eſt bonum in cane,non in homine.Comparatio ergo illa hominum ad bru
ta attenditur quantum ad illas brutorum proprietates ſecundum ſe ſumptas.Iohannes:
In his breuis es ſatis,ne dicam nimis:tamen ſi placet de vera & æternali beatitudine ſuper
naturali,quam Chriſtus promiſit aliquid plenius tange.Dionyſius:Supra de prolixitate
cauſatus es,& nunc de breuitate conquereris.Porro de vera & ſuperdeſiderabili electo
rum felicitate ſanctus deprompſit Bernardus:Beatificum præmium eſt deum videre , in
deo,& cum deo,& de deo perpetue viuere,atq; inſeparabiliter eſſe cum eo,qui erit om
nia in omnibus,habere deum qui eſt ſummum bonum,& vbi ſummum bonum , ſum-
ma felicitas ,ſumma iucunditas,vera libertas,perfectiſſima charitas,ęterna ſecuritas,ſecu Philip. 4.
ra æternitas.Ibi vera lætitia,plena ſcientia,incomparabilis pulchritudo,pleniſſima bea-
titudo,Ibi ęternaliter eſt pax,quę omnem ſenſum exhuperat,Ibi pietas,bonitas,lux, vir
tus,honeſtas,gloria , requies,dulcis concordia, & quicquid appetitur. Quæ ergo nos an
git veſania,viciorum ſitiri abſynthium,huius mundi ſequi naufragium,impiæ tyrãnidis
ferre dominium,& non magis aſpirare ad tantam ſalutem, ad ſanctorum felicitatem,
ad ſocietatem angelicam,ad tam inæſtimabiliter beatificam vitam , ad ſuperbeatiſſimæ
trinitatis glorioſum delicioſiſſimumq; conſpectum.Præterea,ſi iam eſſet in terris vir tan
tæ ſapiæ vt Salomõ aut tãtę ſanctitatis vt Iohãnes baptiſta,vel tot ac tãtis fulgẽs miracu
lis,ſicut Petrus Apoſt.ſeu tãtæ glorię in ꝓdicãdo vt Paulus,tãtę fortitudinis vt Sampſon,
 tantę pul-

METR. III.

tantæ pulchritudinis vt Abſolon, quam multi ad illum confluerent, à quam remotis lo- D
cis concurrerent? Quod ſi eſſet in mundo vnus homo, in quo omnes excellentię iſtæ eſſent collectæ, quantum æſtuaremus illum conſpicere? Nonne ad illum videndum à finibus terrę accurrerent vniuerſi? Et tamen omnis illa vnius illius perfectio eſſet magnitudine & numero limitata, dependens, indigens ac finita. Quæ eſt ergo excæcatio, inſipientia, peruerſitas iſta non aſpirare, non feſtinare, non incaleſcere & feruere ad claram, immediatam, æternam viſionem illius in quo omnia iſta & innumerabiles plures excellētię & perfectiones ſunt penitus infinité, ſimpliciſſimé independenter, atq; ab omni indigētia alienę? qui eſt creator & pater, Saluator, conſeruator & rex noſter. Quis non diſcurreret vſq; ad fines mundi ad videndum ſacratiſſimam virginem per horulam vnā? Cur igitur non inardeſcimus ad totius triumphantis eccleſię glorioſiſſimam, ſpecioſiſſimam, ſuauiſſimam ſocietatem? Iohannes: Heu, heu, heu, quanta eſt noſtra miſeria, quanta negligentia, quanta inconſideratio atq; accædia, quod iſta non intuemur cotidie, nec penſamus profunde. Veruntamen in his concaluit cor meum intra me, & ſicut deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat modo anima mea ad deum altiſſimum, & ad iucundiſſimā illam ſupercœleſtis palacij vniuerſitatem, in qua ſine labore vno momento ad totius ſapientiæ culmen, ad omnium ſcientiarum apicem pertingetur. Sitit iam plane anima mea ad deum fontem viuum, de cuius maieſtate tot & tanta dixerunt Philoſophi, de cuius E
iuſtitia tot & tanta horribilia dixerunt Iudæi, de cuius pietate & gratia tot & tanta loquuti ſunt Chriſtiani.

## METRVM. III. LIBRI. QVARTI.

Vela Neritij ducis
Et uagas pelago rates
Eurus appulit inſulæ,
Pulchra qua reſidens dea,
Solis edita ſemine,
Miſcet hoſpitibus nouis
Tacta carmine pocula.
Quos ut in uarios modos
Vertit herbipotens manus,
Hunc apri facies tegit,
Ille marmaricus leo
Dente creſcit & unguibus,
Hic lupis ſuperadditus
Flere dum parat, ululat.
Ille (tigris ut Indica)
Tecta mitis obambulat.
Sed licet uarijs malis
Numen arcadis alitis
Obſitum miſerans ducem
Peſte ſoluerit hoſpitis,
Iam tamen mala remiges
Ore pocula traxerant.
Iam ſues cerealia
Glande pabula uerterant.
Et nihil manet integrum,
Voce, corpore, perditis.
Sola mens ſtabilis ſupereſt,
Monſtra quæ patitur, gemit, F
O leuem nimium manum,
Nec potentia gramina,
Membra quæ ualeant licet,
Corda uertere non ualent.
Intus eſt hominum uigor
Arce conditus abdita
Hæc uenena potentius
Retrahunt hominem ſibi
Dira, quæ pœnitus meant
Nec nocentia corpori
Mentis uulnere ſæuiunt.

### Elucidatio metri tertij libri huius quarti: Vela Neritij. ARTIC. IX.

IN fine præhabitæ proſæ loquuta eſt Philoſophia de ſpirituali & vili trāſformatione hominum iniquorum in bruta: hic tangit de hoc quaſdam fabulas poetarū. Nēpe in libro methamorphoſeos refert Ouidius, q̨ Vlyſſes princeps cū ſocijs ſuis ac ſeruis naui-





A uis nauigans redeundo à Troia ad græciam terram ſuam natalem, appulſus eſt tempeſtate ad inſulam quandā, in qua regnauit dea nomine CIRCES filia ſolis: ad quā quidā ex comitiua Vlyſſis miſſi ab ea in beſtias dicuntur conuerſi. Offenderant enim deam illam in Troia, propter quod redeuntibus ſuſcitauit tempeſtatem in mari, ita quod compulſi ſunt declinare ad domum deæ illius. Itaq; ſenſus & ordo verborum eſt: Eurus, id ē, ventus orientalis ſic dictus, appulit, id eſt, vi adduxit applicareq; fecit, vela, id eſt, linthea expanſa in naui, ducis Nericij, id eſt, Vlyſſis principis ducentis ex terra Neritiæ regionis rates, id eſt, naues vagas pelago, id eſt, vage hinc inde iactatas in mari ex vento & tempeſtate. Appulit, inquā, inſulæ, qua, id eſt, in qua dea pulchra vtputa, Circes edita ſemina, id eſt, nata ex ſemine ſolis, quia ob pulchritudinem & ſapientiam ſuam dicebatur filia ſolis, quoniam ſol ſicut Apollo deus ſapientiæ vocabatur, quemadmodum & Minerua ſapiētię dea miſcet, id eſt, præparat hoſpitibus nouis, id eſt, aduenis ad ſe miſſis pocula tacta carmine, id eſt, confecta cum incantatione magicæ artis. Quos hoſpites, vt, id eſt, poſtquā manus, id eſt, virtus ſeu actus deæ præfatæ, herbipotens, id eſt, potens in herbis ad agendum ſecrete virtute herbarum, in quarum virtutibus cognoſcendis à malis fuit inſtructa ſpiritibus, vertit in varios modos, id eſt, diuerſas formas, figuras, effigies beſtiales, facies apri tegit hūc, id eſt, diſpoſitio vultus ipſius apri videbatur eſſe in vno ſociorū Vlyſ-
B ſis transformato in aprum, Ille, id eſt, alter illorum, effectus, quantum ad exteriorem effigiem, leo marmaricus, id eſt, regionis quæ Marmaria nuncupatur. Et vt fertur, eſt pars Affricæ. In qua Marmaria ſunt gentes feroces, & valde fortes leones. Creſcit dente & vnguibus, id eſt, dentes & vngues ei ſuccreſcūt. Mox enim vt homines pocula illa biberunt creuerunt eis diuerſa ad beſtias pertinentia, vt vngues, dentes & cornua. Hic, id eſt, alter illorum additus nuper lupis, id eſt, lupus apparenter effectus, dum parat flere, id ē, transformationem ſuam deplangere, quia intellectus manſit in taliter transformatis, vlulat, id eſt, vocem lupi emittit. Ille, id eſt, alter illorū factus vt tigris Indica, id eſt, ex India, in qua ſunt tigrides beſtiæ velociſſimę, obambulat tecta, id eſt, incedit in domo ſub tectis, mitis, id eſt, manſuetus nulli nocēs inſtar tigrium atrocium nociuarum. Sed licet numen, id eſt, Deus quidam arcadis alitis, puta Mercurius miſerās ducem videlicet ipſum Vlyſſes, cui condoluit, obſitum malis varijs, id eſt circundatum diuerſis periculis maris ac deæ præfatæ, ſoluerit, id eſt ipſum Vlyſſem liberauerit peſte, id eſt, à peſtifera transformatione deæ illius: Quam ſcilicet trāsformationem dea illa, imo truſatrix, maga & peſſima intulit alijs ſuis nigromanticis artibus. Vt enim fingit Ouidius, Ipſe Mercurius ſciens quid contigerat legatis VLYSSIS imo & quid ei etiam imminebat, præſtitit ei album florē, cuius virtute ab illa transformatione pręſeruabatur. Iam tamen remiges, id eſt, du-
C ctores remorum, VLYSSIS traxerant ore, id eſt, potauerant ore, pocula illa mala incantationibus mixta. Nā ſues, id eſt, ſocij VLYSSIS tranſmutati in ſues ſeu apros ſecundum exteriorem effigiem, verterant, id eſt, imuitauerant pabula cærealea, id eſt, facta ex bladis ſeu frugibus, quorum dea dicitur Ceres, glande pro panibus, qui ſunt cibi humani, vtebantur glandibus, id eſt, alimentis porcinis. Iam in illis tranſmutatis nihil manet, id eſt, nil manſit integrum in eorum corporibus, corpore & voce perditis, id eſt, vniuſcuiuſq; eorum corpore ac voce à naturali diſpoſitione perditis, id eſt, mutatis, mēs ſola, id eſt, rationalis atq; ſuperior pars animæ ſtabilis ſupereſt, id eſt, perſeuerauit in eis & gemit, id eſt, cum gemitu dolet, mōſtra, i. monſtruoſas mutationes, quas patitur, id eſt, tunc patiebatur. ¶ Conſequenter dicit Philoſophia, quod illa transformatio leuior & tolerabilior eſt, quam præfata transformatio hominum in bruta per vicia, O, exclamatorie, manum nimium leuem, id eſt, vim & operationem Circæ deæ dico leuem nimiū, id eſt, valde, nec gramina illa dico fuiſſe potentia, id eſt, magnæ virtutis, quæ licet valeant vertere membra, id eſt, corporis partes mutare in effigiem beſtialem, non tamen valent corda vertere, id eſt, mutare & auferre intus, id eſt, in anima eſt hominum poteſtas & vſus rationis conditus, id eſt, abſconditus arce, id eſt, in ſublimitate abdita, id eſt, ſecreta. In qua arce imago ſummæ trinitatis relucet. Hæc venena, id eſt, vicia detrahunt potētius hominem ſibi, id eſt, auferunt ſibi vſum expeditum rationis, & deprimunt eum ſub ſeipſo ac beſtijs ſtatuūt viliorē, & dira penitus, quia & mentē obdurant & obicē ponunt gratiæ dei, nec cedunt admonitionibus bonis, inſtinctibuſq; ſalubribus ſpiritus ſancti ac angelorum, meant, id eſt, tranſeunt vſq; ad intimas ac ſupremas animæ vires, quas obſcu

METR. iii rant ac lædunt:Ideo ſubditur,Nec nocentia corpori,id eſt,carnem non affligentia, nec D
vulnerantia ſęuiunt,id eſt,atrociter nocent ac ledunt vulnere mentis.i.ipſam animã ſpi
ritaliter occidendo,quemadmodũ in libro Sapientiæ habetur:Os quod mentitur occi-
Sapien.16 dit animam.Et rurſus in libro eodem:Homo per malitiam occidit animam ſuam, Ideo
Eſai.27. loquitur Iſaias:Hic eſt omnis fructus,vt auferatur peccatum.Eccleſia quoq; cantat:Nul
la nocebit aduerſitas,ſi nulla dominetur iniquitas.Veruntamen quædam peccata vt gu
la,luxuria etiam corpori nocent:non tamen tam euidenter & directe vt animæ,nec cor
pus eſt proprie ſubiectum peccati formaliter ſumpti. De talibus animabus in Ezechie-
Ezech.13. le inducitur:Viuificabant animas quæ non viuunt. ¶At vero horum poeticorum di-
ctorũ ſpirituali inſiſtere reor indignũ,Q m̃ tñ Philoſophia hæc narrat,breuiter dico,ꝙ
per Vlyſſem intelligi poteſt intellectus ſeu ratio,quæ eſt dux,princeps & oculus mentis,
& alias dirigit vires.Familia vero huius ducis ſunt inferiorum viriũ actus ſenſitiuiq; ap-
petitus,affectiones & paſſiones.Per Circem deſignatur mundana proſperitas,q̃ multi
appræciantur & q̃runt ac amant vt deã.Hæc proſperitas rationi inſidiatur, & eã quærit
ſubuertere ac beſtialem efficere,quemadmodũ actus & motus ſenſualitatis ſibi ſubiuga-
re atq; allicere nititur.Porro per numẽ arcadis alitis intelligit̃ auxiliũ gratiæ dei ac diui
nus inſtinctus:qui florẽ album.i.puritatis amorẽ ac gratiæ lumen & ſapientiæ claritatẽ
menti infundit,quibus cõtra fallacias proſperitatis terrenę munitur.& famulos ſuos de E
Luce 15. ceptos reducit.Cauendum eſt igitur ne mundanæ proſperitatis pocula infecta.i.oblecta
mẽta vana guſtemus, nec hauriamus,ne in bruta vertamur,nec cũ filio prodigo ſubſtan
tiam noſtram cũ ſcortis turpiter viuendo conſumamus. ¶Iohannes.Ingens mihi circa
pręhabita oritur admiratio an arte magica poſſint humana corpora in liniamenta,orga
niſationem & figuram brutalium corporum tranſmutari,An etiam vere ſint geſta quę
hic recitantur in litera de hominibus trãsformatis.Dionyſius,Iſta materia à doctoribus
ſuper ſecundum ſententiarum tractatur.Beatus quoq; Auguſtinus libro de ciuitate dei
multa ſuper his ſcribit:Nulla,inquiens,ratione crediderim operatione dæmonũ aut ali
qua nefaria arte hoc veraciter fieri poſſe.Hinc doctores Auguſtinum ſequendo affir-
mant,ꝙ ſicut dæmones aſſumere poſſunt corpora quædã aerea ſeu alia & in illis appa-
rere,loqui ac facere multa:Sic corporalibus rebus ſuperinducere,circundare& quaſi ſup-
ueſtire poſſunt corpora quædam ſimilia corporibus beſtiarum,aliarumve rerum.Sicq;
homines quibus permittuntur talia facere videntur transformati in bruta. Ad hęc q̃q;
& conſimilia peragenda poſſunt applicare varia rerum ſemina,vires herbarum ac lapi-
dum,& conſimilia naturalia agentia abdita,per quæ oĩa infelix gentilitas fuit varijs mo
dis decepta:Verum hæc omnia diaboli machinamenta,& deorum dearumq; figmen-
ta per beatiſſimos Chriſti Apoſtolos & eorum diſcipulos in toto orbe ſunt patefacta,cõ F
futata,& pro maxima parte deſtructa,in tm̃ q̃d etiam q̃ plures Nigromantici magni vi
dẽtes artes & machinas ſuas virtute crucis Chriſti ac fidei totaliter ſupari,ſunt ad Chri-
ſtum conuerſi.Verum de his plurima introduci hic poſſent,de quibus pertranſeo, q̃m
ſuper ſecundum Sententiarum de eis plenius ſcripſi, pleniſſime tamen in tractatu cõtra
errores Valdenſium,& cõtra magicas artes.Quę aũt in textu dicuntur de transforma-
tione hominum in corpora beſtiarum intelligenda ſunt quãtũ ad exteriorem effigiem.
Et potuit eſſe quod vere circundata fuerunt hominibus illis corpora quędam brutalia,
quod nihilominus apparere ſic poſſet per exteriorum ſenſuum illuſionem,ac alijs modis
prout locis pręfactis expreſſi.Deniq; recitat Auguſtinus qualiter circa ipſa fuerũt muli
Auguſtinus eres quædam malignæ,quę dabant hominibus caſeum ad edendum.Quo ſumpto vide
bantur verſi in aſinos,& onera eis ſuperpoſita deferebant.Si autem illi de quibus in hoc
metro narratur amiſiſſent realiter liniamenta & organa corporum humanorum, non
potuiſſent in beſtialibus illis corporibus vti ratione & intellectu vigere.Iohannes:Iam ſi
placet reſponde,quid de Nabugodonoſor rege Babylonis tenendũ ſit,an corpus eius fu
it realiter in beſtialẽ figurationem mutatũ.Dionyſius:Ioſephus & alij quidam dixerũt
Ioſeph. an. lib.10,cap. 11. quod imo,ꝙ probant ex textu viſionis Danielis quo legitur,ꝙ rex ille reuerſus ad men-
tem dixit figura mea reuerſa eſt ad me.Attamen expoſitores communiter tenent con-
Danie 4. trarium,& quod regi illi apparuit ſic ſe eſſe mutatũ & ad priſtinam figurã reductũ.Nec
dubium,quin omnipotenti deo hoc facere fuiſſet perfacile.Et de hac re ſup Danielẽ ſcri-
pſi cõpletius, Iohannes: Philoſophia in proſa p̃habita dixit vicioſos cõſiſtere impotẽ-
tes:quo-



A tes,quomodo ergo nunc ait,vitia potentiora eſſe dea Circe & herbis.Dionyſius:Meta
phorice dicit hoc,& nomen potentiæ ſumendo extenſe,vt in expoſitione proſæ illius
expreſſi,Poſtremo,transformatio triplex eſt:vna naturalis,vt quando ex vno elemẽto
aliud generatur,& vermis ex carne.Alia ſpiritalis,vt dum homo per vicia tranſmutatur
in beſtiam.Tertia magicalis,de qua hic facta eſt menſio.

## PROSA QVARTA LIBRI QVARTI.

TVm ego:Fateor inquam,nec iniuria dici uideo uitioſos,
tametſi humani corporis ſpeciem ſeruent,in beluas tamẽ
animorum qualitate mutari.Sed quorum atrox ſcelera-
taque mens bonorum pernicie ſæuit, idipſum eis licere
noluiſſet.P.Nec licet,inquit,uti conuenienti monſtrabi-
tur loco: ſed tamen ſi idipſum quod eis licere creditur,
auferatur,magna ex parte ſceleratorum hominum pœna releuetur.Ete-
B nim quod incredibile cuiquam forte uideatur,infeliciores eſſe neceſſe eſt
malos cum cupita perfecerint, quam ſi ea quæ cupiunt, implere non
poſſint. Nam ſi miſerum eſt uoluiſſe praua, potuiſſe miſerius eſt,ſi-
ne quo uoluntatis miſeræ langueret effectus. Itaque cum ſua ſingulis
miſeria ſit, triplici infortunio neceſſe eſt urgeantur, quos uideas ſce-
lus uelle & poſſe & perficere.Boethius:Accedo inquam,ſed uti hoc in-
fortunio cito careant, patrandi ſceleris poſſibilitate deſerti, uehemen-
ter exopto. Phil.Carebunt(inquit)ocyus, quam uel tu forſitan uelis,uel
illi ſeſe exiſtiment eſſe carituros. Neq; eñ eſt aliq̃d in tam breuibus ui-
uitæ mẽtis ita ſerum,quod expectare lõgum immortalis pręſertim ani-
mus putet. Quorum magna ſpes & excelſa facinorum machina,repen-
tino atque inſperato ſępe fine deſtituitur.Quod quidem illis miſerię mo-
dum ſtatuit.Nam ſi nequitia miſeros facit,miſerior ſit neceſſe eſt diutur
nior nequam. Quos infeliciſſimos eſſe iudicarem,ſi nõ eorum malitiam
C ſaltem mors extrema finiret.Etenim ſi de prauitatis infortunio uera con
cluſimus,infinitã liquet eſſe miſeriã q̃ cõſtat eſſe æternã. B.Tũ ego,mi
ra quidẽ (inquã)& cõceſſu difficilis illatio:ſed his eã,quæ prius conceſ-
ſa ſunt,nimium conuenire cognoſco.P.Recte(inquit)exiſtimas:ſed qui
concluſioni accidere durum putat,æquum eſt uel falſum aliquid pręceſ-
ſiſſe demonſtret, uel collationem propoſitionum non eſſe efficacem ne-
ceſſariæ concluſionis oſtendat.Alioquin conceſſis præcedentibus,nihil
prorſus eſt, quod de illatione cauſetur. Nam hoc quoque quod dicam,
non minus mirum uideatur, ſed ex his quæ ſumpta ſunt, æque eſt ne-
ceſſarium. B. Quidnam inquam? P. Feliciores eſſe(inquit)improbos
ſupplicia luentes, quam ſi eos nulla iuſtitiæ pœna coerceat. Neque
id nunc molior, quod cuiuis ueniat in mentem, corrigi ultione prauos
mores, & ad rectum ſupplicij terrore diduci, cæteris quoque exem-
plum eſſe culpanda fugiendi. Sed alio quodam modo infeliciores eſſe
improbos arbitror impunitos,tametſi nulla ratio correctionis,nullus

 reſpectus

PROSA IIII. reſpectus habeatur exempli. B. Et quis erit, inquã, præter hos alius modus? P. Et illa bonos, inquit, eſſe felices, malos uero miſeros nonne conceſſimus? Boet. Ita eſt inquam. Philoſophia: Si igitur, inquit, miſeriæ cuiuſpiã bonum aliquod addatur, nonne felicior eſt eo, cuius pura ac ſolitaria ſine cuiuſpiam boni admixtione miſeria eſt? B. Sic uidetur inquã. P. Quid ſi eidem miſero, qui cunctis careat bonis, prçter ea quibus miſer eſt, malum aliud fuerit annexum, nonne multo infelicior eo cenſendus eſt, cuius infortunium boni participatione releuatur? B. Quid ni inquam? P. Habẽt igitur improbi, cum puniuntur, quidem boni aliquid annexum, pœnam ipſam ſcilicet, quæ ratione iuſtitiæ bona eſt: ijdemq; cum ſupplicio carent, ineſt eis aliquid alterius mali ipſa impunitas, quam iniquitatis merito malum eſſe confeſſus es. B. Negare non poſſum. P. Multo igitur infeliciores improbi ſunt, iniuſta impunitate donati, quam iuſta ultione puniti. Sed puniri improbos iuſtum, impunitos uero elabi, iniquum eſſe manifeſtum eſt. B. Quis id neget? Sed ne illud quidem (ait) quiſquam negabit, bonum eſſe omne, quod iuſtum eſt, contraque quod iuſtum eſt, malum liquet eſſe. B. Tum ego: Iſta quidem conſequentia ſunt. Sed quæſo (inquam) te, nulla ne animarum ſupplicia poſt defunctum morte corpus relinquis? P. Et magna quidem, inquit, quorum alia pœnali acerbitate, alia uero purgatoria clementia exerceri puto. Sed nunc de his diſſerere conſilium non eſt. Id uero hactenus egimus, ut quæ indigniſſima tibi uidebatur malorum poteſtas, eam nullam eſſe cognoſceres: quosque impunitos querebare, uideres nunquam improbitatis ſuæ carere ſupplicijs. Licetiam, quam cito finiri precabaris, nec longam eſſe diſceres infelicioremq; fore ſi diuturnior: infeliciſſimã uero, ſi eſſet æterna. Poſt hec miſeriores eſſe improbos iniuſta impunitate dimiſſos, q̃ iuſta ultiõe punitos. Cui ſentẽtiæ cõſequẽs ẽ, ut tũ demũ grauioribus ſupplicijs urgeãtur, cũ impuniti eſſe credũtur. B. Tũ ego, cũ tuas, inquã, rões cõſidero, nihil dici uerius puto. At ſi ad hominum reuertar iudicia, quis ille eſt, cui hec non credenda modo, ſed ſaltem audienda uideantur? P. Ita eſt, inquit, illa. Nequeunt enim oculos tenebris aſſuetos ad lucẽ pſpicuę ueritatis attollere, ſimilesq; auibus ſunt, quarũ intuitũ nox illuminat, dies cęcat. Dũ em̃ nõ rerũ ordinẽ, ſed ſuos intuentur affectus, uel licentiã, uel impunitatẽ ſcelerũ putant eſſe felicia. Vide autẽ qd ęterna lex ſanciat. Melioribus animũ ſi cõfirmaueris, nihil opus eſt iudice premiũ deferẽte, tu teipſe excellẽtioribus addidiſti. Si ſtudium ad peiora defl exeris, extra ne quæſieris ultorem, tu te ipſe in deteriora detruſiſti: ueluti ſi uicibus ſordidam humum, cælumque reſpicias, cunctis extra ceſſantibus, ipſa cernendi ratione nunc cœno, nunc ſideribus intereſſe uidearis. At uulgus iſta non reſpicit. Quid igitur? his ne accedamus, q̃s beluis ſimiles eſſe mõſtrauimus? Quid ſi qs amiſſo penitus uiſu, ipſum etiam ſe habuiſſe obliuiſceretur intuitum, nihilque ſibi, ad huma-



A nam perfectionem deeſſe arbitraretur, num uidentes eadem cæcos putaremus? Nonne illud quidem acquieſcent, quod ęque ualidis rationum nititur firmamentis, infeliciores eſſe eos qui faciunt, quam qui patiantur iniuriam? B. Vellem (inquam) has ipſas audire rationes. P. Omnem (inquit) improbum num ſupplicio dignum negas? B. Minime inquam. P. Infelices uero eſſe qui ſunt improbi, multipliciter liquet. B. Ita eſt inquam. P. Qui igitur ſupplicio digni ſunt, miſeros eſſe num dubitas? B. Conuenit inquã. P. Si igitur cognitor (ait) reſideres, cui ſupplicium inferendum putares, ei ne qui feciſſet, an qui pertuliſſet iniuriam? B. Nec ambigo (inquam) quin perpeſſo ſatisfacerem dolore facientis. P. Miſerior igitur tibi iniuriæ illator, quam acceptor eſſe uideretur. B. Conſequitur inquam. P. Hac igitur, alijsq; de cauſis ea radice nitẽtibus (q̃ turpitudo ſuapte natura miſeros faciat) apparet, illatam cuilibet iniuriam, non

B accipiẽtis, ſed inferentis eſſe miſeriã. Atqui nũc, ait, cõtra faciũt oratores. Pro his em̃ qui graue quid acerbũq; perpeſſi ſunt miseratione iudicum excitare conãtur: cũ magis admittẽtibus iuſtior miſeratio debeat, quos nõ ab iratis, ſed a ꝓpicijs potius, miſerãtibusq; accuſatoribus ad iudiciũ, ueluti, ægros ad medicũ duci oporteat, ut culpæ morbos ſupplicio reſecarent: quo pacto defenſorũ opera uel tota frigeret: uel ſi prodeſſe hominibus mallet, in accuſatiõis habitum uerteretur. Ipſi quoque improbi ſi eis aliqua rimula uirtutem relictam fas eſſet aſpicere, uitiorumque ſordes pœnarũ cruciatus ſe depoſituros uiderent, compenſatione adipiſcendæ probitatis, nec hos cruciatus eſſe dicerent, defenſorumque operam repudiarent, ac ſe totos accuſatoribus iudicibusque permitterent. Quo fit, ut apud ſapientes nullus prorſus odio locus relinquatur. Nam bonos quis niſi ſtultiſſimus oderit? malos uero odiſſe, ratione caret. Nam ſicuti corporum languor, ita uitioſitas quidam eſt quaſi morbus animorum.

C Cum ægros corpore minime dignos odio, ſed potius miſeratione iudicemus, multo magis non inſequendi, ſed miſerandi ſunt, quorum mentes omni languore atrocior urget improbitas.

Elucidatio quartæ proſæ huius libri quarti: Tũ ego. ARTIC. X.

DEinceps Philoſophia docet ac probat tertiũ ſupra in prima huius quarti libri proſa promiſſum, videlicet, bonis hominibus ſemper euenire felicia, & infelicia, malis. Primo itaque Boethius approbans prçinducta affirmat, [Tum: Ego] Boethius [inquam], id eſt, dico & fateor quæ dixiſti: [nec video,] id eſt, non intelligo [dici iniuria], id eſt, ex iniuria ſeu iniurioſe [vicioſos mutari in beluas qualitate], id eſt, irrationabili prauitate [animorum], id eſt, cordium ſuorum. Vnde de Achab rege impio & doloſo dominus deus dixit ad Iſaiam: Vade & dic vulpi illi. Quod & Chriſtus in euangelio protulit de Herode: dicite, inquiens vulpi illi. Similiter Amos ad carnales & accidioſos principes Iſrael. Audite Ait vaccæ pingues, quæ eſtis in monte Samarie. [Tametſi], id eſt, quamuis [ſeruent ſpeciem], id eſt, veritatem ſpecificam, diſpoſitionem & figuram [corporis humani] Sic & ſub habitu religioſo multi gerunt cor ſeculare, atque ſub veſte ouium cor lupinum, [Sed quorum], id eſt, quorum hominum [mens atrox,] id eſt, crudelis in proximos tranſgrediendo præcepta ſecundę tabulæ [& ſcelerata] in deum, per preuaricationem prçceptorum tabulę primę [ſeuit], id eſt, feraliter habet ſe [pernicie bonorum

PROSA III. bonorum],id eſt,bonis hominibus inferendo perniciem , id eſt,damna atq; incommo- D
da,Ideo in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt : Si communicabit lupus cum agno aliquando,ſic
peccator iuſto.Quæ communicatio homini ſancto ad canem?Hinc Chriſtus dixit diſ-
cipulis ſuis:Si me perſequuti ſunt,& vos perſequentur . [idipſum eis licere noluiſſem],id
eſt,non voluiſſem iniquis hoc licitum eſſe, vel potius vellem quod hoc eis non permit-
teretur, neq; poſſibile eſſet . [ Nec licet inquit ] , id eſt, philoſophia reſpondit:Hoc ip-
ſum non licet iniquis[vti] ,id eſt,ſicut[conuenienti monſtrabitur loco] Certum eſt au-
tem quod non liceat eis ita, quod ſine culpa id facere valeant. [ Et ſi idipſum quod
eis licere creditur, auferatur, ] id eſt, ſi licentia ſeu poſſe agendi aliquid in damnum
& grauamen iuſtorum tollatur impijs[magna ex parte ſceleratorum hominum pœna
releuetur]quia quo minus peccant,eo pęnā merentur minorem,imo ad maiorem eorū
damnationem permittuntur perſequi iuſtos.Hinc Plato loquitur in Phedone: Etenim
ſi anima moreretur,lucrum inuentum eſſet malis morientibus à corpore pariter libera-
ri & à malitia,[Etenim quod incredibile forte videatur alicui,infeliciores neceſſe eſt eſſe
malos cum cupita perfecerint,quam ſi ea quæ cupiunt implere non poſſint]hoc eſt,ne-
ceſſe eſt malos eſſe plus infelices dum optata mala compleuerint , quam dum ea exequi
nequeunt.Cū enim ſit duplex miſeria ſeu infelicitas,Vna culpę,alia pœnę,certū eſt ꝙ ſi
cut homo eſt tāto infelicior infelicitate ſeu miſeria pœnæ, quāto pluribus ac maioribus E
pœnis torquetur:Sic tanto infelicior eſt infelicitate culpę, quo pluribus ac enormiori-
bus vicijs inquinatur.De primis miſerijs ait Chriſtus in pſalmis:Repleta eſt malis anima
mea.& rurſus ad patrem: Elongaſti à me amicum & proximum , & notos meos à mi-
ſeria.Hinc præcipua gratia dei eſt,quod retrahit hominem ab executione mali propo-
ſiti. Propter quod D A V I D flexus deprecatione Abigail , ne virum eius Na-
bal iniquum occideret,ſicut ex commotione iræ propoſuit,dixit: Benedictus dominus,
qui prohibuit me hodie ne vlciſcerer me,& venirem ad ſanguinem. Vnde ſecundo Ma-
chabeorum libro aſſeritur:Etenim non diu ſinere peccatoribus ex ſententia agere , ſed
ſtatim vltiones adhibere,magni beneficij eſt indicium.Grauiſſima vero dei ira vocatur
dum permittit hominem ad libitum ſuum in concupiſcentijs & peruerſitatibus ſuis am-
bulare impune,ſicut de reprobis proteſtatur:Dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eo-
rum,ibunt in adinuentionibus ſuis.De quibus ſanctus Iob loquitur : Non eſt virga dei
ſuper eos.Quod myſterium forte videatur,id eſt videri poterit alicui adhuc carnali non
ſpirituali incredibile.Nēpe vt ait Apoſtolus : Carnalis homo nō ſapit ea quæ ſunt ſpi-
ritus dei:Imo ſtultitia eſt illi. Ideo ſibi apparet quod impij ſunt felices, qui diuitijs,deli-
tijs , honoribusq; habundant : & tanto feliciores,quāto diutius in talibus amplius proſ-
Pſal.9. perantur,quia diuini rigorem iudicij non attendunt, iuxta id pſalmi: Auferuntur iudi- F
cia tua à facie eorum.Iſtud ergo Philoſophia declarat:[Nam ſi miſerum eſt voluiſſe pra-
Oſee. 8. ua],id eſt,illicita.De qua voluntate iniqua dominus aſſerit per Oſeę prophetam: Con-
fundetur Iſrael in voluntate ſua.Imo non ſolum velle inique,ſed etiā cogitare huiuſmo-
Eſai. 1. di reprobatur à deo,dicente: Væ qui cogitatis inutile.Et :Auferte malum cogitationū
veſtrarum ab oculis meis[potuiſſe miſerius eſt] ,id eſt,ſequitur quod mala potuiſſe effi-
cere potentia perducta in actum , quantum eſt ex parte volentis, ita quod eſt volun-
tas imperatiua & plena quæ reputatur pro opere,ſit maioris calamitatis.Habuiſſe au-
tem ſolum habitualem aut aptitudinalem potentiam ad peccandum,non eſt peccatum.
[Sine quo voluntatis miſeræ languet effectus,] id eſt, ſine quo poſſe imperatiuo , effe-
ctus , id eſt , exequutio voluntatis miſeræ , langueret , id eſt , deficeret nec comple-
retur . [ Itaq; cū ſua ſingulis miſeria ſit]hoc eſt,ex quo ſingulis,i.tam voluntati actuali,
quam poſſibilitati extentæ in opus pro poſſe ac etiam effectui inde ſequenti ſua miſeria
ſit.i. propria calamitas ſeu culpa,quia vnumquodq; eorum eſt culpabile,[Triplici infor-
tunio neceſſe eſt vrgeantur],id eſt,neceſſario ſequitur,quod vrgeantur,id eſt ſpiritaliter
coartentur & torqueantur[quos videas ſcelus velle poſſe & perficere,]id eſt,quicunq;
volunt & valent & exequuntur iniquitatem . Verum tamen non ſunt tria ſpecialia ac
diſtincta peccata, quando ſunt circa idem obiectum,nec ipſe ſeparantur,]vt infra pate-
bit.[B.Accedo inquam,]id eſt,mente conſentio,¶ Conſequenter probatur,quod im-
piorum poteſtas ſit breuis , non diuturna, [Sed vti hoc infortunio cito careant pa-
trādi ſceleris poſſibilitate deſerti,vehemēter exopto]hoc eſt,ego Boethius exopto.i. ex
corde



A corde opto vehementer vti,id eſt,quatenus ipſi iniqui deſerti,id eſt,priuati poſſibilitate
ſceleris patrandi,id eſt,facultate peccandi,careant cito hoc infortunio id eſt,triplici prę
fata miſeria.Iſtud licitum eſt optare,ſic tamen vt mors iniquorum non appetatur con-
tra exigentiā charitatis,ſed vt pœnitentes ceſſent à vicijs,atq; de cętero virtuoſe ſe ha-
beant.[P.Carebunt inquit,ocius],id eſt,prout Philoſophia ait, Iniqui carebunt præfa-
to diſſortunio , ocyus,id eſt,celerius[quam vel tu forſitā velis]quam vel tuipſe velis,id ē,
optabis forſitan. Additq; forſitan ad innuendā flexibilitatem liberi arbitrij: Vel quia fu
tura certo non pręnouit.[Vel,illi ſeſe exiſtiment eſſe cariturus triplici infortunio ſeu vi
cio illo.Neq; enī eſt aliquid in tam breuibus vitæ metis ita ſerum,quod expectare longū
immortalis præſertim animus putet,]Neq; enim,id eſt,quia non eſt aliquid in metis tā
breuibus,id eſt,in vijs & terminis valde breuibus vitæ præſentis. Hoc eſt,nullum tem-
porale & tranſitorium, habens præfixam ſibi periodum in tempore vitæ huius ita ſe-
rum,id eſt,tam tardum ac diuturnum,&tam diu durans,quod animus,id eſt, ſpiritus ſeu
mens,præſertim immortalis,vt eſt anima rationalis,expectare putet,id eſt rationabili-
ter æſtimare debeat eſſe longum,ſaltem reſpectu æternitatis futuræ ,cuius comparatio-
ne vita præſens quantumlibet longa,eſt quaſi momētum,vt ſupra eſt habitum.Ideo ait Gregorius
Gregorius:finis rei temporalis indicat quia res talis prope finem fuit , etiam cum ſtare
B videbatur.Curſus temporalium monſtrat,quam breue fuit quod tranſire terminariq;
potuit.Chryſoſtomus quoq;: Centū annos ſi placet demus delicijs:addamus &alios cē-
tum imo addamus &mille,quid ſunt omnia iſta ad æternitatem?Si primus homo vſq;
in hodiernum diem vixiſſet,& hodie moreretur,nonne totum tempus præteritum eſſet
tanquam momentum , quo ad imminentem durationem , quæ nunquam terminabi
tur. Sic dici poteſt de alijs, quia ſi Octauianus imperator vſq; in hanc horam regnaſſet,
& modo decederet,nonne totum præteritum eſſet vt vmbra quæ repente euanuit , &
impijs ſola remanent ſcelera, quæ æterna ſortiuntur ſupplicia? [Quorum magna ſpes
& excelſa facinoroſorum machina repentino atque inſperato fine ſæpe deſtruitur.]
Hoc eſt,Quorum,vtputa,iniquorum ſpes,id eſt,grandis pręſumptio,ſeu res ſperata vel
præſtolatio vana,& machina,id eſt,congeries ſeu compago facinoroſorum actuum, de Matt.6.
q̃bus ait ſaluator:Si oculus tuus fuerit neq̃.i.intētio puerſa, totū corpus tuū tenebroſum
erit.i.congeries operationū tuarū erit iniqua,deſtituitur ſæpe fine repentino, id ē,celer
rime veniente & conſummato atq; inſperato.i.inopinato,imparato &improuiſo . Vn Eccle.8.
de Eccleſiaſtes ait:Non ſit bonum nec prolongentur dies eius,ſed tanquam vmbra prę
tereant,qui non timent faciem domini.De quibus loquitur Iſaias:Non ſatus nec radica Iſaię.40.
tus in terra truncus eorum,ſubito ſufflauit in eos,&aruerunt. Et Pſalmiſta:vidi impium Pſal.39.
C ſuperexaltatum & eleuatum ſicut cedros libani,& tranſiui,& ecce non erat, & queſiui
eum,&non eſt inuentus locus eius.[Quod quidem illis miſeriæ modum ſtatuit,]Quidē
ꝓ certo,hoc.i.tā īprouiſe ac ſubito deſtrui ſtatuit.i.fecit ac poſuit modū.i.mēſurā ac ter-
minum miſeriæ,id eſt,impietatis culpæ illis,puta iniquis &reprobis,de quibus Iob pro- Iob. 28
fert:ſemitam ſeculorum cuſtodierūt viri iniqui , qui ante tempus ſuum ſublati ſunt,
ne ſcilicet viuendo diutius excederent grauius,&intollerabilius damnarentur.Quo con
ſtat quod deus omnipotens incorrigibiles tales quandoq; miſericorditer aufert . Inter-
dum vero quoſdam tales diu viuere ſinit,vt iuſtior appareat eorum damnatio,&ex alijs
cauſis diuerſis ſibi cognitis , nobis incognitis , Vnde & Chriſtus qui quoſdam tyran
nos in ſanctorum martyrum martyrizatiōe,& quoſdam ſtatim poſt illam repente pla
gauit ac interfecit,ſuijpſius interfectores ſęuiſſimos Annam & Caypham diu ſatis poſt
ſuam crucifixionem ſubſiſtere condonauit,vt nullam prorſus excuſationem haberent.
[Nam ſi nequitia facit miſeros]id eſt, q̃a iniquitas facit homines eſſe miſeros,& hoc ini-
quitas facit in genere cauſæ formalis,& per modum cauſæ meritoriæ,vel potius demeri
torię.Peccator autem in genere cauſæ efficientis facit ſe miſerum miſeria culpæ. Iudex
vero cœleſtis efficit eum miſerum miſeria pœnæ,eum iuſte damnando.Ideo in prouer-
bijs Salomon loquitur:Iuſtitia eleuat gentem,miſeros facit populos peccatum.Iacobus
quoq; talibus dicit, Agite nunc diuites plorate vlulantes in miſerijs,quæ aduenient vo- Prouer. 14. Iacobi. 5.
bis.[Miſerior ſit neceſſe eſt diuturnior nequam]id eſt , cum culpa hominem faciat mi-
ſerum , neceſſe eſt , id eſt , neceſſario concluditur , quod nequam diuturnior , id eſt,ho-
mo ini-

PROSA. IIII. mo iniquus in peccatis diutius manens & creſcens fit miſerior, id eſt, magis infelix, quoni- D
am aucta cauſa augetur effectus, de tali miſero dicit in Eccleſiaſtico: Peccator adijciet ad
Eccle. 9 peccandum. Ideo tales miſerrimos qui tanto miſeriores conſiſtunt quanto minus hoc
ſentiunt & aduertunt Iſaias ſanctus hortatur: Redite præuaricatores ad cor. [Quos in
Iſa. 46. feliciſſimos eſſe iudicarem, ſi non eorum malitiam ſaltem mors extrema finiret] Nam
Gregorius. vt fatur Gregorius, Si impij ſine fine viuere poſſent, ſine ſine peccarent. Quamuis au-
tem morientes in peccato mortali maneant ſine fine in prauitatis ſuæ affectu, atq; per-
petue in inferno deum blaſphement, non tamen poſt ſeparationem à corpore demeren
tur, nec eſt eis lex poſita ad bene viuendum, cum non poſſint reuerti ad bonum. Hinc
proprie loquendo non peccant, cum peccatum ſit, teſte Ambroſio diuinæ legis tranſ-
greſſio: attamen male agunt quemadmodum & beati bene imo & optime agunt, non
tamen merentur. Mors quippe eſt terminus promerendi, ac demerendi, propter quod aſ
ſerit Damaſcenus libro. ij. Quod angelis eſt caſus, hoc hominibus ē mors. [etenim ſi de
prauitatis infortunio vera concluſimus] id eſt, quia recte probauimus, quod prauitati ſeu
culpæ debetur pęna, quæ eſt aduerſitas & infortunium durum [infinitam liquet eſſe mi
ſeriam, quam conſtat eſſe æternā]. i. ſine fine durantē ac indeſinenter maiorem ac graui
orem. Iccirco ſi impij immortales eſſent in ſeculo iſto, iniquitates eorum augerentur in
infinitum. Itaq; liquet, id eſt, patet, miſeriam, id eſt, culpam eſſe infinitam extenſiue, atque E
quodammodo intenſiue creſcendo aſſidue, quæ eſt ęterna, id eſt, ſine termino durans &
creſcens, ſicut eſſet ſi hæc vita ſine careret. Ad hæc Boethius, [Tum ego mira quidem
(inquā) & cōceſſu difficilis illatio] Hoc ē illatio. i. cōcluſio ſeu cōſequētia iſta ē mira & dif
ficilis conceſſu, id eſt, grauis ad concedendum. Nam & quidam magni philoſophi vt Aui
cenna, Algazel ac alij quidam dixerunt miſeriam non eſſe æternam, quia vt Ariſtoteles
dixit, nullum violentum eſt perpetuum, nec putabant pro temporali flagitio inferri æ-
Philoſo. ternum ſupplicium. Sed mentita eſt iniquitas ſibi, & quod credere noluerunt iam miſe
Pſal. 26. ri experiuntur, [Sed his eam quæ prius conceſſa ſunt nimium nimirum conuenire cog-
noſco] id eſt, Ego Boethius noſco & video eam, id eſt, iſtam illationem conuenire nimi-
rum, id eſt, ſine irrationabili admiratione concordare his quę prius conceſſa ſunt. [P. Re
cte (inquit) exiſtimas] id eſt, Philoſophia ait, O Boethi tu exiſtimas, id eſt, rationabiliter
ſentis. [Sed qui concluſioni durum accedere putat] id eſt, qui iudicat durum vel irrati-
onabile eſſe huic concluſioni accedere per conſenſum, id eſt, conſentire eidem [æquum
eſt vel falſum aliquid præceſſiſſe demonſtret.] Hoc eſt æquum ſeu iuſtum eſt vt demon-
ſtret, id eſt, euidenter probet vel preceſſiſſe aliquid falſum in præinductis [Vel collationē
propoſitionum] id eſt, formam & ordinem præmiſſarum [non eſſe efficacem neceſſa-
riæ concluſionis oſtendat] id eſt, non eſſe efficaciter oſtenſiuam ſeu illatiuam concluſio- F
nis neceſſariæ iam prætactæ, quam dico neceſſario ſequi ex præmiſſis. [Alioquin con-
ceſſis præcedentibus] id eſt, præmiſſis præhabitis [nihil prorſus eſt, quod de illatione cau
ſetur] id eſt, conquæratur, repræhendat aut inſtet contra concluſionem illationis ve for-
mam. ¶ Conſequēter probat Philoſophia aliud quid quod prædictis prima facie vide
tur magis mirabile apud vulgares & imperitos, quamuis exercitatis in ſcripturis perfaci
le ſit. Itaq; probat quod mali & improbi magis felices ſunt puniti quam impuniti, [Nā
hoc quoq; quod dicam non minus mirum videatur, ſed ex his quę ſumpta ſunt æque
eſt neceſſarium] id eſt, tam neceſſario verum eſt, vt præcedens concluſio. Et hoc ex
his quæ ſumpta ſunt, id eſt, ex præaſſumptis ac introductis. Ad quod Boethius: [Quid
nam inquam?] id eſt, dico & quæro, quid eſt hoc? Ad quod Philoſophia. [Feliciores, in-
quit, eſſe improbos ſupplicia luentes quam ſi eos nulla iuſtitiæ pœna coerceat.] Hoc eſt,
quod ipſi vitioſi debitas nunc recipientes pœnas pro ſuis exceſſibus ſunt magis felices,
quam ſi per nullam iuſtam pęnam retrahantur & refrenentur à vicijs. Quāuis enim tam
pœna quam culpa ſit quædam miſeria, tamen quantum ratio mali ac lęſionis & nocumē
ti plus conuenit culpæ quam pœnæ, quæ ſic eſt pœna quod non ſit culpa, tantum ma-
ior eſt miſeria ipſa culpa quam pœna. Ideo incomparabiliter melius, deſiderabilius felici
uſq; conſiſtit nunc pati pœnam pro culpa & digna flagella pro peccatis, quam impunite
peccare, nec in ſeculo iſto caſtigari à domino: præſertim, cum caſtigatio talis ſit effectus
Apoca. 3. & ſignum paternæ dilectionis dei ad nos, ſecundum quod ait: Ego quos amo, arguo &
caſtigo. Vnde & ſcriptura ait: Beatus homo qui corripitur à domino. Deniq; pœnæ vitę
præſen-



A præſentis ſunt medicinales vulnera viciorum curantes: Iccirco diſpoſitiue felices ſunt, p̄
ſertim quia non ſolū à peccatis purgant præteritis, imo præſeruant etiam à futuris: Sicq; Iſai. 48
diſponunt ad gratiam, & introducunt ad gloriam, illuminant mentem, quia vexatio tri
buit intellectum. Paſſioni etiam Chriſti conformat patientem, à futuris quoq; ſupplicijs
eruunt pœnitētem. Verum Philoſophia conſequenter fatetur iſtud ſe dicere non pro-
pter has rationes, ſed ob alias cauſas: [Neq; id nunc molior] id eſt, non conor nec ſtudeo
neq; intēdo iſtud aſſignare pro cauſa meę aſſertionis, [quod veniat in mentē cuiuis] id ē,
à quouis homine valeat conſiderari, & vtinam bene aſcendat in cor, vt puta [corrigi vlti-
one prauos mores] id eſt, quod mores diſtorti, & inordinatæ affectiones corriguntur,
vitantur & emendantur, vltione, id eſt, per pœnas quæ pro iuſta infligunt vindicta, pro
ut Deus in deuteronomio teſtatur: Mea eſt vltio, & ego retribuam eis in tempore [& ad Deut. 32.
rectum ſupplicij terrore deduci] id eſt, prauos mores reduci ad rectitudinē æquitatis ter Auguſti.
rore ſupplicij. Nempe vt aſſerit Auguſtinus, Vitatur peccatum & bonum peragitur vt-
pote promiſſione pręmij & comminatiōe ſeu terrore aut acerbitate ſupplicij. Imo eſt
tertius modus perfectior, hoc eſt, ſyncero die amore ac puro bonitatis affectu & zelo iu
ſtitiæ vicia abhorrere, ac agere virtuoſe [cęteris quoq; exemplum eſſe culpanda fugien- 1. Timo. 5.
di] id eſt, vitandi peccata: quod fit dum homo pro ſuis culpis corrigitur, propter quod
B iuſſit Apoſtolus Timotheo: Peccantes coram omnibus argue, vt cæteri timorem habe
ant. Salomon quoq; in prouerbijs faſſus eſt: Peſtilente flagellato ſapiens ſapientior erit.
[Sed alio quodā modo infeliciores eſſe improbos arbitror impunitos.] Hoc eſt, ego ar- Prouer. 19
bitror, id eſt, iudico impios impunitos eſſe infeliciores alio quodam modo, id eſt, alia ra-
tione [tametſi] id eſt quamuis [nulla ratio correctionis, nullus reſpectus habeatur ex-
empli], id eſt, Dico hoc etiam dato, quod nulla ratio correctiōis habeatur, id ē, quod nō
conſideretur vtilitas corrigendi prauos mores, quod fit per debitam diſciplinam, iuxta il
lud, Virga diſciplinæ fugat ſtultitiam. Propter quod aſſerit Auguſtiuus: Dū dormit diſ
ciplina, ſæuit impunita nequitia. Itemq;: Corripiamus verbis, & ſi opus eſt corripiamus
& verberibus. Quamuis etiam nullus reſpectus exempli habeatur, id eſt, vtilitas ædifica
tionis aliorum non attendatur. [B. Et quis erit inquam præter hos alius modus?] id eſt,
quæ alia ratio poterit aſſignari, cur vitioſi homines ſint infeliciores impuniti quam puni
ti pro ſuis peccatis, pręter rationes iſtas nunc tactas? [Et illa P. Bonos (inquit) eſſe felices, Auguſtinus
malos vero miſeros nonne conceſſimus?] Illa inquit, id eſt, Philoſophia reſpondit: Non-
ne id eſt, vtiq; conceſſimus bonos, id eſt, virtuoſos homines, q̄uis adhuc viatores, eſſe feli
ces in ſpe ac merito & quadam inchoatione & prægustatione felicitatis futuræ perfectæ,
malos vero malitia culpæ eſſe miſeros merito damnationis æternæ atq; miſerijs culpæ.
C Omnes vero tam bonni quam mali miſeri ſunt per carētiam beatificę fruitionis, per exi
lium præſentis peregrinationis, per cotidianos culpas ſaltem veniales, per diuerſas affli
ctiones: & quia in medio ambulant laqueorum, varijs grauiſſimiſq; periculis ſunt expo-
ſiti, & crudeliſſimis ac verſutiſſimis inimicis circūdati [B. Ita eſt inquam] id eſt, Ego Boe-
thius dico ſic eſſe [P. Si igitur (inquit) miſeriæ cuiuſpiam bonum aliquod addatur, non-
ne felicior eo eſt, cuius pura ac ſolitaria ſine cuiuſquam boni admixtione miſeria eſt?] id-
eſt, Si bonum aliquod, id eſt, aliquid virtutis addatur miſeriæ, id eſt, peccatis cuiuſpiam id
eſt, hominis alicuius, nonne felicior eſt homine illo, cuius miſeria eſt pura & ſoli-
taria, id eſt, nihil habens admixtum bonitatis & virtutis? Vnde expoſitorie ſub-
ditur, ſine cuiuſquam boni admixtione [B. Sic inquam videtur] mihi Boethio, quod
& verum eſt cæteris paribus. Nam poſſet accidere quod eſſet aliquis adoleſcens to-
tus vagus & lubricus, qui nunquam interfuiſſet diuino officio, nec oraſſet, neque eleemo
ſynas tribuiſſet, nec aliquod egiſſet bonum ex genere, nec tamen eſſet tam miſer, id eſt,
vicioſus & impius, ſicut aliquis ſenex adulter, vſurarius, in ſceleribus plurimis annis inue-
teratus, qui multa bona ex genere perpetraſſet extra charitatem ex naturali ratione &
fide informi. Si vero caſus intelligatur de admixtione alicuius boni gratuiti gratificātis,
nullum remanet dubium. Subiungit demum Philoſophia vlterius ſciſcitando: [P. Quid]
ſupple, putas dicendum [Si eidem miſero, qui cunctis careat bonis] id eſt, omni virtute &
actu virtutis tam infuſæ quam acquiſitæ? Certum eſt autem quod non ſit aliquod pure
malum prout dixerant Manichæi [præter ea quibus miſer eſt] id eſt, vltra mala quæ ha-
bet [malum aliud fuerit annexum, Nonne multo cenſendus eſt infelicior eo cuius infortu
g nium

nium boni participatione releuatur.]Iſtud expoſitione non eget, & per infortunium deſignatur mala culpæ ſeu pœnæ. Ad quod Boethius:[Quid ni inquam?]id eſt, dico, quid aliud ad hoc dici poteſt, niſi quod ita ſit? Ex quibus philoſophia concludit.[P. Habẽt igitur improbi, cum puniuntur, quidem boni aliquid annexum, videlicet iuſtam pœnam. Vnde ſubiungitur:[pęnam ipſam ſcilicet, quę ratione iuſtitię bona eſt], id eſt, iuſta vocatur ex iuſtitia iuſte iudicantis ac punientis, ſecundum quod exterius opus aut factum ſumit denominationem à virtute aut vicio interiori, [ijdemq; cũ ſupplicio carẽt ineſt eis aliquid alterius mali ipſa impunitas, quam iniquitatis merito malum eſſe confeſſus es]id eſt quam impunitatem, id eſt, carentiam debitę caſtigationis, ſeu immunitatẽ à pœna cõfeſſus es eſſe malum, hoc eſt, ſalubris boni priuationem: & ita eſt malum priuatiuum, atq; occaſio multiplicis culpæ, vt tactum eſt. Ad hoc Boethius:[Negare non poſſum]id eſt, contradicere his de iure non valeo. Ad quod philoſophia. [Multo igitur infeliciores improbi ſunt, iniuſta impunitate donati]id ẽ, ſupportati ſeu preuelegiati, quæ impunitas nõ vocatur iniuſta ex parte dei pęnam pie ac rationabiliter differentis, ſed quandoq; ex parte prælati aut iudicis temporalis iniuſte diſſimulantis: Vel quoniam ipſe reus indignus eſt, ſupportatione & impunitate huiuſmodi[quam iuſta vltione puniti. Sed quia puniri improbos iuſtum, impunitos vero elabi]id eſt, euadere impunitos[iniquum eſſe manifeſtum eſt.]Et hoc ſecundum legem communem. Attamen rex aut princeps qui plenitu- E dinem poteſtatis ſortitur in regno ſuo, poteſt ex rationabili cauſa clementer dimittere irrogatam ſibi iniuriam. Multo plus deus ſuper omnem legem exiſtens, qui tamen adulto nunq̃ ignoſcit mortale peccatum ſine omni penitus pœna, imo ad minus requirit in reo veram contritionẽ, quæ dicitur eſſe dolor maximus, qui eſt in natura[B. Quis id neget]id eſt, ego Boethius fateor id negari non poſſe[P. Sed ne illud quidem, ait, quiſquam negabit], id eſt, Philoſophia ait: Sed ne, id eſt, nec, quiſquam negabit quidẽ pro certo, illud quod ſubditur:[Bonum eſſe omne quod iuſtum eſt, contraq; quod iniuſtum eſt malum eſſe liquet]Contra, id eſt, conuerſo, liquet, id eſt, certum eſt, malum eſſe quod iniuſtũ eſt, à ſpecie ad genus, vt homo currit, ergo animal currit [B. Tum ego]id eſt, ego Boethius dico[Iſta quidem conſequentia ſunt]eis, id eſt, ſequuntur ad ea, quæ ante concluſa ſunt.

¶Deinde Boethius tanquam philoſophus inducit quęſtionem de pœna hanc vitam ſequente:[Sed quæſo te inquam], id eſt, O Philoſophia quęſo te[Nulla ne animarum ſupplicia poſt defunctum morte corpus relinquis?]Ne, id eſt, vtrum ſeu nunquid relinquis id eſt reſtare ſentis & doces nullum ſupplicium animarum poſt corpus defunctũ morte, id eſt, corpore reſoluto per mortem per, quam corpus defungitur, id eſt, extra functionem & vſum vitæ ponitur. Vnde ij. Machabeorum libro narratur: Iſte hoc modo vita defunctus eſt[P. Et magna quidem, inquit]id eſt, Philoſophia reſpondit: Et quidem ma- F gna, id eſt, ſupplicia magna animarum dico eſſe poſt corporis mortem [quorum alia pęnali acerbitate, alia vero purgatoria clementia exerceri puto]. i. quorũ ſuppliciorum puto alia, id eſt, quædam, excerceri, id eſt, irrogari & infligi acerbitate pœnali, id eſt, amaritudine infernali: alia vero puto exerceri clementia purgatoria, id eſt, medicamine pio, ita quod pœna illa non ſolum iuſte punit, ſed etiam miſericorditer purgat.[Sed nũc de his diſſerere conſilium non eſt]id eſt, Conſultum non reputo tractare de his in hoc loco.[Id vero hactenus egimus]id eſt, declarauimus hucuſq; id[vt quæ tibi indigniſſima videbatur malorum poteſtas, eam nullam eſſe cognoſceres] hoc ẽ, vt cognoſceres eã ſupple poteſtatẽ malorũ nullã eſſe, quæ poteſtas videbatur tibi indigniſſima eſſe. i. indecentiſſime illis collata, & abuſiua atque tyrannica, prout hoc iam ſupra in hoc libro iiij. expoſitũ eſt:[quoſq; impunitos querebare, videres nunquam improbitatis ſuę carere ſupplicijs]videres. i. cognoſceres eos nunquam carere ſupplicijs ſuæ improbitatis, quos querebare. i. ex zelo iuſtitiæ, non ex infidelitate conquerebaris eſſe impunitos, ſaltem ad tempus vel in ſeculo iſto[licentiam quod cito finiri pręcabaris, nec longam eſſe diſceres]. i. addiſcendo à me cognoſceres licentiam. i. libertatem & poteſtatem improborum quam præcabaris. i. orabas finiri cito, in quantum bono communi ſeu ob alias pias cauſas, quod tamen nõ eſt ſimpliciter appetendum, nec quomodolibet exorandum, cum ſcriptum ſit: Noli emulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. Ideo cõmittendũ eſt hoc ſecreto dei iuditio, & orandũ pro improborũ præſidentiũ conuerſione[infelicioremque fore]ſupple, potentiam iniquorum ſi diuturnior: infeliciſſimam vero ſi eſſet æterna]. i. ſi





A eſſet diuturnior, multum lõgior quam eſt, ſcires eſſe infeliciorem: infeliciſſimam vero eſſe, ſi eſſet ęterna, prout iſtud in pręcedentibus huius quarti libri proſis oſtenſum eſt.[Poſt hæc]ſupple, cognoſceres[miſeriores eſſe improbos iniuſta impunitate dimiſſos, quam iuſta vltione punitos.[Cui ſententię conſequens eſt]. i. ſequens ad ipſam,[vt tũ demum grauioribus ſupplicijs vrgeantur, cum impuniti eſſe creduntur]id eſt, vt vrgeantur. i. ſpiritaliter comprimantur, tum demum, id eſt, tunc conſequenter ſiue finaliter, ſupplicijs grauioribus. i. pœnis acrioribus ſeu magis damnoſis & nociuis animarum ſaluti, cum creduntur eſſe impuniti. i. non puniti ſenſibilibus pœnis, ſicut expoſitum eſt. Iſta enim non ſunt niſi quædam epilogationes præhabitorum.[B Tum ego: Cum tuas inquam rationes conſidero, nihil verius dici puto. At ſi ad hominum iudicia reuertar]. i. ſi conſiderando redeam ad vulgarium & imperitorum hominum iudicia, [Quis eſt ille cui hæc non credenda modo, ſed ſaltem audienda videantur?]. i. quis eſt ille de numero vulgarium, cui hæc videantur modo, id eſt, ſolum, non credenda, ſed ſaltem audienda, quaſi dicat: Nullus iſtorum reputabit hæc digna audiri, & multo minus reputabit ea digna credi[P. Ita eſt, illa inquit]id eſt, philoſophia reſpondit ſic eſſe. Et rationẽ ſubiungit,[Nequeũt eñ oculos tenebris aſſuetos ad lucẽ pſpicuę veritatis attollere. i. nõ valẽt attollere oculos ſuos interiores, intellectuales aſſuetos tenebris ignorãtiæ & erro- B rũ ac viciorum, ad lucẽ & claritatem veritatis perſpicuæ. i. in ſeipſa clara, quẽadmodũ qui diu ſederunt in carceribus tenebroſis, egredientes non poſſunt mox intueri lumen & radios, quia aſſueti ſunt tenebris, paulatim vero aſſueſcunt lumini ſolis. Sic & tales poſſunt conſuetudinem prauã abijcere, profectuiq; ſtudere, ac deſuper illuſtrari, perſpicuasquoq; veritates lympide contemplari.[Similesq; auibus ſunt quarum intuitum nox illuminat]id eſt, modicum lumen quod apparet de nocte ex luce ſtellarum, quæ præ debilitate oculorum ſuorum ferre nequeunt lumen intenſum, vt ſunt bufones, veſpertiliones, nicticoraces. Ideo additur:[dies cæcat]. i. lux diei obnubilat, & cæcat. i. viſum illarum affligit. Deinde Philoſophia declarat qualiter obtenebrati ſunt oculi mentales vulgarium:[Dum enim non rerum ordinem, ſed ſuos intuentur affectus]. i. dum vulgares nõ contẽplantur ordinem vniuerſi ac regimen mundi, qualiter corporalia ordinentur ad ſpiritualia, & inferiora regantur per ſuperiora, & prouidentia dei, in rebus reſplendet, ita quod vitia deteſtetur ac puniat, & virtutum actus remuneret: Sed propria commoda quærunt, & affectionem non rationem ſequuntur [Vel licentiam, vel impunitatem ſcelerum putant eſſe felicem]id eſt, potentiã & libertatẽ peccandi, ſuamq; incorrectionẽ reputant quaſi quandam proſperitatem, & eſſe felicem ac eis felicitatem Sicq; peccãt audenter. Nam vt Salomon loquitur, Quia non cito profertur iudicium, ſed omnia in futu- C rum reſeruantur incerta, abſq; omni timore filij hominum perpetrant mala. Quo contra ſcriptum eſt in Eccleſiaſtico: Altiſſimus eſt enim patiẽs redditor. In talium perſona p Malachiam dicitur: Ergo nunc beatos dicimus arrogãtes, ſiquidem ædificati ſunt, facientes impietatẽ.[Vide aũt quid æterna lex ſanciat]. i. illis tam inſipiẽter iudicantibus tu vide. i. cõſidera, qd lex æterna. i. lex diuina ſtatuat, approbet, reprobet & cõfirmet. Et poteſt per legẽ ęternã deſignari lex increata, quę eſt ipſemet deus legiſlator ſummus & primus, cauſa & fons omnis iuſtitię, de quo loquitur Iſaias: Dominus legifer noſter, dominus rex noſter, à quo deriuata eſt lex naturalis, lex noui ac veteris teſtamẽti, & omnis lex recta, quantum ad id quod veræ rectitudinis eſt, in ea. Quamuis autem legem æternam & increatam in ſeipſa videre nequimus, tamen in legibus iſtis creatis tanquam in ſuis effectibus, quæ ſunt quaſi quædam impreſſiones illius, poſſumus eam aliqualiter contemplari, & quid ipſa ſanciat intueri. Vnde decẽ præcepta decalogi diuinitus data, & ab ęterna lege expreſſa ſunt de naturalis dictamine rationis: Sicque ratio naturalis præſertim adiuta lumine fidei ac ſcripturis videt quid ſanciat lex æterna.[Si melioribus animũ conformaueris]. i. ſi mentem tuam ſubieceris ſapientiæ atq; virtutibus legibuſq; diuinis [nihil eſt opus iudice præmium deferente]. i. non indigebis induci & excitari ad opera bona agenda per iudicem exteriorem humanum, qui te per præmiorum promiſſionem & exhibitionem ad bona impellat. Cuius ſubiungitur ratio:[Tu te ipſe melioribus addidiſti]. i. Tu ipſe addidiſti & applicuiſti te exercitijs ſalubrioribus, ſequẽdo legem æternam & naturalem, & dediſti te ad ſpiritualia & honeſta, non propter mercedem pręcipue, ſed ipſius ſummi boni amore, & ex virtutum affectu potiſſime. Verumtamẽ iſtud non

Eccle. 4.

Iſai. 33.

Præcepta decalogi.

p a O s A dicitur, quod homo debeat exteriorem præſidentem contemnere, ſed quod non indi- D
IIII. get illo ſicut hi, qui non conſiderãt quid æterna lex ſanciat, nec ſe melioribus applicant,
[ſi ſtudium ad peiora deflexeris, ] id eſt, ſi cordis tui conatum, intenſionem & opera con
uerteris ad magis illicita, contra illud Eccleſiaſtici. Ne adijcias peccatum ſuper peccatum
[extra ne queſieris vltorem], id eſt. non ſolum quęras ab alio caſtigari [tu te ipſe in deteri
ora truſiſti] non aliunde coactus, ſed propria libertate & motu tuo interiori conſenſuq;
libero deieciſti ac præcipitaſti teipſum in lacum perditionis, & ad grauiora peccata, iuxta
quod in Prouerbiorum libro aſſeritur: Impius cum in profundum venerit peccatorũ,
contemnit. Veruntamen per hoc non eſt intelligendum, quod is qui proprio motu ſpõ-
te peccauit, non debet pro ſatisfactione & ſalubri ſui correctiõe habere recurſum ad cõ
feſſorem propriumq; paſtorem, aut alios, quorum intereſt ſuum exceſſum vlciſſi, ſed ne
ſic ad illos confugiat, quod negligat ſe ipſum dijudicare & caſtigare, quia vt ait Apoſto
lus, Si noſipſos dijudicaremus, non vtiq; iudicaremur. Ideo dixit Micheas prophæta: In
dicabo tibi o homo quid ſit bonum, aut quid dominus requirat a te: facere iudicium &
iuſtitiam, vt ſcilicet in primis iudices & corrigas temetipſum, prout ordo exigit charita
tis. Cuius contrarium agunt inſipientes & miſeri filij hominum, proni iudicare proxi-
mos ſuos, & palpare & excuſare ſeipſos: Imo minora vident in alijs, grauiora diſſimulãt
in ſeipſis, contra id quod ait ſaluator: Quid vides feſtucam in oculo fratris tui, & trabem E
in oculo tuo non vides? [Veluti ſi vicibus ſordidam humum cœlumq; reſpicias ] id eſt,
In his te habendo veluti ſi reſpicias humum ſordidam, id eſt, lutum, & cœlum vicibus, id
eſt, viciſſim ſeu per vices diuerſas. Dum enim in peiora te flectis reſpicis quaſi lutum, dum
autem meliora aſſumis, quaſi ad cœleſtia reſpicis. Ideo in Daniele ſcriptum eſt de iniquis
carnalibuſq; iudicibus: Auerterunt oculos ſuos ne reſpicerent cœlum. [Cunctis extra ceſ
ſantibus ipſa cernẽdi ratiõe nũc cœno, nũc ſideribus intereſſe videaris]. i. Videri poteris
intereſſe. i. pſens cõſiſtere nũc cœno. i. terrenis ac vilibus rebus, nunc ſyderibus. i. rebus
cœleſtibus ac diuinis, ratiõe ipſa cernẽdi. i. ratione conſiderationis, quę fertur in ſuum ob
iectum, & per eam homo coniungitur aliquo modo ſuo obiecto, id eſt, rei cognitæ, pręſ
ſertim ſi etiam afficiatur ad eam amore auide. Imo ſecundum Auguſtinum verius eſt ani
ma vbi amat, quam vbi animat. Apoſtolus quoq; adhuc viuens in carne teſtatus eſt: No
ſtra conuerſatio in cœlis eſt. Et hæc dico cunctis extra ceſſantibus, id eſt, nullo extrinſe-
co te mouente. Hinc eleuemus cor noſtrum indeſinenter ad meliora, ad incrementa ſa-
pientiæ ac virtutum, nec ab illis relabamur in fœda ac turpia, ne nobis conueniat illud
Threnorum: Qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora. [At vulgus iſta de-
ſpicit] id eſt, pro certo vulgares iſta deſpiciunt, quia carnalibus non ſapiunt ſpiritualia &
diuina. Ideo in prouerbiorum libro dicitur. In auribus inſipientium ne loquaris, quia de F
ſpicient doctrinam eloquij tui. Et alibi: Non recipit ſtultus verba prudentię, niſi dixeris
ea quę verſantur in corde eius. Hinc in Eccleſiaſtico fertur: Cor fatui quaſi vas confra-
ctũ, omnem ſapientiam nõ retinebit. [Quid igitur]. i. quid reſtat? [his ne accedamus]. i.
non appropinquemus per mentis cõſenſum, ne & per viciorum conformitatem, his, [q̃s
beluis ſimiles eſſe monſtrauimus]. i. hominibus vicioſis, crudelibus, beluinis, qui ſic perſe
quunt̃, ſpoliãt, detrahẽdo lacerãt iuſtos, pios & innocẽtes, queãdmodũ beluę animãtia par
ua. Tales igit̃ excæcatos nequaquã ſequamur, ſicut ſubiungit̃, [Quid] ſupple, dicis ad ſi
mile iſtud, [Si quis amiſſo penitus viſu, ipſum etiam ſe habuiſſe obliuiſceretur intui-
tum]. i. Si aliquis amiſiſſet potentiam viſiuam in tãtum, quod nec recordaretur ſe ali-
quãdo vſum eſſe illa potẽtia, aut actualem intuitum habuiſſe, [Nihilq; ſibi ad humanam
perfectionem deeſſe arbitraretur] id eſt, nihilominus putaret ſe eſſe perfectum in omni
bus, quæ ad perfectionem hominis requiruntur [Num videntes eoſdem, cæcos putare-
mus] id eſt, nonne nos qui ad huc viſum habemus putaremus homines tales penitus cæ
cos in carne & anima, qui tam fatue iudicarent? Ideo illos non ſequeremur: Sic nec ſequi
debemus mores atque iudicia beſtialium hominum, qui cum cæci ſunt corde, prudentes
ſe opinantur. Heu quam multi ſunt? Imo tales ſunt vniuerſi, qui creata præferunt crea-
tori, carnalia ſpiritualibus, tranſitoria ſempiternis, terrena cœleſtibus, vt ſunt ſuperbi, am
bicioſi, cupidi, & laſciui, de quibus Salomon proteſtatur: Stultorum infinitus eſt numerꝰ.
Quid enim tam ſtultum, ſicut ſic agere? Quibus loquitur Iſaias: Væ qui ſapientes eſtis in
oculis



A oculis veſtris. Quorum vnicuique loquitur iudex ſupremus in Apocalypſi: Quomodo
dicis diues ſum & nullius egeo: & neſcis quia tu es miſer & miſerabilis, & pauper, & cæ-
cus, & nudus? Tales quoque fuerunt ſcribæ & phariſæi Iudæorũ, qui (vt Ioannes ait)
dixerunt: Nunquid & nos cæci ſumus? ¶ Deinde probat philc ſe p hia eos eſſe infelicio
res, qui alijs iniuriantur, quam qui iniurias patiuntur: [Nã ne illud quidem acquieſcent]
id eſt, vulgares & imperiti, ne, id eſt, non acquieſcent, id eſt, non concedunt illud,
quod æque validis rationum nititur fundamentis, quod innititur ac vtitur funda-
mentis rationum, id eſt, argumentorum, æque validis, id eſt, tam fortibus ſicut præ
dicta, hoc eſt, tam firmiter demonſtratur, vt illa. Et quid ſit illud ſubiungitur. [Infeli-
ciores eos eſſe qui faciunt quam qui paciuntur iniuriam, Vellem inquam ego.] Boethius
has ipſas audire rationes. Ad quod philoſophia. [Omnem inquit improbum num ſup-
plicio dignum negas] Num, id eſt, nunquid tu Boethi negas, improbum omnem, id eſt,
omnem hominem iniquum eſſe dignum ſupplicio. [Minime inquam,] id eſt, Ego Boe-
thius nullatenus nego hoc. ſubdit philoſophia, [Infelices vero eſſe qui ſunt improbi mul
tipliciter liquet]. Vero, id eſt, ſed liquet multipliciter, id eſt multis modis probatum eſt
infelices eſſe eos qui ſunt improbi, quia iniquitas eſt maxima infelicitas, ſicut oſtenſum
eſt, [Ita inquam], id eſt ſic eſſe dico ego Boethius. Ex quibus philoſophia cõcludit. [Qui
B igitur ſupplicio digni ſunt miſeros eſſe nõ dubitas], id eſt, non ambigis eos exiſtere mi-
ſeros qui ſunt digni pœnis propter ſua peccata [Conuenit inquam] id eſt, hoc conuenit
& concedo. [Si igitur cognitor ait reſideres] hoc eſt philoſophia ait, Si igitur, id eſt, cum
iſta ita ſe habeant, ſi tu reſideres cognitor, id eſt reſidẽdo in ſolio iudiciali eſſes cognitor,
id eſt, iudex ad quem ptinet cauſam cum ſuis circunſtantijs diligenter inueſtigare. Iu-
xta illud IOB.: Cauſam quam ignorabam diligentiſſime inueſtigabam. [Cui ſup-
plicium ferendum putares], id eſt, iudicares. [Ei ne qui feciſſet, an qui pertuliſſet in Iob. 29.
iuriam?], id eſt. Vtrum ei qui intuliſſet iniuriam alteri, aut ei qui eam ab alio pertuliſſet.
[Nec ambigo inq̃]. i. Ego Boethius dico nec ambigo quin perpeſſo ſatiſfacerem, id eſt,
ſatiſfaciendum iudicarem perpeſſo iniuriam dolore facientis, id eſt, punitione ſeu dam-
no aut aliqua pœna eius qui ei fecit iniuriã. Ad quod philoſophia. [Miſerior igitur tibi
iniurię illator q̃ acceptor eſſe videretur] Ergo, id eſt, Ex hoc ſequitur quod illator iniu-
rię videretur tibi miſerior. i. plus miſer, quia deterior & pœnis cõdignior cęteris paribus
quam acceptor qui eas patiendo accepit. Conſequitur inquam. i. hoc conſequens eſſe
dico. Ad quod Philoſop. [Hinc igitur alijſq; de cauſis eadem radice nitentibus], id eſt, ex
eadem fundamento vim trahentibus [apparet ꝙ turpitudo ſuapte natura miſeros faci-
at], id eſt, quod feditas culpę ex ſua natura, id eſt propria ratione atq; intrinſeca propri-
C etate faciat miſeros formaliter miſeria prauitatis, quia in ſe miſeria felicitati contraria eſt,
& illatã cuilibet iniuriã nõ accipiẽtis, ſed inferẽtis eſſe miſeriã. Hoc plane cõſeqtur & ve-
ritatẽ ſortit̃ ad ſenſum hũc, ꝙ iniuria alteri illata eſt miſeria iniuriãtis, loquẽdo de miſeria
culpę. Si tñ illa iniuria ſit lęſio, mutulatio, aut grauis afflictio iniuriati, poteſt dici eius miſe
ria, loquẽdo de miſeria pœnę. De qua ſctũs Iob dixit, Nõ leuabo caput repletus obpro- Iob. 10
brio & miſeria. Itaq; ſicut ſancti patres fatẽt̃ vniuſcuiuſq; malũ in ppriũ redũdat actorẽ, &
q pſeqtur aliũ magis ſeipſum lædit q̃ illũ, directe. Occaſionaliter tñ poſſet alteri multũ
nocere inducẽdo eũ ad impatientiã, irã, rãcorẽ aduerſuſe, cuius tamẽ impatientię, irę, inui
dię ille iniuriã paſſus, eſſet cauſa directe, & ſic ſibi ſua propria culpa noceret. Porro ſi pa
tientiam habuerit in aduerſis nil ſibi nocet, imo maxime prodeſt iniuriator & iniuriatio
eius. Ideo viri vere virtuoſi & illuſtrati incomparabiliter malunt aduerſa pati, iniurias, dã
na, obprobria, detractiones, lęſiones, irriſiones ſufferre quam irrogare. Imo iniuriãtibus
atq; peccantibus in ſe compatiuntur & orant pro ipſis, deoq; gratias agunt, ſciẽtes quod
ipſi per tales purgantur, exercentur, proficiunt & ſaluantur. Econtrario homines paſſi-
onati ſuis paſſionibus & peccatis ſic excęcantur vt putent ſe non ſibi, ſed alijs magis no-
cere quibus iniuriantur & obloquuntur, non penſantes quod de homine prauo ait pſal
miſta. Lacum aperuit & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit. Hinc in Prouerbi. Pſal. 7.
libro ſcriptum eſt, Supplantatio peruerſorum vaſtabit eos, & in inſidijs ſuis capientur Prouer. 11.
iniqui. In Eccleſiaſtico quoque legitur, Facienti nequiſſimum conſilium ſuper ipſum de Eccle. 27.
uoluetur, & nõ cognoſcet vnde adueniet illi. ſio. Itaq; ſaluberrimum eſt, ſemper in ſim-

PROSA IIII plicitate & ſynceritate ambulare, quia vt ſcriptũ eſt: Simulatores & callidi prouocant irã **D** dei. Conſequenter tractat philoſophia de quibuſdam iniquitatibus oratorum & defenſorum iudicũ, qui frequenter patrocinantur & opem impendunt parti iniuſtæ. [At qui nunc ait contra faciunt oratores], id eſt, philoſophia dixit. Atqui, id eſt, certe oratores id eſt, cauſidici, faciunt nunc ſæpe contra .i. contrarium his quæ dico. [Pro eis enim q graue quid perpeſſi ſunt miſerationem iudicum excitare conantur] id eſt, ipſi cauſidici nituntur communiter excitare miſerationẽ iudicum [pro eis] id eſt, ad condolendum & recompenſandum eis qui perpeſſi ſunt graue quid, id eſt aliquid durum, que pro &, moleſtum [cum magis admittentibus miſeratio iuſtior debeatur] cum, id eſt, ex q̃ miſeratio iuſtior, id eſt, conuenientior debeatur magis admittentibus, id eſt, conuenientior debeatur magis admittentibus, id eſt, facientibus iniuriam quam pacientibus eam, quia probatum eſt nunc quod iniuriantes cæteris paribus, ſunt miſeriores quam iniuriati ab eis, id eſt, peiores & quanto quis miſerior eſt, tanto plus compatiendum eſt ei. Verum tamen iſtud non eſt ſimpliciter intelligendum, vt ſonat; imo iniuriatis eſt compatiendum & ſuccurrendum, & inſtigandus eſt iudex, vt iudicet pro eiſdem, & eis ſatiſfieri iudicet, & hoc totum ſecundum iuris tenorem, & ſine derogatione alterius partis. Nam & M O Y S E S ſcripſit: Pauperis non miſereberis in iudicio, vtpote in derogationem iuſtitiæ, partiſque læſæ. Hinc ſanctus I O B ait: Oculus fui **E** cæco, & pes claudo, pater eram pauperum, & cum ſederem quaſi rex circumſtante exercitu, eram tamen mœrentium conſolator. In Eccleſiaſtico quoque docetur: In iudicando pauperes & pupillos, eſto eis vt pater. Eſt igitur horum ſenſus verborum quod cauſi dici ac cæteri non debent ſic excitare animum iudicis ad miſerendum, iniuriatis quin etiam iniuriantibus compatiantur, imo plus doleant de malo culpę quam de malo pœnæ, tamen ex zelo iuſtitiæ licet expetere vltionem de iniuriatoribus, etiã ex charitate: quoniam expędit ſaluti animarum eorum in hac vita pro peccatis ſuis puniri. Hinc ſubditur: [Quos non ab iratis, ſed à propicijs miſerantibuſq; accuſatoribus ad iudicium, veluti egros ad medicum duci oportebat [. Senſus eſt, Quos, ſcilicet iniuriatores ac reos oportebat duci ad iudicium, non ab accuſatoribus iratis, ira per vicium, ſed à propicijs, que pro &, miſerantibus, id eſt, pijs qui miſereantur potius quam turbulenter & immoderanter iraſcantur. Eſt autem duplex ira: Vna culpabilis, quæ vocatur ira per vicium, de qua Salomon exhortatur: Non ſis velox ad iraſcendum, quoniam ira in ſinu ſtulti quieſcit. Hæc etenim ira rationem pręuenit, turbat, obtenebrat. Alia eſt per zelum quæ extat laudabilis, & à ratione ſponte aſſumitur, quatenus actum iuſtitiæ virilius exequatur. Vnde ait Gregorius: Ira non debet rationem pręuenire aut ſuperare vt domina, ſed comitari & cooperari ei tanquam ancilla [Veluti egros] id eſt, ſicut in- **F** firmos oportet duci ad medicũ, quoniã pœna iudicis infligitur reis pro medicina morbi iniquitatis: hinc additur [vt culpę morbos ſupplicio reſecarent] hoc eſt, Quatenus accuſatores ſeu accuſati reſecarent, id eſt, remouerent morbos culpę, id eſt, peccata quibus anima infirmatur, & à quibus à deo curatur, de quo pſalmiſta teſtatur, Qui ſanat omnes infirmitates tuas: ſupplicio, id eſt per temporale ſupplicium quod eſt ſatiſfactio pro peccatis. Et ſi fuerit ſatiſfactio ſufficiẽs, non infligitur poſt hanc vitã afflictio alia, iuxta illud Nahum, Non conſurget duplex tribulatio. Vbi alia habet tranſlatio, Nõ vindicabit dominus bis in idipſum. Vel vt alius trauſtulit, Non iudicabit dominus bis. &c. [Quo pacto defenſorũ opera vel tota frigeſceret, vel ſi prodeſſe hominibus mallet in accuſatiõis habitum verteretur] Hoc eſt, quo pacto, id eſt, per quem modum, videlicet ſi iniuriatores ad iudicium ducerentur ex pietate modo pretacto, opera, id eſt, auxiliatio defenſorum ſeu aduocatorum vel frigeſceret tota, id eſt, omnino ceſſaret, quia non conarentur reum à morte eripere, imo permitterent eum occidi vt hic punitus damnationem euaderet, quemadmodum ad Corinthios ſcribit de excommunicato Apoſtolus, tradere huiuſmodi ſathanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus fiat. Vel ſi opera ſeu diligentia defenſorum nollet iniuriatis ſalubriter prodeſſe & ſubuenire, verteretur in habitum accuſationis .i. in aſſiduitatem accuſandi, ita q frequenter accuſaret recidiuãtes & incorrectos ſeruato ordine fraternę correctiõis, vt ſcilicet admonitio ſecreta publicã fraternã correptionem pręcedat. Prout Chriſtus in euangelio docuit, Si peccauerit in te inquiens frater tuus,



**A** tuus, id eſt, te ſciente, corripe eum inter te & ipſum ſolum. Si te non audierit adhibe tecũ vnum aut duos teſtes, q ſi illos non audierit, dic eccleſię .i. eccleſiaſtico iudici. Verumtamen nec ſupplicio nec accuſatione peccatum dimittitur ſine ipſius rei contritione. Conſequenter oſtendit Philoſophia quod reus non refugeret præſens iudicium, ſi conſideraret idonee multiplicem eius fructum. [Ipſi quoq; improbi ſi eis aliqua rimula virtutẽ relictam phas eſſet aſpicere, viciorumq; ſordes pœnarum cruciatibus ſe depoſituros viderent, compenſatione adipiſcendę probitatis, nec hos cruciatus eſſe dicerent] Hoc eſt ipſi quoq; improbi ſi phas .i. facultas eſſet eis aſpicere aliqua rimula, id eſt, aliqua ſaltem tenui intuitione ex gratia & ſapientia ſalutari pręueniente virtutem relictam, id eſt, dignitatẽ & pulchritudinem virtutum quas peccando perdiderunt ac reliquerunt, & viderent ſe depoſituros ſordes viciorum cruciatibus pœnarũ, id eſt, per cruciatus pœnales mediante vera contritione. Vel ſi iam ante per contritionem deleta ſunt quantum ad culpam, delentur per cruciatus iſtos plenius, etiam quantum ad pœnam, dicerent hos cruciatus non eſſe .i. nullius eſſe reputationis neq; momenti, compenſatione .i. intuitu & deſiderio cõpenſationis ſeu recuperationis virtutis adipiſcẽdæ .i. virtutum per has pœnas recuperandarum defenſorum operam repudiarent .i. abijcerẽt operam defenſorum, id eſt, auxiliũ protectorum, ac ſe totos accuſatoribus iudicibuſq; permitterent promptiſſime, cum om- **B** ni compunctione exponerent ſe accuſatoribus atq; iudicibus ſuis, accuſantium obiectiones ac iudicum ſententias & tormenta, ęquanimiter ſuſtinendo propter tot fructus & vtilitates, & quia per breuia hæc tormenta futurę vitæ ſuplicia ineffabiliter acriora & diuturniora euaduntur, præſertim cum quidam permittant ſe vri, ſecari, ſcindi, ac certis in membris lacerari deſiderio ſanitatis corporeæ breuis & incerte. Poſtremo, ex præinductis correlarie infert [Quo fit vt apud ſapientes nullus prorſus odio locus relinquatur,] Quo fit, ex quibus præhabitis patet quod nullus locus relinquatur odio apud ſapientes, id eſt, in corde ſapientium. Sapientia infuſa quæ eſt donum, de qua in libro ſapientiæ legitur: Sapientiam non vincit malicia, Itemq; melior eſt ſapientia quam vires. [Nam bonos quis niſi ſtultiſſimus oderit?] id eſt, Nemo odit homines bonos & virtuoſos niſi valde inſipiens, qui excęcatur in tantum quod odit eos, à quibus corripitur, corrigitur, refrenatur. Iuxta illud Amos: Odio habuerunt corripientem & loquentem perfecte abominati ſunt. In Prouerbiorum quoq; libro: Non amat peſtilens eum qui ſe corripit. Et certe tales ſunt multi. Vnde dixit Chriſtus diſcipulis ſuis: Odio eritis omnibus hominibus propter nomen meum. Malos vero odiſſe ratione caret. Sunt enim ſpiritualiter diligendi, ita vt eis optemus veniam, gratiam, emendationem in omnibus & ſalutem, non tamen amandi ſunt inquantum mali, ſed inquantum ſunt viatores, gratiæ & ſalutis **C** capaces, ad ſuperbeatiſſimæ trinitatis imaginem conditi, C H R I S T I ſanguine liberati, ac proximi noſtri. Nihil enim tam ſecundum naturam ſicut amare naturæ conſortem, vt ait Ambroſius ſuper Lucam. Amãda eſt ergo bona natura & perſona, quoniam bona, vel vt ſit bona, & hoc ad omnem pertinet Chriſtianum. Potiſſime quoniã Chriſtus ait: Mandatum nouum deo vobis, vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos, In hoc cognoſcent omnes quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis adinuicem. [Nam ſicut corporum languor ita vicioſitas eſt quidam quaſi morbus animarum] id eſt, ſicut languor eſt corporum infirmitas corporalis, ita vicioſitas eſt quaſi quidam morbus animarum, vt vbertim oſtenſum eſt. [Cum egros corpore minime dignos odio ſed potius miſeratione iudicemus] Cum, id eſt, cumq; ſeu ex quo iudicemus egros corpore, dignos non odio, ſed potius miſeratione, quia miſerabiles ſunt perſonę, multo magis non inſequẽdi, id eſt, non odio habendi ſed miſerandi, quorum mentem omni languore atrocior vrget improbitas, id eſt, Miſerandi & refouendi ſunt mali, quorum mentẽ improbitas, id eſt, vicioſitas atrocior, id eſt, crudelior atq; nociuior omni languore corporeo vrget, id eſt, comprimit, perimit & anguſtat captiuamq; detinet, ita quod non ambulat in latitudine charitatis neq; in via ſalutis, nec reſipiſcit à diaboli laqueis. Ideo condolendum eſt ei vehementer & orandum pro ea feruenter.

## Difficultatum huius proſæ propoſitio, luculentaq; expeditio. ARTIC. XI.

PROSA IIII.

ALiqua mihi dubia circa præhabita oriuntur. Primum an actus interior D
& praua loquutio ex illicita cogitatione ſeu peruerſa affectiōe procedens,
& operatio exterior ſint tria peccata realiter ab inuicem diſtincta, & vide
tur philoſophia ſentire quod imo, vocās ea triplex infortunium. Et quod
vnum horum malorum prius ſit alio. Rurſus quodlibet eorum per ſe ſum
ptum eſt vnum peccatum, nec vnum alteri aduenieus minuit illud, ſed auget ſicut interi
or concupiſcentia per verba deteſtanda & per geſta quædam exteriora vehementius in
flammatur. Iterum tria hæc differunt ſubiecto, & vnum frequenter eſt altero prius, atq;
diuerſis prohibentur præceptis. Dionyſius, Paucis verbis tāgis multa motiua. Itaq; Alex
ander reſpondet: Duplex eſt peccati deſcriptio. Prima quod peccatum eſt actus incidēs
ex defectu boni, & ita hæc tria ſunt triplex peccatum, cum ibi ſit defectus triplicis boni,
quia & bonitas actus requirit quod ſit in materia debita a debitis circunſtantijs veſtia-
tur. Secunda deſcriptio peccati eſt, quod ſit voluntarium malum, & ita ſunt vnum pecca
tum, quoniam ſic in peccato attenditur radix peccandi, quę eſt voluntas ſeu eius volitio,
& ita ſunt vnum peccatum. Porro Bonauentura concordat dicendo: Iſta ſecundum quod
ita coniuncta ſunt ac ordinata quod vnum oritur ex altero, ſunt vnum peccatum, cum
ibi ſit vnus contemptus dei, & vna auerſio voluntatis, quæ contempnit dum ad commu
tabile bonū conuertitur, nō ſolū quantū ad propriū actū, ſed etiā quantū ad actum in E
ferioris potentię. Quamuis vero ſit vna ibi deordinatio formaliter, tamen plura ſunt ibi
deordinata materialiter. Ideo licet ſint formaliter vnū peccatum, materialiter tñ ſunt plu
ra pctā. Et hoc tenet Magiſter ſententiarū libro. ij. diſtinctione. xlij. Et bene, qm̄ vna eſt
ibi ratio deordinationis, nec actus exterior habet deordinationē niſi ab actu interiori.
His demū ſatis cōſonat Thomas in ſcripto ſcdi. Vnū ingens & ens cōuertūt. Hinc ſcdm
id a q̄ res habet eē accipit iudiciū de eius vnitate & multiplicitate. Quēadmodū in natura
libus ſicut res habet eē a forma, & p cōſequēs habet & vnitatē ad illa. Actus vero nō ponit
in genere moris, niſi p volūtatē, inquātū à volūtate pcedit elicitiue aut imperatiue. Ideo
ſcdm vnitatē volūtatis iudiciū ſumit de vnitate actus moralis. Vñ actus vnus ſcdm eē na
turę poteſt eſſe plures moraliter, vt dū qs furatur, vt vacet gulę atq; luxurię. Conformi-
ter voluntas ſeu volitio coniuncta actui exteriori, & actus ille exterior ſunt vnum pec-
catum, quia non multiplicatur actus interior voluntatis. Hinc iſto præcepto: non con-
cupiſces rem proximi tui, prohibetur voluntas ſeu concupiſcentia eius ſeparata ab actu.
Quæ aūt cōiūcta ē, phibet eodē pcepto, q̄ opus illicitū. Hæc in ſcripto. Pręterea in pri
ma ſcdę quæſtione. xxvij. peccatū ait diuidit in peccatū cordis & oris ac operis, nō ſicut
per ſpecies diuerſas completas, peccatum nanq; inchoatur in corde, manifeſtatur ore,
& opere conſummatur. Sicq; diſtinguuntur hęc tria ſecundū diuerſos gradus peccati, per F
tinentq; ad vnam completam peccati rationem ſeu ſpeciem, cum ex eodem motiuo pro
cedant. Iracūdus quippe appetendo vindictam turbatur in corde, ſecundo in verba con
tumelioſa prorumpit, Tertio in facta iniurioſa procedit. Albertus demum circa hęc ſcri
bit, Actus exterior & voluntas ſunt duo quædam, ſed vnum peccatum per maliciam du
plex, vt aſſerit magiſter propoſiti rationem aſſignans. Quia ſi quilibet actus interior
& exterior deberet reputari pro diuerſo peccato, minus graue eſſet opus & onus culpa
rum. Et dedit exemplum: Si quis ſurgat ad furandum, aut occidendū, quilibet paſſus eſſet
ſpeciale peccatum, ideo dixit quod totum à principio prauę voluntatis vſque in finem
conſummationis operis eſt, vnum peccatum multiplex, vnum ſecundū ſubſtantiā ope-
ris, duplex ſeu multiplex prauitate. Iohannes, Cum formale in peccato ſit prauitas ipſa,
ſi vnum peccatum eſt multiplex prauitate, erit formaliter plura. Deniq; in eodem actu
poteſt eſſe violatio plurium pręceptorum, Vt ſi quis in eccleſia committat adulterium,
aut ibi furetur, vt ex furatis vacet gulę atq; venereis. Ergo in eodem actu ſunt plura pec
cata mortalia. Diony: A principali & finali intentiōe denominatio rei ſpeciesq; ſumun
tur. Et ita eſt vnū pctm̄, in quo tñ multę deformitates mortales cōſiderantur ac conti
nentur. Ideo tale vnū pctm̄ eſt equiualenter multa, atq; tā graue vt multa mortalia, quē
admodum qui die feſtiuo coram alijs ſeu illis ſcientibus fornicat, peccat mortaliter alios
ſcandaliſando, peccat mortaliter diem celebrem violando, peccat mortaliter præcep-
tum cōtinentię tranſgrediēdo, & ſi fœminam alliciat, aut quod deterius eſſet opprimat,
eſt ibi etiam alia ſpecies culpæ mortalis. Inſuper clerici ad ſeptem horas tenentur cano-
nicas ex



A nicas ex præcepto, ita quod ſi vnā aut etiam minimam ſcienter & ſine rationabili cauſa
omitterent, peccarent mortaliter, tociens, quotiens. Quod ſi quis omnes horas illas vno
die ſcienter ſine rationabili cauſa omitteret, incideret ſeptem peccata mortalia, aut vnū
ſeptempliciter mortale. Iohannes, Horribilia ſunt hæc, Sed deprecor edoceri an actus
exterior malus ſeu praua aut falſa loquutio aliquid culpę ſuperaddat actui interiori. Dio
nyſius, Hanc quæſtionem mouet magiſter libro. ij. diſtinctione. xl. de qua doctores ibi
dem multa conſcribunt ac plurima ſciſcitantur, quæ propter prolixitatem vitandam di-
mitto. Reſponſionemq; Thomę breuiter tangam, qui ait in ſcripto ſecundi, Actus exte
rior & actus voluntatis interior ita comparantur adinuicem, quod vterq; eſt alteri quo
dammodo cauſa bonitatis ſeu prauitatis. Actus nanq; exterior bonitatem ſortitur ex cir
cunſtantiarum commenſuratione, ſecundum quam proportionatus eſt ad finem homi
nis conſequendum. Cumq; actus exterior comparetur ad voluntatem, ſicut obiectum
ad potentiam. Ideo hanc bonitatem voluntatis actus interior ab exteriori habet non ſe
cundum quod eſt exercitus, ſed ſecundum quod eſt intentus ac volitus, quia inquantum
exercitus ſequitur actus voluntatis. Quædam quoq; ratio bonitatis conſiſtit in actu inte
riori ſecundum ſe, prout voluntas eſt domina actuum ſuorum, ſecundum quam bonita
tem actus habet rationem meriti ſiue laudabilis, & hæc bonitas ab actu interiori ad ex
B teriorem deſcendit. Quod addo quoniam quidam actus ita ſunt delectabiles quod va
nitas nō poteſt eſſe tam intenſa in eis ante actum ſicut in actu, vt in venereis. Iccirco nō
tantum demeretur qui vult turpiter agere, & qui hoc agit. Quidā vero ſunt actus diffi-
ciles in quibus voluntas remittitur, & in his voluntas eſt magis perfecta ante actum exte
riorem, quam in illo, loquendo autem de bonitate actus quam habet actus exterior ſecū
dum ſe, ſic actus exterior complet & perficit interiorē in bonitate ſeu prauitate. Quē-
admodum terminus motus complet motum. Comparatur enim ad voluntatem tan-
quam obiectum ipſius. Cumq; actus ordinetur p primam bonitatem quam habet à vo-
luntate prout liberalis ex amore exhibetur. Ideo actus exterior nihil adiungit ad præmi
um eſſentiale. Hinc decimo ethimologorū ait philoſophus, quod actus exteriores ſunt
ad virtutū manifeſtationem. Conſonat quoq; quod ſanctus ait Bernardus, Bona volun-
tas ſufficit ad meritum, ſed bona operatio requiritur propter exemplum. Et item quod
ſuper Matthęum ſcribit Chryſoſtomus, volūtas eſt, quę aut remuneratur pro bono aut
condemnatur pro malo, Opera vero ſunt teſtimonia voluntatis, quod intelligendum eſt
de voluntate conſummata, imperatiua, quæ ſola impotentia, aut alia iuſta cauſa reuoca-
tur ab opere. Poſtremo his alludit quod loquitur Auguſtinus: Non longiturnitas tempo
ris, nō numeroſitas operis, ſed melior voluntas, maiorq; charitas remuneratur a deo, præ
C mio ſcilicet eſſentiali. Iohannes, Quid ſcdm philoſophicā veritatē ſentiendū eſt de remu
neratiōe animarum poſt hanc vitam. Dionyſius, Nonne de hoc ſupra introducta ſunt
multa etiam ſępe? Infra tamen adhuc inde dicetur,

## METRVM. IIII. LIBRI QVARTI.

QVid tantos iuuat excitare motus,
Et propria fatum ſolicitare manu?
Si mortem petitis, propinquat ipſa
Sponte ſua, uolucres nec remoratur equos.
Quos ſerpens, leo, tigris, urſus, aper
Dente petunt, ijdem ſe tamen enſe petunt.
An diſtāt, quia diſſidētq; mores.
Iniuſtas acies, & fera bella mouēt
Alterniſq; uolūt perire telis?
Non eſt iuſta ſatis ſæuitiæ ratio.
Vis aptam meritis uicem referre?
Dilige iure bonos, & miſereſce malis.

### Expoſitio quarti metri libri quarti. ARTIC. XII.

IN pcedētibus proſis inducta ſunt multa de impotētia & miſeria iniqrū, hic eorūdē
inſipiētiā deflet, [Quid] o miſeri fatuiq; mortales [iuuat]. i. cōfert, delectat ſeu adiu
uat [excitare motus tātos]. i. q; vnuſquiſq; veſtrū cōtra proximū ſuū excitat & intra
ſe mo

PROSA IIII. ſe mouet tam multos &magnos iracũdię, impacientię, indignationis,diſſentionisve mo D
tus,quia vt patuit, per hoc potiſſime vobis ipſis nocetis,proprias animas lęditis,necatis
ac ꝑditis,deũ offenditis,diabolo cõplacetis,omĩ dei gratia ac virtute voſipſos priuatis,æ-
terna felicitate & gloria indignos vos facitis,cũctis beſtijs viliores vos facitis.Nõne ergo
vere loquutus eſt Salomõ, Qui in vno deliquerit multa bona ꝑdet.Et merito dixit Pſal
Eccleſi.9 Pſal.4. miſta:Filij hominũ vſqueq̊ graui corde,vt q̇d diligitis vanitatẽ,&quæritis mẽdaciũ.Cer
Tobię.12. te vt ſanctus Raphael angelus dixit Thobię,Qui faciũt peccatũ & iniquitatem, hoſtes
ſunt animę ſuę.Hoc eſt quod ait vir ſecundum cor dei: Qui diligit iniquitatem odit ani-
mam ſuam . [ Et quid iuuat ſolicitare fatum , ] id eſt , accelerare & procurrare fatum, id
eſt,mortẽ ſuiipſius ſiue alterius[propria manu],id eſt, propria operatione, violentia, in-
ductione , fatum autem interdum accipitur pro euentu , quaſi fortuito, inopinato , &
qui fatalis putatur,quãuis reſpectu dei nullius mors ſit proprie fatalis,cui ſanctus Iob lo
Iob 14. quitur:Cõſtituiſti breues dies hominis,numerus mẽſiũ eius apud te eſt. Conſtituiſti ter
minos eius qui pręteriri non poterunt.[Si mortem petitis].i.optatis ſeu quæritis,quam
aliqui appetunt vicioſe, vt ex deſperatione ſeu prauo tedio vitę. Aliqui virtuoſe cupien-
tes diſſolui&eſſe cum Chriſto,ſicut dixit Apoſtolus,Quis me liberabit de corpore mor
Roma.7. tis huius,[ipſa propinquat]id eſt,indeſinẽter vobis propinquior fit.Propter quod ꝑijſſi
mus Ezechias rex ait, Præſciſa eſt velut à texente vita mea , dum ad huc ordirer ſuccidit E
Iſaię.38. me:De mane vſq; ad veſperam finies me, Seneca quoq; loquutus eſt : Quotidie mori-
mur,quia quotidie aliqua vitę pars demit̃. Hinc occaſum & terminũ vitæ noſtræ ordi-
nationi diuinę prouidentię debemus cõmittere,atq; cotidie taliter viuere quaſi ipſo die
morituri.Quia vt aſſerit Auguſtinus,Is ſapiẽter cõuerſatur qui quãlibet vitę ſuę diẽ qua
Auguſtinus ſi vltimũ arbitratur.Itaq;[mors propinquat ſua ſpõte] quaſi ſpõtanee naturaliq; curſu,
quãuis nec importune optet̃,nec violẽter infligat̃.Ideo ſanctus Dauid in adoleſcẽtia ſua
1.Reg.21. ab impio rege Saul perſecutionẽ grauiſſimã ſuſtinens,nequaquam voluit eum occidere
neq; à conſobrino ſuo occidi permiſit, ſed dixit : Viuit dominus, quia niſi venerit dies
eius vt moriatur aut deſcendens in ꝓliũ perierit,non mittam manum meam in eum[nec
ipſa mors remoratur],id eſt, non retrahit aut retardat[equos]ſuos,id eſt celerrimos ſuos
acceſſus,inſtar equorum feſtinos:&poſſunt per equos mortis,cauſę corruptionis intelli
gi,quę mortẽ adducunt & introducũt.Loqtur itẽ de morte more poetico,q̃ſi de re ſub
ſiſtẽte,cũ tñ mors proprie nõ ſit niſi priuatio vitę.Hinc veteres mortẽ pingebant in eq̃-
rũ curru , [Idẽ hoẽs quos ſerpens leo tigris vrſus aper atq; cõſimiles fere petunt] , id eſt,
inuadunt[dente], id eſt, dentibus ſuis ledunt ac laniant [ petunt ſe tñ enſe],id eſt, ſeipſos
digladiunt.i.gladijs ac alijs armis impugnãt ac perimũt,vnde vt Auguſtinus ait libro de
Auguſt. ciuitate dei,Nullũ animal tã cõcors eſt ex natura cũ cõſortibus ſuę naturę vt homo,tãq; F
diſcors ex vicio cũ eiſdẽ,Interea vt aſſerunt naturales,beſtię q̃uis feroces rariſſime inua-
derent homines niſi ex vehemẽtia famis.Vel quoniam timẽt infeſtari ab homine, eo ꝙ
homines naturaliter vereantur,iuxta illud in doctrinali,Cuncta timẽt hominem,quoni
Gen.9. am pręſidet ipſe creatis.Vnde in Geneſi legitur deus dixiſſe ad Noe & filios eius,Sit ti-
mor veſter ſuper cuncta animalia terrę.Deinde philoſophia excludit friuolam excuſati-
onem qua quis dicere poſſet, Iſta hominum diſcordia ac cõcertatio naturalis eſt, vtpote
ex diuerſa hominum complexione,inclinatione ac morigeratione procedens,quod non
excuſat plenarie,[An diſtant]id eſt , vtrum homines ſic diuerſificantur & mutuo con-
trariantur quoniam diſtant,id eſt, differunt in naturalibus diſpoſitionibus ſuis,ideo ſub-
ditur[quia diſſideant mores], id eſt , inclinationes & eorum naturales ſunt varij & quaſi
contrarij,&ideo mouent , id eſt , contra ſe inuicem producunt [ acies iniuſtas] , id eſt ,
cuneos iniuſte collectos,qui non ex charitate nec zelo iuſtitię,ſed ex parcialitate aut cu-
piditate ſeu aliqua irrationabili cauſa procedunt ad bellum,mouent quoque[ bella fera-
lia],id eſt ,pugnas feroces ſine compaſſione ſeinuicem occidendo [ & volunt perire].i.
perimi[telis alterutris]ſeu alternis,id eſt, ſpiculis ſeu ſagittis vel alijs bellicis inſtrumẽtis
mutuo ſibi inflictis, ſicut in libris Regum ac Iudicũ recitatur de filijs Moab & Edom ac
Iudic.7. Idumeis atque de Madianitis,quod mutuis ſe cõſciderunt &occiderunt vulneribus.Ve-
rũtñ preliãtes nõ volũt ꝑire in bellis nec ab alio trucidari,ſed appetit quilibet triũphare.
Attamen quoniam ſponte gradiuntur ad pugnam,& interfectionis periculo ſe expo-
nunt



A nunt dicuntur velle alterutrum ſic occidi, quemadmodum qui incaute ſuper glaciem
graditur,dicitur velle ſubmergi.Deinceps philoſophia excuſationem hãc refellit dicen-
do,[Ratio],id eſt,cauſa iſta[ſeuicie],id eſt,mutuæ diſſentionis,crudelitatis & pugnę[non
eſt iuſta ſatis],id eſt rationabilis & condigne excuſans,quoniam homo tenetur per rati-
onem ſeipſum compeſcere,& alterum ſupportare, imo diligere proximos ſicut ſeipſum
ac facere illis prout ſibi vult fieri. Deniq; iuxta legem diuinã nobis deſuper datam tene
mur nos regulare, moderari,inuicemque habere ita quod vnuſquiſque proprias culpas,
defectuoſitates,corruptiones,attẽdat,lamentetur,ac emendare conetur,& ſic proximo-
rum defectus &mores ęquanimiter tollerabit,imo modicę culpabilitatis reputabit,com-
paratione ſuorum exceſſuum.Poſtremo ſicut cupit ſibi ignoſci a deo, ſic ignoſcet &pro
ximis,ideo dixit Apoſtolus: Alter alterius onera portate,&ſic adimplebitis legem Chri-
ſti. Amplius philoſophia ſubiungit in his ſalubre conſilium . [Vis referre],id eſt ſi appe-
tis reportare[vicem aptam], id eſt, conueniens pręmium recompenſationemque con-
gruam[pro meritis],id eſt,pro actibus tuis bonis,dilige iure, id eſt , ex debito iuſtitię ſi-
cut preceptum eſt deſuper[bonos], id eſt,homines virtuoſos . Cum enim bonum ſit ip-
ſius appetitus obiectum,quanto quis fuerit melior præſertim in donis ac meritis chari-
tatis,tanto cęteris paribus eſt amabilior, potiſſime ex parte obiecti . Hinc Seneca dixit:
B Si vis diligi, dilige.Ordo autem charitatis varijs modis penſatur prout Anthiſiodorῡſis
in ſumma ſua& Thomas in ſecunda ſecundę.Richardus quoque ſuper ſecundum ſenten-
tiarum declarant.Et miſereſce,id eſt,miſericors eſto [malis],id eſt,prauis hominibus cis
cordialiter condolendo,pro ipſis inſtanter orando,eos charitatiue & pie corripiendo,
ac admonendo:non ſcandaliſando, ſed factis & verbis ędificando.Iuxta illud apoſtoli,
Vnuſquiſque proximo ſuo placeat in bono ad ędificationem. Propter quod in Eccleſia-
ſtico etiam ſcriptum eſt,Vnicuique mandauit deus de proximo ſuo, vt ſcilicet,ita habe-
at ſe ad illum ſicut nunc dictum eſt . Nec iſta diſtinctio in vltimo iſto tacta verſiculo eſt
ita intelligenda quod non debeamus malos diligere ſecundum quod homines ſunt,gra
tię ac ſalutis capaces,ſed per appropriationem dictum eſt iſtud: quoniam boni ſecundũ
quod boni ſunt diligendi:mali vero ſecundum quod mali ac miſeri ſunt miſerendi,quod
qui fecerit aptam vicem conſequetur à Chriſto,qui pollicetur,Beati miſericordes quoni
am ipſi miſericordiam conſequentur.

## PROSA V. LIBRI QVARTI.

HInc ego, Video(inquã)q̃ ſit uel ſelicitas,uel miſeriã in ip
ſis proborum atq; improborum meritis conſtituta.Sed
C in hac ipſa fortuna populari , nonnihil boni mali ue in
eſſe perpendo.Neq; enim ſapientium quiſpiam exul,in-
ops,ignominioſusque eſſe malit potius quam pollens
opibus,honore uerendus,potentia ualidus , in ſua permanens urbe flo-
rere.Sic eñ clarius teſtatiusq; ſapientiæ tractatur officiũ,cum in cõtin-
gẽtes populos regẽtiũ q̊dãmodo beatitudo trãſſunditur,cũ p̃ſertim car
cer,lex,cęteraq; legaliũ tormẽta pœnarꝝ pernicioſis potius ciuibus(ꝓpt̃
q̊s etiã cõſtituta ſunt)debeãt.Cur hęc igit̃ uerſa uice mutẽt̃,ſcelerꝝq; ſup
plicia bonos premãt,p̃mia uirtutũ mali rapiãt:uehemẽter admiror,q̃q;
tã iniuſtę cõfuſiõis ratio uideatur,ex te ſcire deſidero. Minus etem̃ mi-
rarer ſi miſceri oĩa fortuitis caſibus crederẽ. Nũc ſtuporẽ meũ deus re-
ctor exaggerat,q cũ ſępe bonis iucũda,malis aſpera,cõtraq; bonis dura
tribuat,malis optata cõcedat:niſi cauſa deprehẽdat̃,q̇d ẽ ꝙ a fortuitis ca
ſibus differre uideat̃?P. Nec mirꝝ,inq̇t, ſi quid ordinis ignorata ratiõe,
temerariũ cõfuſumq; credat̃.Sed tu quãuis cauſam tãtę diſpoſitionis ig-
nores,tñ q̄m bonus mundũ rector tẽperat,recte fieri cuncta ne dubites.
Elucida-

## Elucidatio proſę quintę libri quarti. ARTIC. XIII.

D

SIc ego video: Poſtquam philoſophia in præhabitis proſis probauit q̃ tanquam obſcura ac prima facie quodammodo incredibiliter introduxit. Hic circa eadem facit quandam repetitionem & mouet vtilem atq; difficilem quæſtionem, [Sic ego video inquã] id eſt, Ego Boethius dico ac fateor quod video, id eſt, intelligo, ſic id eſt, ex modo declarationum & probationum tuarum [quæ ſit felicitas vel miſeria in ipſis proborum atq; improborum meritis conſtituta] id eſt quæ beatitudo conſtituta ſit & conſiſtat in meritis ipſis proborum, id eſt, hominum virtuoſorum. Vel quæ miſeria conſtituta ſit in meritis, id eſt, demeritis improborum. [Sed in hac ipſa fortuna populari nõ nihil boni maliue ineſſe perpendo] id eſt, Ego Boethius perpendo, id eſt, conſidero non nihil boni, id eſt, aliquid bonitatis proſperitatis ſeu felicitatisve, id eſt, aut mali, id eſt, infelicitatis ineẽ id eſt, exiſtere in fortuna hac ipſa populari, id eſt, in euẽtibus iſtis fortuitis & caſualibus quos vulgares reputant euſortunia aut diſſortunia, quaſi dicat. Quamuis tu philoſophia probaueris diuites & potẽtes qui proſperantur iuſtoſq; perſequuntur eſſe impotẽtes ac miſeros, ipſos quoq; pauperes iuſtos quamuis ab illis oppreſſos eſſe illis potentiores ac feliciores, quibus conſentire vix valeo, quoniam cerno in fortuna populari eſſe aliquid felicitatis aut calamitatis. Populares nanq; illos reputant eufortunatos quibus arridet & affluit ſecularis potentia, opulentia, fama &c. Illos vero infortunatos quibus eueniunt horum contraria, nec in hoc videntur errare, ſicut ſubiungitur. Neq; enim ſapientum quiſquam exul inops ignominioſusq; eſſe malit potius quam pollens opibus. Hoc eſt, Neq; enim quiſquam id eſt, quia nec aliquis ſapientum malit, id eſt, cupit aut velit eſſe exul, id eſt, in exilium miſſus inops ignominioſus, id eſt, diſſamatus, ignobilis potius quã opibus pollens [Honore reuerendus, potentia validus in ſua permanens vrbe florere] id eſt, magis quam habundare diuitijs & eſſe validus poteſtate ac florere permanens in ſua vrbe id eſt, decorari multitudine propinquorũ & amicorum, quemadmodum, primo Machabeorum libro nuncius regis Anthiochi dixit ad venerabilem Mathathiam: Princeps & E

4.Reg. 4. clariſſimus es in ciuitate hac & ornatus fratribus ac filijs. Vnde cum Eliſæus propheta dixiſſet mulieri Sunamite, Vis vt loquar pro te ad regem aut principem, Illa reſpondit: In medio populi mei habito, tanquam diceret, habundo conſanguineis & amicis qui poterunt loqui pro me. Sic enim clarius teſtantiuſq; ſapientis tractatur officium, Hoc eſt, Officium id eſt præſidentia ſeu regimen ſapientiæ, id eſt, quod per ſapientiam dirigit & ſolis ſapientibus merito competit tractatur, id eſt, exhibetur ac agitur, ſic, id eſt, in ipſa opulentia, poteſtate, fama, honore clarius, id eſt, eminentiusq; pro & teſtantius, id eſt, magis F autentice [cum in contingentes populos regentium quodammodo beatitudo transfunditur], hoc eſt, dum beatitudo, id eſt, proſperitas regentium, id eſt, officiatorum ac præſidentium transfunditur quodammodo, id eſt, diuulgatur in populos contingentes, id eſt, ad terras & gentes in circuitu commorantes, quod adhuc conſequenter declarat ac probat, [Cum præſertim carcer, lex, cęteraque legalium tormẽta pœnarum pernicioſis potius ciuibus propter quos etiam inſtituta ſunt debeãtur. Pręſertim, id eſt, potiſſime cum, id eſt, ex quo carcer, id eſt, incarceratio lex ſupple punitiua ſeu legis pręſcriptio cęteraque tormẽta pœnarum legalium, id eſt, inſtituta in legibus debeantur potius ciuibus pernicioſis, id eſt, nociuis & periculoſis in communitate. Propter quos, id eſt, propter quorum refrenationem & debitam punitionem conſtituta ſunt

1. Timo. 1. Galat. 3 etiam illa tormenta, ſicut teſtatur Apoſtolus: Iuſtis non eſt lex impoſita, ſed impijs & ſceleratis. Et rurſus: lex propter tranſgreſſores poſita eſt, quod non eſt intelligendum de omni lege, ſed cohercitua atque prohibitiua. Quia vt ſcribit Iſidorus: Diuerſę ſunt proprietates operationesque legis, nec ſolum lex habet punire, ſed & informare virtuoſumque facere, & remunerare quæ iuſta ſunt. Porro vt recitat Auguſtinus libro de ciuitate dei ex Tullij dictis, Nouem erãt genera tormentorum in legibus inſtituta, videlicet mors, exilium, carcer &c. Inſuper quid de hac replicatione Boethij ſit tenendum dictum eſt ſępe. Præſertim in iij. libro. Qualiter ſcilicet opulentia, potentia, dignitas, fama, honor, ad felicitatem pertineant. Conſequenter Boethius quæſtionem ſuam proponit quæ tamen re

uera fre



A vera frequenter præhabita eſt & competenter ſoluta. [Cur hæc igitur vice verſa mutentur] id eſt, miror & ſciſcitor quare hæc iam nominata mutentur vice verſa, id eſt mutatione contraria, ita q̃ ea quę merito conueniunt bonis hominibus, vt p̃ſata ad proſperitatẽ pertinentia perueniunt & præſtantur iniquis, [ſcelerumq; ſupplicia] vt ſunt exilium, incarceratio, diſſamia ſeruitus. [bonos premant ſicut] & me Boethium iam diu afflixerunt & oppreſſerunt; [præmia virtutum mali rapiant] id eſt, Cur iniuſti rapiant, id eſt, conſequantur, vſurpent, poſſideant præmia virtutum, id eſt, bona ad proſperitatem ſpectantia, quæ virtuoſis debentur. Hinc vehementer admiror, iſtud ait Boethius in pſona hominis imperfecti ſicut ſępiſſime dictum eſt, [Quæq; tam iniuſtæ confuſionis ratio videatur ex te ſcire deſidero] id eſt, O philoſophia ex tua reſponſione diſcere cupio, quę pro & quę tibi videatur ratio confuſionis tam iniuſtæ. i. huius deordinationis quæ vt apparet cõtrariatur iuſtitiæ. [Minus etenim mirarer ſi miſceri omnia fortuitis caſibus crederẽ]. i. ſi putem omnia iſta temporalia miſceri, id eſt, commixtim contingere caſibus fortuitis. i. fortunalibus euentibus. [Nunc ſtuporem meum deus rector exaggerat] id eſt deus vniuerſorum prouiſor exaggerat, id eſt, multiplicat & augmẽtat ſtuporem meum, id eſt, vehementem admirationem meam, nunc quando ſic credo prouidentiam dei omnia vſq; ad minima incluſiue diſponere. Sicq; deus p ſuos effectus fuit cauſa admirationis iſtius.

B [Qui cum ſæpe bonis iucunda, malis aſpera. Contraq; bonis dura tribuat, malis optata concedat] id eſt, Qui omnium rector cum concedat ſæpe bonis, id eſt, iuſtis iucunda id eſt, proſpera & delectabilia, & malis. i. impijs aſpera, id eſt, aduerſa, quę pro & contra id eſt, ecõuerſo tribuat bonis hominibus dura. i. aduerſa, & concedat malis optata. i. proſpera concupita. Niſi cauſa deprehendautr, id eſt, niſi horum ratio angnoſcatur. [Quid eſt q̃ a fortuitis caſibus differre videatur] id eſt, non videt in aliquo differre ab euentibus fortunalibus. Ad quod philoſophia. [Nec mirum inquit, ſi quid ordinis ignorata ratione temerarium confuſumq; credatur] id eſt mirum non eſt, ſi quid, id eſt aliquod opus videatur temerarium, que pro & confuſum, quod tamen in veritate ordinatum & ſapientiale conſiſtit ratione, id eſt, cauſa ordinis. i. connexionis & modi ſeu ordinationis facti huiuſmodi, ignorata admiratio nanq; conſurgit, dum grande aut inſolitum quid contingit, cuius cauſa neſcitur, [ſed tu quãuis cauſam tãte diſpoſitionis ignores] id eſt, Tu Boethi qui docilis beneuoluſq; conſiſtis, licet nondum ſcias rationem, cauſam & ordinem, tam ſublimis diſpoſitionis prouiſoris altiſſimi [tamen q̃m bonus mundum temperat rector recte fieri cuncta non dubites] id eſt, non ambigas omnia iſta recte & ordinate accidere, per comparationem ad prouidentiam dei, quoniam rector bonus. i. deus eſſentialiter bonus, iuſtus ac ſapiens, tẽperat. i. curat, diſponit & regit mũdũ. i. totũ vniuerſum,

C ſpecialiter rationabiles intellectualesq; creaturas. De his iã tã frequẽter p̃inductis ptrãſio.

## METRVM QVINTVM LIBRI. IIII.

SI quis Arcturi ſidera neſcit
Propinqua ſummo cardine labi,
Cur legat tardus plauſtra bootes,
Mergatq; ſeras æquore flammas,
Cum nimis celeres explicet ortus,
Legem ſtupebit ætheris alti.
Palleant plenæ cornua lunæ,
Infecta metis noctis opacæ,
Quæq; fulgenti texerat ore
Confuſa Phœbe, detegat aſtra.
Commouet gentes publicus error.
Laſſantq; crebris pulſibus æra.
Nemo miratur flamina cori
Littus furenti tundere fluctu,
Nec niuis duram frigore molem
Feruente Phœbi ſoluier ęſtu.
Hic em̃ cauſas cernere promptũ eſt,
Illic latentes pectora turbant.
Cuncta quæ rara prouehit ætas,
Stupetq; ſubitis mobile uulgus.
Cedat inſcitiæ nubilus error,
Ceſſent profecto mira uideri.

## Expoſitio metri quinti libri quarti. ARTIC. XIIII. D

FRequenter in hoc libro metra correſpondent ſententijs proſarum imme
diate procedentium, Ita & metrum hoc. Dictum eſt enim in fine proſę
mox antecedentis mirum non eſſe ſi ea quę fiunt in mũdo videantur ali-
quando confuſa & inſipienter prouenientia, ei qui neſcit cauſam euentus
rationemq́ȝ entis, qui vt tactum eſt ibi, admiratio oritur dum effectus vide
tur, cuius cauſa neſcitur. Propter quod ſecundum philoſophum propter admirari, id eſt,
ex admiratione cæperunt homines philoſophari. Hic ergo ponit philoſophia de
hoc tria exempla, deinde ſubiungit exempla duo, quod nemo miratur de hoc cuius ſcit
cauſam. Itaqȝ ait, Si quis neſcit ſidera arturi. i. ſtellas vrſę maioris, quę currens ſeu plauſtra
vocatur, labi. i. ſua circunuolutione deſcendere, propinqua cardini ſummo. i. polo antar
tico, qui eſt polus ſuperior quantum ad nos, reſpectu quorum iugit̃ eleuatus eſt. De hoc
arturo quere ſupra metro. v. primi libri, vbi de eo plura conſcripta ſunt. Item ſi quis neſ-
cit, cur Boothes. i. ſtella illa apparatu puſilla & quaſi reſidẽs ſuper ſtellam illam maiorem
quæ dicitur medius equus ipſius currus, atqȝ à vulgaribus vocatur auriga, legat. i. ducat
plauſtra. i. vrſam illam, ponendo plurale pro ſingulari, tardus. i. non ita velociter proce-
dens & motus vt ſtellę à polo diſtantiores, que pro &, cur bootes mergat. i. deprimere vi- E
deatur equore, id eſt in mari oceano flammas ſeras, id eſt, ſplẽdidas vrſę maioris ſtellas,
quę tarde mouentur, & circulum paruum deſcribunt propter vicinitatem ſuam ad po-
lum, loquitur quoqȝ philoſophia vulgi ſecundum apparentiam iudiciumqȝ vulgàrium,
qui ſtantes in ripa maris, & præter cęlum & aquas nil vltra videntes, putant & iudicant
ſtellas & planetas in aquas deſcendere, vt dictum eſt ſępe, cum tamen boothes explicet. i.
agat & oſtendat ortus celeres nimis. i. valde mane videatur oriri, & de occaſu ſuo erum-
pere. Deniqȝ philoſophia loquitur hic quo ad eos qui in climate primo aut ſecũdo vel cir
citer commorantur, quibus ſtella hęc occidit, & ſub orizonte eorum deprimitur, nobis
autem eminet ſemper. Itaqȝ qui hæc neſcit ſtupebit legẽ. i. diſpoſitionem & curſum ethe
ris alti. i. cœli ſtellati. Cur ſcilicet in eodem quędam ſtellę velociſſime moueãtur motu ſui
orbis, quę remotiſſime diſtant a polo, quędam tardiſſime, quę ſunt propinquiſſime po-
lo eidem. Quędam medio modo palleant. i. ſi contigerit quod palleſcant & nobis obte
nebreſcant cornua lunę dum plena eſt. Quod fit dũ luna iam plena eclipſatur, cuius cor
nua dicuntur hic extremitates ipſius, per quas tota luna deſignatur, quo ad ſuperficiem
eius verſam ad nos. Cornua inquam infecta, id eſt, obſcurata metis, id eſt, terminis noctis
opace, id eſt, tenebroſe, cuius metę ſunt protenſiones ſuę caliginis, quæ vſqȝ ad lunam p-
tingunt ſole ſubtus abſcondito, que pro &, ſi phœbæ, id eſt luna confuſa, id eſt, eclipſata F
detegat aſtra, id eſt, apparere faciat ſtellas paruas ſibi viciniores, quas ſuo lumine ante-
quam eclipſaretur obfuſcauit ne apparerent. Ideo ſubditur, quæ aſtra texerat, id eſt, vi-
deri impediuit, ore fulgenti, id eſt, ſuperficie ſua clara ac ſplendida, error publicus, id eſt,
euidens & generalis imperitia ac falſa opinio commouet, turbat, ſolicitat gentes indo-
ctas, puta vulgares, qui putabant eclipſim lunę per incantationes fieri mulierum, nec eſ
ſe quid naturale, que pro &, laſſant crebris, id eſt, frequentibus ictibus, id eſt, percuſſioni
bus ęra, id eſt, ęrea inſtrumenta, ſuper quæ fecerunt pulſationes intenſas ad terendum &
fugandum huiuſmodi incantatrices. Sequuntur duo exempla ſeu opera in quibus ho-
mines non mirantur, Nemo miratur flamina, id eſt, commotiones & impulſiones, cho-
ri, id eſt, venti impetuoſi ſic appellati, tundere, id eſt, percutere littus maris fluctu fremen
ti, id eſt, aquis impulſis vſqȝ ad littus, nec quiſquam miratur molem niuis duram frigore,
id eſt, grandem maſſam niuis frigore induratam, ſoluere, id eſt, diſſolui ac liquefieri eſtu
phębi feruenti, id eſt, forti ſolis calore, quę quibus verbis ſoluier ponitur pro ſolui ſeu re-
ſolui cauſa metri, per figuram quæ dicitur paragoge. Hic enim, id eſt, in duobus iſtis ope-
ribus ſeu exemplis cernere, id eſt, cognoſcere cauſas eorũ in promptu eſt. i. facile. Illic. i.
in tribus illis exemplis, cauſę latentes. i. incognitę turbant pectora. i. ſolicitant mentes ad
inquirendum. Hoc eſt, Ignorantia cauſarum ſeu deſiderium cognoſcẽdi incognita. Nam
omnes homines naturaliter ſcire deſiderant ſecundum philoſophum, Cuncta quæ etas
. i. omnia illa quæ tempus humanę etatis prouehit, id eſt, producit rara, id eſt, raro eueni-
entia ſeu inconſueta & ardua. Dicitur aũt tempus facere ea, quę fiunt in tempore, vt di-
ctum eſt



A tum eſt ſępe, ſtupet. i. miratur vulgus mobile. i. inſtabile & inconſtans, quod motibus
paſſionum atqȝ erroribus leuitateqȝ cordis agitatur hinc inde, que pro &, ſubitis. i. vul-
gus etiam ſtupet ex effectibus ſubito & inopinate fientibus, quamuis ſciant quod diui-
na fiant virtute, quoniam prima facie non ſatis poteſt conſiderare excellentiam cauſę, &
efficientiam eius. Error nubilus. i. ignorantia grauis inſcitię, id eſt, ineruditionis cedat, id
eſt, recedat & deleatur, ceſſant profecto. i. pro certo ceſſabunt videri mira quæ nunc in-
doctis mira videntur. In pręinductis tangitur duplex cauſa admirationis, Vna eſt, igno
rãtia cauſę, Alia eſt nouitas ſeu incõſuetudo, magnitudoue rei. Nempe vt ſup Iohan. aſſe
rit Aug. Surrexit vnus mortuus, & admirati ſunt omnes, cũ nemo miretur quotidie ge
nerari quę antea non fuerunt, quotidiana autem dei miracula, hoc eſt, magnifici eius ef-
fectus in regimine vniuerſi in rerum naturis, in productionibus rerum, non eorum faci
litate ſed aſſiduitate hominibus viluerunt. Interea quamuis omnium rerum cauſas cog
noſceremus, adhuc tamen effectus & opera omnipotentis videremus eſſe præclara. Ita
quod diceremus: Non eſt ſimilis tui in dijs domine & non eſt ſecundum opera tua,

## PROSA SEXTA LIBRI QVARTI.

ITa eſt inquam. Sed cum tui muneris ſit latentium rerũ
B cauſas euoluere, uelataſqȝ caligine explicare rationes:
quæſo uti hinc decernas, & quoniam hoc me miracu-
lum maxime perturbat, ediſſeras. P. Tum illa pauliſper
arridẽs, ad rem me omnium (inquit) quæſitu maximam
uocas, cui uix exhauſti quicquam ſatis eſt. Talis nanqȝ materia eſt, ut u-
na dubitatione ſucciſa, innumerabiles aliæ (uelut hydræ capita ſuccreſ-
cant, nec ullus fuerit modus, niſi quis eas uiuaciſſimo mentis igne coer-
ceat. In hac enim de prouidentiæ ſimplicitate, de fati ſerie, de repentinis
caſibus, de cognitione ac p̃deſtinatione diuina, de arbitrij libertate quę-
ri ſolet. Quæ quanti oneris ſint, ipſe perpendis. Sed quoniam hęc quoqȝ
te noſſe, quædam medicinæ tuæ portio eſt, quanquam anguſto limite tẽ
poris ſepti, tamen aliquid deliberare conabimur. Quod ſi te muſici car
minis oblectamenta delectant, hanc pauliſper oportet diſſeras uolupta
tem, dum nexas ſibi ordine contexo rationes. B. Vt libet inquam. P. Tũ
C uelut ab alio orſa principio, ita diſſeruit: Omnium generatio rerum, cũ
ctuſqȝ mutabilium naturarum progreſſus, & quicquid aliquo mouetur
modo, cauſas, ordinem, formas, ex diuinę mentis ſtabilitate ſortitur. Hęc
in ſuę ſimplicitatis arce poſita, multiplicem rebus gerendis modum ſta
tuit: qui modus cum in ipſa diuinæ intelligẽtiæ puritate conſpicitur, pro
uidentia nominatur: cum uero ad ea, quę mouet atque diſponit refertur,
fatum a ueteribus appellatum eſt. Quæ diuerſa eſſe facile liquebit, ſi quis
utriuſqȝ uim mente conſpexerit. Nam prouidentia eſt ipſa illa diuina ra
tio in ſummo omniũ principe cõſtituta, quæ cuncta diſponit. Fatũ uero
inhærens rebus mobilibus diſpoſitio, per quam prouidentia ſuis quaqȝ
nectit ordinibus. Prouidentia nãqȝ cuncta pariter, quamuis diuerſa, quã
uis infinita, complectitur. Fatum uero ſingula digerit in motũ, locis, for-
mis, ac temporibus diſtributa: ut hæc tẽporalis ordinis explicatio, in di-
uinæ mentis adunata proſpectu prouidentia ſit: eadem uero adunatio di
geſta atqȝ explicata temporibus, fatum uocetur: Quæ licet diuerſa ſint,
alterum tamen pendet ex altero. Ordo nanque fatalis ex prouidentię ſim

 plicitate

plicitate procedit. Sicut enim artifex faciendæ rei formam mente perci- D
piens, mouet operis effectum, & quod ſimpliciter præſentarieque proſ-
pexerat, per temporales ordines ducit: ita deus prouidentia quidē ſingu
lariter ſtabiliterque facienda diſponit, fato uero hęc ipſa, quæ diſponit,
multipliciter ac tēporaliter adminiſtrat. Siue igitur famulātibus qbuſdā
prouidētiæ diuinis ſpiritibus fatū exercetur, ſeu anima, ſeu tota ſeruiēte
te natura, ſeu cæleſtibus ſyderū motibus, ſeu angelica uirtute, ſeu dęmo-
nū uaria ſolertia, ſeu aliquibus horū, ſeu oībus fatalis ſeries texitur: illud
certe manifeſtū eſt, immobilē ſimplicemq; gerendarum formam rerum
eſſe prouidentiam: fatum uero eorum (quæ diuina ſimplicitas gerenda
eſſe diſpoſuit) mobilem nexum aq; ordinem temporalem. Quo fit, ut
omnia quæ fato ſubſunt, prouidētiæ quoque ſubiecta ſint, cuiipſum eti-
am ſubiacet fatum. Quædam uero quæ ſub prouidentia locata ſunt, fati
ſeriem ſuperant. Ea uero ſunt, quæ primæ propinqua diuinitati ſtabili- E
ter fixa, fatalis ordinem mobilitatis excedunt. Nam ut orbium circa eun-
dem cardinem ſeſe uertentium qui eſt intimus, ad ſimplicitatem medieta-
tis accedit, cæterorumque extra locatorum ueluti cardo quidam, circa
quem uerſentur, exiſtit: extimus uero maiorem ambitu rotatus, quanto
a puncti media indiuiduitate diſcedit, tanto amplioribus ſpatijs explica-
tur: ſi quid uero illi ſe medio connectat & ſociet, in ſimplicitatem cogitur,
diffunditq; ac diffluere ceſſat. Simili ratione, quod longius a prima men
te diſcedit, maioribus fati nexibus implicatur. Ac tāto aliquid fato libe
rū eſt, quanto illū rerum cardinem uicinius petit. Quod ſi ſupernæ men
tis hęſerit firmitati motu carens, fati quoque ſupergreditur neceſſitatem.
Igitur uti eſt ad intellectū ratiocinatio, ad id quod eſt, id quod gignitur,
ad æternitatem tempus, ad punctum medium circulus: ita eſt fati ſeries
mobilis ad prouidentiæ ſtabilem ſimplicitatem. Ea ſeries cælum ac ſide- F
ra mouet, elementa in ſeinuicem temperat, & alterna commutatione trā
format. Eadem naſcentia, occidentiaque omnia per ſimiles fœtuum ſe-
minumq; renouat progreſſus. Hæc actus etiam, fortunasque hominum,
indiſſolubili cauſarum connexione conſtringit: quæ cum ab immobilis
prouidentiæ proficiſcantur exordijs, ipſas quoque immutabiles neceſſe
eſt eſſe. Ita enim res optime geruntur, ſi manens in diuina mente ſimpli-
citas, indeclinabilem cauſarum ordinem promat: hic uero ordo res mu
tabiles, & alioquin temere fluituras, propria incōmutabilitate coerceat.
Quo fit, ut tametſi uobis hunc ordinem minime conſiderare ualentibus,
confuſa omnia perturbataque uideantur, nihilominus tamen ſuus mo-
dus ad bonum dirigens cuncta diſponat. Nihil eſt enim quod mali cauſa
ne ab ipſis quidem improbis fiat, quos (ut huberime demonſtratum eſt)
bonum quærentes prauus errror auertit, ne dum ordo de ſummi boni
cardine proficiſcens, a ſuo quenquam deflectat exordio. Quæ uero (in-
quies) poteſt ulla iniquior eſſe confuſio, quam ut bonis tum aduerſa





A tum proſpera, malis etiam tum optata tum odioſa contingant? Num igi-
tur ea mentis integritate homines degunt, ut quos probos improbosue
cenſuerint, eos quoque (uti exiſtimant) eſſe neceſſe ſit? Atqui in hoc ho-
minū iudicia depugnāt, & q̃s alij p̃mio alij ſupplicio dignos arbitrāt. Sed
concedamus, ut aliquis poſſit bonos malosue diſcernere. Num igitur
poterit intueri illam intimam temperiem (uelut in corporibus dici ſolet)
animorum? Non enim diſſimile eſt miraculum neſcienti, cur ſanis cor-
poribus, his quidem dulcia, illis uero amara conueniant: cur ægri etiam
quidam lenibus, quidam uero acribus adiuuantur. At hoc medicus, qui
ſanitatis ipſius atque ægritudinis modum temperamentumque dignoſ-
cit, minime miratur. Quid uero animorum aliud ſalus uidetur eſſe, quā
probitas? Quid ægritudo, quam uitia? Quis enim alius uel ſeruator bo-
norum uel malorum depulſo, quā rector ac medicator mentium deus?
B Qui cū ex alta prouidentię ſpecula reſpexerit, quid unicuique conueni-
at agnoſcit, & quod conuenire nouit, accommodat. Hinc iam fit illud fa-
talis ordinis inſigne miraculum, cum a ſciente geritur, quod ſtupeant
ignorantes. Nam ut pauca (quæ ualet ratio humana) de diuina profun-
ditate perſtringam, de hoc quem tu iuſtiſſimum, & ęqui ſeruantiſſimum
putas omnia ſcienti prouidentiæ diuerſum uidetur. Et uictricem qui-
dem cauſam dijs, uictam uero Catoni placuiſſe familiaris noſter Luca-
nus admonuit. Hic igitur quicquid citra ſpem uideas geri, rebus quidem
rectus ordo eſt, opinioni uero tuæ peruerſa confuſio. Sed ſit aliquis ita
bene moratus, ut de eo diuinum iudicium pariter humanumq; conſen-
tiat: ſed eſt animi uiribus infirmus, cui ſi quid eueniat aduerſi, deſinet co
lere forſitan innocentiam, per quam nō potuit retinere fortunam. Parcit
itaque ſapiens diſpenſatio ei, quem deteriorem facere poſſit aduerſitas:
C ne cui non conuenit laborare, patiatur. Eſt alius cunctis uirtutibus abſo-
lutus, ſanctusque ac deo proximus, hunc contingi quibuſlibet aduerſis
nefas prouidentia iudicat, adeo ut ne corporeis quidem morbis agitari
ſinat. Nam ut quidam me quoque excellentior ait:

Sacri hominis corpus uirtutes ædificarunt.

Fit autem ſæpe uti bonis ſumma rerum regenda deferatur, ut exhube-
rans retundatur improbitas. Alijs mixta quędam pro animorum ciuili-
tate diſtribuit: Quoſdam remordet, ne lōga felicitate luxurient: alios du-
ris agitari ſinit, ut uirtutes animi patientiæ uſu atque exercitatione con-
firment. Alij plus æquo metuunt, quod ferre poſſunt: alij plus æquo
deſpiciunt, quod ferre non poſſunt. Hos in experimentum ſui triſtibus
ducit. Nonnulli uenerandum ſeculi nomen, glorioſæ precio mortis eme
runt: quidam ſupplicijs inexpugnabiles exemplum cæteris prætule-
runt, inuictam malis eſſe uirtutem. Quæ quam recte atque diſpoſite,
& ex eorum bono (quibus accidere uidentur) fiant, nulla dubita-

tio eſt. Nam illud quoque, quod improbis nunc triſtia, nunc optata pro- D
ueniunt, ex eiſdem ducitur cauſis: ac de triſtibus quidem nemo mira-
tur, quod eos male meritos omnes exiſtimant: quorum quidem ſuppli-
cia cum cæteros ab ſceleribus deterrent, tum ipſos quibus inuehuntur,
emendant. Læta uero magnum bonis argumentum loquuntur, quid de
huiuſmodi felicitate debeant iudicare, quam famulari ſæpe improbis cer
nant. In qua re illud etiam diſpenſari credo, quod forſitan alicuius tam
præceps atque importuna natura eſt, ut eum in ſcelera potius exacerba-
re poſſit rei familiaris inopia: huius morbo prouidentia collatæ pecu-
niæ remedio medetur. Hic fœdatam probris conſcientiam ſpectans, & ſe-
cum fortunam ſuam comparans, forſitan pertimeſcit, ne rei cuius iucun-
dus uſus eſt, ſit triſtis amiſſio. Mutabit igitur mores, ac dum fortunam
metuit amittere, nequitiam derelinquit. Alios in cladem meritam præ-
cipitauit indigne acta felicitas. Quibuſdam permiſſum puniendi ius, ut E
exercitij bonis, & malis eſſet cauſa ſupplicij. Nam ut probis atque im-
probis nullum fœdus eſt, ita ipſi inter ſe improbi nequeunt cōuenire.
Quid ni, cū a ſemetipſis diſcerpētibus cōſcientiā uitijs q̄q; diſſentiāt, faci
antq; ſæpe, q̄ cū geſſerint, nō fuiſſe gerēda diſcernant? Ex quo ſæpe ſum-
ma illa prouidentia protulit inſigne miraculum, ut malos mali bonos
facerent. Nam dum iniqua ſibi a peſſimis quidam perpeti uidentur,
noxiorum odio flagrantes, ad uirtutis frugem redire: dum ſe eis diſſi-
miles ſtudent eſſe, quos oderant. Sola eſt enim diuina uis, cui mala
quoque bona ſunt: cum eis competenter utendo, alicuius boni elicit effe-
ctum. Ordo enim quidam cuncta complectitur, ut quod ab aſſignata or
dinis ratione diſceſſerit, hoc idem, licet in alium tamē ordinem relabatur,
ne quid in regno prouidentiæ liceat temeritati. Difficile autē eſt me ſer
mone explicare quēadmodū deus oīa regat, & ſua prouidētia diſponat. F
Neque enim fas eſt homini cunctas diuini operis machinas, uel ingenio
comprehendere, uel explicare ſermone. Hoc tantum proſpexiſſe ſuffici-
at, quod naturarum omnium proditor deus idem ad bonum dirigens
cuncta diſponat: dumque ea quæ protulit, in ſui ſimilitudine retinere
feſtinat, malum omne de reipublicæ ſuæ terminis per fatalis ſeriem ne-
ceſſitatis eliminat. Quo fit, ut quæ in terris abundare creduntur: ſi diſ-
ponentem prouidentiam ſpectes, nihil uſquam mali eſſe perpendas. Sed
uideo iamdudum te & pondere quæſtionis oneratum, & rationis pro-
lixitate fatigatum, aliquam carminis expectare dulcedinem. Accipe igi-
tur hauſtum, quo refectus, firmior in ulteriora contendas.

## Explanatio proſæ ſextæ. ARTIC. XV.

Hic



A Hic philoſophia reſpondet ad quęſtionem præcedente proſa inductam de
mirabilibus dei iudicijs. Cur ſcilicet interdum in vita hac iuſtis proueniunt
aſpera & aduerſa, iniquis vero proſpera & iucunda, quanq; autem econuer
ſo iuſtis hic accidunt proſpera impijſq; aduerſa. Et iſta eſt proſa totius libri
præcipua, ſententioſa, profunda, in qua prout datum fuerit intendere iam
oportet. Boethius itaq; approbans præinducta effatur. [Ita eſt inquam] ſicut iam protu-
liſti [Sed cū tui muneris ſit], i. effectus beneficij tui, opus tuę doctrinę atq; officium magi
ſterij tui [latentium rerum cauſas euoluere], i. de obſcuro ad claram notitiam transferre
cauſas rerum latentium, i. incognitarum, [velataſq; caligine explicare rationes], i. princi
pia cauſalia ſua difficultate ac profunditate operta ad alta miſteria ſenſum humana trāſ-
cendentia explicare, i. enodare & extra ſuę abſconſionis plicas extrahere, quęſo vti diſcer
nas hinc, i. precor vt diſcernas, i. iudices & exponas hinc, i. de iſta materia, quid ſit ſentien
dum ea. Verum tamen iſtud eminentius ſpectat ad theologiam, principaliſſime autem
fontaliter & autoritatiue ad increatam ſapientiam deum altiſſimum, qui eſt creans ſcien
tias ac ſupſplendidiſſimus totius ſapientiæ ac intelligentię fons, vt in libro de cauſis aſſe-
ritur, Auicebronq; Platonicus in libro fontis vitę teſtat. Hinc ſanctus Daniel vates, Vir
deſideriorum ſpiritualium ac mundorum diuinis reuelationibus aſſuetus ait: Sit nomen
B domini benedictum, quoniam ipſe reuelat profunda & abſcondita, & nouit in tenebris
conſtituta. Iſtud quoq; inſtrumentaliter ac participatiue ſpectat ad viros deſuper illu-
ſtratos, in quorum animas ſapientia dei æterna ſe transfert, amicos altiſſimi ac prophe-
tas eos conſtituens, Propter quod Danieli Nabugodonoſor rex dicebat, Omne ſacra- Danie. ii.
mentum, id eſt, ſacrum abſconditum non eſt impoſſibile tibi, & ligata potes diſſoluere. Et
quoniam hoc me miraculum maxime perturbat, id eſt, res iſta mirabilis me potiſſime in
citat, angit & quaſi ſtupidum reddit. Proprie autem miraculum dicitur ſupernaturalis
effectus, communis vero quęcunq; res mira & magna. Sicq; libro de ciuitate dei diſſe-
ruit Auguſtinus: Omni miraculo quod in mūdo fieri poteſt, maius miraculū eſt ipſe mū
dus. Et denuo proteſtatur quod omni miraculo quod per hominem fieri poteſt, ma-
ius miraculum ipſe eſt homo. Hieronimus quoque in regula ſua fatetur Ariſtotelem fu-
iſſe grande miraculum in tota rerū natura. Sic item Elihu ait: Miraculum meū nō te ter
reat, & eloquētia mea nō ſit tibi grauis. Videlicet [q̄ ſępe bonis mala], i. aduerſa [malis p-
ſpera veniant, cum omnipotens Iudex infinitus ſit ediſſeras] id eſt, dicas & doceas quid in
hac quæſtione ſit ſentiendum. [Tum illa pauliſper arridens] id eſt, philoſophia arridens
id eſt, ſtudioſitati & quæſtioni meæ perutili ſe congratulari oſtendens, cum pio & ſobrio
riſu, qui fuit interioris fauoris ac gaudij ſignum. Riſus quippe ſapientium ac deum timen
C tium eſſe non debet diſſolutus, nec frequens, nec quempiam ſcandaliſans. Vnde ſanctus
Iob dixit, Si quando videbam iuuenes, non credebant mihi. Et Salomon ait, Sicut ſoni- Iob. 29. Eccle. 7.
tus ſpinarum ardentium ſub illa, ſic riſus ſtulti. Vir itaq; ſapiens, vix tacite ridebit. Sed &
Tullius loquitur, nō eſt oratorum & ſapientum diſſoluto ore ridere, [Ad rem me inquit
omnium quęſitu maximam vocas] id eſt, philoſophia inquit, O Boethi tu vocas, id eſt, in
uitas me ad rem maximam omnium, id eſt, ad materiam inter omnia valde difficilem ac
ſublimem queſitu, id eſt ipſa tua quæſtione & inquiſitione vel quæſitu, id eſt, ad inquirē
dum & inueniendū. Sic & Plato loquitur in Thimeo, Ergo ne magnifice inuitatus ſum
hodie, vt ex ipſo apparatu datur intelligi, Cui vix exhauſti quicquam ſatis, id eſt, cui quæ
ſtioni ſeu materię vix ſufficiat quicquam exhauſti, id eſt, quæcunq; reſponſio ex corde re
ſpondentis extracta ſeu hauſta, [Talis nanq; materia eſt, vt vna dubitatione ſucciſa] id eſt,
vna quæſtione ſublata de medio, ita vt videantur plura nō eſſe querenda de ea, vel vna
dubitatione ſucciſa, id eſt, per reſponſionem ad dubitationem quodammodo defalcata,
innumerabiles alię velut ydre capita ſuccreſcant, id eſt, Valde multę alię interrogatiōes
naſcantur, quemadmodū ſerpenti nomine ydra ſtatim ſuccreuit aliud caput dum ei Her
cules vnum caput abſcidit. Serpens autem in aqua habitans ydra vocatur, atque vt fabu
lę narrant, amputato ei capite vno, mox ei tria alia excreuerunt, propter quod occidi ab
Hercule non valebat totaliter. Ita cum deus ſit ens infinite actualitatis ac intelligibilita-
tis, ſemper in hac vita occurrunt alia & alia de ipſo quærenda. Ipſe enim eſt torrens,
qui tranſuadari non poteſt, fons hortorum, puteus aquarum viuentium. Nec [vllus Cant. 4.
fuerit modus,] id eſt, nullus terminus menſura aut moderatio quæſtionum huius

 materię

PROSA VI. ſum huius materię poterit eſſe,[niſi quis eas viuaciſſimo mẽtis igne coherceat],id eſt, ni D
ſi homo coherceat,id eſt moderetur ac reprimat huiuſmodi quæſtiones,igne mentis,id
eſt,diſcretione intellectus,igniculo rationis,feruore reuerentię,viuaciſſimo,id eſt,valde
agili ac ſubtili. Vnde de agno paſchali deus præcepit in Exodo,Si quid reſiduum fuerit
Gregorius igne combureť,quia vt ſanctus exponit Gregorius,ſubtiliores & ſecretiores intelligen-
tias diuinorum potiſſime credendorum,iudicio ſpiritus ſancti deberemus relinque,quo-
niam ipſe ſpiritus ſcrutatur etiam alta dei. Deniq; viuax ingenium recte ignis nuncupa
tur,quoniam inſtar ignis aſcendit,duraq; penitrat,cogitationes & affectiones decoquit
ac depurat,vt ſint ſalubris refectio mentis,animam quoq; ad deum accendit. Iuxta id pſal
Pſal. 38. mi:In meditatione mea exardeſcet ignis. Hinc vt aſſerunt naturales,quorum præcor-
dia feruent, & calidioris extant naturę,ingenioſiores ſolent conſiſtere. Debemus ergo
viuaci diſcretione queſtiones de deo moderari,reuerenter proponere,ſapienter penſare,
veraciter ſoluere, cõſiderãdo noſtræ capacitatis imbecillitatem,materiæ ſublimitatem &
contentionis periculum. Periculoſum eſt enim de talibus inconſulte quid loqui & incer
Prouer. 25 ta pro certis profari. Propter quod Salomon faſſus eſt:Sicut qui mel comedit multum
euomet illud,ſic qui perſcrutator eſt maieſtatis,opprimetur à gloria. Ideo dixit apoſto
Roma. 12. lus:Non plus ſapere quam oportet,ſed ſapere ad ſobrietatem. Quod quia hęreſiarchę
non fecerunt æternaliter perierunt. [In hac enim re de prouidentię ſimplicitate,de fati ſe E
rie,de repentinis caſibus,de cognitione & prædeſtinatione diuina,de arbitrij libertate
ſolet quæri,]id eſt, hoc eſt,Enim pro quia,ſolet quæri in hac re,id eſt,in iſta materia de
ſimplicitate prouidentiæ,id eſt,de prouidentia dei,que in ſeipſa eſt ſimplex, & vtrum ſit
ſimplex omnino,ita quod vniuerſa & ſingula deus vno intuitu comprehendat proui-
deat ordinet & de ſerie.i.cõnexiõe,mõ ac ordine fati ac rerũ fataliũ, de caſibus repẽtinis
.i.improuiſis euẽtibus,de cognitiõe.i.ſciẽtia dei & p̄deſtinatiõe diuina,qd ſint & q̃liter ab
inuicem diſtinguantur. De libertate arbitrij.i.de libero arbitrio hominis quid ſit &an ſit
ſpecialis potẽtia ab intellectu &voluntate diſtincta,Specialiter quoq; qualiter ſimul ſtent
certa&inuariabilis pręcognitio dei &libertas arbitrij. [Quę quanti ſint oneris tu ipſe per
pendis,]id eſt,tu Ipſe O Boethi cõſideras quanti oneris,id eſt quam magnę difficultatis
ſint iſte res,[Sed quoniam hæc quoq; te noſſe quædam medicinę tuę portio eſt, quam-
quã anguſto limite temporis ſepti,tamen aliquid deliberare conabimur]Hoc eſt,Quã-
uis ſepti,id eſt,concluſi & circundati ſimus limite anguſto,id eſt,termino breui tempo-
ris vitę,huius,ſeu temporis nobis reſtantis ad conferendum,conabimur tamen,id eſt,ſtu
debimus & enitemur pro viribus deliberare,id eſt,deliberate & cum ingenti præauiſa-
tione tractare,aliquid de his,quoniam portio quædam medicinę tuę,id eſt,pars interi-
oris tuę curatiõis eſt noſſe te hæc,id eſt,horũ cognitio. [Quod ſi te muſici carminis ob- F
lectamenta delectant]hoc eſt,Si pro quia oblectamenta, id eſt ſpirituales delectationes
carminis muſici,id eſt,dictaminis metrici delectant te,id eſt cordis tui palatum aut etiam
ſenſum auditus conſonantia quadam, [ hanc oportet pauliſper vt differas voluptatem]
hoc eſt,oportet,id eſt,conuenit vt differas pauliſper,id eſt,aliquantulum ſuſpendas vo-
luptatem hanc,equanimiter ſuſtinendo prolixitatem proſę iſtius,quæ cęteris longior ẽ,
dum nexas ſibi ordine contexam rationes,Hoc eſt quam diu connexam,id eſt, compo-
nam & proſequar rationes,id eſt,ſermones,argumentationes ſeu cauſas nexas ſibi, id ẽ,
inuicem condependentes & iunctas ordine,id eſt,habitudine congrua &ordinato pro-
ceſſu. [Vt libet inquam,]id eſt,Ego Boethius dico,fac vt libet,id eſt,ſicut tibi placet teq;
delectat. [Tũc velut ab alio orſa principio],i.philoſophia orſa,i.loq incipiẽs tũc velut à
principio alio.i.ab alia maxima ſeu generali regula ac doctrina, ita diſſeruit, [Oĩm rerũ
generatio,cunctusq; mutabilium rerum progreſſus,&quicquid aliquo mouetur modo,
cauſas,ordinem,formas ex diuinę mentis ſtabilitate ſortitur.] Philoſophia volens doce
re quid ſit diuina prouidentia,& quid fatum,& qualiter abinuicem diſtinguantur,præ-
mittit hoc documentum,Generatio,id eſt,productio omnium rerum,& omnis res pro
ducta,q; pro &,progreſſus.i.exitus cũctus mutabiliũ rerũ,& qcqd mouetur aliquo mõ
.i.aliqua ſpecie motus,ſortiť cauſas exiſtẽtię ſuę,& ordinẽ,i.habitudinẽ,relationẽ ſeu or-
dinationẽ,q̃ habet in rerũ vniuerſitate,& formas.i.diſpoſitiões,& oẽm ſuã formationẽ,
formã ſubſtantialem & accidentalem, omnem ſuũ decorem,virtutem, proprietatem &
actionem,



A actionem, hoc eſt omne creatum,omne quod eſt citra deũ,quod vtiq; iuxta præhabita
aliquo modo eſt mobile,& ex ſua natura mutabile ac dependens , & vt eſt ex nihilo-
vanum,iuxta illud Apoſtoli ad Romanos: Vanitati creatura ſubiecta eſt,ex diuinę men Roma. 8.
tis ſtabilitate,id eſt,ex inuariabili mente dei,ex ſuperlimpidiſſima & omnipotente ſapi
entia eius,quemadmodum dixit glorioſus Apoſtolus,Quoniam ex ipſo,& per ipſum &
in ipſo ſunt omnia. Ex ipſo inquam ſicut ex cauſa efficiente,quod appropriate conuenit
patri,cui appropriatur potentia,per ipſum ſicut per cauſam formalem exemplarem,q̃d
appropriatum eſt filio,cui appropriatur ſapientia,Idea,ars,ratio,pulchritudo,ſeu ſpeci-
es & exemplar,cum ipſe ſit verbum dei patris,de quo verbo fertur apud Iohannem:O- Iohan. 1.
mnia per ipſum facta ſunt,& in ipſo,ſicut in cauſa finali,quod appropriatim cõpetit ſpiri
tui ſancto,cui appropriatur bonitas,amor,communio. Huic verbo Boethij conſonat q̃
ſupra eſt allegatum ex Proclo dicente,Omnia procedunt ab intellectu,& totus mundus
ab intellectu ſubſtantiam habet. Porro in prima rerum creatione cuncta creata habue-
runt hæc omnia immediate à deo,deinde inferiora per cauſas producuntur ſecundas, ſi
cut teſtatur philoſophus quod ſol in circulo obliquo ſuo acceſſu & receſſu eſt cauſa gene
rationis & corruptionis in inferioribus. Animę vero rationales procedunt per creatio-
nem immediate a deo. Si autem obijciatur quod emanatio rerum a deo eſt per ſimilitu
B dinem quandam,quĩa omne agens,producit ſimile ſibi,ergo corporalia, temporalia, cõ
poſita,imperfecta,corruptibilia & inſtabilia,imo inſtabiliſſima iſta non profluxerunt im
mediate à ſimpliciſſimo prorſus immateriali,penituſq; perfecto,& incommutabili deo,
Et reſpondendum quod Auicenna,Algazel,& alij multi Philoſophi opinati ſunt hoc,&
errauerunt, Nõ tamen omnia ſic profluxerũt a deo immediate, quin ordine quodam ita
quod inter ſe ordinem habent,&ſingula quoque proprijs exemplaribus rationibus ſunt
producta,ſicq; ſimilitudo quædam imitationis inter creatorem &creata perpenditur &
conſiſtit. Verumtamen ipſi quoq; ſubtiliores Philoſophi tam Platonici quam Peripate
tici multipliciter & efficaciter probauerunt quod in ipſo vniuerſo oportet eſſe vnum
primum fontale principium,ad quod tanquam ad cauſalem ac fontanam orginem cęte
ra omnia reducantur. Sicq; oportere omnia imperfecta & defectiua cuncta generalia &
corruptibilia vniuerſa mobilia temporalia atq; corporea reduci ad vnum ens primum,
omniformiter ac omnifárie ſimplex,perfectum,independens,nulloq; indigens, inuaria
bile & æternum,quod ſit menſura &regula cęterorum. Imperfecta nanq; compoſita &
inſtabilia,nequaqnam potuerunt ſibi ipſis exhibere ipſum eſſe ac viuere,neq; ſe conſerua
re,nec à ſeipſis illa habere. Hinc in libro de cauſis aſſeritur & probatur,quod omne opus
naturę eſt opus intelligentiæ,& omne opus intelligentię,opus eſt primę cauſę. Inſuper Auguſtinus
C verbis iſtis Boethij concordat quod.x. de Ciuitate dei loquitur Auguſtinus:Plotinus Pla
tonicus de prouidentia dei diſputans probat &aſſerit eam à ſummo deo,cuius eſt,intelli
gibilis atq; ineffabilis pulchritudo,vſq; ad hæc terrena & ima pertingere,ex floſculorũ
ac foliorum pulchritudine,quæ omnia quaſi abiecta & velociſſime pereuntia decentiſſi
mos formarum ſuarum numeros habere nõ poſſe affirmat,niſi inde formentur vbi for-
ma exemplaris,intelligibilis & incommutabilis ſimul habens omnia perſeuerat,hoc ip
ſum dominus Ieſus Chriſtus in euangulio docuit dicens:conſiderate lilia agri quomodo
creſcunt, dico vobis quod nec Salomon in omni gloria ſua opertus eſt ſicut vnum ex il- Matth. 6.
lis. Quibus increatę ſapientię verbis conſonat quod dicunt philoſophi,Ars imitatur na
turam quantum poteſt,nec valet eam equare,id eſt,perfecte ſequi ac repreſentare,quod
intelligendum eſt de arte humana. Ideo omnes mundi artifices non poſſunt rem aliquã
tam formoſe ornare,exarare,depingere,ſicut natura omni anno tempore ſuo ornat hor
tos & agros,herbas,& arbores graminibus,floribus,folijs, fructibus, colore multiplici,
odore ſuaui, formatione decenti. Deniq; ſicut ars humana imitatur naturam creatã, nec
eam poteſt plene ſectari,ſic hæc ipſa natura ſequitur artem increatam & exemplarem à
qua fluxit & exemplata eſt,nec eam poteſt imitari perfecte,Imo in infinitum minus quã
ars humana, naturã. Ecce quã ſuperbeatiſſimus & ſuperglorioſiſſimus eſt dominus deus
noſter, quam ſupereminens & pœnitus infinita eſt pulchritudo & gloria,amenitas
& dulcedo,conuenientia & amabilitas eius. Heu quam vani & viles,quam excęcati & in
grati ac miſeri ſunt qui præferũt ei iſta carnalia &terrena,ad quę magis quã ad ipſum af-
ficiuntur,

PROS. ſiciuntur,per quod ipſum vehementer inhonorant ac vilipendunt. Ideo digni ſunt cō D
VI. demnatione æterna. Conſequenter prouidentia dei & fatum deſcribūtur. [Hæc in ſuę
ſimplicitatis arce compoſita, multiplicem rebus gerendis modum ſtatuit,]Hæc,id eſt, ip
ſa mens diuina quę eſt ipſe ſimpliciſſimus & superſapientiſſimus deus compoſita, id eſt,
decore conſiſtens ſeq; ornatiſſime ac decentiſſime habens,ſecundū quod homines mori
geratos dicimus moribus eſſe compoſitos,in arce ſimplicitatis ſuę,id eſt, in incomparabi
li ſumma & supereminentiſſima ſua ſimplicitate ęternaliter permanens,in qua nec eſt cō
poſitio ex materia & forma,neq; ex actu & potentia, neq; ex genere & differentia, nec
ex quod & quoeſt, nec ex eſſe poſſe & agere,neq; ex eſſe & eſſentia,nec ex ſuppoſito
& natura, Imo in quo omnia ſunt vnum ſimpliciſſimum atq; puriſſimum eſſe, in quo &
quod eſt omnis perfectio,omnis nobilitas,omnis beatitudo,cum ſuperexcellentia infi-
nita,ſtatuit,id eſt, præfixit,dedit impreſſit,rebus gerendis, id eſt, creaturis ad ſuos fines
dirigendis atq; in ſuo curſu ac ordine adminiſtrandis,modum multiplicem,id eſt, multi
formem ac variam diſpoſitionem,formam,habitudinē,inclinationem,proceſſum. Vni-
cuiq; videlicet rei ſecundum exigentiam ſuę naturę ac proprij finis. Vnde in libro ſapi-
Sapient. al. entię dicitur omnia conſtituiſſe innumero,pondere & menſura. Atq; vt AVGVSTI
Auguſtinus NVS diſſeruit: In ſpecie,modo ac ordine. Hinc PLATO fatetur, Operi formam
Plato. Philoſo. dat opifex ſuus. Et vt ARISTOTELES addit,dans formam dat conſequētia for E
mam,quæ ſunt inclinatio ad motū & locum in corporalibus rebus,vniuerſaliter autem
loquendo ſunt inclinatio ad proprium finem, & vis actiua ſeu actio,qua ad finem per
tingitur. [Qui modus cum in ipſa diuinę intelligentię puritate cōſpicitur prouidentia
nominatur],i.modus iſte non realiter idem,cū modo præfato exemplato rebus impręſ
ſo,ſed modus exemplaris increatus cauſatiuus illius modi ſecundum quod conſideratur
vt conſiſtens in puritate intelligentię,id eſt,ſapientiæ diuinæ. Hoc eſt,In puriſſima ſapiē
tia dei prouidentia nominatur,id eſt,æterna diſpoſitio & præconcepta ordinatio agen
dorum,quemadmodum artifex intra ſe format & concipit quid,quando,vbi,qualiter &
propter quid,aliquid ſit acturus,[Cum vero ad ea quę mouet atq; diſponit ręfertur fa-
tum à veteribus appellatum eſt,]id eſt modus iſte ſeu diſpoſitio agendorum nō idem nu
mero,cū mō exēplari mētis diuinę,ſed modus ab illo exēplarit̄ pductus rebusq; inditus
dū refertur,id eſt,per conſideratione̅ cōparatur ad ea quę mouet atq; diſponit,id eſt, ad
creaturas,quas modus ille exemplaris mentis diuinæ mouet & regit,principaliter & ef-
fectiue. Modus vero exemplatus,& in rebus digeſtus regit & mouet inſtrumentaliter &
exequutiue,[Quæ diuerſa eſſe facile liquebit]id eſt,patebit faciliter quod duo hæc,pro-
uidentia ſcilicet & fatum realiter ſint diſtincta,[Si quis vtriuſq; vim mente conſpexerit]
id eſt,Si quis mentali intuitu viderit clare vim,id eſt,proprietatem & efficaciam vtriuſ F
q; vtpote prouidentiæ atq; fati. Hoc forſan Philoſophia ſubiungit, ne id quod dixit de
modo pręfato putetur intelligendum de modo eodem numero. Conſequenter ergo o-
ſtendit in quibus & quomodo differāt,[Nam prouidentia eſt ipſa illa ratio]id eſt,ſum-
ma & digniſſima rationabilis & idealis diſpoſitio[in ſummo omnium principe conſtitu
ta]id eſt,in luce & ſapientia dei in quo non eſt per aduentitiam ſeu accidentalem inheren
tiam,ſed per realem identitatem quemadmodum ſapientia omnipotentia iuſtitia &
conſimilia attributa dicuntur eſſe in deo,ſuntq; ipſemet deus,qui tantę eſt ſimplicitatis,
quod in ipſo realiter idem ſunt habens & quod habetur in his quæ abſolute dicuntur
non in relatiuis. Nam pater habet filium,nō tamen eſt filius prout libro de trinitate lo
quitur Auguſtinus[quę cuncta diſponit]id eſt,quæ ratio exemplaris vniuerſa gubernat,
ſicut intra ſe continet & concepit. Ipſa quoque ratio,cum ſit ipſa mens diuina in ſeipſa
diſponit & ordinat omnia [fatum vero inhęrens rebus mobilibus diſpoſitio per quam
prouidentia quęque ſuis nectit ordinibus]. Hoc eſt,fatum eſt diſpoſitio inherens rebus
mobilibus,i.rebus & cauſis atq; cauſatis creatis,quæ omnes comparatione eius, qui eſt pu
rus actus & prorſus incommutabilis ac æternus ſunt mobiles,qui vt dictum eſt ſtabilis
manens dat cūcta moueri,qua diſpoſitione tanq̄ per mediū exequutoriū ſeu exequutiuū
diuina prouidētia nectit,queq;,id eſt,quęcunq; ſeu oīa iungit atq; coordinat ſuis ordini
bus.i.ordinationibus,habitudinibus,cōnexionibus & iuncturis cōuenietibus ſeu debitis
illis,de his paulo poſt plenius loq̄r. Interea videt̄ deſcriptio iſta q̄dāmō cōcordare deſcri
ptioni



A ptioni fati,quā ponit Hermes Triſmogiſtus in li. de natura deorū, loquēs diſcipulo ſuo
Aſclepio: fatum eſt cauſarū complexio ſingula temporaliter diſtribuens,quę ſacramēto
deorum cęleſtium ſunt pręordinata. Quam diffinitionem Thomas in tractatu quodam
de fato exponēs,fatū inquit accipitur hic pro forma ordinis eſſe ac vitę inferiorum,cau-
ſata in ipſis ex periodo circuli cęleſtis,qui radijs ſuis ambit natiuitates inferiorum. Por-
ro deos cęleſtes nominat ſtellas aut & earum motores,ſacramentorum vero deorum diſ-
poſitionem immobilem eſſe ac vitę inferiorum, quę diſpoſitio nō extat immobilis pro-
ut in ipſis rebus digeſta eſt,ſed per relationē ad ſuā fontalē originē, & fluit hæc forma à
multis ſtellis & ſitibus, ſpacijs,imaginibus,cōiūctionibus, p̄uentionibus ac multiplicibus
angulis,q deſcribūtur ex interſecationibus radiorū cœleſtium corporū productionumq;
radiorum ſuper centrum in quo eſt ſol. Hęc ibi. Verum tamen opinionem illam Trimo
giſti reputo falſam, cum & hoc falſum ſit aut incertum quod ſtellas aſſerit deos,vt pote
intellectualiter animatas,videtur quippe Trimogiſtus iſte ſenſiſſe inferiora omnia de ne
ceſſitate prouenire, & dicta eius conſonant ſcriptis Alfindij aſtronimi in libro de radijs
ſtellicis,vbi & iſta dicuntur. Qui liber quamuis videatur multum ſubtilis, eſt tamen val-
de erroneus,vt etiam in libro contra errores philoſophorum probat Egidius. Ioannes,
Multa mihi hic dubia oriuntur,videlicet: An fatum ſit quid vnum ſimpliciter an ſolum
B aggregatiue. Rurſus an ſit ſubſtantia an accidens. Item in quo aut in quibus ſit. An etiā li
ceat vti noīe fati,cū dicat Gregorius: Abſit à fideliū mētibus vt fatū aliqd eē dicāt. Am-
plius q̄ro,an fatū ſit diſpoſitio actiua. Diony. Nō ſolū hęc,ſed & alia multa de fato & pro
uidētia hic reſtant q̄renda,quorū ſolutionē vſq; in finē expoſitionis proſę iſtius differri
complaceat. Attamen quod Durandus ſuper primum ſententiarum conſcribit, hic tan
gam,quoniam ad horum intelligentiam confert,ipſumq; fati nomen elucidat. Quem-
admodum inquit in nobis verbum vocale eſt effatiuum interioris conceptus, ſic fatum
eſt expreſſiuum diuinæ prouidentię, & quaſi quoddam fatum ſeu dictum atq; expreſſio
eius. Quoniam quod diuina pręſcientia ordinatum eſt, quadam cauſarum connexione
effatur. Hinc prouidentia & fatum diſtinguuntur in multis. Primo ex parte ſubiecti,quo-
niam prouidentia eſt in mente creatoris, fatum vero in cauſis ſecundis, cum ſit ſecun-
darum ordo cauſarum reductus in deum. Secūdo quoniam fatum eſt quid creatum de-
pendens ex prouidentia tanquam ex cauſa increata. Tertio quia prouidentia eſt æterna,
fatum autem temporale. Quod enim deus ab æterno diſpoſuit & prouidit, fatum tem-
poraliter adminiſtrat. Hęc eadem ſcribit ſuper primum ſententiarum Thomas de Ar-
gentina. Ioannes, Ex his compendioſe prolatis videntur mihi dubia mea pro magna
parte ſoluta. Nunc ergo de literæ expoſitione te expedi. [Prouidentia namque cun-
C cta pariter quamuis infinita complectitur]. Hoc eſt, Prouidentia dei complectitur, id
eſt, comprehendit, intuetur, & ordinat cuncta creata, quamuis illa ſint inter ſe diuer-
ſa & infinita, id eſt, innumerabilia, quo ad nos. Eſt autem in DEO ſcientia multi-
plex, & vna appellatur ſcientia viſionis, qua cognoſcit vniuerſa & ſingula quę vnquam
fuerunt,ſunt aut erunt. Alia nominatur ſcientia ſimplicis intelligentię,qua agnoſcit & ea
quę nec fuerunt nec ſunt nec erunt. Scientia itaq; viſionis non cognoſcit deus niſi finita
quia in creaturis non eſt aliquid actualiter infinitum,nec multitudine,nec magnitudine,
nec virtute,nec perfectione,imo in numero pondere & menſura conſtituta ſunt omnia.
Scientia vero ſimplicis intelligentię cognoſcit deus ſimpliciter infinita,ſed illorum non
eſt prouidentia: ideo infinitum hic ſumitur ſicut expoſitum eſt. Vel dicitur infinitum
quantum ad partes diuiſionis,prout continuum dicitur diuiſibile in partes infinitas, aut
quantum ad accidentalia, quæ numero carent, ſecundum quod ait PHILOSO-
PHVS, quod vni rei poſſunt infinita accidere, quod verum eſt de infinito admixto
potentiæ,quæ nunquam perducetur ad actum, prout iſta ſuper primum ſententiarum
à doctoribus plenius exprimuntur, [fatum vero ſingula digerit in motu],id eſt,
vniuerſa prouidentialiter precognita,exequitur, complet, & explicat in motu, id eſt,
in ipſa rerum mutatione, efficientia & productione, & hoc inſtrumentaliter, ſingula
inquam locis,formis, ac temporibus diſtributa, id eſt, deputata & diſtincta ab in-
uicem proprijs locis & formis ſubſtantialibus vel accidentalibus, atque temporibus,
[vt hec

PROSA VI. [Vt hęc temporalis ordinis explicatio in diuinæ mentis adunata proſpectu prouidentia D
ſit. Eadem vero adunatio digeſta atque explicata temporibus, fatum vocetur]. Hic rur-
ſus loquitur philoſophia quaſi prouidentia & fatum ſint idem in re, ſeu eadem, ſed iuxta
prætacta ſenſus eſt: Vt hęc, id eſt, ita quod temporalis explicatio ordinis, id eſt, exempla-
ris præordinatio huius temporalis executionis, adunata in proſpectu mentis diuinę, id
eſt, ſimul ac ſimpliciter cognita in mente diuina omnia proſpiciente, nō diuiſim & ſucceſ-
ſiue, ſed adunatim, vno & indiuiſo mentis intuitu. Eadem vero adunatio, id eſt, diſpoſitio
correſpondens & imitatiue proportionata adunationi ſeu diſpoſitioni exemplari ſapi-
entiæ increatæ digeſta, id eſt, rebus impreſſa & exequutioni mandata & explicata tem-
poribus, id eſt, temporaliter ac euidenter exhibita fatum vocetur, quæ licet diuerſa ſint
ſicut increatum & creatū, quibus proprie loquendo nihil vniuoce conuenit [alterum ta-
men ex altero pendet], id eſt, fatum ex prouidentia ſicut ex cauſa fontali, exemplari &
effectiua profluit ac dependet. [Ordo namque fontalis] Id eſt, ſeries fati atque connexio
cauſarum fatalium, comprehenſarum in fato [ex prouidētię ſimplicitate procedit] id eſt,
cauſatur ex ſimplici prouidētia dei. Cuius exemplum ſubiungitur. [Sicut enim artifex rei
faciendę formam percipiens] id eſt, Quemadmodum artifex vt domificator, percipiens,
id eſt, intellectualiter præconcipiens perfecte que capiens mente formam, id eſt, ſimili-
tudinem rei faciendę mouet operis effectum materiam rei faciendæ mouet & applicat, E
vt ei formam domus inducat. Vel mouet, id eſt, explet & exequitur effectum operis in-
tranſitiue. [Et quod ſimpliciter præſentarieque proſpexerit, id eſt, quod præcō cepit in
ſe ſimpliciter, id eſt, nude & ſola conſideratione, que pro &, præſentarie, id eſt, præſenta-
tiue ſeu ſimilitudinarie, per [temporales ordines ducit], id eſt, ad effectum perducit per
ſucceſſiones temporales coordinatus. [Ita deus prouidentia quidem ſingulariter ſtabili-
terque facienda diſponit]. Hoc eſt, Deus diſponit, id eſt, ordinat prouidentia, id eſt, per
prouidentiem ſuam æternam ſingulariter, id eſt, excellētiſſimo modo ſeu particulariter
Iob. 33. & diſtincte, que pro &, ſtabiliter, id eſt, infallibiliter ac immutabiliter iuxta illud Iob: Se-
mel loquitur deus & ſecundo idipſum non repetit, & non ſolum in vniuerſali vt quidam
dixerunt. Fato vero ea ipſa quæ diſpoſuit multipliciter ac tēporaliter adminiſtrat. Hoc
eſt, Deus adminiſtrat, id eſt, exercet, operatur, exequitur, fato, id eſt, per fatum & expli-
cationem fatalem mediatę aut immediate, multipliciter, id eſt, varijs modis ac per cauſas
Iohan. 5. ſecundas diuerſas, multiplicem effectum, ac temporaliter, id eſt, in diuerſis temporum
horis ac vicibus, & ſucceſſiue. De quo opere quotidianæ adminiſtrationis ait Saluator:
Pater meus vſque modo operatur, & ego operor. Conſequenter adhuc declarat Philoſo-
phia præfatas prouidentię ac fati diffinitiones eſſe idoneas per inductionem. [Siue igi-
tur] hoc eſt ſiue fatum exerceatur & compleatur, ac exequutionibus mācipetur [Spiriti- F
bus quibuſdam diuinis] vt pote intelligentijs famulantibus prouidentiæ], id eſt, obedi-
entibus deo & miniſterialiter exequentibus ordinationem eius prouidentialem, prout
in Thimeo Plato inducit ſummum patrem loquentem ſpiritibus talibus: O dij deorum,
quorum pater & opifex ego, horum ſementem ego faciam vobiſque tradam, veſtrum
exequi par erit, vt allegatū eſt ſupra, [ſeu anima] id eſt, ſiue per animam nobilem ſeu ani
mas nobiles quas dixerunt philoſophi eſſe animas cœleſtium corporum, aut per animā
mūdi, de qua dictum eſt primo metro. iij. libri [Aut tota natura inſeruiente], id eſt, qua-
libet cauſa naturali ſubminiſtrante, & exequente, quod author naturę ſibi præſtituit, in-
didit & agēdum præfixit [ſeu cęleſtibus ſyderum motibus,] id eſt, per motus ſtellarum,
ſicut. viij. phiſicorum Ariſtotiles dicit, quod motus cęli eſt quaſi vita quędam, id eſt, cau-
ſa vitę inferiorum. In libro quoq; de cęlo: oportet hunc mundum eſſe contiguum la-
tionibus ſuperiorum, vt tota eius virtus inde gubernetur, [ſeu angelica virtute], id eſt,
per angelos ſanctos, vt allegatum eſt ante ex authoritatibus Auguſtini. [ſeu dęmonum
varia ſolertia], id eſt, multiplici induſtria intellectualium ſubſtantiarum, quæ à platoni-
cis in caledęmones, cathodęmones, & cacodęmones diuidebantur, quæ omnia ſupra ex-
preſſa ſunt. Frequēter quoq; per angelos malos qui communiter dęmones nuncupan-
tur, deus prouidentiam ſuam exequitur in impiorum punitione ſeu, id eſt, [Fatales ſeries]
id eſt ſiue ordinatio fati [texitur] id eſt, impletur & fit [aliquibus horū] per aliquas iſtarū
cauſarum, quod in veritate ſic eſt, quia per angelos bonos ſeu intelligentias corpora mo-
uētur cęleſtia, quę etiam lumine, motu & influentia agunt in inferiora. Sed & angeli bo-
ni cu-



A ni cuſtodiunt homines, & regnis atq; prouintijs certi angeli deputātur, iuxta quod in Ec
cleſiaſtico legitur: In vnaquaq; gente propoſuit rectorem. Vnde & Gregorius, omne in- Eccleſi. 17. Gregorius
quit iudicium per angelos in hominibus exercetur. Cauſę autē naturales ſuo modo ſunt
prouidentiæ diuinæ exequutrices, præſertim natura illa quæ dicitur vis inſita cœlis. Natu-
ra itē particularis quę eſt vis indita rebus ex ſimilibus, ſimilia procreans; hinc Rabi Moy
ſes putauit p milia milium angelorum deo obſequentium intelligendas eſſe naturales re-
rum virtutes, quę exequendo ordinationem prouidentiæ diuinæ dicerentur quaſi nun
cij dei, ipſo ſuo effectu inſinuando quid deus inſtituit & præcepit, quando ipſe dixit & fa Pſal. 32. 148.
cta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt: quæ expoſitio ad literam ſtare nequit, quamuis ſe
cundum allegoriam aut tropologiam poſſit ſaluari [ſeu omnibus], id eſt, per omnes cau-
ſas prætactas, quod non eſt dicendum, cum nec anima mundi ponenda ſit, & forſan nec
animæ nobiles [Quidquid ergo horum dicatur illud certe manifeſtum eſt, immobilem
ſimplicemq; gerendarum formam rerum eſſe prouidentiam] id eſt, hoc euidens eſt ex
inductis, quod diuina prouidentia ſit forma, id eſt, actiua diſpoſitio & ſeries ordinationis
rerum gerendarum, id eſt, omnium quæ fiunt in mundo, conſiſtens in mente diuina [fa-
tum vero eorum quæ diuina ſimplicitas gerenda diſponit mobilem nexum atq; ordi
nem temporalem], id eſt, etiam hoc manifeſtum eſt fatum eſſe nexum mobilem, id eſt,
concathenationem, ſeriem & iuncturam variabilem ac ordinem temporalem, id eſt, col
B ligationē cauſalē ſucceſſiue operātē & prouenientem, eorū quę ſimplicitas diuina, id eſt,
ſimplex prouidentia dei diſponit. i. ordinat eſſe gerēda. Iſta patent ex introductis. Verū
tamen ſicut patebit fatum per reſpectum ad deum certum & immobile eſt dicendum. Se
quitur alia inter fatum & prouidentiā diſtinctio, quoniam prouidentia compræhendit
& includit plura quam fatum, vnde ſubiungitur [Quo fit] id eſt, ex dictis patet & ſequi-
tur [vt oīa q̄ fato ſubſunt]. i. q̄ cadūt ſub fato [prouidentię q̄q; ſubiecta ſint, cū fatū nō ſit
niſi impreſſio atq; expreſſio prouidentiæ quantum ad aliqua. Eſt quippe impreſſio per
relationem ad terminum ad quem, hoc eſt per reſpectum ad ea quibus ingeritur, & itē
expreſſio per comparationē ad terminū à quo, id eſt, ad prouidentiam à qua profertur,
deriuatur & inſtitutionem ſortitur, cui etiam ipſum ſubiacet fatum, id eſt, hoc fatum ſub
iacet prouidentiæ tanquam ſuæ cauſæ & inſtitutori, à qua prouidentia legem connex-
ionem ac ordinem habet. Quę autem ſubduntur inferiori ſubduntur & ſuperiori,
præſertim ſupremo, ſicut qui ſubeſt principi militum, ſubeſt & regi. Prouidentia autē
ſuperior fato, imo eſt ſumma lex, ergo fatū & quæ fato ſubdunt etiā prouidentiæ ſubſunt.
[Quædam vero quæ ſub prouidentia ſunt locata quę ſcilicet immediate & vniformiter
reguntur à deo fati ſeriem ſuperāt]. i. trāſcendūt curſum, mutabilitatem ac ordinantiam
fati [ea vero ſunt quæ primæ propinqua diuinitati ſtabiliter fixa fatalis ordinem mobili-
C tatis excedunt]. i. illa creata ſunt trāſcendentia fata, quę propinqua primę Diuinitati. i.
ſummę & verę deitati vtpote [fixa ſtabiliter]. i. firmiter ſtantia in ſtatu eodem excedunt
ordinem mobilitatis [fatalis]. i. modū ac habitudinē mutabilitatis ad fatum ſpectantis, cu
ius exemplū ſubiungit [Nā vt orbium circa eundem cardinem ſeſe vertentiū qui eſt in-
timus ad ſimplicitatem medietatis accedit cœterorumque extra locatorum velut car-
do quidam circa quem verſantur exiſtit,] Ordo verborum eſt, Nā vt. i. ſicut ſupple orbis
orbium. i. exiſtens de numero orbiū. i. ſperarū [vertentiū ſeſe]. i. qui circūuoluūtur [circa
cardinem eundē]. i. circa idem centrū polum ſeu axcē qui orbis eſt [intimus]. i. cęteris ſpe
ris minor & cōtentus ſub illis ac proximus cētro [accedit ad ſimplicitatē medietatis]. i. ma
gis aſſimilatur ſtabilitati immobilitatiq; centri, & exiſtit quaſi [cardo quidā]. i. quidā pū-
ctus ſeu centrū cęterorū orbiū extra locatorum. i. aliarum ſperarū exteriorū circūdātiū
ipſum [circa quē cardinē verſant]. i. in cuius gyro aſſidue vertunt & currūt [Extimus ꝓo
maiore ambitu rotatus]. i. orbis extremus & maximus inter cæteros [rotatus]. i. circum
actus [ambitu]. i. circuitione [maiore] q̄a maior eſt eo in circūeūdo circulū, deſcribit ma
iorē [quātū à puncti media indiuiduitate deſcēdit]. i. quāto plus elōgat & abit ab īdiuidui
tate. i. ab indiuiſibilitate [media pūcti]. i. cētri, hoc ē ab indiuiſibili cētro q̄ mediū ē, in ſpe
ra [tanto amplioribus ſpacijs explicat]. i. tāto lōgioribus ac diffuſioribus dimenſionibus
explicat & conſummat propriū motū, ſicut iſtud patet ad oculū [ſi quid vero illi ſe me-
dio connectat & ſociet in ſimplicitatē cogit]. i. ſi aliquid immediate & inſeparabiliter ad
hęreat centro [cogit in ſimplicitatē]. i. neceſſe ē ipſum cōformari immobilitati illius ſim
i plicis cen-

PROS. VI. aplicis cētri,diffundiatq; diffluere, ceſſatq; pro &.i.tale ens ceſſat diffundi p motū.i.ad ma D
iorē quātitatē extēdi ac diffluere.i. p loca plura diſcurrere.Deinde ſimile iſtud ad propo
ſitū applicaẗ[Simili ratione ꝙ lōgius à prima mēte diſcedit].i.creatura q̄ remotius ac ve
hemētius diſtat à creatore nō p localē diſtantiā,ſed p ſuæ naturæ diſſimilitudinē & imp-
fectionē,de qua diſtantia in prouerbijs Salomon dixit:longe eſt dn̄s ab impijs.Et Pſalmi
ſta,Alta.i.ſupba a longe cognoſcit[maioribus fati nexibus in plicatur].i. circundaẗ,inuol
uitur & ſubeſt pluribus ſeu intenſioribus mutationibus & colligātijs fati,qm̄ plura agūt
& mouent in ipſum ſeu multiplicius imprimunt ei[ac tanto aliquid à fato liberū].i. tāto
plus eſt res immunis & tuta a diſpoſitionibus & cōſtringētijs fati, [quāto illū rerū car-
dinē vicinius petit].i.quāto firmius petit.i.appetit & accedit ſeu obtinet cardinē illum re
rū.i.deū incircūſcriptū,qui inſtar puncti indiuiſibilis ſimplex immobiliſq; cōſiſtit,atq; in
medio oīm eſt p eſſentiā,præſentiā & potētiā,q̄uis nō ita p gratiā.Circa ipſum q̊q; mouē
tur & ad ipſum tendūt oīm corda fideliū,imo & ſuo mō naturalia deſideria vniuerſorum,
qm̄ ſine participatione & cōſeruatiōe ipſius nec ad momentū poſſunt conſiſtere.Deni-
q; in iſto oēs cōcordāt Philoſophi ꝙ quāto aliquid eſt primę cauſę propinquius, tanto eſt
ei in cunctis ſimilius,& tāto res illi propinqor eſt q̄to pauciores rerum gradus perfectio
res ac ſpecies mediāt inter creatorē & ipſum.Ordo nanq; intimus rebus & prima ac ſu
periora in creaturis fecit deus ſibi ſimiliora, id circo ſunt magis ſimplicia & minus varia
S. Diony. bilia atq; paucioribus motibus impreſſionē ac pfectionē ſuſcipiūt.De hoc diuinus Dio- E
Philoſo. niſius libro de eccleſiaſtica hierarchia,plenius vero libro de hierarchia angelica.Proclus
q̊q; & autor libri de cauſis plura loquūẗ.Ariſtoteles etiā lib.de cœlo fateẗ,ꝙ ea q̄ minus
diſtāta primo & ſummo ente paucioribus motibus ſeu actib⁹ ad ipſum ptingūt,ppter ꝙ
magis vniformia ſunt minuſq; ſubiaceat varietati fatali.[Quod ſi ſupnę mētis hęſerit fir
mitati motu carens,fati q̊q; ſupergrediẗ neceſſitatē] .i.ſi aliqd inter creata hęſerit.i.fixe
adheſerit[firmitati] i.incōmutabili ſtabilitati mētis ſupno.i.diuini ac ſummi intellectus,
pſertim p cōfirmationē in bono,& beatificā fruitionē illius,& p hoc carēs motu.i.muta
tiōe & flexibilitate a ſummo bono,tale ens ſupgrediẗ q̊q;.i.etiā neceſſitatē fati,cuius neceſ
ſitas nō ē abſoluta,ſed cōdicionata,vt infra diceẗ,vel neceſſitatē.i. ineuitabilē mobilitatē
fati ipſius.Ex qbus Philoſophia infert hoc correlariū pulchrū. Igiẗ.[vti eſt ad intellectū
ratiocinatio].i.ſicut ſe habet ad intellectū ratiocinatio,nā ratiocinatio ē diſcurſiua ſucceſ
ſiua & impfecta cognitio reſpectu intellectus.i.intellectualis notitię,q̄ eſt ſimplex inſtā
tanea & certa intuitio veritatis. Ad id ꝙ ē illud q̊q; gigniẗ.i.ſicut res generabilis corpo
ralis habet ſe ad ꝙ ē.i.ad ens ppetuū[ad æternitatē tēpus].i.ſicut tēpus ſe habet ad æter-
nitatē[Ad pūctū mediū circulus].i.ſicut ſphera ſe habet ad cētrū[ita eſt fati ſeries mobi-
lis ad prouidētię ſtabilē ſimplicitatē] .i. ſic ſe habet fatū inſtabile ad puidētiā dei ſimplicē F
atq; immobilē,imo breuiter,ita ſicut ſe habet creatura ad creatorē, ideo prouidentia ſua
pfectione in infinitū magis trāſcendit fatū q̄ intellectus ſeu intelligētia rationationē,ſiue
aium:pūctus em̄ ſeu ppetuitas,tēpus,ſubſtātia ſeparata,lignū aut lapidē.Inſup Philoſophia
deſcribit fati effectus,& tāgit ea q̄ fato ſubdūẗ[Ea ſeries cœlū ac ſydera mouet].i.ſeries
iſta fati,hoc eſt fatū ſic ordinatū ſeu cōnexio cauſa℞ q̄ cōtinenẗ ſub fato,mouet cūcta cœ
leſtia corpora,vtpote orbes,ſidera fixa,& planetas habentes motus varios & quaſi erra-
ticos,q̄uis vere ſint ordinati & ex rationabilibus cauſis taliter diuerſificati.Sed poteſt qs
dicere.cū corpora illa ab intelligētijs moueātur vel ab intrinſeca vi ac cauſa motiua,quō
dicunẗ a fato moueri,pſertim cū intelligētię nō videātur comphendi ſub fato?Et reſpō
dēdū ꝙ qdqd oipotēs deus agit in creaturis nō immediate p ſe,ſed p cauſas ſcdas,diciẗ fie
ri fato.i.p cauſalitatē & ſeriē cauſa℞ creata℞,ſicut pordinauit ſe illud facturū p illas,& q̄tū
ad hoc fatū eſt,in intelligētijs quaſi actiue,q̄uis & paſſiue in ipſis ſit ſcd̄m ꝙ a deo id re-
ceperūt.Vis ergo actiua q̄ cœleſtia corpora mouet eſt cauſa fatalis, & qd cōprehēſum in
fato,ideo fatū diciẗ agere illud ꝙ facit illa,queādmodū exercitus agere phibeẗ ꝙ aliq de
exercitu opanẗ.Intelligētię vero & cœtera a deo inmediate producta quātū ad id ꝙ imme
diate a creatore habēt,& p eius influxū ſortiti ſunt nō fataliter ſed puidētialiẗ guberna
tur:hinc cōſtat ꝙ fatū nō eſt qd vnū ſimpliciter,ſicut hō lapis ſeu lignū,ſed ē qd vnū ag-
gregatiue ſicut exercitus ſeu aceruus aut ordo multo℞,put ordo vocatur relatio ,& ſi-
ue ipſum fatū dicatur eē ſubſtātia,vtpote ipſę cauſæ ſubſtātiales,ita cordinate & pductiue
ſeu vires eorū cauſales actiue aut etiā receptiue,vtrūq; intelligi recte poteſt cū incluſione
alterius



alterius.Iohan.Ex his q̄ſtiones q̄ me multū mouebāt videntur ſolutæ mihi.Dio. Adhuc
A multa audies inde[Elemēta in ſe inuicē tēperat ].i.ſeries ſeu cauſalitas fati elemēta q̄uis
mutuo cōtraria,tn̄ facit ea in mixto cōcurrere,cōproportionari,cōciliari, & pmanere vſq;
ad pfixā periodū,niſi qd incidētale corruptiuū ſupueniēs ea diſſoluat,facit q̊q; vnū co℞ ge
nerari ex alio.Porro ſcd̄m cōmētatorē.iij.cœli & alibi:Elemēta cōpatiūẗ ſe inuicē in mix
to ſub eē remiſſo.Auicē.q̊q; opinatur ea ſcd'm formas ſubſtātiales in mixtis manere.Ve Auicenna.
rior tn̄ videtur opinio tenēs cōtrariū,q̄ & ſeqtur Thomas.Ve℞ de his dictū ē ſupra li.iij
metro.ix.ſup illud , Tu mireris elemēta ligas[& alterna cōmutatiōe trāſformat].i.mate
riā vnius elemēti trāſfert ad formā elemēti alterius,ad ꝙ cōcurrūt & operātur qualitates
elemētares q̄ cōprehēdūtur in ſerie fati[cōmutatiōe alterna].i. mutua actiōe & paſſiōe
& p cōdēſationē ſubtilioris materię,atq; p exteuationē materię groſſioris, ſicut in li. de
generatiōe & corruptiōe docet Philoſophus,& de hoc loqtur Plato in ij.Thimei ſubti- Philoſo. Plato.
liter & pfunde,tn̄ obſcure,iuxta ſuū modū loquēdi frequenẗ difficilē.Eadē naſcētia occi-
dētiaq; oīa p ſimiles fœtuū ſeminūq; renouat pgreſſus.Eadē.i.hęc ipſa ſeries fati[renouat]
.i.inſtaurat,cōſeruat,multiplicat oīa naſcētia & occidētia.i.cūcta generabilia & corrupti-
bilia[p pgreſſus ſimiles].i.p generationes & propagationes[fœtuū].i. pliū eiuſdē ſpeciei
quātū ad aīalia,& ſeminū quātū ad arbores,ex quibus oritur ſemē ad propagationē ſimi-
liū arbuſtorū,iuxta illud geneſis:Germinet terra herbā virētē & facietē ſemē & lignū po
B miferū faciēs fructū iuxta genus ſuū,cuius ſemē in ſemetipſo ſit ſup terrā[Hæc actus etiā
fortunaſq; hoīm indiſſolubili cauſa℞ cōnexiōe cōſtringit].i.hęc diſpoſitio fati cōſtringit
.i.inuicē nectit & ligat actus hoīm.i.actiōes hoīm ex deliberatiōe pcedētes[& fortunas]
.i. euentus eo℞ caſuales atq; fortuitos cōnexione cauſa℞ indiſſolubili.i.certa & ineuitabi
li,ſed hoc videtur cōtra iā dicta,ꝙ.ſ.diſpoſitio fati eſt mobilis,imo mutabilis.Itē ſi cauſa℞
cōnexio ē certa & indiſſolubilis,videẗ oīa de neceſſitate accidere.Ad ꝙ dicēdū ꝙ diſpoſi-
tio fati in ſe & ex natura ſua mobilis mutabiliſq; cōſiſtit,in iferioribus iſtis artibuſq; hoīs,ni
hilominus p reſpectū ad puidētiā Dei,cuius ē q̄dā expreſſio & imago indiſſolubilē habet
cauſa℞ colligationē,prout hoc infra clarius elucebit[Quę cū ab immobilis puidētiæ pfi-
ciſcatur exordijs].i.ex q̄ ſeries fati cauſatur & exit ab exordijs ęternis & exēplaribus rati
onibus prouidentiæ immobilis,q̄ exordia diſtinguūtur ab inuicē,nō re ſed ratione, ſicut
Idee.Sunt q̊q; realiter idē ꝙ prouidentia ipſa,q̄uis eius exordia appellētur tanq̄ ptinētes
ad ipām[ipām q̊q; imutabilē eē neceſſe ē].i.neceſſario ſeqẗ ꝙ & diſpoſitio ordo ſeu ſeries
fati ſit inuariabilis,nō in ſe ſed p cōparationē ad puidentiā.Verū cōtra hęc argui poſſet.
Nā ſimili mō argui poſſet ꝙ oīs creatura & oīs effectus dei ſit imutabilis,qa ab imutabi
li cauſa.i.inuariabili deo proceſſit.Et reſpōdēdū ꝙ oēm creaturā oportet deficere à crea
toris pfectiōe,nec ſeqtur,deus eſt inuariabilis,incōmutabilis,indepēdens: ergo creatura
C eſt talis,vn̄ nec in pposito prouidentia dei in ſe ſimplex eſt,& inuariabilis,ergo & fatum.
Hinc nec argumētatio iſta Boethij tenet niſi ſcd'm expoſitionē ptactā,nec tn̄ ē p oīa ſimi
le de fato & alijs rebus,qm̄ fatū in propria ratiōe dicit reſpectū ſeu habitudinē ad proui
dētiā dei immobilē,q̄ & in diffinitione ponitur.[Ita em̄ res optimę geruntẗ].i.fiūt & gu
bernantur ſi pro qa[manēs in diuina mēte ſimplicitas indeclinabilē cauſarū ordinē pro
mat]hoc ē ſimplicitas.i.ſimplex prouidētia manēs in mente diuina, imo & exiſtens ipſa
mēs dei ac deus[promat].i.producat[ordinē cauſarū indeclinabilē].i.ineuitabilē p cōpa
rationē ad infallibilē ſuū intuitū ac puiſionē ac ordinationē certiſſimā.[hic vero ordo res
mutabiles & alioquin temere fluituras propria immutabilitate coerceat]hoc eſt ordo hic
cauſarū indeclinabilis.i.ſeries fati coerceat.i.ſeries fati coerceat.i.reſtringat ac moderetur
propria ſua immutabilitate.i. certa cauſa℞ ſua cōnexiōe res mutabiles & alioquin .i.ni
ſi hoc ageret[fluituras temere].i.inſtar inſipientis vndiq; iactandas exagitaturas & diſſol
uēdas[Quo fit vt tametſi nobis hūc ordinē minime valētibus cōſiderare cōfuſa pturba
taq; oīa videanẗ]hoc eſt q̊ fit ex q̊ ſequiẗ[vt tametſi].i.q̄uis oīa iſta inferiora pſerti hoīm
geſta videanẗ nobis[minime valētibus].i.nequaq̄ potētibus[cōſiderare ordinē hūc] .i.
cōnexionē & colligationē iſta℞ cauſarū q̄ frequēẗ mutabiles ſunt & libere opantes pro
pter ꝙ ea℞ indeterminata cauſalitas nō cadit ſub humana ſciētia,Videāẗ inq̄ cōfuſa.i.in
ordinata,q; pro &[pturbata].i.puerſa hoc eſt q̄dā de oībus[tn̄ ſuus modus ad bonū diri-
gēs cūcta diſponit]hoc eſt tn̄ modus ſuus.i.modus cuiuſlibet rei naturalis ac proprius di
rigēs.i.inclinās ad bonū.i.ad rei pfectiōem ac finē[diſponit cūcta].i.vnūq̊dq; eo℞ iuxta



fati te-

PROSA VI. fati tenorẽ ac prouidẽtię præordinationem [Nihil eſt eñ ꝙ mali cauſa nec ab his qdem
reprobis fiat]hoc eſt,nihil eſt ꝙ ſit cauſa mali nec ab improbis his.i.iniquis,vtpote intẽ- D
tiõe mali formaliter,qm̃ malũ vt tale neqt eſſe appetitus obiectũ,propt̃ ꝙ diuinus Dio
D. Diony. niſius effat̃,ꝙ nullus reſpiciẽs ad malũ operat̃,qa nõ cupit nec agit malũ niſi in quãtũ bo
nũ vere aut apparent̃,vt iã ante.iij.li.declaratũ eſt ſæpius,nec aliquis facit malũ niſi pro
pt̃ aliqt apparẽt̃ bonũ,[qs vt vberrime demõſtratũ ẽ].i.qs in ꝓbos bonũ quęrẽtes.i.pro
pter beatitudinem operantes[prauus auertit error]id eſt,ignorantia,deceptio ſeu vicio-
ſa affectio fallit,excęcat atq; à recto modo querendi felicitatem detorquet,quia nec verã
beatitudinem efficaciter querunt,ſed eã quam ſibi in rebus caducis & vanis conſtituunt,
nec per proportionata ac debita media ad finẽ vere beatificum tendunt,vt vberrime.i.
copioſe demonſtratum eſt libro iij.[nedum ordo de ſummi cardine boni proficiſcens a
ſuo quoquam deflectat exordio,hoc eſt[nedum]id eſt,vt non ordo,id eſt,ſeries fati pro
ficiſcẽs,id ẽ,effluens & cauſatus de cardine boni,id eſt, à principio totius boni ſeu ex pro
uidentia dei deflectat,id eſt,recedat à ſuo exordio,id eſt,ab ipſa ꝓuidentia aliter agendo
quam illa pręuidit aut ordinauit,per quod prouidentia fruſtraretur aut falleretur. Con
ſequenter Philoſophia repetit quęſtionem in principio huius proſę, imo & frequen-
ter antea motam.[Quę vero inquies poteſt vlla iniquior eſſe confuſio quam vt bonis tũ
aduerſa tum proſpera,malis vero tũ optata tum odioſa contingant]hoc eſt vero pro ſed
inquies,id eſt,dices & replicabis contra ea quæ dixi,quod omnia bene regantur ordina- E
teq; fiant[quæ confuſio],id eſt, inordinatio poteſt eſſe iniquior quam vt bonis homini
bus contingant[tũ]interdum ſeu[tum]id eſt,tam aduerſa[tum]proſpera,malis vero ho
minibus contingant tum[optata].i.proſpera,tum odioſa.i.aduerſa.Deinde oſtẽdit Phi
loſophia homines ſępe errare de aliorũ hominũ bonitate ac prauitate. [Nũ igitur ea mẽ
tis integritate homines degunt].i.nunquid homines degunt.i.viuũt & vigent ea men
tis integritate,tã ſano iudicio rationis[vt quos probos improboſue cenſuerint eos quo-
q; vti eſtimãt eſſe neceſſe ſit,hoc eſt,vt neceſſe ſit eos quos cenſuerint.i.iudicauerint eſſe
probos ve.i.aut improbos neceſſe ſit eſſe tales.i.ſicut eſtimant qui iudicant eos,quaſi di-
cat non,quia iuditium hominum non eſt tam clarum & certum de alijs,imo homines
Matth. 7. ſępiſſime falluntur,iudicãdo de alijs.Propter quod dixit Saluator:Nolite iudicare vt nõ
Iohan. 7. iudicemini.Rurſus quoq; ait:Nolite ſecundum faciem iudicare.Deniq; iſtud eſt vnum de
communibus peſſimis vitijs hominũ,quod tã intimorate,incaute ac inſipienter iudicãt
Roma. 14. alios,imo & bona ac incerta interpretantur in peius. ideo ad Romanos ſcribit Apoſto
lus:Tu quid iudicas fratrẽ aut tu quare ſpernis fratrem tuũ? Omnes enim ſtabimus an
te tribunal Chriſti. Quod aũt hoẽs multoties errent de alijs iudicãdo, probat ex hoc
quod ſępe diuerſi tam diuerſimode iudicant de eodem[Atqui in hoc hominum iuditia
depugnant vt qs alij premio,alij ſupplitio dignos arbitrentur]hoc eſt[atqui].i.pro cer F
to[iudicia hominum depugnant].i.contra ſe inuicem pugnant ac mutuo contrarian-
tur in hoc vt eos qs[alij].i.qdã arbitrent̃[dignos ꝑmio]vt pote probos,alij arbitrẽt̃ di
Iohan. 7. gnos ſupplitio.Nã & de Chriſto refert Io.euãgeliſta,alij dixerũt qa bonꝰ ẽ,alij dixerũt
non,ſed ſeducit turbas.Deinceps philoſophia oſtendit quod quamuis homines poſſent
certitudinaliter iudicare de aliorum prauitate & bonitate,adhuc tñ nõ liceret eis cõtra
dei iuditia murmurare[Sed concedamus vt aliquis bonos maloſue diſcernere poſſit] .i.
diſputationis gratia admittamus quod aliquis bonos maloſue poſſit diſcernere.i.ꝙ ali-
quis poſſit certiſſime cognoſcere,ab inuicem q; iudicare bonos aut malos, ꝙ aliq mõ pro
babiliter fieri poteſt ab homine,cum Chriſtus loquutus ſit, à fructibus eorũ cognoſce-
Matth. 7. tis eos[Num igitur poterit intueri illam intimam temperiem animorũ].i.adhuc tamen
non poſſet inſpicere temperiem illam intimã animorum.i.interiorem cordium diſpo-
ſitionem,inclinationem,capacitatem,proportionem[velut in corporibus dici ſolet]ſicut
a medicis dici ſolet ꝙ ſcilicet nemo poteſt eſſe aptus iudex & efficax corporũ curator ni
ſi eorum interiorem diſpoſitionem,puta temperiem intemperiemve cognoſcat[Nõ eñ
diſſimile eſt miraculũ].i.negotiũ iſtud mirũ nõ ẽ diſſimile.i.ſimile eſt de cõparatiõe hac
corporũ & animorũ[neſciẽti].i.q ad neſcientẽ[medicinalia,vtpote cur ſanis corporibus
his qdẽ dulcia,his vero amara cõueniũt].i.cur alimẽta ſuauia cõueniunt qbuſdã ſanis cor
poribus,ad hoc qd in ſanitate cõſeruẽtur diutius,amara vero nutrimẽta cõueniũt alijs ſa
nis pro ſanitate cõſeruãda[Cur egri qdã lenibus,qdã ꝟo acerbis adiuuant̃].i. q̄re etiã q
dam ho-



A dã hoẽs egri adiuuãt̃.i.curãt̃ vel releuãtur lenibus.i.dulcibus medicinis,qdã ꝟo acerbis.i.
acrioribus medelis[At hoc].i.de his[medicus q ſanitatis ipſius atq; egritudinis modũ tẽ
pamẽtũq; dinoſcit minime mirat̃[qa vt dictũ admiratio orit̃ qñ effectus aliqs notabilis cer
nitur]cuius cauſa neſcitur[Quid vero aliud animorũ ſalus videtur eẽ q̃ probitas].i nil ali
ud ẽ ſalus,integritas,ſanitas,rationaliũ animarũ q̃ probitas ſeu virtus,prę ſertĩ infuſa,quę
mortalia expellit peccata,& ea quę pertinent ad virtutem,vt gratia gratum faciens,do-
na ſpiritusſancti,fructus q q; & actus virtuoſi,itemq; beatitudines de quibus loquit̃ Chrũs
Matth.v.[Quid egritudo quam vitia], id eſt,non aliud eſt animæ egritudo quam ha-
bitus praui actus iniqui omiſſioneſq; boni[Quis autem alius vel bonorum ſeruator vel
malorum depulſor].i.nullus alius eſt ſeruator, conſeruator bonorũ.i. virtutum & operũ
virtuoſorum hominum proborum vel depulſor malorum.i.exterminator vitiorum ſeu
hoim inpiorũ,inpęnitentes dãnãdo,pęnitentes curando,ſicq; eos depellendo nõ q̃tũ ad
eſſe naturę,ſed q̃tũ ad eſſe culpę,ſecundũ qd in prouerbijs Salomon loqtur:ꝟte inpios &
nõ erũt,& ita impleat̃ in qlibet tali illud regũ primo,mutaberis in virum alterũ[niſi re- Prou. 20.
ctor ac mediator mẽtium deus] qui ſolus peccata dimittit, gratiam tribuit, virtutes in-
fundit,beatitudinem elargitur,qui miſericordit̃ ſaluat electos,ac iuſte deſerit,abijcit & cõ-
dẽnat reprobos,& impios,q in exodo teſtat̃,Miſerebor cui voluero & clemẽs ero in quẽ
B mihi placuerit.De q i Eccleſiaſte Salomõ faſſus ẽ:Cõſidera opa dei qd nemo poſſit corri Eccle. 7.
gere cũ quẽ ille deſpexerit. Deniq; actus iſti ſoli deo cõueniũt tanq̃ cauſę primę ac prin-
cipali,creaturis autem quibuſdam attribuuntur vt cauſis ſecũdarijs inſtrumentalibus:nã
& Apoſt.dixit:ſaluos faciam quoſdam ex illis.Sacerdotes quoq; à peccatis abſoluũt,& 1. Cor. 9.
annunciantes verbum dei quoſdam conuertunt & purgant,ſicq; animarum medentur
languoribus,qd totum per principalẽ authoritatẽ & interiorẽ efficientiã conuenit ſoli
deo,qui loquitur per Eſaiã:Deus iuſtus & ſaluãs non eſt ꝑter me,atque in Oſee:Saluator Eſa. 45.
nõ ẽ pręter me[Qui cũ ex alta prouidẽtiæ ſpecula reſpicit].i. ex ſublimi throno ac ſum- Oſee. 13.
mo conſiſtorio ſapientię ſuę vniuerſa attendit,iuxta illud pſalmi:Dominus de celo proſ- Pſal. 13.
pexit ſup filios hominũ,de q ſcriptũ eſt in deuteronomio:Nõ eſt alius vt deus rectiſſimꝰ,
habitaculũ eius ſurſum.Loqtur aũt ſcriptura de deo more humano quaſi de rege proui
do,reſidẽte in ſolio,& inde proſpiciente,cũ tñ incircũſcriptibilis deus ſit penitus illocalis.
[Quid vnicuiq; cõueniat agnoſcit,& ꝙ cõuenire nouit accõmodat]Hoc ꝟbũ intricatũ
videt̃.Nõne vnicuiq; cõuenientiſſimũ eſſet gratiã in ꝑſenti & gloriã in futuro à deo ſuſci-
pere,qd tñ nõ fit.vnicuiq; q q; egro vitijs cõuenit à cęleſti medico deo curari,nec tñ om-
nes curat.Si aũt ſic exponatur ꝙ vnicuiq; cõuenit & cœtera.i.ſcd̃m merita aut demerita
ſua debetur aut cõgruit,nec ſic ſtare poſſe videt̃,qa nõ dat vnicuiq; ſcd̃m ſua demerita,cũ
C ſcriptũ ſit,nõ ſcd̃m pctã noſtra fecit nobis.Poteſt aũt & ita exponi ꝙ cõuenire nouit.i.ꝙ Pſal. 102.
videt ſibi decẽs & cõgruũ eẽ & rationi ſuę ꝑdeſtinatiõis ac prouidẽtię cõuenire hoc ꝑſtat.
Rurſus cũ nullũ bonũ deſerat irremuneratũ,nullũ q q; malũ ĩpunitũ,poteſt ſimplicit̃ acci-
pi ꝙ accõmodat.i.repẽdit,ꝙ cõuenit cõtẽperãdo tñ in cunctis miſericordiã ęqtati:iuxta
illud in Pſal. Vniuerſe vię dñi miſericordia & veritas.Interea ſicut ait Ancelmus,tã bonus Anſelm.
& pius ẽ deus vt iuſtum ſit.i.decẽs ex parte ipſius ꝙ qbuſdã indignis ac reis miſereat̃ &
gratiã largiat̃[Hinc iam fit illud fatalis ordinis inſigne miraculũ]hoc ẽ hinc iã fit.i.ex i-
ſta varia atq; multiplici diſtributiõe,accõmodatiõe,erogatiõe iudicis ſummi mediciq; ſu
ꝑni cõtingit miraculum inſigne.i.ꝑclarus iſte effectus multis valde mirabilis ordinis fata
lis.i.ordinatiõis & diſpoſitiõis ad fatum ꝑtinẽtis.[ꝙ ſi iuſtis ſępe cõtingunt aduerſa & im
pijs proſpera cum à ſciẽte gerit̃ ꝙ ignorãtes ſtupeant].i.dũ à deo oĩpotẽte,oĩa cognoſ-
cente aliquid agit̃ qd ignorantes ſtupeant.i.vehement̃ mirẽtur ignorantes.i.cauſam fa-
cti huiuſmodi neſcientes,vt dum fideles & iuſti in ꝑlijs magnis ab infidelibus ac peſſimis
vincuntur,occiduntur,cuius aliud exemplum ſubiungitur[Nam vt pauca q̃ humana va-
let ratio de diuina profunditate ꝑſtringã]hoc ẽ nam vt ꝑſtringam.i.breuiter cõprehẽ
dã pauca.i.modica opera ſeu iuditia vel pauca verba aut ſcripta de profunditate tanta.i.
de tam imperſcrutabili altitudine prouidentiæ dei,quæ ratio humana valet.i.poteſt per
ſtringere aut capere. [De hoc quem tu iuſtiſſimum & æqui ſeruantiſſimum putas,om-
nia ſcienti ꝓuidẽtiæ diuerſum videt̃]hoc ẽ quẽ tu,i.hõ quẽ tu putas iuſtiſſimũ.i.valde iu-
ſtum fuiſſe quantum ad cordis affectum & ſeruantiſſimum ęq.i.valde tenacẽ ęquitatis in

PROSA VI. opere diuerſum videtur.i.cõtrariũ qd ſenſiſſe prouidentiæ diuinę oĩa ſcienti, vel videř di D
uerſum.i.res diuerſa cõtraria extitiſſe prouidentię dei[de hoc].i.de iſto iuditio ordinatio
nis diuinę & humanorũ euentuũ & [victricẽ quidẽ cauſam dijs victã vero Cathoni pla-
cuiſſe familiaris noſter Lucanus admonuit],id eſt,Lucanus poeta nobis familiaris admo
nuit.i.cõmemorauit&ſenſit victricẽ cauſam.i.cauſam Iulij ceſari placuiſſe quidem,id eſt,
certe dijs,q̃s putauit huius mũdi rectores,ſcd̃m nos deo ſummo oĩm moderatori,de quo
Philoſo. Ariſtoteles ſcripſit:Entia nolũt mala diſponi,pluralitas principũ mala,vnus ergo prin-
ceps.Præterea vt in hiſtorijs recitatur Iulius & Pompeius cuius vxor fuit Iulij filia fuerũt
duo præcipui cõſules romanorũ,Pompeius q̃q; vaſtauit orientẽ,Iulius occidentẽ,cũq; Iu
lius victor rediſſet & conſulatũ adhuc diutius poſtulaſſet nec cõſequeretř, indignatus ac
ſuorum fretus auxilio vſurpauit imperium,cui Pompeius fortiter diuq; reſtitit,tãdẽ in
regnũ q̃ddã orientis deueniens a rege q̃dam captus fuit & decollatus,qui & caput Pom
pei Iulio miſit,q̃ viſo lachrimatus eſt Iulius,reminiſcẽs ſtrẽnuitatis Pompeij. Qui aũt tũc
Cato. Romanorũ prudẽtiſſimi erant vt Catho & Cicero,fauebãt Põpeio,qa nolebãt rẽpubli-
cã p regẽ ad miniſtrari ſed p ſenatores & conſules,vnde & Cicero edidit librũ de laudi-
bus Pompeij.Itaq; hoc exẽplo probat Philoſo.ꝙ de eadẽ re aliter iudicat prouidẽtia dei
aliter hõ etiam iuſtus & prudẽs,quẽadmodum Catho tũc inter Romanos prudẽtiſſimus
atq; iuſtiſſimus iudicauit cauſam Pompeij iuſtã ac dignã triumpho,prouidẽtia ṽo dei cõ E
ceſſit victoriã Iulio,atq; vt qdã hic ſcribunt cauſa Iulij fuit iuſta deoq; placita propter ꝙ
pſtitit ei triumphũ:ꝙ nõ videtur,qm̃ Iulius q̃uis aliunde fuit vir bonus virtutibus acqui
ſitis vt legitur,&de nouẽ melioribus vnus,tñ in hoc facto ex ambitiõe ẽ motus,& cenſe
tur fuiſſe tyrãnus vt etiã ſanctus Thomas circa finẽ ſecundi ſentẽtiarũ in lib. de regimi-
ne regũ fatetur,nec ideo ſuccubuit Pompeius quia iniuſtã habuit cauſam bellandi cõtra
Iulium,& Iulius iuſtam,ſed quia Pompeius aliunde extitit corã altiſſimo reus,triumpho
indignus,occidiq; dignus, vnde & in hiſtorijs legitur ꝙ poſt q̃ Pompeius in templo dei
in Iheruſalẽ ex cõtẽptu legis Iudęorũ ſuos eq̃s inſtallauit,deſijt proſperari,aduerſitatibus
q; ſubiacuit q̃uſq; ptacto mõ fuit occiſus.Porro deus iuſtiſſimus propter cauſas iuſtas &
rationabiles victoriã Iulio dedit,vt & Pompeius iuſte puniretur & Iulius p alia opa ſua
ex genere bona illam forſan meruit proſpitatẽ quã & pro mercede recepit: deo itẽ ex a-
lijs placuit cauſis vt romana reſp.adminiſtraretur p regẽ & imperatorẽ.Nã & in veritate
regimen monarchicũ & regale q̃ vnus toti pſidet cõmunitati eſt optimũ , vt in politi-
Philoſo. cis etiã probat Philoſophus.Verũ ad has iuſtas cauſas Iulius nõ aſpexit,ſed ,ppriũ ad ho
norẽ & cõmodũ.Amplius iſtud ex diuinis ſcripturis declaratur,legitur qppe in li.Iudicũ
quẽadmodũ cõtra tribũ Beniamin cęterę tribus Iſrahel cõuenerũt ad pliãdum,& ex dei
rñſo cõgreſſę ſunt cõtra Beniamitas,nihilõin⁹ bis victę fuerũt,nec dubiũ quin cauſa eorũ F
extitit iuſta ac diuinitus ap,pbata.Cauſa vero tribus Bẽiami iniuſtiſſima fuit,,ppter ꝙ ter-
tio i cõgreſſu totaliter victa fuit:ſic & frequenter chriſtiani contra pfidos Saracenos &
theucros cõgrediũtur intẽtione & deſiderio defendendi fidẽ & legem Chriſti, & extir-
pando legẽ,imo potius fecem falſiſſimam Machometi,attamẽ ſuccumbunt & pualent in
fideles,quorũ iniuſtiſſima extat cauſa:deus autem iuſtiſſimus ex iuſtis cauſis victoriã illis
interdũ largiř,nec dubiũ quin ſaluti chriſtianorũ multo plus ſępe expediat vinci q̃ vince
re[hic igiř qdqd vel citra ſpẽ videas geri rebus qdẽ rectus ordo eſt,opinioni vero tuæ p-
uerſa confuſio]hoc ẽ qdqd videas geri.i.fieri hic in ſeculo iſto citra ſpẽ.i.aliter q̃ ſperaſti
ſeu eſtimaſti,ordo rectus.i.decens & certa ſeu iuſta ſeries & ordinatio cauſarũ eſt,p cõpa
rationẽ ad prouidẽtiã dei,ex qbus ,pcedit effectus ille,ideo ſubdiř[ipſis rebus].i.operibus
q̃ cauſanř,cõfuſio vero puerſa.i.irrationabilis error ẽ tuę opinioni qua opinaris oppoſi
tũ.Cõſequẽter Philoſo. incipit ſoluere motiua Boethij,ppř q̃ prouidẽtia dei videbař ſibi
tam admiranda,propř hoc ꝙ iuſtis proueniunt ſepe aduerſa & impijs proſpa.& interdũ
ecõtra:aliqñ etiã qbuſdã iuſtis aduerſa & qbuſdã iuſtis ,pſpera,imo interdũ eidẽ iuſto nũc
proſpera nũc aduerſa.de his ergo ponit Philoſophia varios caſus.[Sed ſit aliquis ita bene
moratus].i.dato ꝙ aliquis homo ſit tam eminẽter moribus bonis ornatus [ vt de eo diui
nũ iuditiũ pariter humanũq; cõſentiat].i.tã deus quã homines iudicent eũ forinſecus be
ne morigeratũ,& ita iuditiũ diuinũ.i.cenſura mentis diuinę pariter.i.ſimul & humanũ iu
ditium conſentiat.i.vnum cum alio concorditer ſentiat de eo ꝙ ſit vere extra facetus,
quod aliquibus ineſt à natura[ſed eſt animi viribus infirmus].i.nõ ẽ in virtutibus fortis
[cui ſi



A [cui ſi qd aduenit aduerſum].i.ſi aliq̃ notabilis aduerſitas accederit ei [deſinet colere for
ſitã innocẽtiã].i.forſan ceſſabit exercere iuſtitiã,nulli nocendo & q̃ nociua ſunt euitãdo
[per q̃ nõ potuit retinere fortunã] .i.p cuius innocẽtię obſeruãtiã aut meritũ vidit ſe nõ
conſequi temporalẽ proſperitatem[parcit itaq; ſapiens diſpenſatio ei]hoc eſt diſpenſatio
ſapiens.i. diſpẽſator moderator&erogator omnis boni deus eſſentialiter ſapiens,qui eſt
diſpenſatio ſua actiua,ſicut ipſe eſt ſua cognitio & ſua dilectio parcit ei,id eſt,præſeruat
illum à tentationibus & perſequutionibus,ſicut ait Apoſtolus:fidelis deus qui non per- 1.Cor.10.
mittet vos tentari ſupra id quod poteſtis[quem deteriorem poſſet facere aduerſitas],id
eſt,qui occaſiõe aduerſitatis,ſeipſũ faceret deteriorẽ per inpatientiã ſuam aut alio modo
aduerſitatibus ſuccũbendo hoc deus in quibuſdã ſic agit, attamẽ interdũ pmittit tales
tentari aut cadere quamuis eos ſciat caſuros,ſicut in euangelio aſſerit dñs,qui ad tempus
credunt & in tempore recedunt tribulationis. Vnde apud Mattheum loquitur:Hic Luce 8.
eſt qui audit verbũ dei & cum gaudio ſuſcipit,nõ habet autẽ radicẽ,ſed eſt tẽporalis,facta
autẽ tribulatione & pſequutione ,ppter verbũ,cõtinuo ſcãdalizatur [ne cui nõ cõueniat,
laborare patiatur].i.eſt ne deus patiatur id eſt permittat illũ laborare,id eſt,affligi tolerã
do aduerſa cui nõ expedit,nec diſpoſitus eſt ad reſiſtendum ac ſuſtinẽdum idoneæ. De-
inde ponitur alius caſus [Huic quaſi ex oppoſito cõtrarius ẽ alius cunctis virtutibus ab-
ſolutus]id eſt abſolute pfectus,nõ tamẽ omnifarie,ſed in genere ſuo , vtpote excellenter
B Heroicus,ideo ſubdiř [ſanctuſq;].i.ab õni terrena carnali affectione prorſus purgatus
[ac deo proximus].i.multũ ,ppiquus p ardẽtiſſimę charitatis ĩtimã vnitionẽ ac myſticę
Theologię cõtẽplationẽ,ita quod p donũ ſapiẽtiæ cõſũmatum atq; ſeraphicam charitatẽ
ſtat quaſi ĩ cõtactu ſolis iuſtitiæ,ab illo ſuſcipiẽs ſtillicidia roris diuini,ſcitillas ignis ſpũs-
ſancti & exuberantẽ ſupnorũ chariſmatũ influxũ ita q̃d eſt quaſi cõſiliarius & ſecretari
us dei,q incerta & occulta Sapientiæ ſuæ illi reuelat[hunc cõtingi quibuſlibet aduerſis
nephas prouidẽtia iudicat].i.prouidẽtia dei iudicat eſſe illicitũ ſeu indecẽs cõtingi.i. tãgi
& affligi hũc aduerſis qbuſlibet,vnde de talibus p Zachariã dicitur : Qui tetigerit vos
tãget pupillã oculi mei.Malachias q̃q; ait:Parcã eis ſicut parcit vir filio ſuo ſeruiente ſibi.
Iſtud vt tactũ ẽ deus interdũ ſic agit,cũ tñ ſanctiores illis ſeu qbuſdã illorũ tradideriř gra-
uioribus penis,vt ipſummet Chriſtũ,& beatiſſimũ Iohãnẽ Baptiſtã,& glorioſos Apoſto
los,Sacratiſſimã etiã virginẽ,& magnã illã Mariã Magdalenã,ſanctãq; Ecclam,ac ſubli-
mẽ Iohannẽ euangeliſtam a ſupplicijs pſeruauit aut rapuit,voluit nan q; infinitę Sapien-
tiæ deus ac immenſę potentię in ſanctis diuerſimode operari,vt ſic excellentiã ſuã,liber-
tatẽ & beatitudinẽ multipliciter demõſtraret,vt decuit. Nẽpe vt Salomõ fateř : Omnia Prouer. 16.
propter ſeipſum operatus eſt deus[adeo vt ne corporeis qdẽ morbis agitari ſinat].i.in
tantũ deus hunc pſeruat a pœnis vt qdẽ.i.certe ne ſinat eũ agitari.i.frequẽter agi & vex
C ari morbis corporeis.Nã vt quidã nobis q̃q; excellentior ait,cuius verba gręca tãtum de
ſignãt in latino:Viri ſancti edificarunt virtutes.i.ipſe excellentes virtutes & actus earũ
edificauerunt.i.munierunt & quaſi circumuallauerunt corpus ſancti viri.i.virorum ſan-
ctoꝝ,ita ꝙ qdã eoꝝ nõ potuerunt tãgi & pati ab impijs.Quis autẽ fuerit iſte maior neſ-
citur,& puto ꝙ magnus grecus aliquis theologus,vt Baſilius aut Gregorius Naziãzen⁹
&c.qui inquantum theologus fuit maior philoſopho.Cõſequẽter tangũtur modi qbus
interdũ bonis hominibus proueniãt proſpera[ſit autẽ ſępe vti bonis ſumma rerum ge
rẽda deferatur].i.frequẽter cõtingit vti.i. vt ſumma.i.poteſtas & dignitas reꝝ deferař
.i.pbeař & comitatur electis & ṽtuoſis hoib⁹ , puta principib⁹ ac platis idoneis q̃les fuerũt
inumerabiles ſancti põtifices principeſq; catholici [vt exuberãs improbitas retũdař].i.
habundans malitia cõpeſcatur & extirpetur p eos,quẽadmodum inprouerbijs Salomõ
loqtur:Rex q in ęquitate iudicat gẽtes intuitu ſuo diſſipat oẽ malũ.In Eccleſiaſtico q̃q;:Se Eccleſ.10.
cũdũ iudicẽ populi ſic & miniſtri eius,prout iſto ſuperius allegatę ſunt multę authoritates.
Interdum proſperitas talis conceditur virtuoſis cũ admixtiõe aduerſitatis ne extollantur 2 Cor.12.
ſicut dixit Apo.Ne magnitudo reuelationũ extollat me datus ẽ mihi angelus Sathanę q
me colaphizet.vñ nũc ſequitur[Alijs mixta q̃dã pro qualitate animoꝝ diſtribuit] .i.pro
uidẽtia qbuſdã cõfert cõmixtim proſpera & aduerſa,& ita cõtingit in electis cõmuniř,p
ſertim in bonis platis atq; pricipibus qbuſdã,aliq fauẽt,obtẽperãt,obſequũtur:alij aduer
ſantur,qa nec oib⁹ queũt placere,hinc iuxta Apo.p diffamiã & bonã famã ſeruiũt deo,in
quorũ pſona dixit Apoſt.Benedictus deus qui cõſolatur nos in omni tribulatiõe noſtra: 2 Cor.1.

PROSA VI. Et Pſalmiſta: Sc͂dm multitudinẽ dolorũ meorũ in corde meo cõſolationes tuæ lętificaue D
Pſal. 93. runt animam meã. [Diſpẽſatio q̃ſdam remordet]. i. deus diſpẽſans ꝑ aduerſitatũ remor-
Oſee. 2. ſus ac punctiones reprimit & affligit nõnullos, ſicut ait ꝑ Oſee: Ecce ego ſepiam viã tuã
ſpinis, in q̃rũ pſona fertur in pſalmo: tranſiuimus ꝑ ignẽ & aquã, ne longa felicitate luxu-
rientes, i. ne diuturna proſperitate in petulantiã reſoluantur, & diſſoluti intimoratiq; fiant,
prout dominus ait animę tali: Vſquequo delicijs diſſolueris filia vaga? hoc ſalubre aduerſita
tis & puncturę remediũ expertus propheta, cõuerſus ſum inquit in ęrumna mea dum
configitur ſpina [Alios duris agitari ſinit] .i. Prouidẽtia q̃ſdam ꝑmittit, imo & facit a-
gitari. i. exerceri duris. i. aduerſitatibus, tribulationibus, perſequutiõibus magnis, & diu
1. Reg. 20. turnis, ſicut permiſit ſanctum Dauid quaſi ſex annis agitari à Saul, ita q̃ Dauid dixit: E-
go & mors tantũ vno gradu diuidimur [vt virtutes animi patientię vſu atq; exercitatio
ne confirmentur]. i. radicentur in eis. Quẽadmodũ enĩ ex multis actibus bonis boni ha
bitus generantur, ita exercitationibus roborantur ac ſplendent, ſicut & cuprum rubigi
Sapien. 3. ne nõ obfuſcatur niſi frequẽter teratur. Ideo tali homini dominus loquitur ꝑ Iſaiã: excoxi te
& elegi te in camino paupertatis. & Sapiens dicit: Tanq̃ aurũ in fornace probauit ele
ctos dñs; hinc in clauſtris vere religioſis cõgregationibusq; deuotis, fratres per exercitia
Iob 1. 2. 3. 4. humilitatis & patientiæ ac obedientiæ multipliciter ſolẽt probari, & aſſuefieri in cunctis
frangere, cõtẽnere, accuſare ſeipſos. Sic deus exercitauit Iob, Tobiam, Euſtachium [Alij
plus iuſto metuũt q̃ ferre poſſunt qdã]. i. qdam formidoloſi ac puſilanimes verentur ag E
gredi & incipiunt, q̃ tñ deo adiuuante poſſunt explere, pati ſeu agere, ex qua formidine
aliqui omitunt religionem intrare, cũ tñ videre poſſint multos ſe teneriores in religio-
ne robuſtos ſubſiſtere. Sic. ij. Paralipomenon de Roboam filio Salomonis aſſeritur, Ro-
boã rudis erat & corde pauido. Taliũ quiſq; cũ Apo. dicat: Omnia poſſum in eo q me cõ
Auguſtinus fortat. Et cũ Pſalmographo: Q̃m in te domine eripiar a tentatione, & in deo meo trãſgre
diar murũ. Talẽ quiſq; ſe fuiſſe ad tẽpus referat Augu. in li. cõfeſſionũ, & animauit ſe dicens:
Tu non poteris q̃ iſte & iſte quiſq; in te ſtas & nõ ſtas, proijce cogitatũ tuũ in dño & con
fide in eo ſine quo nihil potes, & ꝑ quẽ omnia potes [alij plus eq̃ deſpiciũt q̃ ferre nõ poſ
ſunt]. i. qdã plus q̃ decet & licet paruipẽdunt ea tanq̃ ſibi facilia aut ſaltẽ poſſibilia, q̃ſu
Iſaiæ. 20. ꝑgrediuntur vires eorũ, vt ꝑſumptuoſi & incircumſpecti qbus verã deeſt prudẽtia, idcirco
Ieremi. 48 ſunt male audaces, qbus in Iſaia dicitur: Sꝑbia tñ eſt quieſce. Ieremias quoq; ait: Quia plus
Matt. 26. fecit, i. facere ꝑſumpſit q̃ facere potuit idcirco periit. Tale qd nõ qdã ex elatione ſed qua
dã incõſideratiõe nimioq; amore accidit ſancto Petro adhuc infirmo, ita q̃ dixit, & ſi o
mnes ſcandalizati fuerint in te, ego nũquam ſcãdalizabor [Hos in experimẽtũ ſui triſti
bus ducit]. i. prouidẽtia dei ꝑ triſtia & aduerſa ꝑducit tã illos formidoloſos quam hos ꝑ-
ſumptuoſos ad experimẽtalẽ notitiã ſui ipſorũ ac viriũ propriarũ: dũ timidi talia ſuſtinen F
Pſal. 26. do aut operando diſcunt ſe talia poſſe, & ſumunt in deo fiduciã ac ardue, ſtrenue aggredi
untur, iuxta q̃ ſcriptũ eſt, expecta dñm viriliter age, & confortetur cor tuum, & ſuſtine
dominũ. pręſumptuoſi vero & male deficiendo audaces diſcũt propriam inbecillitatem
ac fragilitatem. [Nonnulli venerandũ ſæculi nomen glorioſę ꝑtio mortis emerũt] hoc
ẽ, nõnulli. i. aliqui emerũt . i. inſtar emẽtiũ obtinuerũt nomẽ ſeculi venerandũ . i. mag-
nã & inclitã famã, & titulũ altũ, ac celebre nomẽ, ꝑtio mortis glorioſę . i. merito exitus
virtuoſi ac ſtrẽnui. Quocirca ſciẽdũ quod quidã ex vanitate cupiẽtes in memorijs hoim
ꝑmanere fecerũt ſibi quedã quaſi proba ac ſtrẽnua opera, ſicut & Alexãder. Qui autem
bonam famã retulerũt ad dei honorẽ aliorũq; ędificatiõnẽ bene fecerũt, quẽadmodũ for
tiſſimus Iudas q imminẽte ꝑlio in q̃ cũ octoginta inclitis viris cõtra quadraginta milia ar
matorũ cõgreſſus ẽ dixit, Si appropiauerit tẽpus noſtrũ moriamur in virtute propter fra
tres noſtros, & non inferamus crimen glorię noſtrę. & interfecit ex illis viginti milia pri
1. Macha. 6 mę cohortis. Deinde multos circumſtantes & fortes cohortis ſcdæ, ingrauatoq; ꝑlio cecci-
dit etiã ipſe, vt primo lib. macha. deſcribit. Talis itẽ videtur fuiſſe Eleazarus frater vt cre
ditur Iudę, q ſe dedit ꝑiculo interficiẽs in medio legionis à dextris & ſiniſtris vt acq̃reret
ſibi nomẽ æternũ. Potiſſime aũt beatiſſimi martyres ꝑtio ſuę glorioſiſſimę mortis mer
cati ſunt ſibi ꝑclariſſimũ nomẽ in hoc ſeculo & futuro in omni plane militanti ac triũphã
ti eccleſia [Quidã ſupplicijs inexpugnabiles]. i. tã virtuoſi q̃ nullis potuerũt ſupplicijs ſu
perari, hoc ẽ a veritate & ęq̃tate auerti, q̃uis corporaliter occidebãt [exẽplũ alijs ꝑtulerũt]. i.
propoſuerunt & exhibuerunt alijs exemplum peroptimum, vtpote [inuictam malis eſſe
virtutem]



virtutẽ]. i. q̃ virtus ſeu homo virtuoſus non valet malis. i. à vitijs neq; a malis hominibus
A loquendo de virtute perfecta, nã & virtus ex ſua natura fortior eſt peccatis, quãuis inter-
dũ ex fragilitate ſui ſubinde ſuccumbant. Iſtud exemplum omnibus nobis ꝑtulerunt ac
reliquerunt martyres pręclecti, quia vt aſſerit Leo papa plus eſt opere docere quam ſer-
mone, & validiora ſunt exẽpla quã verba: in quorũ perſona dixit Apoſtolus: Certus ſum Roma. 8.
q̃a neq; mors neq; vita nec creatura alia poterit nos ſeparare à charitate dei. Hinc de Elea
zaro ſene ſecũdo libro Machabe. narratur: Eleazarus ętate prouectus glorioſam mortẽ
magis q̃ odibilẽ vitã cõplectens voluntarie præibat ad mortẽ [quę q̃ recte atq; diſpoſite
& ex eorum bono quibus accidere videntur fiant, nulla dubitatio eſt] hoc eſt quę oĩa iã
ꝑdicta diuina prouidẽtiæ opera quã recte & diſpoſite. i. quã decenter & ordinate fiãt & ex
bono. i. ex profectu & ſalute ſiue ex merito aut bona radice eorum quibus videntur. i. pa
lã cernuntur accidere, dubitatio nulla eſt, quia iam conſtat ex dictis quod per reſpectum
ad ſapientiſſimam ac rationabiliſſimam prouidentiam dei omnia iſta omnino ordinate
proueniunt, atq; ad maximũ ꝑmiũ electorũ, & ad ſalubre exemplum viuentium. Deinde
pandit philoſophia q̃ rationabilis & decora ſit prouidentia dei circa reprobos & iniq̃s
& cur illis quoq; nũc proſpera nũc aduerſa eueniant, & q̃t modis [Nã illud quoq; improbis nũc
triſtia nunc optata proueniũt ex eiſdẽ ducitur cauſis]. i. ex rationibus diuinę prouidẽtię ſeu
operum eius & diſpenſationibus illius iam tactis, ducitur. i. procedit q̃ nũc triſtia. i. aduer
B ſa, nũc optata. i. proſpera & iocũda proueniũt improbis [At de triſtibus nemo miratur]. i.
nullus miratur de hoc q̃ aduerſa accidũt prauis hoibus, q̃m culpę debetur pęna, ideo ſub
ditur [q̃ eos male meritos oẽs exiſtimãt] hoc eſt q̃a oẽs exiſtimãt eos videlicet impro-
bos eſſe male meritos. i. reos, quia ſunt meriti mali. i. demeriti q̃ ſunt ſupplicio digni, &
pœna ipſorũ eſt fructuoſa, ſicut ſubiungitur [quorũ qdẽ ſupplitia tũ cęteros à ſceleribus de-
terrẽt] hoc ẽ q̃rũ improborũ ſupplitia tũ. i. etiã deterrẽt. i. terrore quẽ cauſant retrahũt cę 1. Timo. 5.
teros q videt aut ꝑcipiũt illa ſupplicia, à ſceleribus ne & ipſi ſic puniantur: ideo dixit Apo.
peccantes corã omnibus argue, vt cęteri timorẽ habeãt, prout pauloante plenius fuit ex
poſitum. Tum ipſos quibus inuehuntur emendant, id eſt ſupplitia iſta etiam corrigunt &
purgant eos quibus infliguntur, quoniam pęnæ huius vitæ ſunt medicinales ex ſua na
tura aut inſtitutiõe, & ex cõditiõe ſtatus ꝑſentis intentiõeq; corrigentis: idcirco emẽdãt
aut nata ſunt emẽdare punitũ, niſi ille ex ſua malitia incorrigibilis ſit, & ꝑ impatiẽtiã, irã,
indignationem aut reſiſtentiam ſuam fiat deterior. Cõſequenter tangũtur q̃dam vtilita
tes q̃ naſcuntur ex hoc q̃ vitioſis hoibus etiã interdũ proueniũt proſpera [lęta vero magnũ
bonis argumẽtũ loquũtur]. i. proſpera loquũtur materialiter & bñ cõſiderãtibus ꝑbẽt argumẽ
tũ magnũ. i. grande documẽtũ atq; probabilẽ rationẽ [qd de huiuſmodi felicitate debeãt
iudicare]. i. qd debeãt ſentire de terrena proſperitate, quã famulari ſępe improbis cernãt,
C . i. quã q̃tidie poſſint videre euenire ac ſuppetere iniq̃s hoibus [In qua re etiã illud diſpen
ſari credo] hoc ẽ in qua re vtpote q̃ ꝓſperitas iſta arridet iniuſtis, credo diſpẽſari. i. ex ſum
mi prouiſoris prouidẽtia ordinari etiã illud q̃ ſcribitur [q̃ eſt forſitan alicuius tã ꝑceps
atq; importuna natura] hoc ẽ q̃ natura. i. naturalis inclinatio ſumẽdo naturã pro natura
corrupta, iuxta modũ q̃ in libro Sapientię ſcriptũ eſt, q̃ naturalis fuit chananeorũ mali- Sapient. 12.
tia [vt eũ in ſcelera potius exacerbare poſſit rei familiaris inopia, hoc ẽ vt inopia. i. caren
tia & defectus rei familiaris. i. terrenę poſſeſſionis, poſſit eũ exacerbare. i. amaricare & pro
uocare in ſcelera. i. ad impatiẽtiã & appetẽtiã rei alienę, deinde ad furta, rapinã, fraudes, mẽ Prou. 30.
datia: propter q̃ orat vir ſapiens: Diuitias & paupꝑtatẽ ne dederis mihi, tribue tantum vi-
ctui meo neceſſaria, ne egeſtate cõpulſus furer, & ꝑiurẽ nomẽ dei mei [huiuſmodi mor-
bo prouidẽtia collatę pecunię remedio medetur] hoc ẽ, ꝓuidẽtia dei medetur. i. curationẽ lar-
gitur & ꝑſeruationẽ à ſcelere, remedio. i. bñficio pecunię collatę. i. opulẽtię ſeu cõpetẽtiæ tẽ-
poralis. vnde & Plato in Phædone diſſeruit, Propter pecuniarum poſſeſſionem vniuer- Plato.
ſa nobis prælia fiunt, & tamen ea poſſidere compellimur, propter corporis neceſſitatem
[Hic fędatam probris conſcientiam ſpectans] id eſt, alter aliquis malus ſpectans. i. atten-
dens conſcientiam ſuam vel alterius, ſeu conſcientiam in communi fedatam probris. i. vi
tijs maculatam, quam vilis, periculoſa & fugienda ſit conſcientia talis [& ſe cũ fortuna ſua
cõparans]. i. cõparationem faciens inter ſe & ſuam fortunã. i. rem ſuam temporalem, for
tunę ſubiectam & euentus ſuos fortuitos [forſitã ꝑtimeſcit, ne cuius rei iocũdus vſus in ſit
triſtis amiſſio]. i. ne amiſſio ſuę rei temporalis ſit ſibi triſtis. i. moleſta & ipſum cõtriſtans
cuius

cuius rei vſus.i.poſſeſſio &viſio eſt delectabilis ſibi. Mutabit igitur mores.i.mores pra-
uos,conſuetudines vitioſas,affectus corruptos ,mutabit vtrumq; in melius timore dãni D
Prouer.15. temporalis,ꝙ ꝑ trãſgreſſiones cõſuetas incurret:ideo in Prouerbijs ſcriptũ eſt: ꝑ timo
rẽ vnuſquiſq; declinat a malo[ac dũ fortunã metuit amittere]. i.dum formidat perdere
temporalia bona[neqtiã]derelinquit.i.ſcelera vitat. Verũtñ iſte eſt timor omnino ſerui-
lis,q nõ ſufficit ad rationẽ virtutis,nec ad veritatẽ ſalutis,vt .ij. Sentẽtiaꝝ probat Magi-
ſter authoritatibus Auguſtini,ſed eſt diſpoſitio ad virtutes,propť ꝗd initiũ ſapientię ap-
pellatur,&niſi hoc timore homines ad vitia proni cohiberentur nulla eſſet mẽſura faci-
norum,idcirco oportuit eſſe ſecularia iudicia etiam rigoroſa,legeſq; poſitiuas,vt in po-
liticis ſcribit Ariſtoteles diſputans contra philoſophiam Socratis &Platonis,dicentium
reũ quãtũlibet nõ eſſe totaliter occidendũ,ſed mitius puniendũ [ Alios in cladẽ meritã
ꝑcipitauit indigne aucta felicitas].i.terrena proſperitas aucta indigne.i.copioſe conceſ-
ſa abutentibus ea&cõtra eorũ demerita,qa tranſgreſſor indignus eſt pane quo veſciť,ac
totius obſequio creaturę,propter quod in die iuditij pugnabit pro creatore orbis terra-
rum,regio elementoꝝ &vniuerſitas creaturarũ cõtra ingratos&inſenſatos,ꝑcipitauit.i.
deiecit in cladẽ meritã.i. in calamitatẽ & pęnã ꝗ meruerunt,ſicut Salomõ dixit:Proſpe-
Prouer.1. ritas ſtultoꝝ perdet eos. Cõſequenť docet quod impijs ꝗq; interdũ cõceditur authori-
tas ꝑſidendi ac puniendi ꝗ ipſi in tyrãnidẽ vertũt. Quibuſdã permiſſum eſt ius punien-
di,hoc eſt ius puniendi.i.authoritas iuditialis&pręſidendi poteſtas permiſſum eſt.i.tra- E
ditũ vel ad miſſum qbuſdã prauis hoibus[vt exercitij bonis & malis eſſet cauſa ſuppli-
tij].i.quaten⁹ iſtud ius iniqrũ eſſet& fieret bonis.i.iuſtis&electis hoibus cauſa exertitij.i.
exercitationis ſalubris , dum propter deum & pro ſuis peccatis ac profectu virtutum
equanimiť tolerãt pręſidentem indignũ atq;tyrãnicũ,& ius iſtud eſſet cauſa ſupplitij .i.
dãnationis hoibus malis,nõ ꝙ ius ſeu poteſtas in ſe mala ſit & cauſa directa ꝑditionis&
pęnę ſuę. Deniq;apte ait Philoſophia impijs eſſe ꝑmiſſum ius puniẽdi,talibus eñ potius
Oſee. 8. videť ꝑmiſſum ꝗ datũ,ꝗtũ ad hoc ꝙ inordinate aſcendũt,propť ꝙ deus ꝑ Oſeę prophe
tam de ipſis teſtatur,ipſi regnauerunt & non ex me,principes extiterunt & non cogno
ui. verum quoniam ipſa poteſtas a deo ẽ qui &iuſto iuditio tales promoueri permittit,id
Oſee. 13 circo dicuntur a deo cõceſſi qui denuo loquitur ꝑ Oſee:Dabo tibi regem in furore meo,
principes in indignatione mea. De iſto dictũ eſt ſupra frequẽter & allegatum eſt illud
Iob:Deus regnare facit hominem hypocritã propter peccata populi[Nam vt probis at
q; improbis nullũ fędus eſt].i.nulla concordia,nullũ amicitię fędus eſt inter iniquos&vir
tuoſos,cũ ſint diuerſę atq; contrarię voluntatis,amicorũ aũt eſt eadem velle &nolle ſecũ
Philoſo. dũ Philoſophum,vnde ſcđm Tullium nõ niſi inter ſapiẽtes&virtuoſos eſt amicitia vera,
Gene.21. Verũtñ his obijci poteſt qa in geneſi legiť : Abrahã dei amicus cũ qbuſdã chananeis fę-
dus inijſſe. Quarto ꝗq;Regũ reprehẽditur Ioſaphat rex virtuoſus,qm̃ amicitiam inijt cũ F
Iorã rege cuius opera peſſima erãt. Imo videmus ad oculũ ꝙ frequẽter aliq ſunt mutuo
familiares amicabiles ſimul,ꝗrũ vnus ẽ virtuoſus alť iniquus, ad ꝗ oia & cõſimilia reſpõ-
dendũ videť ꝙ amicitia ꝗ eſt virtus & relationẽ includit nõ eſt niſi inter bonos. Cõfor-
miter nec fędus charitatis infuſę,attñ amicitia naturalis & ſocialis & fędus huiuſmodi in
ter probũ & improbũ poteſt cõſiſtere. Iterũ dici poteſt ꝙ inť ꝓbos & improbos loquen
do de eis formaliť puta ſcđm ꝙ tales ſunt,nullũ eſt fędus,ſic eñ cõtrarij ſunt,ſed inquãtũ
in qbuſdã cõcordãt,atq;ſic verificať ꝙ ſubdiť,Ita ipſi inter ſe improbi nequeũt cõuenire
Prou.13. .i.cõcordare,& cõſtat ꝙ nõ cõcordãt in oibus neq; in bonis neq; ſtabiliť,cũ &Salomon
Iob.41. proteſteť:Inter ſupbos ſp ſunt iurgia,nihilominus ſicut in Iob legiť ꝙ ſquame eius ſqua-
mis adherẽt,ſic tales interdũ in rebus peſſimis tenaciter ſibi coherẽt[Quid ni].i.qd mi
rũ ꝙ ita eſt & qd aliud ẽ de iſto niſi ꝙ dictũ eſt,ꝙ ſibi nequeũt cõuenire [cũ a ſemetipſis
diſcerpentibus cõſciẽtiã vitijs qſq; diſſentiãt.i.vnuſquiſq; eorũ a ſemetipſo diſſentiat agẽ
do cõtra cõſciẽtiã ꝓpriã atq;ſyndereſim,ſuntq;in eo inuicẽ cõtrarie ratio&ſenſualitas diſ
cerpẽtibus in eo cõſciẽtiã vitijs.i.peccatis eius ſuo remorſu quẽ pariũt diſtrahẽtib⁹&affli
gẽtibus cõſciẽtiã ipam[faciũtq; ſępe ꝗ cũ geſſerit non fuiſſe gerẽda decernant].i. frequẽ
ter agũt aliꝗ tã vehemẽť enormia ex vehemẽtia paſſionũ aut vſu prauiſſimo ꝗ cũ geſſe-
rit.i.ope inpleuerit decernãt.i.iudicẽt ea nõ fuiſſe gerẽda,qñ ceſſãte iã ipetu paſſiõis ac ve
hemẽtis malignitatis redeũt ad cor,ac tãti exceſſ⁹ cõcutiũť horrore,qb⁹ cõſonat illđ Ca
thonis:Cõueniet nulli q ſecũ diſſidet ipſe[Ex ꝗ ſępe illa ſumma ꝓuidẽtia ꝓtulit inſigne
miraculũ



A miraculum hoc eſt ex quo,id eſt ex hoc quod mali a malis diſſentiãt,prouidentia illa ſum
ma protulit,id eſt,produxit ſæpe miraculum inſigne,id eſt,opus præclarum atq;mirabi
le,vtpote[vt mali malos bonos facerent]id eſt,quod iniqui puniendo quædam enormia
ſcelera diſpoſitiue cooperantur ad hoc quod praui debite caſtigati emendant ſe &alij ti-
more ſuſtinendi ſimilia a vitijs retrahuntur. Hinc in enchiridio & libro de ciuitate dei aſ
ſerit Auguſtinus:Prauis hominum voluntatibus deus bene vtitur,nec quidquã malorum Auguſtinus
eſſe ſiniſſet,ſi non pręſciuiſſet quibus cum bonorũ vſibus ſuo tempore cõmodaret. Dein
de exprimit modũ quo iſtud efficitur[ Nam dum iniqua ſibi à peſſimis quædam perpe
ti videntur]hoc eſt,dum quidam,id eſt,aliqui mali videntur ſibi perpeti,id eſt,putant ſe to
lerare iniqua,id eſt,iniurioſa à peſſimis hominibus ſeu tyrannis[noxiorum odio flagrã-
tes]id eſt ferventes odio noxiorum talium iniuriatorum qui ſibiipſis ac alijs ſunt nociui,
quorum perſonam nõ licet odire,ſed vitium [ad virtutis frugem rediere].i.redierunt &
conuerſi ſunt ad frugem,id eſt,fructũ & operationem virtutis,id eſt, iuſtitię quę dicitur
omnis virtus, quoniam omnis virtus eſt quędã iuſtitia,quia per vnamquamq;virtutem
homo ſe habet ſicut debet[Dũ ſe eis diſſimiles ſtudent eſſe]hoc eſt,dũ ſtudẽt.i.intẽdũt &
conanť ſe eſſe diſſimiles eis.i.illis iniqs ꝗs oderant,qa ꝙ deteſtanť in alijs cupiunt extirpa
re a ſe,& iſtud eſt commendabile, vt malum quod reprehendis & odis in alio, expellas
B a temetipſo,veruntamen non poteſt ſe homo veraciter emendare niſi odium aduerſarij
à ſuo abijciat corde,ꝗuis inimicus in quãtũ inimicus&impius nõ ſit amãdus[ſola ẽ eñ di
uina vis] .i.diuinę & increatę virtuti hoc proprium eſt,[cui malaq; bona ſint].i.cui vir
tuti mala quoq;,id eſt,etiam mala culpę ſint bona,id eſt,ordinabilia ad aliqua bona quã
uis mala illa inſe vitia ſint diſplicentia deo,ideo quaſi expoſitorie ſubditur[cum eis com
petenter vtẽdo alicuius boni elicit effectũ]id eſt,dũ deus elicit,id eſt,producit effectum
boni alicuius vtendo competenter eis,videlicet vitijs, propter quod in Enchiridio aſſe
rit Auguſtinus:tam bonus &ſapiens eſt deus quod nõ permitteret fieri mala niſi poſſet Auguſt.
&vellet ex eis elicere bona. Sic etenim quamuis occiſio Chriſti fuerit grauiſſimum ſcelus,
tamen ex eo elicuit deus maximum bonum,vtpote totius humani generis redemptio-
nem:ſic quoq; ex infidelitate atq; ferocia tyrannorum deo prouidente &eliciente conſe
quutus eſt ineffabilis decor & gloria martyrũ. In punitione equidem vitiorũ iuſtitia dei
multiformiter pulchriformiterq; relucet , imo ex illorũ dãnatiõe iuſta augetur gloria
electorum,nam & oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt,& lętabitur iuſtus cũ viderit
vindictam. Cũ itaq; malum culpę ad tot tantaq;bona deſeruiat,& deo quaſi materia ad Philoſo. Pſal.57
ea,recte vtiq;diciť bonũ deo,ſicut&ſanctũ nominaťꝙ ordinať ad ſanctitatẽ Deiq;cultũ
[Ordo eñ quidã cuncta complectitur]id eſt,ordo diuinę prouidentię vtpote ordinatio
C qua deus in ſeipſo ordinauit ac ordinat vniuerſa,cõplectitur cuncta,id eſt,omnia cõpræ
hendit ac intuetur,& omnem connexionem cauſarum,& cauſatorum omnem cohabi-
tudinem & inflexum ſuperiorũ & inferiorum[vt quod ab aſſignata ordinis ratione diſ-
ceſſerit]id eſt,quatenus effectus qui exorbitauerit & deuiauerit à ratione,id eſt, tenore
ac ſerie ordinis aſſignata & certa & particulari ſeu naturali[hoc licet tamen in alium or
dinem relabatur]id eſt,hoc idem relabatur in ordinem,id eſt,in præordinationem pro-
uidentiæ,tamen licet , id eſt, quamuis in alium ordinem:tñ exeundo ac euadendo ordi
nem particularem incidit in ordinem diuinę iuſtitię generalem, omnia complecten
tem [ ne quid in regno prouidentię liceat temeritati ]id eſt , ne aliquid in toto vni
uerſo licere aſſcribatur inſipientiæ aut inprouido cauſarum proceſſui, vel ne aliquid
temeritati liceat , id eſt , ne quid putetur temere aut improuide euenire per com-
parationem ad prouidentiam Dei. Idem hoc dixerunt in metophiſicis ſuis Auicenna Auicenna.
& Algazel & reprehenduntur,dicit hoc Boethius & laudatur. Illi eñ voluerunt ex hoc
demonſtrare omnia de neceſſitate venire,non autem Boethius,vt tactum eſt ſupra,dice-
turq; plenius infra. Interea horum exemplũ ſanctus ponit Gregorius in Ioſeph, quem Gregorius.
fratres ſui vendiderunt vt in Egyptũ deſcendens ipſis non dominaretur,& hoc ipſum
quod illuc deuenit fuit occaſio quod ei tandem fuerũt ſubiecti,ex quo infert Gregorius
quod diuinę prouidentię nemo valet obſiſtere,neque hanc impedire . Imo per hoc ip-
ſum prouidentia ſępe impletur per quod impij eam impedire nituntur. Sequitur [ Deus
eñ fortiſſimus cũcta gubernat]in effabiliť ſua benignitate,prout de hoc dicta ſunt mul
ta & allegatũ eſt illud Iob: Quem conſtituit alium ſuper terram, aut quem poſuit ſuper Iob. 34.
orbem

PROSA VI. orbem quem fabricatus eſt[Neq; em̃ fas eſt hoi ].i.nõ eſt licitũ neq; poſſibile hoĩ viato- D
ri [cũctas diuini operis machinas vel ingenio cõprehendere vel explicare ſermone ]hoc
eſt cõprehẽdere vel ingenio vel explicare ſermone,ita ꝙ nullũ horũ ẽ poſſibile homini.
Machinę aũt diuini operis appellãtur ſecretæ ac ſubtiles diſpoſitiones ac rationes diui-
noꝝ effectuũ,q̃s plene & ꝑfecte in omnibus ſcire nemo poteſt ſine reuelatione diuina.
Roma. 11. Vnde dixit Apoſt. Quis cognouit ſenſum dñi,aut qs cõſiliarius eius fuit? Ieremias q̃q;,
Auguſti. Quis adfuit inqt in cõſilio dñi&audiuit ſermones eius?Hinc lib.de ciuitate loqtur Augu
ſt. Sicut deus q fecit mundum ſecretus eſt, ita modus q̃ fecit & regit mũdũ ſecretus eſt.
Per hæc etiam verba Philoſophia excuſat ſe ab immoderato ſcrutinio diuinorũ, quia vt
Plato. etiã in Thimeo effatus eſt Plato,in tã ſublimibus rebus mediocris eloquutio eſt qd mag
Sapien.9. num cenſenda.Vnde&in libro Sapientię habetur:Difficile inuenimus quę in terra ſunt,
Alanus. &quæ in proſpectu ſunt inuenimus cũ labore,quę autem in cęlis ſunt quis inueſtigabit?
Conſonat his Alanus in anticlaudiano,hæret ingens in his intellectus , hebet ratio , ſapi
entia nutat, Tullius ipſe ſilet,raucescit lĩgua Varronis,lãguet Ariſtoteles , Ptolomei ſen
ſus oberrat[Hoc tñ ꝓſpexiſſe ſufficiat].i. pro nũc ſufficiat cõſideraſſe [q̃d naturarũ oĩm
proditor deus] Hoc eſt ꝙ deus proditor.i.emanator & productor naturarũ oĩm[idẽ ad
bonũ dirigens].i.vnũ q̃dq; ad ſuã ꝑfectionẽ ac finẽ inclinãs,qm̃ opus naturę eſt opus pri
Sapien.7. mę cauſę[cũcta diſponit]iuxta illud Sapiẽtię:Attingit à fine ad finẽ fortiꝰ,& diſponit cũ- E
cta ſuauiꝰ[Dũq; ea q̃ ꝓtulit in ſui ſimilitudinem retinere feſtinat] .i.dũ deus celeriꝰ curat
retinere.i.conſeruare ea q̃ protulit id eſt,plaſmauit in ſimilitudinẽ ſui.i.in participatio-
ne bonitatis&ꝑfectionis,q̃ eis cõmunicauit&in aſſimilatiõe q̃ habẽt cũ ſua idea in men-
Sapient.11. te diuina. Vñ in libro Sapiẽtię dicitur deo, qũo aliqd potuiſſet ꝑmanere niſi tu voluiſſes?
[malũ oĩe de reipublicę ſuę termino ꝑ fatalis ſeriẽ neceſſitatis eliminat].i.exterminat&
expellit de termino.i.de finibus reipublicę ſuę.i.totius vniuerſi ꝑ ſeriẽ.i.cõnexionẽ &col
ligationẽ neceſſitatis fatalis.i.fati neceſſitatẽ habẽtis ꝑ reſpectũ ad ꝓuidẽtiã dei,q̃uis ex ſe
neceſſitatẽ nõ habeat,vt dictũ ẽ ſępe. Deniq; diciꝰ deus omne malũ de vniuerſo expelle-
re,nõ ꝙ in mũdo nõ remaneãt mala culpę ac pœnę,ac ſine fine in inferno manebũt,ſed
qm̃ infinita atq; oĩpotens ſapiẽtia dei nullũ malũ culpę relinqt inordinatũ, imo mala ꝑ
Auguſtinus culpã ordinat & cõpẽſat ꝑ pœnã,ꝙ cedit ad vniuerſi decorem. Hinc ſecũdũ Auguſt. ma-
la culpę cõparãtur veneno,ꝙ in ſe qdẽ ꝑnitioſum ẽ,cũ ꝟo alteri apte mixtũ extat ad ferẽ
cõmodũ,vt patet de tyriaca. Quẽadmodũ etiã niger color albo ſubſterniꝰ,vt albus cla-
rior videatur. Vnde&xxi.de ciuitate fateꝰ. Venena quę ꝑ incõueniẽtiã nociua noſcũtur,
&ꝑnitioſa,prudenꝰ adhibita in ſalubria medicamina ꝟtũꝰ[Quo fit vt q̃ in terris abũda
re credũꝰ].i.peccata qbus hoẽs in mũdo replẽtur[ſi diſponentẽ prouidẽtiã ſpectes nihil
vſq̃ mali eſſe ꝑpẽdes].i.agnoſces nihil mali .i. peccati eſſe vſq̃.i. alicubi in hoc mundo, F
&hoc iuxta ſenſum iã poſitũ , qa nil tãdẽ manebit inordinatũ ſi ſpectes.i.rite attendas
prouidentiam dei omnia diſponentem[Sed video te iam dudum ex pondere quęſtionis
oneratum,&rationis prolixitate fatigatum]id eſt,O Boethi attendo te oneratum, id ẽ,
grauatum ex pondere.i.difficultate quęſtionis iam ventilatę &ex prolixitate rationis.i.
& expoſitionis proſę iſtius[expectare dulcedinem aliquam carminis] qa alternis vti de-
lectabile eſt.Intellectus q̃q; in difficilium perſcrutatione valde laborat,ideo eget ſolatio.
Deniq; modꝰ agẽdi ꝓportionaꝰ modo,ideo ſicut natura humana multiplicẽ in ſe habet
Philoſo. cõpoſitionẽ,ſic varietas actionũ cõuenit ei,vt & in ꝓbleumatibꝰ ſuis ait Philoſophus, ꝙ
hoẽs plus laſſanꝰ ꝑgẽdo diu ꝑ viã planã &vniformẽ,q̃ ſi tãtũ tẽpꝰ gradiãꝰ itinere nũc aſ-
cẽſum nũc deſcẽſum habẽte[Accipe igitur hauſtũ].i. ſequẽtis carminis ſuauitatem intel-
ligẽtiã ac ſaporẽ[q̃ refectus].i.mente refocillatus[Firmior in vlteriora cõtẽdas].i. mecũ
tendas & procedas firmior,id eſt robuſtior in vlteriora,id eſt,ad ea quę reſtant.

## De mirabilibus iudicijs dei & prouidẽtia eius. ARTIC. XX.

VIdenꝰ ꝟba Philoſophiæ in hac proſa &alijs, ex dictis beati Auguſtini mag-
na ex parte accepta,vbi&inꝰ cętera loquitur:Nũc aũt mala equo animo fer-
re diſcimus,q̃ patiuntur & boni,& bona nõ magnipendere q̃ adipiſcuntur&
mali,ac ꝑ hoc etiã in his rebus in qbꝰ nõ apparet iuſtitia,ſalutaris ẽ diuina do
ctrina. Neſcimus em̃ q̃ dei iuditio bonus ille ſit pauper, malus iſte ſit diues. Iſte gaudet
quẽ ꝓ ꝑditis ſuis moribus cruciari debuiſſe mœroribus arbitramur,cõtriſtaꝰ ille quẽ vita
laudabilis gaudere debuiſſe perſuadet. Exeat de iudicio non ſolum inultus,verum etiam
damna



A damnatus,innocens aut iniquitati iudicis preſſus,aut falſis teſtimonijs obrutus,ecõtra-
rio ſceleſtus aduerſarius eius non ſolum impunitus, ſed etiam iudicato inſultans. Impi-
us optime valeat,pius languore tabeſcat. Ratiocinentur ſęuiſſimi iuuenes,& qui nec ali-
quem verbo lædere voluerunt,diuerſa morborum atrocitate affligantur,pueri & adole
ſcentes humanis rebus perutiles immatura morte tollantur,& qui videntur nec naſci de-
bere diutiſſime inſuper viuant, plenus criminibus ſublimetur honoribus, & hominem
ſine querela,vtpote virtuoſum tenebræ ignobilitatis abſcondant, & cætera huiuſmodi,
quæ quis colligere,quis numerare ſufficiat,quæ ſi in ſua quaſi abſurditate haberent con-
ſtantiam ſeu vniformitatem,ita vt in hac vita,in qua ſicut ſacer pſalmus eloquitur: Ho- Pſal.143
mo vanitati ſimilis factus , & dies eius velut vmbra præteriunt , non niſi mali adipiſce-
rentur tranſitoria bona hæc atq; terrena,& non niſi boni paterentur talia mala. Poſſet
hoc referri ad iuſtum dei iudicium aut etiam benignum,quatenus qui nõ erant aſſequu
turi bona æterna beatificantia,temporalibus deciperentur pro ſua nequitia,vel conſola
rentur ex diuina miſericordia, & qui non erant paſſuri æterna tormenta temporalibus
malis affligerẽtur pro ſuis qualibuſcunq; culpis,vel pro ſuis virtutibus exercendis & cõ
ſummandis. Nunc vero quando non ſolum in malo ſunt boni,atq; in bono mali,quod
videtur iniuſtum,verum etiam plerunq; & malis mala eueniũt & bonis bona,magis in-
B ſcrutabilia ſunt iudicia dei & inueſtigabiles viæ eius. Quamuis ergo ignoremus quo iu Roma.11
dicio deus hæc faciat vel fieri ſinat,apud quem ſumma virtus eſt,ſumma ſapientia,ſum
ma iuſtitia,nulla infirmitas,nulla temeritas,nulla iniquitas, ſalubriter tamen hinc diſci-
mus non magnipendere ſeu bona.i.proſpera,ſeu mala.i.aduerſa, quæ videmus iuſtis &
iniuſtis eſſe communia, illaq; bona quærere quæ propria ſunt bonorum, illaq; mala fu-
gere quæ propria ſunt malorum. Porro cum ad iudicium dei venerimus, cuius tempus
proprie dies iudicij aut dies domini nuncupatur , non ſolum quæcunq; tunc iudicabun- 1.Cori.3
tur,verumetiam quæcunq; ab initio iudicata & quęcunq; ad illud tempus adhuc iudicã-
da ſunt, apparebũt eſſe iuſtiſſima,vbi hoc manifeſtabitur quam iuſto dei iudicio fiat,vt
& nunc tam multa ac pene omnia iuſta dei iudicia lateant ſenſus menteſq; mortalium,
cum tamen in hac re piorum fidem non lateat iuſtum eſſe quod latet. Hęc Auguſtinus.
Inſuper de his narratur in vitis patrum exemplum notabile, ex quo multa poſſunt elici
ac perpendi. Fuit in ſolitudine Aegyptij vir ſanctus, qui in conſideratione altitudinis &
admirabilitatis iudiciorum diuinæ prouidentiæ ac ſapiẽtiæ prorſus deficiens,deum fre-
quenter orauit,dicens:Domine oſtende mihi iudicia tua. Venit ergo tandem ad eum an
gelus dei in forma humana. Veni,inquiens,vt videamus ſanctos patres. Cumq; de ſero
pulſaſſent ad cellam cuiuſdam ſancti ſenis petentes hoſpitium, ſuſcepit eos cum gaudio,
C & charitatiue eos tractauit. Mane dum abirent tulit angelus ſcutellam quam ſolam ſe-
nex habebat. Miſit ergo ſenex diſcipulũ ſuum poſt eos,vt redderent ei ſcutellam. Ange
lus vero diſcipulum illum præcipitauit à loco eminente tam valide,quod totus diruptus
eſt. Quo viſo horruit ſenex comes itineris angeli intra ſe loquẽs: Heu q̃ male contigit ſe
ni,qui eos charitatiue tractauit. Deinde ambulantes per eremum venerũt de ſero ad cel-
lam cuiuſdam duriſſimi ſenis,hoſpitium poſtulantes,qui repulit eos,& dixit: Cur ita diſ
curritis,& non in cellulis veſtris manetis?Illi vero inſtanter rogabant,vt permitterentur
oſtium ingredi,ne à beſtijs deuorarentur. Quod tandem vix permiſit, & iuſſit diſcipulo
ſuo vt nec panem nec lumen ipſis porrigeret , nec cellam ſineret introire. Mane angelus
ait diſcipulo:Roga dominum abbatem vt benedicere nos dignetur. Quo nolẽte rurſus
angelus ait diſcipulo:Roga vt veniat,quia habemus ei dare aliquid. Dumq; abbas veniſ
ſet,angelus dedit ei catinum. Quo recepto protinus ſe auertit. Et illis egreſſis,ſenex di-
xit ad angelum:Recede à me,quia peruerſa ſunt opera tua. Ecce ſanctũ ſenem illum pro
beneficijs,quæ nobis impendit,qualiter remueraſti, parapſedem eius abſtuliſti, & eius
diſcipulum tam atrociter occidiſti: huic autẽ ſeni qui nec deum timet nec hoĩem reuere-
tur,dediſti illius boni ſenis catinum. Dixitq; angelus: Nonne tu deum rogaſti vt oſten-
deret,q̃ iuſta ſint eius iudicia?Idcirco me miſit vt tibi oſtẽdam hoc. Senex ille bonus, vir
ſanctus eſt, hæc tamen ſcutella ad eum deuenit iniuſte,nec decuit iniuſtum quid apud iu
ſtiſſimum eſſe,ideo abſtuli ei. Diſcipulus vero eius in graui fuit tentatione,quem niſi oc-
cidiſſem, manum mox inieciſſet in ſenem, expediens ergo ei fuit ante tam graue crimen
occidi. At vero alius ſenex,quamuis durus & ferox, tamen aliquid boni fuit in eo & ali-
k quid

quid boni egit in nos, pro quo hanc ei remunerationam exhibui. Quibus dictis diſparu D it angelus. Rurſus in vitis patrum deſcribitur, quemadmodum quidam bonus ſecularis ſeruiuit vni ſancto Anachoritæ, quem quadã die inuenit deuoratum à belua, aliũ quendam iniquum defunctum vidit cum ingẽti honore duci ad ſepulchrum. Proſtrauit ſe ergo ſecularis ille in terram, dicens: Domine hinc non ſurgam niſi oſtenderis mihi qd ſint hæc. Ad quem locutus eſt angelus iuxta tenorem reſponſionis præmiſſæ. Præterea ad Ezechielem prophetam dominus loquebatur: Nõ ad homines ignotæ linguæ mitto te, & ſi ad illos mittereris, ipſi audirẽt, ſed ad filios Iſrael te mittam, qui nolunt audire te. Ecce miſit prophetam ad eos, quos nouerat non audituros, & nõ miſit ad illos quos nouerat audituros. IOHAN. Merito dixit Pſalmiſta: Venite & videte opera dei, terribilis in conſilijs ſuper filios hominum. DIONY. De his multa ſcribit Gregorius, & ea quæ in libro iſto de conſolatione philo. continent, præſertim in proſis multo diffuſius in moralibus ſuper Iob inducuntur. Tota nempe diſputatio & admiratio iſta Boethij eſt de iſto tam vario euentu fortunæ & diſpenſatione diuinæ prouidentiæ circa homines probos & improbos, quod interdum eadem, interdum diuerſa proueniunt eis. Quo circa poſſent tangi ac introduci alia multa, multo difficiliora de præſcientia & prædeſtinatione, & cur deus omnipotens & æternus condidit primum illum apoſtatam, per quem p̃uidit tam innumerabilia milia angelorum mox peritura. Cur præfecit ipſum Roboam E in regem decem tribuum, quas per ipſum nouerat mox ad peſſimam idololatriam pertrahendas. Cur edidit in peſſimũm Machometũ, per quem præſciuit quaſi tertiam partem generis humani decipiendam. Multa conſimilia poſſent quæri de alijs hæreſiarchis aliœ̃t ſubuerſoribus ac perditoribus animarum. Cur hanc animam infundit corpuſculo prolis Iudæorum infideliumue parentum, ita quod ad baptiſmi gratiam non pertingit, hanc vero corpuſculo prolis fidelium, cur vnum tam vehementer derelinquit, alium tam gratioſe applicat. Iſtum miſericordiſſime præuenit, illi quaſi inexorabilẽ ſe exhibere videtur. Iſtum in ſuis iniquitatibus diutiſſime ſuſtinet, & circa finem vitæ conuertit, illum in adoleſcentia aut iuuentute ſua in ſuis deprehẽdit ac perdit ſceleribus. In his & cõſimilibus debemus nos imbecilles ac miſeri ſuper glorioſiſſimi dei ſancta ac metuẽda iudicia perhorrere, venerari ac glorificare, certiſſimi quod ipſe deus eſſentialiter ſanctus bonus, iuſtus, ac ſappiens nil agit niſi ſapienter, bene ac glorioſe, atq; quod paruitas noſtræ capacitatis, debilitas noſtri intellectus deficit prorſus in infinitum à comprehenſione, pſcrutatione, dijudicatione, ac diſcuſſione ſapientiæ ac prouidẽtiæ iudiciorum dei, qui in veritate eſt naturaliter & incircũſcriptibiliter & incomparabiliter bonus, pius, & iuſtus & dulcis, qui quantum diligat genus humanum & eius optet ſalutem per incarnationẽ verbi æterni, & cætera myſteria Chriſti, & per innumerabilia beneficia, copioſiſſime & F euidentiſſime nobis monſtrauit, cui indeſinenter oportet nos cum ſumma reuerentia & timore ſubiectos & gratos conſiſtere.

## De prouidentia dei ex dictis patrum & doctorum.

## ARTIC. XVI.

CIRca finem libri ſecundi loquitur Damaſcenus: Neceſſe eundem eſſe factorẽ, id eſt, creatorem omnium rerum & prouiſorem. Neq; enim decens nec conſequens eſt alium eſſe vniuerſorum creatorem, alium factorem, alias imbecillis eſſet vterq;, alter ad prouidendum, alter ad producendum. Atq; inquantũ bonus prouidet, quia nec bonus eſt, qui non prouidet. Etenĩ homines & animalia proprijs filijs naturaliter prouident, & non prouidenti exprobratur, & vt ſapiens proprie eoꝝ quæ ſunt curã hbet. Idcirco oportet nos admirari, laudare & acceptare oĩa q̃ ſunt prouidẽtiæ eius, etiã ſi forſitan videãtur iniuſta. Nã & incõprehenſibilis eſt prouidentia eius. Iuſup quædã ꝑtinẽt ad prouidentiã dei ſecũdũ acceptionẽ, vt quæcũq; in cõtradictui ſunt bona. i. irreprehẽſibiliter virtuoſa & apta. q̃dã ſecundũ cõceſſionẽ ſicut cõcedit & permittit iuſtũ in aduerſitates incidere, vt virtus eius manifeſtet̃, vt in Iob. Interdũ cõcedit aliqd incõueniẽs agi, vt ꝑ operationẽ bonã æſtimatã magnũ & mirabile dirigatur. i. bonum eximium procuretur, vt ſalus mundi per crucem Chriſti. Rurſus interdum cõcedit vt finit iuſtum mala pati ne excidat à virtute, vt in Paulo. Derelinquitquoque qrouidentia dei hominem dupliciter, primo diſpenſatiue & ad tempus, ad eius aut aliorum



A aliorum eruditionem. Secundo finaliter. Multi demum ſunt modi prouidentiæ dei qui nec ſermone exprimi queunt nec intellectu comprehendi. Oportet etiam ſcire quod oẽs triſtes ſuperuentiones. i. tribulationes ad ſalutem & vtilitatem inducuntur his qui patienter & cum gratiarum actione ſuſcipiunt eas. Hæc Damaſcenus, qui de his multa conſcribit ibidem quæ ad primam ſententiam potius pertinent. At vero Antiſiodorenſis in Summa ſua libro primo teſtatur: Prouidentia dei eſt diligẽtia, qua ſubditis ſuis & rebus creatis neceſſaria adminiſtrat, ſiue ſint bona ſiue mala pœnalia, ꝑ quæ deus homines caſtigat & flagellat ad correptionem & emendationem. Nam vt aſſerit Auguſtinus: Oĩs pœna vitæ præſentis aut infligitur in purgationem, aut ad conſeruationem, aut ad initium pœnæ futuræ. Porro de prouidentia & fato grandem inducit tractatum Gulielmus Parrhiſienſis vltima parte libri de vniuerſo: Præſcientia, inquiens, plus eſt & plura includit ac reſpicit, quàm prouidentia, quoniam deus præſcit bona & mala, non autẽ prouidet niſi bona. Non enim dicitur aliquis ſibijpſi aut alijs mala prouidere: prouidet namque qui conſulte intendit aliquid facere, aut aliquid fieri. Mala vero non intenduntur cõſulte & circunſpecte, ſed accidunt per errorem. Amplius qui prouidet aliquid ex intentione procurat hoc fieri, non autẽ eſt intẽtio bonitatis prouidentiæ dei, vt mala fiant, nec ea prouenire procurat. Veruntamen vniuerſa & ſingula tam bona quàm mala curat cre

Auguſtin.

B ator, quod conſtat de bonis, quoniam tribuit & conſeruat eis eſſe. Quod ſi quis dixerit, quia poſtquam præſciuit, eis eſſe dimittit non curans amplius ea nec regens, quibus obijcitur, quia aut dedit eis virtutes aut vires per quas ſeipſas ſufficiant regere abſq; ampliori creatoris cura, aut non, ſi ſic & hoc vtiq; fecit prouidenter & ſciẽter, ergo regit hoc modo. Cuius exemplum eſt, ſi quis filium ſuum committat alteri inſtruẽdum & gubernãdum, informans rectorem illum atq; præcipiens, qualiter inſtruat filium. Talis pater nõ deſerit filium ſuum, ſed per alium curat & inſtruit eum, nec negligit eum. Illa autem proprie non curantur quæ negliguntur. Deniq; vires ita collatæ, ſunt gubernacula, per quæ res illę ſic regant, ideo gubernator ſicut regit nauem, cuius gubernacula tenet, ſic deus regit res quarum tenet vires. Iterum qui regit rectorem in eo quod rector eſt, regit & recta ab illo. Hanc diſputationem dominus Gulielmus prolixe ac bene proſequitur, oſtendẽs deinceps ex vniformi ac iugi motu & influxu cœleſtium corporum & cohabitudine ſuperiorum & inferiorum adinuicem, prouidentiam rectoris vniuerſorum. Recitat quoq; opinionem dicentium ex his non plus ſequi niſi quod cognoſcit ordinẽ vniuerſi, & ſpecies, naturaleſq; proprietates omnium rerum, non autem quod nõſcat indiuidua earundem ſingulariter circũſtantionaliter penituſq; diſtincte, quo ad omnia, quæ his accidãt & accidere queant, ſed ſolum ſecundum quod in ſpecie colliguntur atq; communicant, C & ratione naturæ ſpecificæ ipſis conueniunt. Quam opinionem erroneam multipliciter improbat cum & talis cognitio ſit indiſtincta & imperfecta, præſertim in operabilibus. Arguit quoq; ex proprietatibus naturalium rerum, quas nõ niſi ex inſtitutione creatoris originaliter ſunt ſortitę. Vt inquit te erigam & dirigam ad nobiliorem & ſublimiorem, conſiderationem curæ atque prouidentiæ dei, conſidera à q̊ & vbi diſcant araneæ filare, & retiacula texere, ac muſcas eſſe caſuras in ea, atq; q̊d muſcæ erunt prædæ & eſcę earum, etiam antequam viderunt muſcas aut matres ſuas filãtes. Item vbi formicæ didicerunt theſaurizare, & quod mirabilius eſt, vbi didicerunt grana tritici germinatura, ſi ea ſub terra relinquerẽt integra, ideoq; diuidunt ea in fruſta. De perdicibus quoq; admiratio eſt non parua, qualiter matrem cognoſcant, quam nunquã viderunt, relinquantq; perdicem quæ furata fuerat oua matris perdiculi, nam mox nati illam ſtatim relinquũt & matrem quæ oua poſuit, in quibus ſunt nati inſeparabiliter ſequũtur. Longe vero mirabilius quod ſcarabæi cum non viderint ſcarabæos alios generare, miro artificio generant, de ſtercore enim equino globos paruulos formant rotundos quos ad receptacula ſua portantes ac deſuper incubantes, generant alios. Quis docuit phœnicem ex aromatibus ſibi rogum conſtruere, & in eo ſe concremare, vt ex eius cineribus phœnix alius generetur. Hinc videtur dicendum, quod ſicut fluit ipſum eſſe à primo fonte ſuper cuncta creata bonitaſq; & pulchritudo eius ſuper omne bonum pulchrum cauſatum ab ipſo, ſic à lumine ſapientiæ creatoris deſcendunt ac fluunt naturaliter pro beneplacito ſuo lumina talium cognitionum, prout requirit neceſſitas & vtilitas huiuſmodi beſtiarum vt ſuper formicam lumen cuiuſdam prudentię, ſic & ſuper canes lumen quoddam quaſi diui

PROSA VI. nationis deſcendiſſe videtur, ita vt latrones homineſq; occultos inueſtigent, dinoſcant, D
& apprehendant, quoniam canis factus eſt ad cuſtodiam hominum & rerum eorum, q̃d
amicabilitate & ſolicitudine ſua ad homines pãdũt. Deniq; de vulturibus fertur quod
præuident ſtrages futuras ex prælijs hominum, per quod congregantur in locis vbi futu
ræ ſunt ſtrages, tanquam habituræ eſcam ibidem. Ex quibus potes perpendere quod lu-
minoſitas ſapientiæ creatoris, penetret omnia vſque ad minima. Alioquin quis docuit
bufonem alieno morſu venenoq; læſum accedere rutam, & ei locum vulneris affricare,
ſicq; curari? Innumerabilia talia inueniuntur in varijs rebus tam animatis q̃ inanimatis
quarum tam multæ & tam magnæ ac meræ virtutes, proprietates, opinioneſq; ſunt, vt nec
deſcribi, cognoſci, nec exprimi queant. Deniq; ſcribit hic doctor, quoniam maxime erra
uerunt & adhuc aliqui errant circa curam & prouidentiam creatoris in his quæ caſum
tantum videntur accidere, vt ea quæ communiter atq; æqualiter eueniũt ſapientibus &
inſipientibus, iuſtis & iniuſtis, vt ſunt pericula naufragiorum, varia genera mortis, & cõ
ſimilia incommoda fortuita. Secundo in his quæ omnino nõ curari videntur, tam à cre
atore q̃ ab alijs, vt furioſi qui ſolo furore feruntur. Tertio in his qui pro libito viuunt, &
non niſi male viuere volunt, imo (vt ita dicatur) ſtulta ſua voluntate ducuntur vel ma-
gis agũtur nullo rectore vel curatore, vt videtur exterius. Quarto in his quæ omnino de E
derelicti videntur, quemadmodum cadauer auibus canibuſq; expoſitum, pro cuius ere-
ptione nil agitur, ſicut nõnulli pauperes à potentibus & violentis multipliciter affligun
tur & opprimuntur, non ſolum nullo eripiente aut defendente, imo nec contradicente,
qui tamen pauperes ſanctiſſimi ſunt atq; iuſtiſſimi. Scito ergo quod caſus & fortuna ſi-
ue temeritas tam longe ſunt à bonitate ac ſapientia creatoris, q̃ longe ſtultitia & ignorã
tia. Et propter hoc quãtum ad creatorem nihil eſt caſus, ſicut apud nos locum habet, &
hoc quantum ad nos quod eſt propter ignorantiam & improuiſionem noſtram. Crea-
tor enim omnia intuetur, non intuitione quæ fit quaſi habitus dormiẽs, quin potius in-
tuitione quæ eſt in vltimitate vigilantiæ & actualitatis, nec quidquam opertum eſt aut
abſconditum à viſione ipſius vllo modorũ, videtq; omnia nude & velut à proximo, imo
quaſi præſentialiter. Itaq; bona exteriora terrena ſunt parua & vilia & per ea tãquam p
quædam munuſcula attraxit ſibi olim omnipotens homines pueriles, imperfectos, puſil
los, puta Iudæos, quibus & comminatus eſt temporalia mala pœnalia, per quæ erudito
genere humano, promiſit bona ſpiritualia & ęterna, & comminatus eſt pœnas perpetu-
as. Nõ eſt itaq; magnum ſi deus iuſtis & electis ſuis permittat tali bona auferri, vt p hoc
ad ſpiritualia copioſius diſponantur. Denique furioſi non ſunt extra prouidentiam dei,
imo ex diſpoſitione & cura ipſius ab hominibus alijs detinentur, qui & ipſis compatiun
tur ac neceſſaria largiuntur, de remedijs prouident etiam ipſis pro poſſe. Vnde & inter- F
dum permittunt eis libere ire & inter homines ambulare, dum probabiliter putãt quod
alijs non erunt nociui, quia dimiſſio illa ex vinculis eſt pro releuamine furoris ipſorum.
Interdum quoq; ipſa furia eſt pœna, ex diuina prouidentia iuſte aut certe paterne medi
cinaliterq; inflicta, nec tales ab angelica cuſtodia totaliter relinquũtur. Preterea nec vo-
luptuoſi, & qui ſe totaliter mancipant ſeruituti facinorum, extra dei prouidẽtiam viuũt,
Pſalmo 80 qui & iuſto iudicio ſic eos relinquit, quemadmodum ait in pſalmo: Dimiſi eos ſecũdum
deſideria cordis eorum. Sic etiam quod delitiarum ablationę grauius inſanirẽt, & quod
hi qui per proſpera & iucunda non attrahũtur ad diuinum amorem, per flagella & aſpe
ra ad deteriora corruerent, imo ad blaſphemias, infidelitates ac dei negationem. Cõſul-
Eccl 31 tius ergo dimittit eos in his quę amant pernerſe. Et quamuis illis abutantur, hoc tamen
eſt prętẹr creatoris intentionem, qui & vinum non conceſſit vt homines inebrientur, ſed
ſobrie ac ſalubriter illo vtantur. Amplius prouidentię ſue maieſtatem & ęquitatem de-
Gene. 7 us frequenter monſtrauit à mundi exordio, & per vniuerſale diluuium, per ſubuerſionẽ
Gene. 19 pentapolis & plagationes Aegyptiorũ, in Iſraelitico etiam populo in deſerto per deuo-
rationem quorũdam à terra, & per alias varias rebelliũ ſtrages. Deinde in extirpatione
Nume. 16 Chananeorum, quando ſol & luna ſteterunt in cœlo immobiles ſpatio vnius diei. Item
Deute. 11 temporibus iudicum, quando tranſgredientes Iudęos iuſte reliquit & dire ac diu afflixit
Ioſue. 10 pœnitentes vero pijſſime liberauit. De his in euangelica lege ſic facta innumerabilia cer-
tiſſime vera deſcripta ſunt. De multiplici vltione dei in tyrannos ſanctorum martyrum
occiſores, & de pręclariſſimis miraculis, pro defenſione fidei & glorificatione beatiſſimo
rum



A rum martyrum, ab omnipotente deo exhibitis. Diligenter demum perpendens inuenies
nihil vacare à creatoris iuſtitia, imo & ipſas beluas & pene omnia animalium genera re
peries quãdam exercere iuſtitiam, & iura ſua defendere. Vide qualiter vrſa oblationem
vel necem ſuorum vindicet catulorum. Similiter qualiter leo atq; ciconia pro ſuis vxori
bus ac fœtibus pugnent, cum quanta iuſtitia maſculi & fœmellæ in brutis labores ſuos
inuicem partiuntur, vt fœmina remanente in nido aut ſpelunca, maſculus ad perquiren
dum & ad portandum cibum fœminæ ſuæ ac pullis egrediatur & regrediatur. Tempo-
re etiam meo ciconia tanquam de adulterio per olfactum mariti ſui conuicta, con-
gregata multitudine ciconiarum neſcio qualiter accuſante maſculo vel crimen eius dete
gente, à tota multitudine illa deplumata fuit ac lacerata, quaſi conſilio ac iudicio omni-
um rea adulterij iudicata. Narratur item de equo qui dum velatis oculis matrẽ ſuam co-
gnouiſſet, deprenſo quod egerat proprijs dentibus genitalia ſũa pręſcidit, quaſi vindicãs
in ſeipſo inceſtum quem ignorãter commiſit. Inſuper nulla eſt ratio tam barbarica, quæ
non per ſuperiores quoſdam ac legibus refrenetur. Imo cum triplex ſit lex, vtpote natu-
ralis, poſitiua, & diuina, quæ omnes à deo exortæ ſunt, nulla eſt gens quæ non regat aut
vna earum, aut ſimul duabus, aut omnibus tribus, ergo ſub dei prouidentia viuunt. Im-
pij quoq; iniuriam & contumeliam quas ſuo inferunt creatori, in ſeipſis grauiſſime vlci-
B ſcuntur, tot & tantis beneficijs dei ſe priuando, iugo diaboli & peccati ſeipſos ſubdendo
atq; æternæ damnationi ſeipſos exponendo. Porro dum iuſti multas & magnas ab im-
pijs aduerſitates patiuntur, nequaquam à deo relicti ſunt, ſicut nec martyres ſancti, nec
beatus Iob ſuis poſſeſſionibus, prolibus ac corporis ſanitate priuatus, imo talia multipli
citer eis expediunt, vt dictum eſt alibi. IOHAN. Horum narratio me delectat, quam-
uis prolixitas terreat, ne forſan & alios grauet, qui breuitate lætantur, & adhuc dubitati-
ones quædam me inquietant. Aſſeris quippe vniuerſa & ſingula, etiam irrationabilia, in
animata diſtincte & ſingulariter ſub diuina prouidẽtia cadere. Sed obuiare videtur illud
Apoſtoli: Nunquid de bobus cura eſt deo? Denique ſi omnia illa tam particulariter ca- 1. Cori. 9
dunt ſub prouidentia dei, ergo & ea quæ indifferentia ſunt, vel ex ſola imaginatione pro
cedunt, vt quod in retia piſcantium potius cadat piſciculus iſte q̃ ille, & iſte piſcis in rete
huius piſcantis, atq; quod vnus potius comedat hanc buccellam q̃ illum, & prius iſtum
q̃ alium, & conſimilia multa in quibus nihil intereſſe videtur, quid aut qualiter fiat. Vi-
dentur quoq; contrariari verbis beati Hieronymi aſſerẽtis: Abſurdum eſt ad hoc dedu-
cerę dei maieſtatem, vt ſciat per momenta ſingula, quot culices naſcantur, quótue mori-
antur, quota pulicum & muſcarum ſit multitudo, quótue piſces natent in aquis, & ſimi
lia. Non ſimus tam fatui adulatores dei vt dum prouidentiam eius vſq; ad ima retru-
C dimus, in noſipſos iniurioſi ſimus eandem rationabilium & irrationabilium prouidenti
am eſſe dicentes. His quoq; verbis Hieronymi videtur conſonare quod ait Auerrois: Vi
leſceret diuinus intellectus, ſi vilia & infinita iſta cognoſceret. Amplius quęro an ſecun-
dum naturalem rationem loquendo ſit concedendum, quod ſummus & adorandus de-
us habeat vniuerſorum diſtinctam notitiam ac prouidentiam certã ac veram, & de hoc
quid ſenſerunt Philoſophi.

## Solutio quæſtionum iſtarum de prouidentia atq; ſcientia dei, qualiter ſit uniuerſorum & ſingulorum. ARTIC. XVII.

### DIONYSIVS.

NVllum inuenio doctorẽ ſcholaſticũ, qui tam diffuſe ſcripſit de his vt Gulielmus Parrhiſieñ. qui vltima parte libri de vniuerſo, primã quæſtionũ iſtarũ
mouet & ſoluit, dicẽdo: Quæſtio eſt an p curã & prouidentiã dei fiat, quod
iſte lepuſculus aut capreola potius capiatur à venatore, q̃ alter aut altera, &
q̃d iſte onager magis capiat & deuoret à leone q̃ alius, aut ab iſto leone q̃ ab
alio, & vnus mus magis à murilego, q̃ alter, ſic de araneis, ſic de muſcis. Ad quæ oĩa & cõ
ſimilia dicimus, q̃d ſapiẽtia dei nõ minus attingit minima q̃ maxima aut media, nec mi-
nus cognoſcit vtilitates minimorum q̃ maximorum, quãuis maximas, & tã hæ q̃ illæ ex ipſo
ſunt & p ipſum, ſapiẽter, prouidẽter, ac volẽter. Et ſicut cura fuit ei vt eſſent oĩa, ſic eſt ei
cura ordinare ſingula ad fines ſuos ac vtilitates. Deniq; venatores & piſcatores nõ dubi
tãt dicere, deus dedit mihi hodie piſcẽ iſtũ aut ferã iſtã. Cumq; nil capiũt, dicũt: Deus nõ
dedit mihi hodie aliquid capere. In qua re & alternatione, euidẽs eſt vtilitas, credulitas,

 & admi-

PROSA VI. & admiratio prouidentiæ dei, ſimiliter excitatio timoris & amoris creatoris, gratitudi- D
nisq́; in ipſum, vt cũ dat, ei gratię referãtur, & cũ nõ dat, timeatur eſſe offenſus, & de eius
munere q̃d quęritur expectetur. Sciendũ vero q̃d curare & nõ curare dupliciter ſumitur.
Primo, prout ptinet ad vim effectiuã ſuperiorẽ, ſicq́; nõ curare eſt aliquid nõ habere cor-
di, eouſq; vt de eius euẽtu neq; quis gaudeat neq; triſtetur ſi nõ eueniat, & ſic deus vul-
gariter dicitur nõ curare id pro q̃ nec pœnã infert, nec mercedẽ largitur, & ita deus nõ cu
rat muſcas quæ ab araneis capiũtur, nec quo ordine buccella ſumatur. Secũdo prout ad
vim ſpectat apprehenſiuã, vt curare ſit idem q̃d attẽdere ſeu cogitare, & ſic cuncta crea-
ta deus curat, quia & ipſa attẽdit & vtilitates ac fructus ſeu fines eorũ, quæ oĩa præuidet
& ordinat. Ex his quæſtio prima ſoluta eſt cũ ſuis obiectis, excepta authoritate Hiero-
nymi, quã ſuper Habacuk prophetã expreſſam ſoluit magiſter ſentẽtiarũ primo lib. diſt.
39. dicẽdo: Hieronymus nõ negauit deũ oĩa iſta ſcire, ſed negat eũ illa ſcire alternatim &
particulatim, ſeu p momẽta horarũ, quaſi eius ſciẽtia varietur, augeatur aut minuatur, &
innuit deũ aliter curã ac prouidentiã habere rationaliũ & irrationaliũ creaturarũ. Quod
autem cuncta iſta deus cognoſcat & curet aliquo modo, Chriſtus in euangelio docet:
Nõne, inquiens, quinq; paſſeres veneunt dipondio, & vnus ex illis nõ cadit ſuper terram
ſine patre veſtro. i. ſine prouidentia dei patris? Veſtri aũt & capilli capitis numerati ſunt.
Quod vero ex verbis Auerrois allegaſti, ſimpliciter falſum eſt, imo cum oppoſita iuxta E
ſe poſita euidentius pateant, quo deus altiſſimus cæterorũ vilitatẽ & imperfectionẽ atque
miſerias lympidius intuetur, eo ſuiipſius nobilitatẽ, perfectionẽ, & beatitudinẽ clarius &
delitioſius cõtemplari oſtenditur. Quemadmodũ beatorũ gloria fertur augeri ex inſpe-
ctione tormentorũ & cladium damnatorũ. Ad ſecundã quæſtionẽ reſpondeo, de hoc va
rias eſſe opiniones & diuerſimode inde ſenſerunt Philoſophi, prout ſup primum Sentẽ-
tiarũ Alexander, Bonauentura, Albertus, & alij ſcribũt. Vbi & Thomas effatur: Hæc quę
ſtio ab oĩbus fere ſapiẽtibus eſt vẽtilanda, idcirco oportet diuerſorũ opiniones narrare
vt falſis opinionibus refutatis verã ſequamur. Quidam itaq; philoſophi, vt Epicurus &
Democritus prouidentiã dei negauerũt totaliter, dicẽtes oĩa caſu cõtingere, quæ opinio
à poſteriobus ſatis eſt reprobata. Alij dixerũt prouidẽtiam dei eſſe quarundã rerũ non
omnium, quorũ quidam dixerũt eam extendi vſq; ad ſpecies rerũ nõ vſq; ad indiuidua
corruptibiliũ entium, quia dixerunt id q̃d exit curſum legibus naturæ ſtatutum ipſi pro
uidentiæ nõ ſubeſſe, vnde & ea quæ fræquẽter deſitiunt à curſu ordinato putabãt nõ eſ-
ſe prouiſa, vt particularia gñabilia & corruptibilia. Hęcq; opinio Ariſtoteli imputatur,
quãuis ex verbis eius expreſſe haberi non valeat, ſed commentator ſuus vndecimo Me-
taphyſicæ ponit eã expreſſe. Ait nanq;: Nõ eſt phas bonitati diuinæ habere de ſingulari
bus ſolicitudinem, niſi ſecundũ q̃d cõicationem habent in natura cõi, vt quod aranea fa F
cit telam, non quod iſta hoc agat. Hæc autem opinio falſa & perfida tollit iudicium dei
de actibus hominum. Ideo alia fuit opinio quod deus prouidentiam habet de omnibus
iam prætactis atq; indiuiduis ſpeciei humanæ, etiam ſecundum particulares actus eorũ.
Et hæc eſt poſitio rabbi Moyſi, qui pro ratione aſſignat, quia in quolibet homine eſt in-
tellectualis natura, per quam apprehendat formam ſpeciei inquantum eſt ſpecies, cui &
rationem vniuerſalitatis attribuit, ideo non deſeritur à prouidentia dei, quæ directe eſt
ſpecierũ & præſertim quoniam homo per ſplendorem intellectus communicat cum ſub
ſtantijs ſeparatis, quæ quantum ad indiuidua cadunt ſub prouidentia dei. Sed quia diui
na cognitio æqualiter eſt ſingularium & particularium, & eius qui eſt ſumme bonus eſt
omnia ordinare in finem, ſecundum quod nata ſunt, inconueniens eſt ſingularium ſeu
particularium aliquorum prouidentiam non aſſcribere deo. Hinc alij dicunt quod deus
prouidentiam omnium habet, ſed horum aliqui dicunt prouidentiam omnium rerum
æqualiter eſſe in deo, qui ex hoc inciderunt in tres errores. Quidam enim putãtes ſimili-
ter eſſe prouidentiam bonorum & malorum, cum bona & mala nequeãt eſſe intenta ab
eodem agente poſuerunt duos deos, quorum vnus vtpote deus lucis ſubſtantialiter bo-
nus prouideret bona. Alius ſcilicet deus tenebrarum eſſentialiter malus, prouideret ma
la, & hæc fuit hæreſis impij Manichæi quæ non ſolũ à theologis, ſed etiam à philoſophis
ſufficienter eſt reprobata, quoniam malum non habet cauſam efficientem, ſed magis de
ficientem, nec eſt per ſe intentum inquantum malum. Alij æſtimantes quod ſimiliter ra-
tionalium & irrationalium creaturarum prouidentia ſit, dixerunt nihil mali etiam bru-
tis accidere quod non ſit eis prouiſum in pœnam aut in maioris præmij occaſionem pro



A pter q̃ aſſerebãt peccatũ eſſe occidere bruta, ſicut & hominem. Sed quia hæc omnia ſunt
à fide penitus aliena, dicendum q̃d omnium eſt prouidentia, ſed non eodem modo. Pro-
uidentia enim includit diſpoſitionem, quę in rebus includit ordinem, qui in gradu diuer
ſarum naturarum conſiſtit, cumq́; prouidẽtiæ ſit non deſtruere ordinem rerum, effectus
prouidentiæ expletur in rebus ſecundum conuenientiam rerum, prout natæ ſunt conſe-
qui finem ſuum. Propter quod quarto capitulo de diuinis nominibus ſanctus Dionyſi-
us loquitur: Non eſt prouidentiæ dei naturam rei deſtruere, ſed ſaluare, ideo deus quaſ-
dam res ita inſtituit, vt ſecundum ſuam naturam cõſequantur ſibi præfixum finem per
principium quod eſt natura tãtum, ſicut in omnibus irrationabilibus. In alijs ſuper hoc
principium addidit voluntatem. In his quoque quæ ſequuntur finem ſuum per principi-
um quod eſt natura, eſt aliquis gradus, quia quorundam natura impediri nõ poteſt à cõ-
ſequutione ſui effectus ac finis, & iſte eſt in illis altior gradus, vt in corporibus cœleſti-
bus, in quibus nihil contingit non intentum à deo ex defectu eorum. Propter quod di-
cit Auicenna, quod ſuper orbem lunæ non contingit malum, loquens de malo naturæ.
alius gradus naturæ poteſt deficere ac impediri, vt generabilium & corruptibilium na-
tura, quæ quamuis ſit in bonitate inferior, attamen etiam bona eſt, & melius eſt eſſe v-
tranq; quàm alteram tantum. Si autem deus dediſſet huic naturæ nunquam poſſe defice
B re, iam non eſſet hæc natura, ſed altera, in quo derogaretur perfectioni totius vniuerſi.
Hanc ergo naturam condidit deus prænoſcens defectum ei cõtingentem, qui eſt malum
naturæ, non tamen intendens hoc malum, ſed ita præuidit, vt ſi malum cõtingeret ex de
fectu alicuius naturæ, quod ordinaretur in aliquod bonum. Sic videmus quod genera-
tio vnius eſt corruptio alterius, & econtra. Et iſte modus prouidentię extendit ſe vſq; ad
bruta incluſiue, quæ potius aguntur inſtinctu naturæ, quàm voluntatis electione. Ideo
malum contingit in eis per modum naturæ, non per modũ præmij, ſicut quod mors mu
ſcæ eſt cibus araneæ. Porro in nobilioribus creaturis inuenitur aliud principium præter
naturam, quod eſt voluntas, quod quanto deo vicinius eſt, tanto à neceſſitate naturaliũ
cauſarum magis eſt liberum, ideo ex ſua natura rectum ordinem poteſt tenere, tenden-
do in finem, & item deficere. Si autem ineuitabiliter aut indeuiabiliter in ſuum tende-
ret finem per diuinam prouidentiam, iam tolleretur ab eo conditio ſuæ naturæ, vt ſan-
ctus Dionyſius proteſtatur. Hos quoque defectus voluntatum contingentes præter intẽ
tionem diuinæ prouidentiæ, deus præſciuit & ordinauit in aliquod bonum, non tãtum
naturæ, ſed etiam ſimilis generis, vt in bonũ iuſtitiæ, quod fit dum culpa per pœnam or-
dinatur, atq; in bonum voluntatis aliorum, qui per illorum nequitiam corriguntur pro
ſuis peccatis, aut in gratia & in gloria creſcunt, & in alia multa bona quę humana mens
C non poteſt iam capere nec explicare. Vnde conſtat quod bonum & malum ſubiacẽt di-
uinæ prouidentiæ, ſed malum tanquam præſcitum & ordinatum, nõ vt à deo intentum,
bonum vero tanquam & intentum ab eo, ſed neceſſarium ita vt deficere nequeat, cõtin-
gens autem ita vt poſſit deficere, voluntarium quoq; ita vt præmiũ conſequatur aut pœ
nam aut in præmium pœnamue alicuius ordinetur, ſed naturale ita quod naturalem fi-
nem adipiſcatur ſi bonum, aut cedat in finem naturalem ſi malum eſt. Hæc Thomas in
ſcripto q̃bus cõcordãt ſcripta Alberti, Petri, Egidij & Richardi, q̃ quærũt an deus imme
diate p̃uideat oĩbus. Et r̃ſident: Ad p̃uidentiã ptinẽt duo, Primũ eſt ratio ſeu diſpoſitio
ordinis rerũ p̃uiſarũ ac ordinatarũ in finẽ. Secũdũ eſt exequutio ordinis ſeu ordinatiõis
iſtius æternæ. Quãtũ ad primũ, deus immediate p̃uidet vniuerſis, quãtũ vero ad ſecũdũ
multa pſequit̃ p cauſas ſecũdas & inferiora regit p ſupiora, nõ ex inſufficiẽtia ſua, ſed ex
plenitudine ſuæ bonitatis, vt. ſ. prouiſiuã & gubernatiuã ſuã pfectionẽ cõicet creaturis
ſuis. IOHAN. Placẽt hæc oĩa, ſed quæro qualiter liceat nobis vti noĩe fati, cũ in homi-
lia S. dicat Gregorius: Abſit à fideliũ mẽtibus, vt fatũ dicãt aliqud eſſe. Auguſtinus q̃q; Gregori.
quinto de Ciuitate dei: Si quis, inquit, volũtatẽ aut poteſtatẽ dei fatũ appellet, ſentẽtiã te Auguſtin.
neat, linguã corrigat. DIONY. Ex his quæ allegas Thomas in Summa cõtra gentiles
3. libro concludit. Ex quo cum infidelibus nec nomina debemus habere communia, ne
ex cõſortio noĩm oriatur erroris occaſio, noĩe fati non eſt fidelibus vtendum, ne videa-
mur illis conſentire, qui male de fato ſenſerunt, omnia inferiora neceſſitati ſyderum ſub-
ijcientes. Veruntamen quia Boethius vir ſapientiſſimus atque catholicus vtitur nomine
fati, & illud diffinit ac eius efficientias ac proprietates deſcribit, & Magiſtri in Scholis
imitando Boethium nomine fati vtuntur & fatum aliquid eſſe fatentur, dicendum vi-

METR. VI. detur quod non ſit periculoſum neq; illicitum fati nomine vti, præmiſſa vero deſcriptio= D
ne ipſius & diſtinctione, qualiter varijs modis ſumatur. Gregorius vero prohibet dice=
re fatum aliquid eo modo quo mathematici ſeu aſtrologi poſuerunt fatum, dicendo q̄d
rebus humanis neceſſitatem imponeret hoc idem Auguſtinus intēdit, quod ſcilicet ſim
pliciter & abſolute videlicet ſine declaratione ſignificationis fati, non ſit eo vtendum.
Hinc ſuper ſecundum Sententiarum loquitur Alexander duplex eſt fati acceptio. Nam
primo dicitur lex aſtrorum, quę rebus ſingulis fertur neceſſitatem imponere, libero quo
que arbitrio, & de fato ſic ſumpto loquitur Gregorius quod ſit nihil. Secūdo dicitur diſ
poſitio quædam in temporalibus rebus relicta, ſicq́; diffinit illud Boethius: Fatum, inqui
ens, eſt eorum, quæ diuina ſimplicitas gerenda diſpoſuit, mobilis nexus temporaliſq́; or
do. Et rurſus: Fatum eſt in rebus mobilibus &c. Et ita eſt quid creatum, propriusq́; diui
næ prouidentiæ effectus. Aliquando tamen improprie ſumitur pro diſpoſitione ſeu vo=
luntate diuina, & ſic V. de ciuitate aſſerit Auguſtinus: Prorſus diuina prouidentia con=
ſtituuntur regna humana, quam ſi quis fati nomine exprimat, linguam corrigat ſenten
tiam teneat. Fatum itaq; dicit naturam rei non abſolute, ſed cum relatione ac ordine, fa
tum nanq; eſt diſpoſitio ſeu nexus quidam relictus in rebus ex dei prouidentia, ordinan
te & connectente cauſas & habitudines rerum. Inſuper in prætacto tractatu de fato po=
nuntur diuerſæ fati acceptiones. Præterea eſt notandum quod factum quandoq; voca. E
tur mors diſpoſitiōe periodorum inducta, ſicut dicitur in Anticlaudiano: Liuor poſt fa=
ta quieſcit. Sicq́; decurſum vitæ tribus fatalibus dominabus tribuit Plato inceptionem
videlicet Cloto progreſſum Lacheſi, concluſionem ſeu finem Atropos, iuxta illud Clo=
to colum baiulat, Lacheſis trahit, Atropos occat. Secūdo fatum dicitur diſpoſitio proui
dentiæ diuinæ de rebus gerendis, ſicut iam tactum eſt. Tertio fatum dicitur forma ordi=
nis eſſe & vitæ inferiorum, cauſata in ipſis ex periodo cœleſtis circuli, ſicq́; Hermes dice=
bat: Fatum eſt cauſarum complexio &c. vt ſupra. Et ſecundo modo fatum ponendum
eſt ſicut Boethius illud accepit. Interea de eo quod quæris an ſecundum naturalem ratio
nem dicendum ſit deum habere diſtinctam prouidentiam ac ſingularem vniuerſorum no=
titiam, nunc patet ex introductis, quod de hoc diuerſimode valde ſenſerūt diuerſi, & q̄d
de hoc ſenſit Plato ſupra expreſſum eſt. De Ariſtotele quoq; non eſt admodum certum
quid ſenſerit, & infra de hoc ponentur opiniones Ciceronis & Senecæ.

## METRVM VI. LIBRI IIII.

SI uis celſa iura tonantis
Pura ſolers cernere mente, F
Aſpice ſummi culmina cœli.
Illic iuſto fœdere rerum
Veterem ſeruant ſydera pacem.
Non ſol rutilo concitus igne,
Gelidum Phœbes impedit axem.
Nec quæ ſummo uertice mundi
Flectit rapidos urſa meatus,
Nunquam occiduo lota profundo,
Cætera cernens ſydera mergi,
Cupit oceano tingere flām̄as.
Semper uicibus temporis æquis
Veſper ſeras nunciat umbras,
Reuehitq; diem lucifer almum.
Sic alternos reficit curſus
Alternus amor, ſic aſtrigeris
Bellum diſcors exulat oris.
Hęc concordia temperat æquis
Elementa modis, ut pugnantia
Vicibus cedant humida ſiccis,
Iunganťq; fidem frigora flammis.
Pendulus ignis ſurgat in altum,
Terræq; graues pondere ſidant.
Hiſdem cauſis uere tepenti
Spirat florifer annus odores,
Aeſtas cererem feruida ſiccat,
Remeat pomis grauis autumnus,
Hyemem defluus irrigat imber.
Hæc temperies alit ac profert
Quicquid uitam ſpirat in orbe.
Eadem rapiens condit, & aufert,
Obitu



A Obitu mergens orta ſupremo.
Sedet interea conditor altus
Rerumq; regens flectit habenas,
Rex & dominus, fons & origo,
Lex & ſapiens arbiter æqui,
Et quæ motu concitat ire,
Siſtit retrahens, ac uaga firmat.
Nam niſi rectos reuocans itus,
Flexos iterum cogat in orbes,
Quæ nunc ſtabilis continet ordo,
Diſſepta ſuo fonte fatiſcant.
Hic eſt cunctis communis amor.
Repetuntq; boni fine teneri.
Quia non aliter durare queant,
Niſi conuerſo rurſus amore
Refluant cauſæ, quæ dedit eſſe.

## Expoſitio ſexti metri libri quarti. ARTIC. XVIII.

QVemadmodum in fine proſæ præcedentis Philoſophia promiſit Boethiū laſ=
ſum carmine releuare, ita hic agit, oſtendens in ſexto hoc metro ex prouiden=
tia dei res creatas inter ſe diſtinctas, differentes, contrarias, & q̄ plures ſtabili=
ter conſeruari, & quandam quaſi pacem tenere. Senſus vero totius huius me=
tri ſatis ſæpe præhabitus eſt. Itaq; ſenſus & ordo verborum ſic habet: [Si] ò Boethi [vis
B cernere]. i. ſi appetis contemplari, [pura mente]. i. intellectu à vitijs paſſionibusq́; mun=
dato, [ſolers]: i. prudens ac diligens. Eſt autem ſolertia proprie induſtria inueniendi ra=
tionem rei in tempore non proſpecto. i. repēte, vt cur hi duo antea inimici facti ſunt ami
ci, quia habuerūt vnum tertium inimicum, vt libro poſteriorum ait Philoſophus. Sic er
go ſi vis cernere ſolers (talis quippe mens ad contemplationem eſt apta non illa quæ vi=
tijs ſordidatur & paſſionibus inquietatur, vt in Phædone diſſeruit Plato, & plenius lib.
de prophetia) [iura]. i. leges æternas & ordinatiōes ac inſtituta, [celſi]. i. dei altiſſimi [to=
nantis]. i. magnifice reſonantis, tonitrua producentis, terribiliter comminantis, de quo
ſcriptū eſt in Iob: Tonabit deus voce magnitudinis ſuę, & non inueſtigabitur cum audi Iob 37
ta fuerit vox eius. In Ezechiele quoque: Audiui vocem quaſi vocem ſublimis dei. Vnde Ezech. 1
in Apocalypſi ait Iohannes: Audiui vocem quaſi aquarum multarum & tonitruorum ma Apoca. 8
gnorum [aſpice culmina]. i. eleuationem & apicem [celſi cœli]. i. primi mobilis vel poti
us cœli empyrei, quod aſt manſio ac regio beatorum, in quo ſunt chori ac ordines ange
lorum, quorum culmina ſunt ſacratiſſima ſeraphin, [Illic ſydera ſeruāt pacem veterem]
. i. vniformitatem, curſum, & connexionem quam ab initio habuerunt,] fœdere rerum
iuſto]. i. decenti contemperatione virium & influentiarum ſuarum ſeu pacto diuinitus in
ſtituto, vnde dictum eſt ſupra. Rerum nanq; fœdera noctis, Itemq́: Legē pati ſydera co=
C gis. Veruntamen influentia vnius planetæ ſeu ſtellæ interdum videtur contrariari influ=
entiæ effectuiq́; alterius, & impendere eaſdem, non eſt tamen inter eas diſcordia mutua
ſicut de hoc Albumazar in introductorio maiori. Ptolomeus & Albategni multa con=
ſcribunt. Gulielmus quoq; in libro de fide & legibus atq; Albertus libro de coęqueuis.
Ineffabiliter autem perfectius regnat pax prorſus dulciſſima inuiolabiliſq́; concordia in
ciuibus cœli empyrei. Propter quod ſcriptū eſt in Iob: Poteſtas & terror apud deum eſt,
qui facit concordiam in ſublimibus ſuis. [Sol concitus,] id eſt, velox in motu ſuo, [igne Iob. 25
rutilo,] id eſt, ſplendore claro quo & calefacit inferiora per radiorum reflexionem, [non
impedit apem gelidum,] id eſt, frigidum orbem [phœbis,] id eſt, lunæ, quæ cum ſphæra
ſua vocatur frigida effectiue, vt dictum ſæpe, cuius influxum motum & vim non impedit
ſol, nihilominus prædominatur & temperat eos, [nec vrſa,] id eſt, vrſa maior, quæ dici=
tur currus, [quæ flectit,] id eſt, circunducit, [meatus rapidos,] id eſt, motus celeres, [ver=
tice mundi ſummo,] id eſt, circa polum arcticum, qui nobis videtur ſublimior polo an=
tarctico, quauis ex natura rei & ſecundum veritatem polus antarcticus ſuperior ſit, vt li=
bro de cœlo & mundo probat Philoſophus, [nunquam lota profundo occiduo] id eſt,
in mari occidentali nunquam humecta, & hoc dicit philoſophia non quod aliæ ſtellæ la
uentur & mergantur in mari, ſecūdum veritatem, ſed ſecundū apparentiā tm̄, quia vt fre
quenter pręhabitum eſt, ſtantibus in ripa maris, & nihil niſi mare & cœlum ac ſtellas cer
nentibus, apparet quod planetæ & ſtellæ pro maxima parte deſcendant in aquas, nec ſci=
unt quod inter aquas & cœleſtia corpora mediant aer & ignis elementaris. Hinc ſubdi=
tur: [cernens cætera ſydera mergi,] id eſt, in mare deſcendere ſecundum apparentiā, non
tamen

PROSA VI.

tamen omnia,ſed quæ intãtum diſtant à polo,quod habitatoribus terræ occũbunt. Vi= D
ſa aũt nõ occũbũt nobis,imo iugiter poſſit videri, niſi lux ſolis aut obnubilatio aeris im
pediret[cupit cingere flãmas].i.ſtellas ſuas micãtes effectiue calidas circũducere & mul
tũ approximare[oceano].i.magno mari ſeu aqueo elemẽto.Nam ſtellæ in vrſa cõtentę
ſemp.notabiliter videtur diſtare à deſcenſu ſub terra,& aqua[Veſper].i.ſtella veſpertina
[nũciat[.i.ſua apparitiõe deſignat[vmbras feras].i.tardas obſcuritates nocturnas[ſem
per].i.omni tempore oportuno,vtpote[vicibus æquis temporis].i. horis ad hoc diuini
tus inſtitutis[& lucifer].i.ſtella matutina[reuehit].i.ſuo ortu redire demonſtrat[diem
almum].i.clarum ac lucidum. Vel[almum].i. ſanctum,quia in die cõmunis plebs ma
gis vacat cultui dei ꝙ in noctibus aut ſomno, [alterius amor].i.mutua rerũ cõcordia &
inclinatio ſyderum naturalis,[reficit ſic].i.hoc modo continuat & conſeruat,[curſus æ=
ternos].i. circumuolutiones perpetuas vel potius iuges ſeu vſq; ad finem ſeculi duratu=
ras. Sic ſumitur æternum libro de cauſis,cum dicitur omne eſſe ſuperius aut eſt ante ęter
nitatem aut cum æternitate, [bellum diſcors].i. impugnatio ex diſcordia veniens,[exu=
lat].i.longe diſtat[ſic].i.per iſtam concordiam,[oris].i. ab oris ſeu locis & regionibus,
[aſtrigeris].i.cœleſtibus ſphæris,quæ gerunt aſtra,quæ in octaua ſphæra ſunt fixa, quo
rumq; aliqua vt planetæ in proprijs ſphæris mouetur,nõ fixa,ſed velut erratica vt Ptho
lomeus euidenter probauit,quamuis Ariſtoteles ſenſit oppoſitum. Conſequenter idem E
probatur in elementis. [Hæc concordia].i.comproportionatio rerum[temperat].i.tem
perate miſcet & vnit elementa immixtis[modis ęquis].i.congruis temperationibus;[vt
pugnantia].i.elementa ſibijnuicem contrariantia[cedant].i.ſeinuicem compatiantur et
vnum intret locum alterius,[vicibus].i.viciſſim ac mutuo & aptis temporibus, vtpote
[humida[vt ſunt aer & aqua[ſiccis].i.igni & terræ[& frigida].i.frigida elementa,vt aq̃
& terra[iungant fidem].i. concorditer ſocient[flãmis].i.calidis elementis,vt igni & ae=
ri[& ignis pendulus].i.leuis & mobilis ſuper aerẽ pendens,[ſurgat in altũ].i. aſcendat
dum extra naturalem fuerit locum[& terræ graues ſidant].i.in imo iaceant [põdere].i.
Auguſtin. ſua grauitate. Vnde lib. de Ciuitate loquitur Auguſtinus:Pondera & inclinationes rerũ
ſunt quaſi naturales amores earũ,quibus vnaquæq; ad congruentem ſibi locũ mouetur,
quarũ omnium infima terra cẽtrum vocat. [Annus floriſer].i. pars anni in qua arbores
florent,vc; ]vere tepente].i.tẽperate calido[ſpirat odores].i. dulciter fragrat,dicitur eñ
tempus facere id quod fit in tempore.In vernali aũt tpe flores ſuauem fundũt odorem,
[æſtas feruida]ex ſolis approximatione ad zenith capitis noſtri[ſiccat cererem].i.fruges
maturat extrahẽdo ſeu cõſumendo vel potius cõuertendo in ſubſtantiã frugũ humores
bladorũ & frugum,[Autũnus remeat].i.poſt ætatẽ reuertitur[grauis].i. onuſtus ac fer
tilis[pomis].i.fructibus arborũ & lignorũ, quæ cõmuni nõie poma vocant, quis pomũ F
Auguſtin. interdum ſtrictius capiatur. Sic quoq; pomum communiter ſumitur cum Auguſtinus ex=
Matth. 21 ponens quod apud Matthæum legitur Chriſtum maledixiſſe ficulneæ, quoniam nõ in=
uenit fructum in ea,ait:Nõ erat tempus pomi illius,i.ficorũ[Imber deflues].i.pluuia de=
ſuper fluens & cadẽs[irrigat hyemẽ].i.terram & quæ ſunt in ea tempore hyemali,quod
deus ſapientiſſime agit guttatim per imbres,non impetuoſe per fluuios,iuxta illud Iob:
Iob.12 Si continuerit aquas omnia ſiccabuntur,ſi emiſerit eas ſubuertent terram. Alibi irrigat
Pſal.146 pluuijs vniuerſa. Vnde in pſalmo:Qui operit cœlũ nubibus & parat terræ pluuiã. Ideo
loquitur Ieremias: Nunquid ſunt dijs gentium qui pluant:quaſi dicat,hoc deo propriũ
Ierem. 14 eſt. [Hæc temperies].i.iſta concordia ſeu diſpoſitio rerum vel moderatio prouidentiæ
dei ſeriesq; cauſarum[alit ac profert].i.producit & nutrit[quicquid ſpirat vitam].i.vi=
talem motum aut actum habet, [in orbe].i. in mundo iſto inferiori, [eadem].i.eadem
cauſa & temperies iſta]rapiens].i. auferens & corrumpens iſta inferiora viuentia, iuxta
Pſalm.101 illud pſalmi:Auertente te faciem tuam turbabuntur. Auferes ſpiritum eorum & defici=
ent,& in puluerem ſuum reuertentur, quod etiam in hominibus agit, ſicut in libro ſan=
Iob 34 cti Iob dicit:Conteret multos & innumerabiles,& ſtare faciet alios pro illis. Hinc ſubdi
tur:[condit & aufert].i.ea corrũpit & tollit de medio & abſcondit ita ꝙd amplius nõ ap
pareant,[mergens,]id eſt,abſorbens ſeu deſtruens,[orta,]id eſt,illa ꝙ generata fuerunt,
[obitu ſupremo].i.vltima morte,quæ eſt finis omnium corruptibilium in hoc mundo.
Veruntamẽ productio rerum & collatio beneficiorum ipſius, eſſe aut viuere, eſt derecte
de intentione liberaliſſimi dei,corruptio autẽ & deſtructio rerũ concomitanter & quaſi
per ac=



A per accidens ſiue in vltionem,aut quia hęc definit conſeruare. Ideo ſcriptum eſt in libro
Sapientiæ:Deus mortem non fecit nec delectatur in perditione viuentiũ. Conſequenter Sapien.1
igitur ſuprema & prima omnium horum cauſa[Conditor altus].i.creator ſublimis,[ſe
det interea].i. immobiliter reſidet in throno gloriæ ſuæ, qui apud Iſaiam loquitur: Cœ= Iſaiæ 66
lum mihi ſedes eſt,[& regens].i.cuncta gubernans,ſicut in libro de cauſis habetur:Cau
ſa pria regit res omnes per finem decoris.i.pulcherrime flectit.i.ad plenum ſuum vertit
&[mouet habenas].i. gubernacula atq; regimina rerũ, iuxta illud Heſter:Domine rex Heſter 13
omnipotens in ditione tua cuncta ſunt poſita,& non eſt qui tuæ poſſit reſiſtere volunta
ti. De quo apud Iob ſcriptum eſt:Si ſubuerterit omnia vel in vnum coartauerit,quis con Iob.11
tradicet:[rex].i.vniuerſorum &[dominus]propria autoritate præſidens cunctis,qui ait
per Iſaiam:Ego dominus hoc nomen meũ,gloriam meam alteri non dabo. De quo di= Iſaiæ 42
xit Pſalmographus:Qui dominatur in virtute ſua in æternum[Fons].i. omniũ bono= Pſalmo 65
rum principium,exordium effectiuum,ſicut ait Philoſophus: Ab hoc ente omnibus de=
riuatum eſt eſſe & viuere,[& origo]exemplaris & cauſa finalis, prout Apocalypſis teſta Apo.1
tur:Ego ſum alpha & o,principium & finis,primus & nouiſſimus, [lex]prima & increa
ta idealis & æternalis,lex viua,ad quam vltimate confugitur,à qua omnis lex recta exo=
ritur, à qua etiam nullatenus appellatur, cum nec priorem habeat nec ſuperiorẽ, de qua
B in libro Sapientiæ fertur: Cum ſis iuſtus omnia iuſte diſponis, virtus enim tua, iuſtitiæ Sapien. 12
initium eſt. Hinc ſubditur:[& ſapiens arbiter].i.iudex[æqui].i. totius iuſtitiæ,quoniam
deus eſt menſura & regula omnis virtutis,veritatis & æquitatis,& eo ipſo quo ei ſic pla=
cet aut ita videtur rectũ & bonũ eſt. Idcirco vt puto Ariſtoteles dixit, quod deus poteſt
ad nutum impune peccare. Quod prima facie mirabiliter ſonat, propter quod Bonauẽ=
tura ſuper Sententias affirmat ſe non credere quod Ariſtoteles dixerit hoc. Alij dicunt
eum hoc protuliſſe de falſo deo quouis gentilium. Sed verius reor quod dixit hoc meta=
phorice,quemadmodum in ſcripturis inuariabili & impaſſionabili deo attribuitur ira,
furor,triſtitia,non per veritatem affectus,ſed per ſimilitudinem operis ſeu effectus,vt ſic
deus eſſentialiter ſanctus & naturaliter atq; inuariabiliter bonus dicatur peccare,quoni
am inſtar peccantis ſe habet agendo nulli legi ſubiectus,nullo iure reſtrictus,nec quem=
piam habens metuere aut formidare aut curare. Hinc X. de Ciuitate dei loquitur Augu= Auguſtin.
ſtinus:In ciuitate ſuperna dei voluntas intelligibilis & incommutabilis lex eſt. Et denuo
faſſus eſt in Ciuitate dei:Lex eſt charitas,rex veritas,pax felicitas,vita æternitas,[& ipſe
ſiſtit].i.quieſcere facit ac firmat,[quæ concitat].i.quæ vult & excitat[ire]trãſire ſeu pro
cedere[motu].i.per motum,hoc eſt ea quæ mouet facit cum vult ceſſare à motu,[& re=
trahens].i.à motu impediens ſeu poſt quietem reducens ad motum,ad cuius imperium
C ſol & luna ſteterũt in cœlo immobiles ſpatio diei vnius vt patet in Ioſue. De quo ait ſcri
ptura in Iob:Qui præcipit ſoli & non oritur,& ſtellas claudit quaſi ſub ſignaculo[& fir= Iob 9
mat vaga].i.inſtabilia roborat,corda quoq; rebellia irrefrenata & vndiq; euagantia re
ducit,refrenatq; ſuis præceptis,& per gratiam ſtabilit ſicut ait Apoſtolus:Optimum eſt Hebræ. 13
gratia ſtabiliri cor. [Nam niſi]ipſe omnium rector[reuocans].i.reducens[ictus rectos]
.i.actus ſeu curſus ad errandum directos. Vnde ſubiungitur:[flexus].i.tales actus ab æ=
quitate retortos ac deuios[cogat iterum].i.reflectat[in orbes].i.in circulos & lineas re=
ctæ ordinationis[fatiſcunt].i.deficiunt[diſſepta ſuo fonte].i.diſiũcta à ſuo fontali prin
cipio[quæ nunc continet].i. in ſuo vigore & curſu ſeu operatione & ordine conſeruat,
[ordo ſtabilis].i. tenor & ſeries fati quod per comparationem ad prouidentiam dei im=
mutabilẽ perhibetur,prout in expoſitione proſæ præcedentis expreſſum eſt.[Hic].i. de=
us[eſt amor cõis cunctis]Deus eñ eſt amor increatus,de quo ait in prima ſua epiſtola Io 1.Iohan.4
hannes apoſtolus:Deus charitas eſt. Nempe in deo realiter idem ſunt amans & amor,q
amor eſt vniuerſis creatis communis,cum ſit omnium creator & dominus,amãs ea quæ
fecit & omnibus ſummæ amabilis, qui dat omnibus affluẽter ac liberaliſſime bonitatẽ
ſuã cõmunicat. Cui in lib. Sapientiæ dicit: Diligis omnia quæ feciſti & nihil odiſti eorũ Sapien.11
quæ feciſti qui amas animas[& repetunt].i.cũcta creata ad ipſum naturaliter conuertũ
tur,ſicut effectus ad ſuã cauſam,vt cõſeruẽt[teneri].i.vt teneant[fine boni].i. ab ipſo q
eſt bonũ finale oĩm rerũ & finis totius boni[quia nõ queãt].i.nõ poſſint,[durare]id eſt,
pmanere in eſſe[aliter].i.alio mõ niſi redeũdo ad ipſum ſeu niſi cõſeruent ab ipſo,ideo
expoſitorie ſubdit[niſi cauſæ].i.ſecũdariæ cauſæ ſeu cauſæ intrinſecæ rei,vt ſunt forma
atq;

PROSA VI. atq; materia,[reſluant] .i. redeant[amore cõuerſo] .i. naturali deſiderio permanendi reflexo, ad increatum amorem, hoc eſt ad cauſam[quæ dedit eſſe]hoc eſt, ad primam cauſam. Hinc beatus Dionyſius proteſtatur, quod omnia naturaliter conuertuntur ad creatorem aut naturali, aut animali, aut rationali, aut intellectuali appetitu. Albertus quo q; frequenter Ariſtotelem allegat in epiſtola de principio vniuerſi eſſe dixiſſe, quod omnia redigerentur in nihilum, niſi primi entis manutenentia conſeruarentur, plus quippe dependet omne creatum à deo, q̃ quicunq; effectus à cauſa ſecunda. Cum igitur videamus quoſdam effectus in eſſe & permanere in tantum à ſuis cauſis creatis depẽdere, quod nec ad momentum ſine illorum conſeruatione poſſint conſiſtere, vt patet de lumine fuſo à ſole, & de illuminatione candelę multo plus ita dependet à creatore omne creatum. Propterea in libro Sapientiæ dicitur deo: Quomodo poſſet aliquis permanere, niſi tu voluiſſes, aut quod à te vocatum nõ eſſet conſeruaretur. Poſtremo de ſpirituali intelligentia huius metri multa poſſent proferri, ſed ſicut literalis horum ſenſus in præhabitis continetur, ſic & ſpiritualis eorum intellectus ex illis elici poteſt, idcirco prolixitatem deuitãs pertranſeo. D

Sapien. 11

## PROSA VII. LIBRI IIII.

IAm ne igitũ uides, quid hęc omnia quæ diximus conſequatur? B. Quid nam inquam? P. Omnem (inquit) bonam prorſus eſſe fortunam. B. Et qui (inquam) fieri poteſt? P. Attende (inquit) cum omnis fortuna uel iucunda uel aſpera, tum remunerandi exercendiue bonos, tum puniendi corrigendiue bonos, improbos cauſa deferatur, patet q; omnis bona eſt. quam uel iuſtam conſtat eſſe, uel utilem. B. Nimis quidem, inquam, uel ratio. Et ſi quam paulo ante docuiſti prouidentiam, fatumue conſiderem, firmis uiribus eſt nixa ſententia. Sed eandẽ (ſi placet) inter eas, quas inopinabiles paulo ante poſuiſti, numeremus. P. Et qui, inquit? B. Quia id hominum ſermo communis uſurpat, & quidem crebro, quorundam malam eſſe fortunam. P. Vis ne igitur (inquit) pauliſper uulgi ſermonibus accedamus, ne nimium uelut ab humanitatis uſu receſſiſſe uideamur. B. Vt placet, inquam. P. Nõne igitur bonum cenſes eſſe, quod prodeſt? B. Ita eſt, inquam. P. Quę uero aut exercet, aut corrigit, prodeſt? B. Fateor, inquam. P. Bona igitur? B. Quid ni? P. Sed hæc eorum eſt, qui uel in uirtute poſiti, contra aſpera bellum gerũt, uel a uitijs declinantes, uirtutis iter arripiũt. B. Negare (inquam) nequeo. P. Quid uero iucunda, quæ in præmium tribuitur bonis, num uulgus malam eſſe decernit? B. Nequaquam. Verum uti eſt, ita quoq; eſſe optimam cenſet. P. Quid reliqua, quę cum ſit aſpera, & iuſto ſupplicio malos coerceat, num bonam populus putat? B. Imo omnium (inquam) quę excogitari poſſunt iudicat eſſe miſerrimam. P. Vide igitur, ne opinionem populi ſequentes, quiddam ualde inopinabile confecerimus. B. Quid inquam? P. Ex his enĩ (ait) quæ conceſſa ſunt, euenit eorum quidem, qui ſunt uel in poſſeſſione, uel in adeptione uirtutis, omnem (quæcunque ſit) bonam, in improbitate uero manentibus, omnem peſſimam eſſe fortunam. B. Hoc (inquam) uerum eſt, tametſi nemo audeat cõfiteri. P. Quare (inquit) ita uir ſapiens moleſte ferre non debet, quoties in fortunæ certamen adducitur: & uirum fortem non decet indignari, quoties increpuit bellicus tumultus. Vtriq; enĩ, huic E F



A huic quidem gloriæ propagandæ, illi uero confirmandæ ſapientiæ difficultas ipſa materia eſt. Ex quo etiam uirtus uocatur, q; ſuis uiribus nitẽs, non ſuperetur aduerſis. Neq; enim uos in prouectu poſiti uirtutis, diffluere delicijs & emarceſcere uoluptate ueniſtis: ſed prælium cum omni fortuna nimis acre conſeritis, ne uos aut triſtis opprimat, aut iucunda corrumpat, firmis medium uiribus occupate. Quicquid autem infra ſubſiſtit, aut ultra progreditur, habet contemptum fœlicitatis, non habet præmium laboris. In ueſtra eſt enim ſitum manu, qualem uobis fortunam formare maliſtis. Omnis enim quæ uidetur aſpera, aut exercet, aut corrigit aut punit.

### Expoſitio ſeptimæ & ultimæ proſæ huius quarti libri.

### ARTIC. XIX.

B IAM ne igitur &c.]Hic ex præinductis omnibus Philoſophia infert vnam cõcluſionem, quæ prima facie mirabiliter & quaſi incredibiliter ſonat, videlicet omnem fortunam eſſe bonam, cum tamen aliqui appellentur infortunati, & quædam ſint diſſortunia ſeu aduerſæ fortunæ. Itaq; ait: [Iam ne igitur vides] ò Boethi. i. vtrum vel nunquid conſideras iam [quid hæc omnia quæ diximus conſequatur]. i. quid cõſequens ſit & rite inferatur ad hæc omnia & ex omnibus quæ diximus de prouidentia dei & fato. [Quidnam inquam]. i. ego Boethius dico, & quæro quidnã hoc eſt conſequens. [Omnem, inquit, bonam eſſe fortunam]. i. Philoſophia reſpondit omnẽ fortunam eſſe bonam. i. omnem effectum fortuitum aliquo modo eſſe expedientem, & hoc per reſpectum ad diuinam prouidentiam, cuius diſpenſatione ſeu moderatione accidit homini, & ordinatur ei ad aliquod bonum, quamuis frequẽter homo male vtatur tali euentu. [Et qui id inquam fieri poteſt]. i. ego Boethius dico quomodo hoc fieri poteſt: [Attende inquit]. i. Philoſophia dixit attende ſequentia [cum omnis fortuna vel iucunda vel aſpera]. i. tam illa quę læta eſt & proſpeta, q̃ illa quæ eſt aduerſa & dura ſeu afflictiua [deferatur]. i. hominibus concedatur [tum]. i. interdum [cauſa remunerandi aut exercendi bonos]. i. virtuoſos vt per proſpera prouocentur ad proficiendum & regratiandum ſummo benefactori & per aduerſa fiant magis probati, exercitati, & patientes, iuxta illud Apoſtoli ad Romanos: Tribulatio patientiam operatur, patiẽtia autem probationem, probatio vero ſpem [tũm]. i. aliquando [cauſa puniendi]. Ideo Raphael dixit Roma. 5
C Tobiæ: Quia acceptus eras deo, neceſſe erat vt tentatio te probaret [tum]. i. aliquando, Thob. 12
[cauſa puniendi]. i. ad puniendum peccata eorum in præſenti ne pereant in futuro, quẽadmodum in Prouerbijs Salomon loquitur: Parata ſunt deriſoribus iudicia, & mallei percutientes corporibus ſtultorum. Vnde per Ieremiam dominus loquitur peccatori: Caſtigo te ne tibi innoxius videaris [cauſa corrigendi improbos]. i. cauſa reuocandi eos à vitijs & inducendi ad virtutes, vt ſcilicet vexatio det illis intellectum. Etenim punitiones dei in præſenti ſunt medicinales, quantum eſt ex parte ipſius, quia ſunt admonitiones, vt per eas conſideremus noſtros exceſſus, & pœnitendo deinceps virtutibus inſiſtamus. [Omnis bona eſt]. i. ex hoc rite concluditur quod omnis fortuna ſit bona, aliquo modo videlicet ſecundum ſe prout ſanitas appetitur propter ſe, vel in ordine ad aliud, vt ſecari, vri, aut amaram ſumere potionem ſunt bona per ordinationẽ ad aliud, vtpote inquantum conferunt ad ſanitatem adipiſcendam [quam vel iuſtam conſtat eſſe vel vtilem]. i. iuſte prouenientem ſecundum prouidentiam dei, vel proficuam & expedientem ad finẽ ſalubrem. Nam pœnæ vitæ præſentis, vt perſecutio, infirmitas, paupertas, & conſimilia, proſunt ad vitandum multa peccata, ad veniam impetrandam, ad gratiam & miſericordiam conſequendam, ad cognoſcendum & humiliãdum ſeipſum. Ideo in libro Machabæorum aſſeritur, non ſinere peccatoribus ex ſententia agere, ſed ſtatim vltiones adhibere magni beneficij eſt indiciũ. [Nimis quidem inquam vera ratio. i. ego Boethius fateor quod ratio ſeu argumentatio iſta qua probas omnem fortunam eſſe bonam eſt vera valde & efficax, [& ſi quam paulo ante docuiſti prouidentiam fatumue conſiderem] . i. ſi perpendam prouidentiam dei, quæ omnia intuetur, includit & ordinat, ſeu fatum q̃

Prou. 29 Ierem. 64

eſt quaſi expreſſio & effectus ſeu exequutio prouidentiæ diuinæ [firmis viribus eſt nixa D
ſententia]. i. hæc tua doctrina. [Sed eam ſi placet inter eas quas inopinabiles paulo ante
poſuiſti numeremus]. i. ſi placet tibi ò Philoſophia, iſtam ſententiam computemus eſſe
de numero doctrinarum ſeu propoſitionũ, quas vulgus reputat inopinabiles. i. tam er-
roneas quod nemo debeat opinari aliquid veritatis aut probabilitatis eſſe in eis [Et qui
inquit]. i. philoſophia reſpondet, quid eſt cur hoc facere debeamus? [Quia id inquam]. i.
ego Boethius aſſigno pro cauſa [quia ſermo communis hominum vſurpat]. i. præſum-
ptuoſe aſſerit ſeu incaute præſupponit, [fortunam quorundam eſſe malam, & quidem]
. i. certe [crebro]. i. frequenter hoc dicũt. Deniq; quoniam teſte Philoſopho fama quam
communis hominum opinio tenet non omnino deperditur. i. non totaliter falſificatur,
idcirco & iſtud dictum vulgarium eſt aliquo modo verum, ita quod fortuna quorundã
hominum eſt mala malitia pœnæ, hoc eſt, pœnalis ſeu aſpera. Nam & tale malum à deo
eſt, qui ait apud Iſaiam: Ego dominus formans lucem & creans tenebras, faciens pacem
& creans malum. Nempe vt dictum eſt ſæpe, duplex eſt malum, videlicet malum culpæ
& malum pœnæ, eſt quoq; malum naturæ, vt mõſtruoſitas, & malũ fortunæ quæ ad ma-
lum pœnæ reducuntur, [Vis ne igitur inquit]. i. philoſophia ait, ò Boethi vis quod [acce-
damus pauliſper]. i. modicum appropinquemus, [opinionibus vulgi] condeſcendendo
eis quantum fieri valet ſalua veritate [ne nimium velut ab humanitatis vſu receſſiſſe vi- E
deamur. i. ne iudicemur receſſiſſe ab vſu humano & à communi modo loquendi. Ad hu
manitatem nanq; pertinet eſſe rationalem non nimis extremum, imo potius eligere me-
dium. Vnde opiniones multũ erroneas dicit Auerrois à natura humana alienas ſiue ex-
traneas. [Vt placet inquam]. i. ego Boethius dico, tu ò philoſophia fac prout complacet
tibi. [Nonne igitur, inquit, cenſes eſſe bonum quod prodeſt]. i. philoſophia dixit: Non-
ne iudicas bonum eſſe quod eſt vtile, cum bonum ſit triplex, puta bonũ delectabile, bo-
num vtile, & bonum honeſtum. [Ita eſt inquam.] Et philoſophia: [Quæ vero aut exer-
cet aut corrigit]. i. fortuna exercens, pbans, examinans, aut corrigens inducendo ad me
liora [prodeſt]. i. vtilis eſt. Ad quod Boethius: [Fateor, inquam. [Et philoſophia: [Bona
eſt igitur] Et Boethius: [Quid ni]. i. quid aliud ſequitur niſi hoc? Ad quod philoſophia.
[Sed hæc]. i. fortuna iſta exercens vel corrigens [eſt eorum]. i. conuenit illis [qui vel poſi-
ti in virtute]. i. qui conſiſtunt in gratia atq; virtutibus, vt ſunt proficientes] gerunt bellũ
contra aſpera]. i. per patientiam aliasq; virtutes dimicant contra aduerſa & diſcurrunt ea
æquanimiter tolerare, ſcilicet paſſiones triſtitiæ, iræ, impatientiæ refrenando. Du[illegible] con
ſiderant q̃ multipliciter vtile ſaluberrimumq; conſiſtat in omnibus patientiam conſerua
Prouer. 19 re, cum & Salomon proteſtetur: Doctrina viri per patientiam noſcitur. Et item: Melior
Prou. 16 eſt patiens viro forti, & qui dominatur animo ſuo expugnatore vrbium. Impatiens vero F
operatur ſtultitiam [vel à vitijs declinantes virtutis iter arripiunt] iuxta illud pſalmi: De
Pſalmo 30 clina à malo & fac bonum, vt ſunt incipientes qui de præteritis vitijs pœnitentes incipi-
unt deo ſeruire, quod fuit exordium prædicationis Chriſti ac ſancti Iohãnis Baptiſtæ di
Matth. 3 Marci 1 cẽtium: Pœnitẽtiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Vnde rurſus ait ſal-
Lucæ 13 uator: Niſi pœnitentiam egeritis omnes ſimul peribitis. Itaq; corrigẽs fortuna magis cõ
cernit incipientes, fortuna vero exercens ſpecialiter ſpectat ad proficientes. [Negare, in-
quam nequeo]. i. ego Boethius non valeo contradicere iſtis ſermonibus [Quid vero iu-
cunda]. i. quid dicis de fortuna proſpera [q̃ in præmium tribuitur bonis]. i. quæ iuſtis eſt
quædam pars præmij, quibus debetur honor, lætitia, prælatio, & poteſtas. Veruntamen
iſta fortuna frequenter magis abũdat in improbis (vt dictum eſt copioſe & expreſſum
eſt quare) [Num vulgus malam eſſe diſcernit]. i. nũquid vulgares iudicant illam eſſe ad-
uerſam. Ad quod Boethius: [Nequaquam. Verum] pro ſed [vulgus cenſet] hanc fortunã
quæ datur iuſtis [eſſe optimam]. i. valde bonam [vti]. i. ſicut [eſt,] cum tamen in veritate
parui ſit ponderis comparatione ſpiritualium ſalutariumq; bonorum. Vulgares autem
& carnales præſentia & terrena magis quærunt, cupiunt & appreciantur, quàm ſpiritua-
1. Cori. 2 lia, cœleſtia, & æterna. Iuxta illud Apoſtoli: Animalis homo non percipit ea quæ ſunt
Iudæ 1 ſpiritus ſancti. De quibus apoſtolus Iudas: Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, animales,
ſpiritum non habentes. Ad quod Philoſophia: [Quid ergo dicendum de reliqua]. i. de
fortuna quæ iniquis debetur, qui omni proſperitate indigni ſunt, [quę cum aſpera iuſto
ſupplicio malos coercet]. i. quę fortuna cum ſit aduerſa, dura, & afflictiua, reprimit im-
pios ab



A pios ab aliquibus vitijs, præſertim ab exterioribus factis, q̃uis voluntatem prauam non
auferat ſemper: [Num bonam populus putat]. i. nunquid plebs ſecularis reputat fortu-
nam illam eſſe bonam? Ad quod Boethius: [Imo omnium inquam quæ excogitari poſ-
ſunt iudicant eſſe miſerrimam] in quo iudicio apparet maxima excæcatio, inſipientia, &
fatuitas populi, cum incõparabiliter maior ſit miſeria, malitia, & odibilitas culpæ q̃ pœ-
næ, atq; damnationis tartareæ q̃ temporalis aduerſitatis. Ad hoc philoſophia: [Vide igi
tur]. i. attende & præcaue [nec] nos [ſequendo opinionem populi]. i. vulgarium [quiddã
valde inopinabile fecerimus]. i. videamur feciſſe, ſenſiſſe, concluſiſſe prorſus aliquid irra-
tionabile, [Quid inquã]. i. ego Boethius quæro quid eſt hoc [Ex his ait q̃ conceſſa ſunt]
. i. philoſophia ait ex iam conceſſis ſcd̃m vulgi opinionem [euenit]. i. ſequitur iſtud quod
ſubditur, [eorum quidem]. i. certe eorum [qui ſunt vel in poſſeſſione virtutis]. i. in firma ha
bitatione virtutũ, vt potiſſime ſunt perfecti, qui in via vnitiua [vel in profectu]. i. in ſpi-
rituali proceſſu & q̃tidiano virtutum profectu, vt ſunt proficientes, qui in via illuminati
ua [vel in adeptione virtutũ] vt ſunt pœnitentes & incipientes, qui ſunt in via purgatiua
[quæcunq; ſit]. i. quæcunq; vel qualiſcunq; ſit illa fortuna [eſſe bonam, omnẽ vero for-
tunam eſſe peſſimã]. i. valde malam [manẽtibus in improbitate]. i. his qui manẽt in ſua
vitioſitate. Ad quod Boethius: [Hoc inquam verum eſt, tametſi nemo audeat confiteri] id
B eſt, q̃uis vix aliquis audeat publice dicere q̃d ſit ita, præſertim vltimũ iſtud, q̃d vz omnis
iniquorum fortuna ſit mala, cũ multa proſpera ipſis contingant, & multa aduerſa iſtis. Sed
ſicut aduerſa illa q̃uis ſecundum ſe non ſint appetẽda, ſunt iuſtis bona & ſalutaria, quo-
niam eis bene vtuntur, ſic proſpera ſunt iniquis aduerſa & vehemẽter nociua, qm̃ his ab
utuntur & ad æternam damnationẽ ducuntur, ſicq; ſunt bona in ſe, & mala per accidẽs:
Ex quibus infert philoſophia: [Quare, inquit, ita vir ſapiens moleſte ferre non debet]. i.
cum omnis fortuna iuſtorum ſit bona, idcirco ſapiens vir qui paſſionibus & vitijs dñatur
non debet grauiter ſuſtinere [cum in fortunæ certamen adducitur]. i. dum cadit in fortu
nam aduerſam, cõtra cuius aduerſitatem debet per patientiam cæteraſq; virtutes pugna
re, imo debet in aduerſitatibus gloriari, prout Iacobus dixit apoſtolus: Omne gaudium Iacobi 1
exiſtimate fratres cum in diuerſas tentationes incideritis. Nam vt vas electionis fatetur:
Non coronabitur niſi qui legitime certauerit, [& virum fortem nõ decet indignari quo- 2. Timo. 2
ties increpuerit bellicus tumultus]. i. ſicut non decet virum habẽtem fortitudinem non
ſolum corporalem, ſed etiam eam quæ eſt virtus moralis cardinalis egre ſuſcipere, irrati
onabiliter moueri, cum inquietudo & ſtrepitus præliorum ingruerit, præſertim quando
eſt prælium iuſtũ, imo debet eſſe pro bono communi, pro fidei defenſione, pro ſimilibus
rationabilibus cauſis ad mortem paratus [Vtriq; enim hinc quidem gloriæ propagãdæ
C illi vero confirmandæ ſapientiæ difficultas ipſa materia eſt]. i. difficultas ipſa ſuſtinendi
dura & aſpera ſeu fortunæ aduerſitatem eſt vtriq;. i. tam ſapienti q̃ forti materia, id eſt,
obiectum cauſa & incitamentum boni maioris. Huic quidẽ, vtpote forti eſt materia glo
riæ propagandæ. i. acquirendi famam præclaram longe ac late, quemadmodum de Iuda
Machabæo fortiſſimo ſcriptum: Nominatus eſt vſq; ad nouiſſimum terræ. Fortes nan- 1. Mach. 3
que in bellis fiunt famoſi, quia in bellicis rebus eſt periculum vitę & difficultas præcipua
Illi vero vtpote ſapienti eſt materia ſapientiæ confirmandæ. Sapiens nanq; difficilia &
grauia patiendo, fit magis expertus in ſpiritalibus bellis, per quod fit aptior conſulere a-
lijs in ſeipſoq; magis attentus ad cuſtodiam ſui, ſicq; ſapientia radicatur in ipſo. Hinc in
Eccleſiaſtico aſſeritur: Qui nõ eſt expertus pauca, recognoſcit: vir in multis expertus, co Eccl 34
gitabit multa. Veruntamen fortis nõ debet præliari, principaliter intẽtione ac deſiderio
propriæ famæ, ſed amore dei & boni communis & deſiderio veræ ſalutis ad gloriã crea-
toris, quamuis dilatatio famæ concomitetur fortitudinis actum. [Ex quo etiam virtus
vocatur]. i. etiem idcirco nõ debet vir ſapiens ex fortunæ aduerſitate turbari aut deijci,
qm̃ virtus hinc nomẽ ſortitur, q̃d in aduerſis nõ frangitur nec ſuccũbit, quantũ eſt ex par
te ipſius, q̃uis interdũ ex ſubiecti fragilitate vincat. Ideo ſubdit: [q̃d ſuis viribus nitẽs]. i.
ſua ſtabilitate vigoroſitate vtẽs & agẽs ſeu conãs [nõ ſuperet aduerſis,] Ad idem ſubdit
alia ratio ac quædã ſalubris monitio: [Neq; enĩ vos in profectu poſiti virtutis]. i. vos vi-
atores ac milites dei, quorum vita eſt militia ſuper terrã, qui eſtis cõſtituti in virtutũ profe Iob 7
ctu, qa in via dei & cultu non proficere eſt deficere, [diffluere delitijs & emarceſſere volu
ptatibus veniſtis]. i. ad hoc ad dei ſeruitiũ, ad legẽ omnipotentis non veniſtis neq; voca

PROSA VII. ti eſtis,neq; ad hoc nati eſtis & in hoc mũdo locati, vt reſoluamini & vacetis delitijs car D
nis ac ſeculi huius & emarceſcatis.i.ſpiritaliter areſcatis amittendo rorem gratiæ, viro-
rem virtutum,irrigationem ſupernorum chariſmatum voluptate.i.inordinata delecta-
Ierem.23 tione.Hinc apud Ieremiã dñs loquitur:Vſq; quo delitijs diſſolueris filia vaga.In hoc ete-
nim mundo quaſi in exilio poſiti ſumus, & tanq̃ in valle lachrymarũ ac velut in carcere,
vbi gemẽdo,flendo,carnemq; noſtrã cũ vitijs & concupiſcentijs crucifigamus.Quia,vt
Gregori. ait Gregorius q̊d carnẽ delectat ſpm̃ necat,redire nos oportet ad paradiſum delitiarũ cœ
Iudith 8 leſtiũ.Hinc ſcriptum eſt in Iudith:Oẽs qui deo placuerũt,tranſierunt p multas tribulati-
ones fideles.Apoſtolus quoq;:Per multas,inquit,tribulationes oportet nos intrare in re
Act.14 gnum cœlorũ[Prælium enim conſeritis].i.quia vos merito inire ac gerere debetis[cum
omni fortuna].i.omni euentu fortuito tam proſpero q̃ aduerſo,vt iuxta Apoſtolum ſi-
2.Cori.6 mus & incedamus armati per arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris,[ne vos aut triſtis op-
primat].i.ne fortuna dura & aſpera vos proſternat per impatientiam,tribulationem,tri
Matth.5 ſtitiam,imo in ea lætemur,ſicut docuit Chriſtus:Gaudete,inquiens,in illa hora,qm̃ mer
ces veſtra copioſa eſt in cœlis[aut iucunda]inducendo vos ad elationem,vanamq; glo-
riam ſeu periculoſam ſecuritatem, cum in medio laqueorum verſemur, & in mari huius
ſeculi gradiamur per pontem,in quo de multis euadat vix vnus.Ideo ait ſcriptura: Bea-
Prou.28 tus homo qui ſemper eſt pauidus.Et ſanctus Iob faſſus eſt:Conſiderans deum timore ſo E
Iob.23 licitor.Hinc ſancti patres Leo & Auguſtinus affirmant hoc om̃i modo conatur diabo-
Auguſtin. lus,vt ſeruum dei proſpera eleuent,vel aduerſa deijciant.Verum vt deprompſit Hierony
mus:Inter aduerſa & proſpera miles Chriſti progreditur,nec aduerſis deijcitur,nec pro-
ſperis rebus extollitur, non adulatione aut laudibus emollitur, nec vituperatione aut
correptionibus diſſipatur,[Et firmis medium viribus occupate].i.in omnibus apprehẽ
dite & tenete medium,inter duo vitia extrema & inter errores contrarios,cũ & ipſa vir
tus ſit quædam medietas inter extrema peccata. Et hoc eſt medium per abnegationem,
non per participationem,de quo communiter dicitur:Medium tenuere beati.Et in me-
dio conſiſtit virtus.Et hoc facite firmis viribus.i.toto conatu,& om̃i induſtria.Nõ em̃
ſegni remiſſoq; animo,ſed cum omni feruore & anniſu ſtudendũ & inſiſtendũ eſt incre-
mẽto ſapiẽtiæ ac virtutũ,cũ & dñs in Apoca. proteſtetur:Quia tepidus es,incipiã te euo
Apoca.3 Hebre.12 mere ex ore meo.Vnde & Paulus ad Hebræos hortatur:Nõ ſegnes efficiamini neq; fati
gemini animis veſtris[Quicqd aut infra ſubſiſtit].i.infra mediũ virtutis cõſiſtit per de-
fectũ nõ ptingẽdo ad rationẽ virtutis ex ſua remiſſione,vt q de ſuis peccatis habẽt attriti
onem nõ contritionẽ[aut vltra progreditur].i.medium excedit verſus maius, ſicut qui
immoderate & vltra vires ieiunat & abſtinet[habet cõtemptũ felicitatis].i. meret & re-
cipit pœnã q̃ felicitas aſperationi debet.Caret em̃ diſcretione q̃ eſt ſal prudentiæ,de quo F
Leuiti.2 deus in Leuitico iuſſit:In omni ſacrificio offeres ſal.Cũ diſcretione quippe oportet nos
Rom.12 oĩa facere,ſicut ad Romanos ait Apoſtolus:Rationabile obſequium veſtrũ[& nõ habet
1.Cori.15 pręmium laboris].i.boni & virtuoſi conatus.De quo ad Corinth.dicitur:Labor veſter
non eſt inanis in dño. Itaq; oportet nos regia via incedere, quæ eſt arcta via ſalutis,ma-
nendo in medio,q̊d tamen nõ eſt indiuiſibile penitus, ſed latitudinem aliquã habet.Nã
vt in Ethicis ait Philoſophus:Non ſolum eſt bonus ſagittator qui tangit ſignũ, verum-
Iſaiæ 30 etiam qui ab eius tactu nõ deficit multũ. De qua ſcriptũ eſt: Hæc eſt via ambulate in ea,
neq; ad dexteram neq; ad ſiniſtram.Poſtremo ſubiũgitur alia ratio cur ſapientis ſit non
formidare fortunæ aſperitatem:[In veſtra enim ſitum eſt manu,]id eſt,in poteſtate mẽ-
tis ac liberi arbitrij veſtri conſtitutum eſt,qualem potius velitis ipſam fortunam forma
re,]id eſt,facere vobis,quia ſi ipſimet vultis,poteſtis omnem fortunam facere vobis bo-
nam & ſalutarem,in proſperis gratias deo humiliter referendo,atque in aduerſis patien
tiam firmiter obſeruando,illa pro veſtris peccatis libenter ferendo.Hinc ſubditur:[Oĩs
enim quæ videtur aſpera,]id eſt,omnis fortuna quæ dura & aſpera eſſe videtur, [aut ni-
ſi exercet punit aut corrigit,]id eſt,vel punit malos & impœnitentes,quibus pro peccatis
debentur ſupplicia,aut corrigit,id eſt, purgat ad meliora inducit incipientes,ſicut expoſi
tum eſt,[niſi exercet,]id eſt,ſi non exercet,id eſt,probat & ad meliora aſſuefacit proficiẽ-
tes, quod per appropriationem intelligendum eſt. Quoniam & perfecti pro ſuis venia-
libus quotidianis aliquando puniuntur,& per aduerſa exercentur, quemadmodum ſan
ctus Iob dixit:Probauit me dominus quaſi aurum quod per ignem tranſit. Et Thobias




A loquitur:Benedico te domine deus Iſrael,quoniam tu caſtigaſti & ſanaſti me. Cõformi Thob.11
ter de Moyſe & Aaron pſallimus:Domine deus noſter tu exaudiebas eos, deus tu pro- Pſalmo 98
pitius fuiſti eis,& vlciſcens in omnes adinuẽtiones eorum.Deniq; iſtud in noſtra ſitum
eſt poteſtate, nõ quod poſſimus id meritorie adimplere ſine ſupernaturali adiutorio gra
tiæ facientis,qua ſuppoſita poſſumus iſtud. Quidam quoq; philoſophi per virtutes na-
turales acquiſitas iſtud aliqualiter impleuerunt, ſed imperfecte cõparatione ſanctorum.

## METRVM VII. LIBRI IIII.

BElla quis quinis operatus annis
Vltor Atrides,Phrygiæ ruinis
Fratris amiſſos thalamos piauit.
Ille dum Graiæ dare uela claſſi
Optat, & uentos redimit cruore,
Exuit patrem,miſerumq; triſtis
Fœderat natæ iugulum ſacerdos.
B Fleuit amiſſos Ithacus ſodales,
Quos ferus uaſto recubãs in antro,
Merſit immani Polyphemus aluo.
Sed tamen cæco furibundus ore,
Gaudiũ mœſtis lachrymis rependit.
Herculem duri celebrant labores,
Ille centauros domuit ſuperbos,
Abſtulit ſæuo ſpolium leoni,
Fixit & certis uolucres ſagittis,
Poma cernenti rapuit draconi,
Aureo læua grauior metallo,
Cerberum traxit triplici catena,
Victor immitem poſuiſſe fertur
Pabulum ſæuis dominũ quadrigis.
Hydra combuſto perijt ueneno.
Fronte turbatus Achelous amnis,
Ora demerſit pudibunda ripis.
Strauit Antæum Libycis arenis,
Cacus Euandri ſatiauit iras.
Quoſq; preſſurus foret altus orbis,
Setiger ſpumis humeros notauit.
Vltimus cœlum labor irreflexo
Suſtulit collo,preciumq; rurſus
Vltimi cœlum meruit laboris.
Ite nunc fortes,ubi celſa magni
Ducit exempli uia,cur inertes
Terga nudatis?ſuperata tellus
Sydera donat.

C

### Elucidatio ultimi metri. ARTIC. XX.

IN proſa præcedente hortata eſt Philoſophia homines ad repugnãdũ ſtrenue
vitijs,vt nec proſperis nec aduerſis à virtutũ medijs abducant: Iam in hoc ſe-
ptimo & vltimo huius quarti libri metro admonet ad hoc exẽplo fortiũ triũ
virorũ,q pro vindicãdis ſceleribus pſeueranter & fortiter laborauerũt.Primũ
exemplũ eſt de Agamẽnone fratre Menelai regis Græcorũ mariti Helenæ, quã ex conſi
lio Veneris rapuit Paris filius regis Troiæ frater Hectoris,q Paris ingreſſus Gręciam in
ſpecie mercatoris cũ naue onuſta precioſiſſimis mercibus,& ibidẽ inſiſtẽs mercãtijs pue-
nit ad Helenæ alloquiũ,eamq; in naue detulit ſecũ in Troiã.Propter quod Menelaus cũ
fratre ſuo & alijs plurimis arripuit iter ad Troiã, ingreſſiq; nauẽ nõ potuerũt procedere
propter cõtrarietatẽ ventorũ.Cumq; ſacrificarẽt & deos ſuos cõſulerẽt,reſpondit ſacer-
dos Dianæ,q̊d nõ poſſent procedere, niſi placarẽt Dianã immolatione filię Agamemno
nis,qua in ſacrificiũ interfecta vẽti ceſſabãt.Aliqui tñ dicũt,q̊d Diana miſerta puellæ ad
huc virginis propiciata fuit prõptitudine volũtatis patris puellæ ac aliorũ.Hoc rãgit phi
loſophia,dicẽdo:[Atrides].i.frater Menelai noĩe alio dictus Agamẽnon, [operatus eſt
bella].i.impugnationẽ continuauit[annis bis quinis].i.p decẽ annos, qa tot annos ipſe
cum ſuis obſedit impugnauitq; Troiam[vltor] iniuriæ fratris ſui quam ei intulerat Pa-
ris,auferens ei vxorem[ruinis].i.deſtructionibus[Phrygiæ].i. Troiæ ſituatæ in prouin-
cia Phrygiæ[piauit]per diſtrictam vltionẽ expurgauit, & quaſi remiſſibilem fecit[amiſ-
ſos thalamos].i.maritales amplexus fratris ſui,quos amiſit ablata ei coniuge ſua[Dum

METR. VII. ille]videlicet Atrides[optat dare vela claſſi].i.extendere ipſa vela ſeu carbaſa naui[Cra D
iæ].i.grætia in q̃ fuit[redimit].i.ceſſare procurauit[ventos]contrarios nauigationi[cru
ore].i.ſanguine filiæ ſuæ oblatæ realiter,vel quantum ad turpitudinem voluntatis[ex-
uit patrem].i.viſcera paterni affectus circa filiam,cuius occiſioni acquieuit pro bono cõ
muni[ ſacerdos Dianæ fœderat].i.pro fœdere ſeu reconciliatione Dianæ exponit[miſe
rum iugulum].i.miſerabilem iugulationem ſeu guttur iugulatum[natę].i.filiæ[triſtis]
videlicet filiæ Agamemnonis,quæ videns ſe iugulandam,fuit triſtiſſima coram ara,ſic-
ut & omnes aſtantes. Sequitur ſecũdum exemplum de fortitudine Vlyſſis, de qua dictũ
eſt ſupra. Ordo & ſenſus verborum eſt:[Itacus].i.Vlyſſes qui binomius fuit[fleuit ſoda-
les amiſſos].i.ſocios ſuos ſibi violenter ablatos,[quos Polyphemus].i. gigas ſic dictus,
[ferus].i.crudelis]recubans[.i.quieſcens & latens[in antro vaſto].i.in ſpelunca ampla
ex qua inſidiabatur nauigantibus & iter agentibus,[merſit].i.deglutiuit,[aluo inani].i.
in ventre ſuo eſuriente & vacuato.[Sed tamen Polyphemus furibundus]de ſua excecas-
tione[rependit materialiter & obiectiue[gaudiũ].i.conſolationem[lachrymis mœſtis]
.i.doloroſæ lachrymationi Vlyſſis, qui de ſociorum ſuorum amiſſione lachrymans fuit,
[cum cæco ore].i.Polyphemus ipſe cum cęco ſuo ore.i.directione ac beneficio viſus pri
uato,rependit gaudium iſtud Vlyſſi. Vel ſenſus eſt, quod Polyphemus rependit gaudiũ
Vlyſſi lachrymis mœſtis.i.luctu proprio quo luxit ſuam excæcationẽ,ſibi ab Vlyſſi infli- E
ctam. Hic quippe Vlyſſes fuit vnus principum obſidentium & euertentium Troiam,qui
cum ſuo exercitu reuertens nauigio nauem egreſſus ad horam & rediens, inuenit remi-
ges & quoſdam ex ſuis ablatos,& cognito quod gigas præfatus hoc fecit atque ablatos
occidit,aſſauit & manducauit,ingreſſus ſpelũcam inuenit Polyphemum(vt dicitur)dor
mientem,poſt lautam & copioſam refectionem,ſicq; ferro acuto eruit oculum eius, qui
& monoculus fuit,oculum vnicum habẽs in fronte,qui excæcatus diſcurrit hinc inde fu
ribundus ex maxgnitudine pœnæ,quærens eum à quo extitit excæcatus, de cuius miſe-
rijs gloriabatur Vlyſſes ac ſodales eius. Sequitur exemplũ de fortitudine Herculis & de-
ſcribuntur hic conſequenter duodecim probitates.i. fortia facta ipſius. Ordo & ſenſus
verborum eſt:[Labores duri].i.geſta laborioſa[celebrant].i. celebrem ac famoſum fe-
cerunt[Herculem]virum fortiſſimum,quem gentiles inter deos conſtituerunt. [ille]vt-
pote Hercules[domuit].i.vicit [centauros ſuperbos]quia,vt fertur,dum ſe quadam die
exerceret in campo,vidit geminos centauros in aqua ludẽtes,quos iaculo vulnerauit,at-
que vt in Metamorphoſeos 9. ait Ouidius:Neſſum centaurum occidit. Porro centaurus
eſt monſtrum à pectore ſurſum ſimile homini,inferius autem ſimile equo,atq; vt recita
tur Ixion cum quibuſdam robuſtis equitibus Græciam infeſtauit,quos indocti quidam
qui antea equites non viderunt,putabant eſſe quid vnum.i.centauros. Ixion quippe gi- F
gas dicitur vſum equitandi primitus inueniſſe, & cum nonagintanouẽ familiaribus ſu-
is centum equis inſediſſe. Inde centauri vocati ſunt, quia centum fuerunt & inſtar auræ
veloces, ſic quod p̃ celeritate videbãtur volare in aere, quos & Hercules dicitur inuaſiſſe
ac domaſſe. Hoc eſt primum forte & ſtrenuum opus eius. Secundum eſt quod [abſtu-
lit leoni ſeuo].i.feroci[ſpolium].i.prædam quam leo rapuerat,& ipſum peremit leonẽ,
Iudic. 14. quemadmodum Samſon & Dauid feciſſe ſcribuntur. Tertium fuit quod Hercules [fi-
1. Reg. 17 xit].i.tranſfixit[volucres ſagittis certis].i.efficacibus,quæ ſuo effectu monſtrabant ſe eſ
ſe veras ſagittas. Vel ſagittis certis,id eſt, ſpecialibus ad hoc formatis. Narratur equidẽ,
quod Phineus rex ad ſuggeſtionem ſuæ vxoris excæcauit filios ſuos ex coniuge ſua pri-
ma,quia nouercam ſuam accuſarunt de ſtupro,propter quod & rex ipſe fuit poſtea excę
catus,deinde ad menſam eius venire ſolebant harpyæ.i.aues vultum virgineum præferẽ
tes,alas vero & pedes inſtar gallorum, quæ menſam regis fœdebant, quas Hercules ſa-
gittis dicitur occidiſſe. Quartum eſt,quod Hercules[rapuit].i.abſtulit,[draconi cernen-
ti].i.vigilanti, [poma grauior leua].i.ſecundum ſuam ſiniſtram manum ipſe Hercules,
grauior.i.potentior[metallo aureo].i.auro. Nam manu dextera dicitur interfeciſſe dra
conem,ſiniſtra autẽ poma ſumpſiſſe. Dicitur enim Athlas poma aurea habuiſſe in quo-
dam horto,ad quorum cuſtodiã deputauit draconem,ne ingredi quis auderet, ſed Her-
cules fecit quod dictum eſt. Quintum eſt,quod Hercules[traxit Cerberum catena tripli
ci.] Vnde fabulæ narrant quod Hercules deſcendens ad inferos,vt Theſeum inde eripe
ret, primo ligauit ianitorem inferni nomine Cerberum tribus catenis, ſecundum quod
tria ca-



A tria capita habuit. Sextum eſt,quod ipſe Hercules]victor].i. victorioſus[fertur immitẽ
dominum].i. Diomedem ferocem, qui receptos hoſpitio conſueuit occidere,& occiſos
tradere ſuis equis ad comedendum,quo cognito Hercules occidit eum & tradidit occi-
ſum equis ad comedendum. Septimum eſt quod [hydra periit].i. ſerpens ſic dictus ab
Hercule eſt occiſus[veneno].i.venenato capite eius[combuſto.]Hydra nanq; extitit ſer
pens grandis, quem Hercules aggreſſus præſcidit ei caput,ſed vno capite amputato,plu
ra capita oriebantur ſerpenti, quod Hercules cernens combuſſit illum, & de iſto ſicut &
de alijs quibuſdam prætactis,dictum eſt ſupra. Octauum eſt[Achelaus]quidam vir for-
tis ſic nominatus[turbatus fronte].i.deformatus facie[amnis].i.ſub aquis demerſit pu-
dibunda ora.i.vultum ſuum pudore ſuffuſum ripis.i.verſus ripam. Hic etenim Achela-
us in diuerſas rerum figuras ac ſpecies videbatur mutari , cumq; aduerſus Herculẽ præ-
liaretur,transformabatur in taurum,cui Hercules vnum cornu extraxit,propter quod il
le verecundatus ſe abſcõdit ſub aquis verſus ripam. Nonum eſt, Hercules[ſtrauit].i. in
terram deiecit[Antheum]gigantem[arenis Lybicis].i.in arenis Lybiæ, quæ eſt regio ſic
vocata. Nam quoties Hercules ſtrauit Antheum in terram, toties ſurrexit robuſtior, q̃d
aduertens Hercules,leuauit eum in aera,& ſic occidit leuatum. Decimum eſt quod[Ca-
cus].i.filius Vulcani ſic appellatus[ſatiauit iras Euandri.]Cacus enim fuit valde robu-
B ſtus & callidus,& intulit multas moleſtias,furta & damna Euandro regi ac ſuis,quẽ Ca
cum Hercules de ſua extraxit ſpelunca,in qua latebat inſidians,interfecitq; Cacum, quo
occiſo quieuit ira Euandri,quod materialiter fecit Cacus,Hercules vero efficienter. Vn-
decimum eſt[Setiger].i.aper ferens ſetas[notauit].i.ſignauit & maculauit[ſpumis]ſuis
[humeros]Herculis,qui aprum illum occidit[quos]humeros[altus orbis].i.cœlum[fo-
ret preſſurus].i.quieturus ſuper eos,eo modo quo Athlas dicitur cœlum portaſſe, quia
præcipuus fuit aſtronomus,qui fertur Herculem docuiſſe aſtronomiam. Sicq; Hercules
dicitur ſuccurriſſe Athlanti in deportatione ſuſtentationeq; cœli. Et hoc eſt duodecimũ
de quo ſubditur:[Hercules collo ſuo irreflexo].i.non curuato[ſuſtulit].i.ſuſtẽtauit cœ-
lum,quod fuit[vltimus]labor eius. Vel vltimus labor.i. Hercules vltimo labore ſeu ex-
ercitio ſuo cœlum portauit,quod & per hyperbolen accipi poteſt.i. per exceſſum prola-
tum,ad deſignandum magnitudinem fortitudinis Herculis]& meruit rurſus cœlum].i.
poni in cœlo & inter deos gentilium computari, ſecundum eſtimationem paganorum
ipſorum[preciũ].i.mercedem[laboris]ſui[vltimi]vtpote huius duodecimi exercitij ſui.
Hic Philoſophia ex prætactis exemplis exhortationem inducit:[Ite nunc].i. ò vos homi
nas tanta exempla probitatis fortitudiniſq; habentes [fortes].i. eundo eſtotę fortes ac
perſeuerantes,[vbi]ad manſionem illam cœleſtem ad quam,[via celſa,]id eſt, operatio
C ſeu conuerſatio ſublimis,[exempli magni,] id eſt, exemplarium, actuum præclarorum,
[dicit: Cur inertes,]id eſt,deſidioſi,[nudatis terga]ad vacandum carnalibus. Vel nuda-
tis terga,id eſt,fugiendo terga veſtra oſtenditis, cũ tanta ſit vobis merces diſpoſita:[Nã
tellus ſuperata,] id eſt,affectus terreni ſuppeditati victi,hoc eſt,terrenorum contemptus
virtuoſaq; geſta[ſydera donat,]id eſt,manſionem cœleſtem & beatitudinem promerẽ-
tur & obtinent. De his ita pertranſeo, quoniam nec delectãt me iſta poetica pro magna
parte conficta & fabuloſa,potuitq; philoſophia de his veriſſima recitaſſe exempla & ge
ſta ex ſcripturis diuinis multo ad inflammandum & ædificandum efficaciora.

## IOHANNES.

CIrca hæc merito quærendum videtur quomodo intelligenda ſint iam indu-
cta,de dijs ac deabus gentilium,vt quod Diana adduxit ventum contrarium
& voluit expiari ſacrificio & effuſione ſanguinis virginalis. Quod item Ve-
nus præcepit Paridi ingredi Græciam & tollere Helenam reginam. Et quod
gigas cõtra Herculem pugnans in varias transformabatur figuras. Et rurſus
quod Philoſophia videtur innuere viros iſtos quorum nobis proponit exempla bea-
titudinem eſſe adeptos. DIONYSIVS. Ad hæc beatiſſimus Auguſtinus Auguſtin.
& alij ſancti patres atque doctores catholici pleniſſime reſponderunt , quod ſuperbiſſi-
mi ac vitioſiſſimi dæmones qui ſupergloriolo creatori voluerunt à principio inordina-
te aſſimilari , adhuc cupiunt & iugiter appetierunt diuinos ſibi impendi honores , &
ſacrificia fieri ac DEO ſuperſanctiſſimo iuſtiſſime permittente varijs modis illuſerunt

PROSA I. gentilibus apparendo in ſpecie defunctorum, reſpondendo per idola impia, inſtruendo D & ſanando quoſdam infirmos ab inflictis incommodis magis ceſſando, q̃ vere ſanando aut etiam naturalia actiua & paſſiua multipliciter applicando ad confirmandum idololatriæ aliorumq; vitiorum errores. Hinc conſtantiſſime atq; certiſſime proteſtamur, ſentimus ac dicimus, quod omnes illi dij ac deæ gentilium de quibus ſciſcitatus es, homines vitioſi ſunt atq; æternaliter condemnati, quamuis quidam eorum virtutes quaſdam habuerint acquiſitas, vt Hercules & Minerua. Nõne Iupiter rex Crete patrem ſuum Saturnum expulit regno, & propriam ſuam ſororẽ Iunonem ſumpſit vxorem & adulterijs irrefrenate vacauit, cuius filiæ erant impudica Diana, & immundiſſima adultera Venus, meretricij dea. Hercules demum cæteris quodammodo melior, furia actus propriam interfecit vxorem, ac ſobolem, ac tandem peſte infectus atq; impatientiæ victus, ſeipſum præcipitauit in ignem. Nonne diuini & glorioſi apoſtoli gentilibus viſibiliter oſtenderunt dæmones, qui per idola reſponderunt, nec potuerunt dij illi ac deæ reſiſtere Chriſti diſcipulis, ipſorum culturam toto orbe terrarum annihilantibus: Deniq; verba philoſophiæ non intendunt, quod dij illi ac deæ per geſta præfata & conſimilia ſalutem veram adepti ſunt, ſed quod fideles eam ſint adepturi, ſi opera bona ex genere ſtrenue exequantur ex charitate. Nec vnquam potuit quis ſine fide, ſpe, & charitate ſaluari, etiam nec in-
Iob. 35 fans cuius fuit vnius diei vita ſuper terram, cum & Apoſtolus proteſtetur: Sine fide im- E
Hebræ. 11 poſſibile eſt deo placere, & charitas veſtis ſit nuptialis, ſine qua nemo cœleſtis ſponſi nu-
Matth. 22 ptias ſupercœleſtes ingredi poterit, ſine qua homo ſpiritaliter nihil eſt, etiã ſi linguis an-
1. Cori. 13 gelorum loquatur & hominum. Poſtremo quod homo in diuerſas figuras corporaliter veraciterq; nequeat transformari, ſed magicis artibus tantum, id q̃d declaratũ eſt ſupra.

LIBRI QVARTI FINIS.

# D. DIONYSII CARTHVSIANI IN BEATI SEVERINI BOETHII, DE conſolatione philoſophiæ librum quintum enarratio.

## A. M. T. Seuerini Boethij de conſolatione philoſophiæ liber V.

## PROSA I.

F

DIxerat, orationiſq; curſum ad alia quædam tractanda & expedienda uertebat, B. Tum ego, Recta quidem (inquam) exhortatio, tuaq; prorſus authoritate digniſſima. Sed q tu dudum de prouidentia quęſtionem pluribus alijs implicitam eſſe dixiſti, re experior. Quæro enim an eſſe aliquid omnino, & quidnam eſſe caſum arbitrere. P. Tum illa, Feſtino (inquit) debitum promiſſionis abſoluere, uiamq; tibi, qua in patriam reueharis, aperire. Hæc autem etſi perutilia cognitu, tamẽ a propoſiti noſtri tramite pauliſper aduerſa ſunt. Verẽdumq; eſt, ne deuijs fatigatus, ad emetiendum rectum iter ſufficere non poſſis. B. Ne id (inquam) prorſus uereare. Nam quietis mihi loco fuerit, ea quibus maxime delector, agnoſcere. Simul cum omne diſputationis tuæ latus indubitata fide conſtiterit, nihil de ſequentibus ambigatur. P. Tum illa, Morem (inquit) geram tibi, ſimulque ſic exorſa eſt: Siquidem (inquit) aliquis euentum temerario motu, nullaq; cauſarum connexione productum, caſum eſſe definiat, nihil omnino caſum eſſe confirmo, & præter ſubiectæ

rei



A rei ſignificationem, inanem prorſus eſſe uocem decerno. Quis enim coercente in ordinem cuncta deo, locus eſſe ullus temeritati reliquus poteſt? Nam nihil ex nihilo exiſtere uera ſententia eſt, cui nemo unquam ueterum refragatus eſt: quanquam id illi non de operante principio, ſed de materiali ſubiecto, hoc eſt, de natura omniuum rationum, quaſi quoddam iecerint fundamentum. At ſi nullis ex cauſis oriatur aliquid, id de nihilo ortum eſſe uidebitur, Quod ſi hoc fieri nequit, nec caſum quidem huiuſcemodi eſſe poſſibile eſt, qualem paulo ante definiuimus. B. Quid igitur inquam? Nihil ne eſt, quod uel caſus uel fortuitum iure appellari queat? An eſt aliquid (tametſi uulgus lateat) cui uocabula iſta conueniant? P. Ariſtoteles meus, id (inquit) in phiſicis & breui, & ueri propinqua ratione definiuit. B, Quo nam (inquam( modo? P. Quoties aliquid (ait) cuiuſpiam rei gratia geritur, aliudq; quibuſdam de cauſis, q̃ quod intendebatur, obtingit, ca-
B ſus uocatur: ut ſi quis colendi agri cauſa fodiens humum, defoſſi auri pondus inueniat. Hoc igitur fortuito quidem creditur accidiſſe, uerum non de nihilo eſt. Nam proprias cauſas habet, quarum improuiſus, inopinatuſq; concurſus caſum uidetur operatus. Nam niſi cultor agri humum foderet, niſi eo loco pecuniam ſuam depoſitor obruiſſet; aurum non eſſet inuentum. Hæ ſunt igitur fortuiti cauſæ compendij, quod ex obuijs ſibi & confluentibus cauſis, non ex gerentis intentione prouenit. Neq; enim uel qui aurum obruit, uel qui agrum exercuit, ut ea pecunia reperiretur, intendit: ſed (uti dixi) quod ille obruit, hunc fodiſſe conuenit, atq; concurrit. Licet igitur definire, caſum eſſe inopinatum ex confluentibus cauſis in his, quæ ob aliquid geruntur, euentum. Concurrere uero atq; confluere cauſas facit ordo ille ineuitabili connexione procedens, qui de prouidentiæ fonte deſcendens, cuncta ſuis locis temporibuſq; diſponit.

C

## Elucidatio proſæ huius primæ libri quinti.

## ARTIC. I.

POſtquam in præcedentibus quatuor libris philoſophia tanquam induſtrioſa fideliſq; medica diſpoſitionem deſolationemq; Boethij, & cauſas earũ ſcrutata eſt, & cognouit, medicinaſq; paulatim fortiores & altiores adhibuit, atq; in quibus beatitudo vera non ſit poſita, & deinde in quibus conſiſtat euidẽt probauit, ſicq; tandẽ in quarto libro de fato & prouidentia diſputauit, nunc in hoc quinto & vltimo libro adhibet ipſi Boethio tanquam ſpiritaliter iam curato, & de ſuis aduerſitatibus conſolato medicinam validius confortatiuam & à recidiuo pręſeruatiuam, tractando de quibuſdam materijs, vtpote qualiter ſimul ſtent certa & inuariabilis prouidẽtia dei, & caſus incertus ac libertas arbitrij. De ipſa quoque æternitate & cætera ſicut patebit. Itaque Boethius ad præinducta continuans ea quę reſtant, ait: [Dixerat, ] id eſt, Philoſophia iam compleuerat quæ in præcedentibus libris contenta ſunt, orationiſq; curſum ad alia quædam tractanda atque expedienda vertebat, ] hoc eſt, philoſophia dirigebat proceſſum celerem ſui ſermonis ad diſcutienda & terminanda alia quædam, id eſt, quaſdam materias differentes à præinductis de fato & prouidentia. [Tum ego, ] ſcilicet Boethius dixi [quidẽ] pro certo [exhortatio]. i. præmiſſa admonitio tua de iugi & ſtrenua exequutione virtutum [eſt recta]. i. vera & ſalutaris ad felicitatem rite directa [tuaq; prorſus authoritate digniſſima]. i. valde digna ob tuam authoritatẽ & decẽs eandẽ, quoniam ſapientem præſertim ipſam ſapientiã nõ decet proferre niſi ſalubria & ſapientialia

ver

PROSA I. verba propter quod in Prouerbijs aſſeritur: Torrens mundans fons ſapiẽtiæ. Et denuo D
Prou. 18 Salomon loqtur: Precioſi ſpiritus vir eruditus, os autem ſtultorum ebullit ſtultitiam. Nec
Prou. 17 hic mirum, qa vt ait Saluator: Ex abundantia cordis os loqtur [Sed experior]. i. experimen
Matth. 12 taliter noſco, [re ipſa]. i. per euidentiã facti verum eſſe [q̃d tu philoſophia dixiſti dudum]
vc; libro 4. [queſtionem de prouidẽtia dei eſſe implicitã]. i. inuolutã & annexã [alijs plu
ribus]. i. multis alijs difficultatibus ac dubijs ſicut expoſitũ eſt [Quero em̃] hoc ego inter
rogo [an arbitrare]. i. vtrũ arbitreris, putes, ſeu iudices [caſum eſſe oĩno]. i. ſimpliciter &
abſolute aliqd in rerum natura [& quidnam]. i. qd exiſtimes eſſe caſum. i. fortunam. Quã
uis em̃ caſus & fortuna ſecũdũ Philoſophũ 2. phiſi. habeant ſe vt genus & ſpecies, vt ſu
pra tractatũ eſt. Hic tñ caſus pro fortuna accipit. Merito demũ Boethius iſtud q̃rit, quia
ex dictis in vltima proſa libri 4. ſequi videtur q̃d tam prouidẽtia dei q̃ fatũ per reſpectũ
ad inuariabilẽ prouidentiam dei prorſus excludant caſum atq; fortunam & oẽm caſua
lem fortuitũq; effectũ [Tum illa inquit]. i. tunc philoſophia reſpondit, ego [feſtino ab
ſoluere]. i. perſoluere, exequi, & implere [debitũ promiſſionis]. i. debitã promiſſionem
ſeu debitũ ad q̃d obligor ex promiſſione, iuxta illud: Omne promiſſum cadit in debitũ.
Hoc vero promiſſum eſt declarare adhuc aliqua prouidentiã concernentia, atq; q̃d ſub
ditur: [& aperire]. i. docere te clare [viam]. i. doctrinam, virtutẽ, modũ ac mediũ [qua re
ueharis]. i. reuertaris [patriam]. i. paradiſum cœleſtem, ſeu mẽtis tranquillitatem, æterni E
tatiſq; pacem [hæc aũt & ſi perutilia cognitu]. i. iſta q̃ quæris de caſu q̃uis ſint multũ vti
lia ad ſciendũ, ne qs putet prouidentiam ſeu fatũ excludere fortunam & caſum [tamen à
propoſiti noſtri tramite pauliſp aduerſa ſunt]. i. aliena ſunt à proceſſu & via noſtri prin
cipalis intenti, q̃d fuit ea deſcribere, q̃ conſolatoria ſunt afflictis [Verendumq; eſt]. i. for
midandum [ne deuijs fatigatus]. i. ne tu laſſatus quæſtionibus & reſponſionibus imper
tinentibus huic propoſito, & abducentibus à principali intento, [ad emetiendum rectũ
iter non poſſis ſufficere]. i. non valeas ſatis fortis conſiſtere ad pertranſeundũ rectũ iter,
id eſt, inueſtigationem & apprehenſionem pertinentiũ ad principale propoſitũ [Ne id in
quam]. i. ego Boethius dico philoſophia [ne verearis hoc prorſus]. i. omnino non time
as hoc, [Nam ea quibus maxime delector agnoſcere,] hoc eſt, ſcire ea in quibus delector
præcipue interiori lætitia [fuerit]. i. erit [mihi loco quietis]. i. quies & repauſatio non la
bor. Conſideratio em̃ veritatis per ſe delectat. Ideo Seneca dixit: Qui ſine triſtitia viuere
cupit, philoſophiæ inſiſtat [ſimul cũ omne diſputationis tuæ latus]. i. etiam id q̃d ad tuã
diſputationem collaterialiter, incidentaliter ſeu correlatiue ſe habet [indubitata fide cõ
ſtiterit]. i. certũ mihi erit fide mihi indubitata. i. firmo conſenſu, Sicq; fides hic ſumitur
non prout eſt theologica virtus, aut euidentiam veritatis excludens, ſed pro firmo aſſen
ſu communiter ſiue innitatur authoritati ſiue rationi, ſicut cum dicitur: Argumentũ eſt F
eſt ratio rei dubiæ, facens fidem [Nihil de ſequentibus ambigatur]. i. idcirco nil dubitet
de ſequentibus, id eſt, de dicendis ad te quia ea diligenter aduertam [Tum illa inquit]. i.
philoſophia dixit, [geram tibi morem] id eſt, faciã tibi vt conſuetũ eſt mihi, & cõfirma
bo me tuo affectui condeſcendamq; tibi quantũ phas eſt, cum ſimilitudo ſit cauſa amo
ris [ſimulq; ſic orſa eſt]. i. incepit pariter ſic loqui: [Siquidem, inquit, caſum diffiniat]. i. ſi
aliqs affirmet caſum eſſe [euentũ]. i. effectum, [productum motu temerario,] id eſt, pro
ceſſu inordinato, improuido, [& connexione cauſarum nulla,] id eſt, abſq; om̃i cõnexione
& ordine cauſarum [nihil omnino caſum affirmo]. i. caſum ſic diffinitũ & ſumptũ dico nõ
eſſe aliqd in re [& p̃ter rei ſubiectæ ſignificationẽ inanẽ p̃rſus vocẽ decerno]. i. iudico ca
ſum ſic diffinitũ eſſe vocẽ prorſus inanẽ. i. nomẽ cui nil correſpondet in re, ideo addit, &
præter rei ſubiectæ ſignificationẽ. i. nomẽ carẽs ſignificatione rei ſubſtratæ & correſpon
dentis ſignificationi, vt hoc nomen chimera. Sicq; epicurei diffinierunt & eſſe dixerunt
caſum. Contra q̃s ſubditur: [Quis enim poteſt eſſe vllus]. i. aliqs [locus reliquus]. i. reſi
duus [temeritati]. i. inordinato temerarioq; euẽtui, & hoc dico [deo] p ſuã prouidẽtiam,
[coercẽte]. i. cõſtringente & cõprehendẽte [cũcta quę fiunt in ordine]. i. ſub ordinata &
iuſta ſeu cõdecẽte cauſarum coordinatione & cõnexione q̃ ad ſuã p̃uiſionẽ, vt patuit proſa
vltima quarti. [Nam nihil ex nihilo exiſtere vera ſententia eſt,] id eſt, vera doctrina eſt,
quod nihil conſtat ex nihilo, id eſt, quod res nulla producta eſt à non ente, ſeu non cau
ſa imo producere ſeu cauſare præſupponit eſſe [Cui nemo vnquam veterum,] id eſt, an
tiquorum philoſophorum [refragatus eſt,] id eſt, reſtitit aut contradixit huic ſententiæ.
Vnde



A Vnde primo phiſicorum habetur, quod philoſophantes maxime horruerunt concedere
ex nihilo aliquid fieri, imo effectus & cauſę dicuntur ad inuicem relatiuę, ſicut creator &
creatura. Philoſophi tamen hoc intellexerunt de cauſa materiali, non de cauſa efficien
te. Ideo ſubditur: [Quanquam]. i. quamuis [illi] antiqui, [iecerunt] hoc dictum, vtpote
ex nihilo nihil fieri [iecerunt]. i. poſuerunt [tanquam fundamẽtum omnium rationum]
. i. argumentationum & inquiſitionum quę fiunt & ſunt [de natura]. i. de naturalibus re
bus, ſeu omnium rationum. i. ſcientiarum de natura. i. naturalium, [non de principio o
perãte]. i. non de cauſa efficiente, [ſed de materiali ſubiecto]. i. de materia prima ſeu pro
xima quę eſt ſubiectum materiale in quod & circa quod & ex quo agit cauſa efficiens, q̃d
etiam verum eſt loquendo de operatione ſeu actione quę fit per motum, non de ea quę
eſt per primam & ſimplicem emanationem, quę non pręſupponit niſi cauſam efficiẽtem,
vt Auicenna & Algazel in pluribus locis ſcripſerunt. Vnde & Plato in primo Thimei
fatetur: Nihil fit cuius ortum legitima cauſa & ratio non pręcedat. In Iob quoq; habet: Iob. 5
Nihil in terra ſine cauſa fit. [At ſi nullis ex cauſis aliquid oriatur]. i. ſi aliquid produca
tur ex nullis cauſis. i. ſine omni cauſa pręſertim efficiente, de qua iã eſt ſermo, [id de nihi
lo ortum eſſe videtur]. i. ſine effectiuo principio [quod ſi hoc fieri nequit]. i. quia impoſ
ſibile eſt hoc accidere [nec poſſibile eſt caſum quidem]. i. certe [eſſe huiuſmodi]. i. talem
B eſſe [qualem diffiniuimus eum [eſſe nunc in proſa hac ipſa, hoc eſt, qualem diximus eum
ab Epicureis diffiniri, vtpote quod ſit euentus temerario motu ſine cauſarum connexio
ne productus, ita quod motus ille dicatur temerarius, ita quod non dirigatur aliq̃ cau
ſa ſapienter ac ordinate agẽte, quia in tali cauſa negat Epicurus mundum gubernari, ſeu
etiam eſſe productum, ſed potius ex fortuitu athomorum concurſu. Ad hæc Boethius:
[Quid igitur inquam]. i. quæro quid ergo dicis eſſe caſum, [nihil ne eſt?]. i. an ſit aliquid
[quod vel caſus vel fortuitum iure appellari queat]. i. quod rationabiliter poteſt vocari
caſus ſeu caſuale [An eſt aliquid quo vocabula iſta conueniant]. i. vtrum ſit aliquid in re
rum natura ſeu aliqua res cui ſeu quibus conueniant iſta vocabula caſus & caſuale [tam
etſi]. i. quamuis [lateat vulgus]. i. vulgares & imperitos. Ad quod philoſophia: [Ariſto
teles id inquit meus]. i. inter alumnos & profeſſores meos præcipuus, [diffinit]. i. deter
minauit id quod quæris [in phiſicis] ſecundo phiſicorum [ratione]. i. deſcriptione [breui
& veris propinqua]. i. vicina veritati, non quod ratio Ariſtotelis in hac re aliquid conti
neat falſitatis, ſed quoniam non eſt ſatis perfecta, exponendo qualiter fortuna ſeu caſus
in diuina prouidentia certam habeat cõnexionem cauſarum [Quonam inquam modo]
. i. ego Boethius dico & quæro quonam modo. i. quo vtiq; modo Ariſtoteles caſum diſ
finiuit [Quoties ait aliquid cuiuſpiam gratia agitur]. i. philoſophia ait quoties agitur a
C liquid cauſa ſeu intentione alicuius rei [& aliud obtingit]. i. alter effectus conſequitur &
contingit [q̃ quod intendebatur caſus vocatur]. i. cauſa per accidens illius effectus dici
tur caſus. Vel caſus. i. caſualis effectus vocatur effectus ille non intentus. Quemadmo
dum autem fortuna quandoq; accipitur pro effectu fortuito, quãdoq; pro cauſa per ac
cidens illius effectus, ita & caſus. Deinde ſubditur horum exemplum notarium, & com
mune [Vt ſi quis fodiens humum]. i. ſicut ſi aliquis fodiens terram [cauſa agri colẽdi]. i.
intentione ſeminandi fœcundandiq; agrum, [inueniat pondus auri defoſſi]. i. occultati
ſub terra. [Hoc igitur fortuito creditur accidiſſe]. inuentio iſta theſauri putatur eueniſſe
fortuitu, caſualiter, imo & ita eſt reſpectu eius qui per intentionem propriam theſaurũ
huiuſmodi inuenit [Verum non de nihilo eſt]. i. inuentio illa non eſt ſine cauſa, imo nec
ſine cauſa certa ac præintenta reſpectu prouidentiæ dei omnia ordinantis & præintuen
tis & connectentis [Nam proprias cauſas habet] vtpote auri abſcõſionem in agro & foſ
ſionem agri in loco illo, [quarum]. ſ. cauſarum connexio, quamuis vna præterijt, quãtũ
ad ſuũ eſt reale & actuale puta defoſſio, virtualiter tñ manet p̃ſertim in intellectu diuino
omnia diſponente [improuiſus]. i. non præcognitus, neque intentus ab inuentore pecu
niæ & inopinatus]. i. inſpiratus & præcogitatus [caſum videt operatus,] id eſt, cauſa eſt
ipſius caſus ſeu caſualis effectus. Caſus qppe pro fortuna acceptus eſt realiter practicus
intellectus, qui eſt cauſa per ſe foſſionis, & cauſa per accidens inuentionis theſauri, vt di
ctũ eſt ſupra. [Nam niſi cultor agri humum foderet,] id eſt, niſi agricola ſeu arator euer
teret terram & [niſi depoſitor,] id eſt, abſconditor theſauri [pecuniam ſuam] terra [ope
ruiſſet aurum non eſſet inuentum,] id eſt, theſaurus ille tam improuiſe. Hæ ſunt igitur
for

fortuitæ cauſæ compendij].i.iſtę ſunt cauſæ effectus celeriter prouenientis,& expedite, D
hoc eſt,repente & improuiſe [quod] compendium caſuale,[prouenit].i.oritur & cauſa-
tur [ex cauſis obuijs ſibi].i.mutuo obuiantibus modo præfato[& confluentibus].i.con
currentibus actualiter aut virtualiter aut quantum ad ſuos effectus,ſicut effectus defoſ-
ſionis eſt ſituatio theſauri ſub terra[non ex intentione gerentis].i. non ex propoſito in-
uenientis theſaurum ſeu particularis agentis. [Neq; enim vel qui aurum obruit].i. ſub
terra abſcondit[vel qui agrum exercuit].i.euertit,arauit ſeu fodit,[vt ea pecunia reperi-
retur intendit] .i.nullus eorum intẽdebat ibi inuenire pecuniam occultatã, quamuis in-
terdum ex intentione pecunia quæratur & inueniatur ſub terra, ſed tunc non eſt caſua-
lis effectus.[Sed vti].i.ſicut iam[dixi conuenit].i.in vnum ſeu pariter venit[atq; concur
rit hunc fodiſſe]in loco[quo ille].i.alius[obruit].i.gazam celauit. Ex his cõcludit & in
fert philoſophia diffinitionem caſus prout nũc ſumitur.[Licet igitur diffinire caſum].i.
licitum eſt caſum ſic diffinire:[Caſus eſt inopinatus].i.improuiſus [euentus].i.effectus,
[in his].ſ.rebus ſeu factis[quæ geruntur].i.fiunt [ob aliud].i. propter alium finem in-
tentum[ex cauſis confluentibus].i. concurrentibus & cooperantibus ad eũdem effectũ
non tamen connexionem habentibus, quantum ad particularium cauſarum notitiam.
Porro Ariſtoteles addit extra frequenter & ſemper quod ſubintelligi poteſt in nomine
iſto inopinatus,quia quod ſæpe contingit incipit intendi & præcogitari.Calcydius quo E
que eccleſiæ Romanæ diaconus in commento ſuper Thimęum Platonis concordat diſ-
finiendo caſum & fortunam prout ab inuicem diſtinguuntur. Caſus eſt cõcurſus ſimul
ac pariter accidentium ſine ratione cauſarum in carentibus vita vel animalibus mutis.
Fortuna vero eſt concurſus ſimul cadentium cauſarum duarum originem ex propoſito
trahentium,ex quo cõcurſu prouenit aliquid præter ſpem cum admiratione.Conſequẽ-
ter docet philoſophia quod concurſus ille cauſarum non eſt penitus non intẽtus,vt Epi
curei æſtimabant[Concurrere vero].i.confluere cauſas[facit ordo ille].i.ſeries fati[pro
cedens[.i.proceſſum habens in ſuis effectibus[connexione cauſarum ineuitabili].i.im-
mutabili per reſpectum ad prouidentiam ex qua fluit,vt dictum eſt ſæpe.Hinc ſequitur:
[qui de prouidentiæ fonte diſcedens].i.ex diuina prouidentia oriens ac rebus inhærens
[cuncta ſuis locis temporibusq; diſponit].i.vniuerſa in creatis ordinat,agit,& nectit lo
co & tempore opportuno,& præfixo,ſumendo locum & tempus extenſe prout ſe ad lo
cum diffinitiuum & tempus diſcretum extendunt ,in quo loco & tempore etiam angeli
eſſe dicuntur. In his non videtur reſtare aliud ad dicendum, niſi vt declaretur qualiter
ſimul ſunt ineuitabilis iſte ordo cauſarum ac neceſſarius nexus earũ & mutabilitas for-
tuitorum effectuum atq; libertas arbitrij.Ex his nanq; ſequi videtur quod nihil ſit caſua
le neq; fortuitum ſecundum rei veritatem,& ex ſua natura , ſed ſolum quantum ad nos F
propter imperfectionem ac defectũ noſtræ notitię,ſicq; omnia neceſſarie euenirent.Hoc
ergo qualiter ſcilicet ſimul illa ſunt infra diligentiſſime atq; clariſſime oſtendetur.

## METRVM PRIMVM LIB. V.

RVpis Achemeniæ ſcopulis,ubi uerſa ſequentum
Pectoribus figit ſpicula pugna fugax,
Tigris & Euphrates uno ſe fonte reſoluunt,
Et mox abiunctis diſſociantur aquis.
Si coeant,curſumq; iterum reuocentur in unum,
Confluat alterni quod trahit unda uadi,
Conueniant puppes & uulſi flumine trunci,
Mixtaq; fortuitos implicet unda modos.
Quos tamen ipſa uagos terræ decliuia caſus,
Gurgitis & lapſi defluus ordo regit.
Sic quæ permiſſis fluitare uidetur habenis,
Fors patitur frenos,ipſaq; lege meat.





A

## Elucidatio primi metri libri quinti. ARTIC. II.

IN hoc primo huius libri quinti metro declarat philoſophia per quædam exẽ-
pla,quod in fine proſæ procedentis dixit de caſu,quod ex pluribus concurren
tibus oritur cauſis quæ ex vno fonte videlicet ex diuina prouidentia oriuntur
& rurſus reducuntur & vniuntur in illa. Sic quippe duo magni fluuij,vtpote
Tygris & Eufrates ex vno fluunt fonte paradiſi, quamuis interdum ex alijs locis videan-
tur procedere,ſecundum quod hinc inde abſorbẽtur à terra.Itaq; ordo & ſenſus verbo-
rum eſt:[Tygris].i. flumen illud impetuoſum velociterq; decurrens[& Eufrates].i.ali-
us fluuius ex paradiſo emanans,[reſoluunt ſe].i.ſcaturiunt & ab inuicẽ diuidunt ſe,[ex
vno fonte ſcopulis].i.ter ſcopulos & ſaxa,[rupis Achimeiæ].i. rupis exiſtentis in regio
ne ſic dicta,vbi ſunt ſaxei montes,ex quorum vno fons effluit,ex quo deriuantur hi flu-
uij,qui originaliter fluunt ex paradiſo, vt in libro Geneſeos patet,[vbi].i. in qua Achi-
meia exiſtente in Chaldæa[pugna fugax].i.turba plebis illius pugnans & vulnerãs fu-
giendo,[verſa].i.tergum vertens ad hoſtes,[figit].i.infigit[ſpicula[.i.tela & iacula,[pe-
ctoribus ſequentium].i.corporibus hoſtium inſequentium eos.Habet enim gens illa cõ
ſuetudinem hanc,vt prelio imminente calide fugiant, & fugiendo retrorſum ejciant te-
B la & iacula per quæ vulnerãt inſequentes.[Et Tygris ac Eufrates diſſociantur].i.in duo
flumina diuiduntur[mox aquis abiunctis].i. ſtatim dum aquæ ex vno fonte erumpen-
tes,incipiunt per duo currere loca[Si coeant].i. iterum colligantur in vnum, [& iterum
reuocentur in vnum curſum] ita quod concurrendo fiant denuo vnum flumen quod ra
ro cõtingit,[Et confluat].i.in vnum currat aliquid ex vtroq; flumine [quod vnda vadi
alterni].i.aqua vtriuſq; fluminis[trahit].i.per ſemitam ſuam deducat [Cõueniant pup-
pes].i.naues vtriuſq; fluminis confluant & congregentur,ſicut & aquæ per quas proce-
dunt,vel conueniant.i.mutuo ſibi occurrant[& trunci vulſi flumine].i.arbores vi flumi
num eradicatæ conueniant,[& vna mixta].i.collecta ex ambobus illis fluminibus,[im-
plicet].i.includat & intra ſe habeat[motus fortuitos] .i. motus & inundationes varios
& caſuales[quos tamen vagos].i.incertos fluctus & motus fortuitos,[regit].i. modera-
tur & cauſat[decliuia].i.decliuitas[terræ]ſuper quam aqua decurrit, vnde & eleuatio-
nes depreſſionesq; habet[Et defluus ordo gurgitis lapſi].i.ſitus fluminis deorſum currẽ
tis exiſtens nõ in quiete,ſed in defluxu aſſiduo,ex quo ſitu ſeu ordine cauſatur motus il-
le aquarum fortuitus[& ſic].i. ſicut iam dictum eſt de varietate motuum fluminis con-
currentis & collecti[ſors].i.fortuna[quę videtur fluitare].i.varios & incertos proceſſus
& actus habere,ſecundum quod inopinate & ex cauſis per accidens concurrentibus ori
C tur,& hoc dico[habẽs].regiminibus ſeu inſtabilitatis ac varietatis[pmiſſis].i.ſuæ natu
ræ relictis,[patitur frenos].i. moderationes & repreſſiones iuxta diſpoſitionem & præ-
ordinationem diuinæ prouidentiæ.Ideo ſubditur:[& ipſa]vtpote ſors ſeu fortuna[me-
at].i.procedit & operatur[lege].i. iuſſione, diſpoſitione, ſeu præordinatione prouiden-
tiæ increatæ. At vero poſſit hoc metrum myſtice explanari,& pulcherrima documenta
proferre, quod tamẽ ſine grandi difficultate & prolixitate extenuationeq; literæ non vi-
detur fieri poſſe, & forſan tędium magis quàm fructum nondum ſpiritualibus genera-
ret,idcirco pertranſeo.

## PROSA II. LIBRI V.

ANimaduerto,inquam,idq; uti tu dicis,ita eſſe conſentio. Sed in
hac re hærentium ſibi ſerie cauſarum , eſt ne ulla noſtri arbitrij
libertas, an ipſos quoq; humanorum motus animorum fatalis
catena conſtringit?P. Eſt,inquit.Neq; enim fuerit ulla rationa-
lis natura,quin eidem libertas adſit arbitrij Nam quod ratione uti natura-
lis poteſt,id habet iudicium,quo quodq; diſcernat per ſe, igitur fugienda
optandaue dinoſcit. Quod uero quis optandum eſſe iudicat,petit: refugit
uero, quod exiſtimat eſſe fugiẽdum. Quare quibus ineſt ratio,ipſis etiam

ineſt uolendi nolendiq; libertas. Sed hanc nō in omnibus æquam eſſe con D
ſtituo. Nam ſupernis diuiniſq; ſubſtantijs & perſpicax iudicium,& in-
corrupta uoluntas, & efficax optatorum præſto eſt poteſtas. Humanas
uero animas liberiores quidem eſſe neceſſe eſt, cum ſe in mētis diuinæ ſpe
culatione conſeruant: minus uero, cum dilabuntur ad corpora: minuſque
etiam, cum terrenis artubus colligātur. Extrema uero eſt ſeruitus, cum ui-
tijs deditæ, a rationis propriæ poſſeſſione ceciderint. Nam ubi oculos a
ſummæ luce ueritatis ad inferiora & tenebroſa deiecerint, mox inſcitię nu
be caligant. pernicioſis turbantur affectibus. Quibus accedendo conſenti-
endoq;, quam inuexere ſibi adiuuant ſeruitutem, & ſunt quodammodo
propria libertate captiuæ. Quæ tamen ille ab æterno cuncta proſpiciens,
prouidentiæ cernit intuitus, & ſuis quæq; meritis prædeſtinata diſponit,

πάντα ἐφορᾶ καὶ πάντα ἐπακούει.

### Elucidatio proſæ huius ſecundæ libri quinti. E

## ARTIC. III.

ANimaduerto inquam]In hac proſa huius quinti ſecunda, proſequitur philo-
ſophia vnum de præcipuis quæſtioni de prouidentia diuina ac fato annexis,
puta de libertate, qualiter ſtet cum immobili & inuariabili prouidentia dei.
[Animaduerto inquam].i. ego Boethius mēte aduerto[quæ dicis,& id quod
tu dicis]de prouidentia, fato, caſu, fortuna,[conſentio ita eſſe vti tu dicis.]& circa ea hāc
moueo quæſtionem,[Sed]ò philoſophia[eſt ne vlla].i. vtrum eſt aliqua[libertas noſtrī
arbitrij].i. noſtri mentalis iudicij ſeu voluntatis,[in ſerie hac].i. connexione & ordine,
[cauſarum hærentium ſibi].i. mutuo coniunctarum quantum ad intuitum præordina-
tionemq; dei[an fatalis catena]hoc eſt, vtrum diſpoſitio atq; connexio fati,[cōſtringit]
.i. coartat & quadam neceſſitate regit & comprehēdit[ipſos quoq; motus].i. effectus &
actus[animorum humanorum].i. cordium volūtatumq; hominum [Eſt inquit] i. phi-
loſophia reſpōdit aliqua eſt in homine libertas arbitrij, & hoc in nobis certiſſime expe-
rimur, ideo ſtultū eſt oppoſitū opinari[Neq; enim fuit rationalis vlla creatura].i. nulla
fuit aut eſt creatura rationalis in naturalibus recte diſpoſita, [quin eidem libertas adſit
arbitrij,]cum ſit naturalis vis ſiue perfectum totam conſequens ſpeciem creaturæ ratio- F
nalis ac intellectualis[Nam quod ratione naturaliter vti poteſt, id habet iudiciū].i. vim
iudicatiuam ſeu actū iudicandi tempore oportuno[quo quęq; diſcernat].i. quo iudicio
poſſit diſcerni ſeu iudicari vnumquodq; quod ad ſuum pertinet ſtatum[Per ſe igitur fu
gienda optandaue dinoſcit,]id eſt, rationalis natura per naturalem ſui intellectus potē-
tiam agnoſcit actu, habitu, aut potentia quid ſit fugiendum, quid optandum, vtpote q̄d
beatitudo ſit ſumme optanda & propria ſua perfectio ac virtutes & neceſſaria vitæ, mi-
ſeria vero damnationis, ac vitia ſint ſibi vitanda. Ineſt enim homini habitus priorꝫ prin
cipiorum tam ſpeculabilium quàm operabilium, ex quibus habitibus poteſt procedere
ad particularia bona & mala cognoſcenda, proſequenda aut fugienda. Sed quia ad ſup-
naturalem beatitudinem conditi ſumus, ideo & ſupernaturalem legem habemus & ad-
iutorio gratiæ indigemus ad bene viuendū & ſupnaturalibus documentis ad iudicandū
idonee, iamq; in his copioſe inſtructi conſiſtimus in ſcripturis & libris ſanctorꝫ atq; ca-
tholicorum doctorum[Quod vero optandum quis eſſe iudicat] pleno & ſufficienti iudi
cio præſertim charitate formato[petit].i. appetit & proſequitur ſeu obtinere conat. Ve-
runtā multi ſunt qui rationis iudicium nō ſequuntur, imo paſſionibus & peccatis à ſalu
bri propoſito, à diuino inſtinctu, à recto iudicio retrahuntur, quorꝫ iudiciū nō eſt efficax
& perfectū nec approbatiuū boni ſynceriter,[Refugit vero quod eſtimat eſſe fugiendū]
.i. declinat & vitat quod iudicat ſibi eſſe nociuum ac malum. Sed cōtra hoc eſſe videt q̄d
aliqui peccāt ex certa ſcientia ſciētes ſe agere vitioſe. Verum ad hoc reſponſum eſt ſupra.
Sciunt nanq; in vniuerſali, ſed in particulari iudicant male, & q̄d damnabile eſt optant,
& ap-



A & apprehendere enituntur inquantum apprehendunt illud vt bonum delectabile, vtile,
ſeu honeſtum. Ideo iuxta diuinum Dionyſium ac philoſophum, oīs peccans eſt ignorās,
& Salomon dixit: Via ſtulti recta in oculis eius [Quare quibus ineſt ratio ineſt etiam vo Prou. 12
lendi nolendiq; libertas].i. liberꝫ arbitrium. Ratio nanq; eſt potentia inorganica nō de
terminata ad vnum, ſicut ſunt naturales vires organis inhærentes, attamē primis princi-
pijs per ſe notis nō poteſt non conſentire, euidentia quoq; demonſtrationis conſtringit
[Sed hanc nō in omnibus eſſe æquam cōſtituo.]Hic Philoſophia declarat q̄d libertas ar
bitrij diuerſis intellectualibus creaturis diuerſimode ineſt ac competit,[Sed ego philoſo
phia cōſtituo].i. dico ac doceo[hanc]libertatē[nō eſſe æquā].i. æqualē[in omnibus]ſu
is ſubiectis.[Nam iudicium perſpicax].i. clarꝫ, promptum, non impeditum, imo nec diſ-
curſiuū neq; fallibile. Vnde ſecūdum diuinū Dionyſiū, intellectus deiformis competit il-
lis,[voluntas incorrupta].i. ab omni læſione peccati, ab omni errorū caligine, & ab igno
rantia omni culpabili aliena & immunis, [& poteſtas optatorꝫ].i. vis implendi ſeu ob-
tinendi optata[efficax].i. idonea[præſto eſt].i. in promptu ac realiter inexiſtens eſt [ſub
ſtantijs ſupernis & diuinis].i. ſubſtantijs ſeperatis ſeu intelligentijs & angelis, quæ dicū-
tur ſupernæ, quia in ordine creaturarꝫ ſupremæ ſunt & in ſummo cœlorꝫ beatificæ ma-
nent, ſunt item diuinæ, qm̄ creatori ſimiliores ac magis vicinę. Propter quod in Ezechie Ezech. 28
B le angelus ſummus ſignaculū ſimilitudinis appellatur. Propter quod aſſerit Auguſtinus Auguſtin.
quod deus creauit angelū prope ſe, materiā prope nihil. Itaq; quanto angeli ſancti ſunt
excellentioris naturæ, tāto perfectiores iſtæ eminētiori modo extant in ipſis. De quibus
2. Sententiarꝫ ait magiſter, quod in angelis ſunt ſimplex eſſentia, perſonalis diſtinctio, p-
ſpicacitas intellectus, ac libertas arbitrij. Idē fatetur Damaſcenus lib. 2. Porro per lumē
gloriæ & virtutes ac perfectiones ad beatificā fruitionē pertinētes ineffabiliter pficiun-
tur iſtæ proprietates in angelis oībus beatis.[Humanas vero animas liberiores quidem
eſſe neceſſe cū ſe in mentis diuinæ ſpeculatione conſeruant].i. dum cōtemplationi ſum-
mæ veritatis ſtabiliter ac ſyncere inhærēt, quia per hoc à ſeruitutę peccati ac iugo diabo-
li amplius religantur, & dona naturæ in eis pficiuntur per dona gratiæ ac per actus virtu
tum, præſertim per cōtemplationis ſplendorē atq; feruorē.[Minus vero cū dilabūtur ad
corpora].i. minus ſunt liberæ, dū ad corporales affectiones & cōcupiſcentias viles ſe ver
tunt, qa per hoc naturalia in eis lædūtur, & ipſæ vitijs ac dæmonibus ſubdūtur[minuſq;
etiam cū terrenis artubus colligātur].i. actibus & delectationibus quorūlibet membro
rum cōicant, cōſentiunt, immergūtur, qa per hoc quaſi oīno carnales reddūtur. Propter
ea ad Roma. hortatur Apoſtolus: Neq; exhibeatis mēbra veſtra arma iniquitatis pctō, Roma. 6
ſed arma iuſtitiæ deo. Videt autē philoſophia hic loqui de lapſu animarꝫ ad corpora iu-
C xta doctrinā Platonis ſupra narratā & reprobatā, attamē cōſtat Boethiū nō fuiſſe opi-
nionis illius,[Extrema vero eſt ſeruitus].i. ſeruitus ille eſt maxima, atq; viliſſima, & à li-
bertate dei ac beatorꝫ remotiſſima,[cū vitijs deditæ].i. dum aīæ ſe iniquitatibus totali-
ter mancipātes, & omni turpitudini exponētes,[rationis proprię poſſeſſione ceciderint]
.i. ſua carnalitate & prædominātes ſcelerꝫ abundantia, prorſus deiectæ ſunt ab expedito
& libero vſu atq; habitatione rationis & intelligentiæ eis collatæ, ita q̄d quaſi in brutū,
imo magis in dæmonē cōuerſi vidētur, per cōformitatē ſceleroſi affectus. Tales quaſi ho
magiū diabolo & pctō feciſſe videntur, qualis fuit traditor Chriſti, de quo dixit Iohan-
nes: Nōne ego duodecim vos elegi, & vnus ex vobis diabolus eſt: Talem quoq; putauit Iohan. 6
Heliu eſſe beatū Iob, de quo dixit ad deum: Pater mi, ne deſinas ab homine iniquitates q Iob 34.
addit ſup peccata ſua blaſphemiā. Hinc de antichriſto ſcripſit Apoſtolus: Niſi reuelatus 2. Theſ. 2
fuerit homo peccati filius perditionis, &c. Tales ſunt omnes in vitijs obdurati qui aures
ſuas obſtruunt veritati, de quorꝫ vnoquoq; ait propheta: Noluit intelligere vt bene age Pſalmo 35
ret, aſtit omni viæ non bonæ,[Nam vel oculos ſuos à ſummæ luce veritatis ad inferiora
& tenebroſa deiecerunt].i. ſtatim cum oculos mentales auertunt & declinarunt à dei lu
mine & doctrina, à lege diuina, ab inſpiratione interna, ac admonitione oī ſalubri, ad va
na & vilia, ad diabolica incitamēta, ad errores & falſitates nepharias [mox inſcitię nube
caligātes].i. protinus cecutiētes vt noctua, vel potius cæci vt talpa p interpoſitionē den-
ſæ & tenebroſę impietatis, inter lucē ſummā & increatā, & ipſos iuxta q̄d S. loquitur Iſai
as: Iniquitates veſtræ diuiſerūt inter deū veſtrū & vos. Ieremias q̄q; in Threnis: Oppoſu Iſaiæ 59
iſti, inquit, nubē tibi vt nō trāſeat oratio[pernitioſis turbātur affectibus].i. paſſionibus Thren. 3

 ignomi-

PROSA II. ignominioſis,deſiderijs prorſus innaturalibus inquirantur,inquietantur,vincũtur,quē D
Roma.1 admodum ad Roma.de talibus deprompſit Apoſtolus: Qui cum cognouiſſent deũ,nõ
ſicut deum glorificauerunt, propter quod tradidit illos deus in paſſiones ignominiæ,vt
cõtumelijs afficiãt corpora ſua in ſemetipſis. Et rurſus: Tradidit illos deus in reprobum
ſenſum,vt faciant ea quæ non conueniunt,repletos omni iniquitate. De quibus in libro
Iob 24 Iob.21 Iob legitur:Ipſi fuerunt rebelles lumini. Itemq́;:Dixerunt deo recede à nobis,ſciẽtiam vi-
arum tuarum nolumus. Hoc nempe etſi non verbis,tamen operibns dicunt,dum nec di-
uino acquieſcunt inſtinctui, neq; angelicæ inſpirationi, nec increpationi ac informatio-
Iſaiæ 30 ni humanę. De quibus apud Iſaiam ſcriptum eſt:Dicunt aſpicientibus,nolite aſpicere no
Zach.7 bis ea quæ recta ſunt,loquimini nobis placẽtia. Zacharias quoq;: Aures,inquit,ſuas ag
grauarunt,& cor ſuum poſuerunt vt adamantem,ne audirent legem. De quorum via Sa
Prou. 4 lomon proteſtatur:Via impiorum tenebroſa,neſciunt vbi corruant,[quibus accedẽdo]
deſiderijs vitioſis & paſſionibus turpibus accedendo.i.per delectationem appropinquã
do[& conſentiendo].i.conſenſu probando per rationis deliberationem vel operis exe-
quutionem[adunant].i.in vnum colligunt atq; multiplicant & augmentant[ſeruitutẽ]
.i.viliſſimam ſubiectionem qua aduerſarijs ſuæ ſalutis ſubduntur. De quibus archiapo-
ſtolus in ſua dixit canonica:Iniqui ſunt ſerui corruptionis,à quo enim quis ſuperatus eſt
2.Iohan.2 huius & ſeruus eſt[quam ſeruitutem inuexerunt ſibi].i.ſibijpſis ſponte intulerunt & in- E
geſſerunt,quoniam omne peccatum volũtarium perhibetur. Propter quod in libro Sa-
Sapien.16 pientiæ fertur:Homo per malitiam occidit animam ſuam. Et apoſtolus Iacobus ait:Cõ
Iacobi 1 cupiſcentia cum conceperit peccatum, peccatum vero cum conſummatum fuerit gene-
rat mortem. Iſti ſunt qui aggregant ſibi quotidie faſcem,pondus,& ſarcinam vitiorum,
Iſaiæ 24 adijcientes peccatis peccata. Ideo ſicut Iſaias prædixit:Congregabuntur congregatione
vnius faſcis & claudentur in carcere,haud dubium quin infernali[& ſunt quodammo-
do propria libertate captiuæ].i.animæ tales ſponte & libere manẽt in iſta vitiorum ca-
ptiuitate & ſeruitute, quoniam pœnitere non volunt nec reſipiſcere curant & ſatagunt.
Iſaiæ 28 Quia vt Iſaias expreſſit,percuſſerunt fœdus cum morte,& cum inferno pactum inierũt.
Ierem. 2 Quorum vnicuiq; dicitur apud Ieremiam:Arguet te malitia tua, & auerſio tua increpa-
bit te. Scito & vide quia amarum & malum eſt te reliquiſſe dominũ deum tuum,& non
eſſe timorem eius apud te. Poteſt quoq; ita exponi: [Sunt quodammodo propria liber-
tate captiuę].i.ipſa eorum libertas quodammodo capta eſt.i.à diabolo vinculata & vſu
ſuo priuata, propter vehementem aſſuefactionem ad praua, ita vt vix poſſint pœniten-
do reſurgere vtpote obſtinate. Veruntamẽ non ſunt abſolute loquendo libertate ſua pri
2.Tim.2 Prou. 5 uatę,alias nec peccarent. De talibus loquitur Paulus:Reſipiſcant à diaboli laqueis à quo
captiui tenentur ad ipſius voluntatem. De qua etiam vinculatione Salomon locutus:In F
iquitates,inquit,ſuæ capient impium,& funibus peccatorũ ſuorum conſtringetur. Hinc
Iſaiæ.23 protulit Iſaias:Omnes vincti ſunt pariter,dureq́; ligati. Conſequenter philoſophia tan
git nec diuinæ prouidentiæ,pręcognitione,ordinatione ac ordine excludi[Quæ tamen]
hoc eſt,quæ omnia liberi arbitrij facta & opera, [intuitus ille prouidentiæ cuncta pro-
ſpiciens ab æterno].i.vniuerſa & ſingula in ipſo æternitatis momento clariſſime intuẽs
Ecci 23 tanquã ſapiẽtiæ ſuæ præſentia[infallibiliter cernit]iuxta illud Eccleſiaſtici: Oculi domi-
ni multo plus lucidiores ſuper ſolem, circumſpicientes omnes vias hominum, domino
enim deo antequam crearentur cuncta ſunt cognita [& ſuis quæq; meritis prædeſtina-
ta diſponit]Nõ eſt hoc ita intelligendum,quod aliquis pręděſtinatus ſit meritis ſuis, ſed
quod deus[diſponit].i.locat,remunerat,ordinat[pręděſtinata quęq;].i. cunctos pręde-
ſtinatos[meritis ſuis].i.ſecundum ſuorum exigentiam meritorum,prout in Apocalypſi
fatur:Ecce venio cito,& merces mea mecũ eſt,dare vnicuiq; iuxta opera ſua. Hinc Chri
Apo.22 Iohan.14 ſtus ait:In domo patris mei mãſiones multæ ſunt.i. diuerſi gradus præmiorum iuxta va
rietatem meritorum. Sic & præſcita.i.ipſos præſcitos diſponit ſecundum eorum deme-
Eccles.12 rita. Vnde & Eccleſiaſtes promulgauit:Cuncta quę fiunt adducet deus in iudicium,pro
omni errato ſiue bonum ſit ſiue malum. Paulus quoq;:Omnes nos manifeſtari oportet
ante tribunal Chriſti,vt referat vnuſquiſq; propria corporis prout geſſit ſiue bonum ſi-
ue malum. Poſtremo ad iſtud probãdum adducit philoſophia authoritatem cuiuſdam
ſapientis græcorum,cuius iſte eſt ſenſus:Deus omnia videt, & omnia audit. Quæ verba
Pſalmo 93 etiam ſupra inducta ſunt atq; expoſita,& cõſonat eis iſtud Pſalmiſtæ: Qui plantauit au
rem non



A rem non audiet,aut qui finxit oculum non cõſiderat? Circa quod loquitur Auguſtinus: Auguſtin.
Deus qui præuidit dedit tibi potentiam,qua vides,& ſenſum quo audis,nonne & ipſe vi
det & audit?Ideo Ieremias loquitur:Putaſne deus è vicino ego ſum, & non deus de lon- Ierem. 23
ge,ſi occultabitur vir in abſconditis,& ego non videbo eum? IOHAN. Cupio edoceri
quid ſit liberum arbitrium,an dicat potentiam,an actum,an habitum. An pertineat ad
intellectum,an ad voluntatem,& ſi ad vtrunq;,ad quid magis, & vtrum ſit ſpecialis po-
tentia,quod ſi ſic,cur de illa vi animæ non ſunt loquuti philoſophi. Rurſus an in angelis
liberum extet arbitrium,an item in deo conſiſtat. Et videtur quod non, quoniam libeꝝ
arbitrium poteſt in vtrunque oppoſitorum,puta in bonum & malum, ſed deus & beati
nequeunt niſi in bonum.

## Solutio quæſtionum iſtarum. ARTIC. IIII.

### DIONYSIVS.

DE libero arbitrio ſunt opiniones diuerſæ. Alexander de Hales ſuper ſecundũ
Sententiarum potius tenet quod ſit potentia ab intellectu & volũtate diſtin-
cta,& media inter eas. Quod item philoſophos latuit ſicut & alia multa,quę
ſunt in rerum natura,quæ & allegat pro ſe,quod ſecundum Auguſtinum li- Auguſtin.
B berum arbitrium,eſt facultas intellectus & voluntatis,qua bonum eligitur gratia aſſiſtẽ
te,& malum gratia deſiſtente. Alij dicunt quod liberum arbitrium ſit habitus volunta-
tis,quia in libro de libero arbitrio ſcribit ſanctus Bernardus, quod liberũ arbitrium eſt
habitus animi liber ſui. Et rurſus, quod liberum arbitriũ eſt liber voluntatis ſeu animæ
motor. Alij opinantur q̊d ſit actus rationis ſeu intellectus,quia arbitrium eſt idem quod
iudicium,quod proprie nominat actum. Porro Albertus Alexandro concordat,dicen-
do:Secundum dicta ſanctorum dicendum videtur,quod liberum arbitrium eſt ſpecialis
potentia,eiuſq́; virtus diffunditur in vires inferiores,quas mouet,& primo in rationem
ac voluntatem,propter quod facultas rationis ac voluntatis vocatur, libertas quippe li
bero arbitrio conuenit per ſe, voluntati autem & rationi per participationem libertatis
liberi arbitrij. Verum huic opinioni Thomas & Bonauentura multa obijciunt. Etenim
ponere in anima potentiam quandam tam voluntate quàm ſuperiorem ratione,et quod
libertas non conueniat volũtati per ſe,videtur penitus abſurdum & à veritate extraneũ.
Denique ſanctus Auguſtinus in toto libro de Trinitate inueſtigando qualiter enarratio Auguſtin.
ad intra ſit in diuinis,& in quibus viribus cõſiſtat ſummæ trinitatis imago in nobis,nul-
lam facit mentionem de libero arbitrio,tanquam de vi ab intellectu & voluntate diſtin
cta,ſed in memoria, intellectu & voluntate dicit ſuper benedictæ Trinitatis imaginem
C in nobis conſiſtere. Iterum ait,quod nihil altius intellectu in nobis habeamus. Idem af-
firmat Philoſophus X. Ethicorum: Quanquam quidam imaginentur voluntatem intel
lectu ſuperiorem,cum tamen voluntas de ſe cæca ſit ſimiliſq́; tyranno, niſi intellectu re-
gatur ac illuſtretur. Amplius vt Bonauentura fatetur: Omnes actus qui libero arbitrio
aſſcribuntur per rationem ac voluntatem ſufficienter exercentur , nec ſine neceſſitate eſt
inducenda pluralitas. Nam & voluntas vult ſe velle & mouet ſe ad volendum. Ratio
quoq; diſcernit ſe & propriũ actũ,& ad intelligẽdũ ſe excitat. Attñ propter diſtinctionẽ
rõnis q̃ eſt inter libeꝝ arbitriũ & inter rationẽ ac volũtatẽ,appellat rõnis facultas ac vo
lũtatis. His v̄bis addit Bonauentura,libeꝝ arbitriũ rõnem & volũtatẽ cõplectitur & in-
cludit,q̊d manifeſtat noĩatio & notificatio eius,ac etiã inquiſitio ſuæ proprietatis. Dicit
eñ libeꝝ & arbitriũ,arbitriũ aũt ſpectat ad rõnem,libeꝝ vero ad volũtatẽ. Veruntñ ad
volũtatẽ plus ptinet,nẽpe in rõne cõſiſtit inchoatiue, qa volũtas nõ mouet nec agit, niſi
præcedẽte actu aliq̊ rõnis. In volũtate aũt cõſiſtit cõſummatiue. His dictis Thomas cõ-
cordãs,ait in 1. parte Sũmæ 83. quæſtione:Quædã res operant ſine iudicio,vt inaĩata,quę
dã vero cũ iudicio præuio,ſed nõ libero,ſicut ouis cernẽs lupũ mox iudicat fugiendum,
q̊d iudiciũ nõ eſt ex pręuia collatione,ſed naturali inſtinctu,homo vero agit ex libero iu
dicio, qa & rõnem rei cognoſcit & per rõnis collationẽ iudicat de re,ſicq́; ferri poteſt in
partẽ vtranq;. At vero proprius actus liberi arbitrij extat electio, ideo nanq; dicimur li
beri arbitrij,qm̃ poſſumus vnũ acceptare & aliud repudiare. Ad electionẽ aũt concurrit
aliqd ex parte intellectus,puta cõſiliũ q̃ iudicat aut inueſtigat qd ſit alteri præferendũ, &
aliqd ex parte volũtatis,vz acceptio vnius præ alio. Cũq; electio ſit eoꝝ q̃ ſunt & ordi
m iij nan

METR. II. nantur ad finem, quæ habent rationem boni vtilis quod continetur ſub bono, quod eſt D
voluntatis obiectum, idcirco electio ſpectat ad voluntatem, liberumq; arbitrium eſt ap-
petitiua potentia puta voluntas. Huic poſitioni Thomæ Petrus de Tharentaſia conſo-
nat. Ad quæ omnia clarius intelligenda confer quod ſcribit Richardus de media villa,
dicendo: Damaſcenus lib. 2. dicit quod liberum arbitrium nõ eſt aliud q̃ voluntas. Au-
Auguſtin. guſtinus quoq; lib. 2. de libero arbitrio loquitur: Non peccamus niſi libero arbitrio vo-
luntatis. Itaq; ſi liberum arbitrium dicatur ab arbitratione conſiliatiua, cum talis arbi-
tratio ſit actus intellectus, liberꝝ arbitrium cõtinet directe intellectum & voluntatem in
propria ratione, qm̃ liberꝝ velle à voluntate elicitur, & ipſa arbitratio conſiliatiua actus
eſt ipſius intellectus. Si vero dicatur liberꝝ arbitrium ab arbitratiõe imperatiua, qua qs
abſolute vult aliquid aut nõ, ſic intellectus nõ eſt de ratione liberi arbitrij niſi diſpoſiti-
ue, imo formaliter liberꝝ arbitrium eſt ipſa voluntas prout cõſideratur poſt deliberati-
onem intellectus, vel poſt tempus in quo deliberare quis potuit & debuit. De his præal-
legati doctores ſuper tertium Sententiarum plura conſcribunt, quoꝝ dicta ibidem ple-
nius introduxi. Deniq; multiplex eſt libertatis diſtinctio, vna quam ponit B. Bernardus
in lib. de libero arbitrio: Quædam, inquiens, eſt libertas cõſilij, quædam complaciti, quæ
dam arbitrij. Magiſter vero Sententiarum libro 2. Quędam eſt, ait libertas à coactione
Eccl. 15 quædam à culpa, quædam à miſeria. De prima in Eccleſiaſtico legitur: Deus reliquit ho- E
2. Cori. 3 minem in manu conſilij ſui. De ſecunda Apoſtolus: Vbi ſpiritus domini, ibi libertas. De
Roma. 8 tertia ad Roma. Ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ fi
liorum dei. Iterum quædam eſt libertas naturæ, quædam gratiæ, quædam gloriæ. Ex prę
habitis patet quod in angelis eſt excellẽtiori modo liberum arbitrium, & in vniuerſis be
atis potiſſime in ſuperſublimi deo, nec ad hanc veram ac pręclariſſimam beatorum liber
tatem exigitur, poſſe peccare, poſſe à bono auerti, aut contradictionis poteſtas. Imo poſ-
ſe peccare, poſſe deficere, poſſe bonum & non bonum, eſt impotentia potius q̃ vera po-
tentia. Eſt erga illorum libertas, ab omni coactione culpa & calamitate immunitas, im-
mobiliſq; complacentia id quod arbitrantur. Sed cum liberum arbitrium ſit quoddam
compoſitum ſeu coplexum ex adiectiuo & ſubſtantiuo, ſubſtantiuum illud videtur rei
ſignificatæ eſſentiam deſignare, adiectiuum vero proprietatem ipſius. Vnde ſequi vide-
tur, quod res ſignificata iſto complexo ſit eſſentialiter ipſum iudicium ſeu arbitrium, q̇d
realiter ſpectat ad intellectum, qui etiam ex ſua natura habet aliquam libertatem. Ex qui
bus ſequi videtur, quod liberum arbitrium realiter principaliterq; ad intellectum perti-
neat, quamuis ad voluntatẽ valeat pertinere imperatiue, ſicut & cæteri actus intellectus,
ad quos mouet voluntas. Nec obſtat quod intellectus cogi poteſt, non liberum arbitri-
um, quia ex hoc non ſequitur niſi diſtinctio ſecundum rationem, videlicet quod intelle- F
ctus ſecundum proprietatem & rationem formalem, qua ſortitur nomen liberi arbitrij,
ſeu actus liberę iudicationis ei conuenit, non cogitur, quemadmodum etiam diſtinguũ
tur intellectus & ratio, ratio quoque ſuperior & inferior. Deſcriptio demum Auguſtini
prætacta de libero arbitrio datur de eo ſecundum quod cõuenit homini in ſtatu præſen
ti. Poſtremo qualiter libertas arbitrij non repugnet incommutabili certitudini prouidẽ
tiæ, adhuc infra clarius exprimetur. De qua re Ptholomeus quoq; in cẽtilogio loquitur,
quod ſapiens medicus proſpiciens imminere ſiccam calidamq; æſtatem, veſci poteſt fri-
gidis ac humidis alimentis, ne in æſtate lædatur eius cõplexio, ſicq; aſtris ſapiens dñatur.

## METRVM II. LIBRI V.

PVro clarum lumine Phœbum
Melliflui canit oris Homerus.
Qui tamen intima uiſcera terræ
Non ualet aut pelagi, radiorum
Infirma perrumpere luce.
Haud ſic magni conditor orbis,
Huic ex alto cuncta tuenti
Nulla terræ mole reſiſtunt,
Non nox atris nubibus obſtat,
Vno mentis cernit in ictu

Quæ



A Quæ ſint, quæ fuerint, ueniantq;,
Quem (quia reſpicit omnia ſolus)
Verum poſſis dicere ſolem.

### Elucidatio metri ſecundi huius libri quinti.

### ARTIC. V.

QVia in fine proſæ præhabitæ tactum eſt de ſplendidiſſima claritate cognitio-
nis diuinæ ac prouidentiæ dei, hic ad oſtendendum eminentiam claritatis illi-
us inducitur comparatio, quædam de ſole ſenſibili, quæ quamuis præ cunctis
corporibus viſibilibus nobis mira lympiditate reſplendeat, claritate tamen at-
que acumine cognitionis prouidentiæ dei deficit infinitæ. Itaque ait: [Homerus], i. poe-
ta ille apud Græcos præcipuus, ſicut apud Romanos Vergilius [oris melliflui]. i. dulcis in
verbis & ſcriptis, atq; carminibus inſtar mellis [canit]. i. laudat [Phœbum]. i. ſolem [lu-
mine claro]. i. de ſuo præfulgido iubare, [qui tamen] ſol [non valet prorumpere]. i. attin
gere & perfundere [intima viſcera terræ]. i. profundiora loca ſub terra [aut pelagi]. i. ma
B ri [luce] radiorum ſuorum [infirma]. i. imbecilli & modica reſpectu luminis increati, cu
ius comparatione oĩs lux creata eſt quaſi caligo. Ideo ſubditur: [Cõditor magni orbis]
. i. creator totius mundi [haud ſic]. i. non ita ſe habet nec aliquo modo eſt luminis imbe
cillis [nulla terræ mole]. i. nulla terræ pars vel nulla ſub terra latentia reſiſtunt, [huic tu-
enti]. i. conſpicienti [cuncta ex alto]. i. à ſummo cœlo, ita quod luminis ſui penetrationẽ
ac ſuæ notitiæ viſionem impediant. Omnia enim conſpicit in ſeipſo, qui perfecte cogno-
ſcendo ſuijpſius eſſentiam, omnia intelligit in eadem, quæ eam quocunq; modo imitan
tur, ſiue participant, participareue poſſunt, hoc eſt, cuncta creata & creabilia. Quia hæc
omnia idealiter in ea relucent, qui etiam perfecte cognoſcendo omnipotentiam ſuam,
vniuerſa cognoſcit in ea, q̃ proceſſerunt, procedunt, procedent, ſeu procedere poſſunt ab
ea. [Nox non obſtat] cognitioni ipſius [nubibus atris]. i. obſcuris. Ipſe conditor [cernit
in vno mentis ictu]. i. vnico ſimpliciſſimo intuitu omnia [quæ ſunt, quæ fuerint & venia
unt,] hoc eſt, vniuerſa præterita, præſentia, & futura, [quæ poſſis dicere]. i. metaphorice
appellare [ſolem] ſpiritualem & intellectualem. Qui etiam quãtum ad hoc vocatur ſol
verius, de quo in hymno ait Ambroſius: Veruſq; ſol illabere. Non tamen vocatur ſol ve
rus propter conformitatem & vnitatem naturę in ſole vtroque, ſed propter aſſimulatio-
nem & eminentiam proprietatis in lucendo, & alia multa agendo. Iuxta quem modum
C Chriſtus diſſeruit: Ego ſum vitis vera. Vnde ſubiungitur: [quia reſpicit omnia ſolus,] id Iohan. 15
eſt, ipſe ſolus propria poteſtate & luce reſpicit vniuerſa & ſingula, non ſolum quæ ſunt,
ſed quæcunque aliquo modo eſſe poſſunt. Hinc & iuxta nominis interpretationem dici-
tur ſol vere & eminenter, quoniam ipſe ſolus omnibus lucet. Hinc quarto capitulo de di
uinis nominibus loquitur Dionyſius: Lumen ſeu radius ſolis eſt imago bonitatis diui-
næ, quemadmodum enim diuina bonitas omnibus ſupereminens influendo pertranſit
à ſummis ſubſtantijs vſque ad infima, ita ſol iſte ſenſibilis omnibus lucis ſuæ capacibus
copioſe & liberaliter ſe communicat ac diffundit. Hinc de deo altiſſimo iniqui fatentur:
Sol intelligentię non eſt ortus nobis. De quo item per Malachiam deus pater pollicitus
eſt: Orietur vobis timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ.

## PROSA III. LIBRI V.

TVM ego: En, inquam, difficiliori rurſus ambiguitate con-
fundor. P. Quænam, inquit, iſta eſt? iam enim quibus pertur-
bare, coniecto. B. Nimium, inquam, aduerſari ac repugnare
uidetur, prænoſcere uniuerſa deum, & eſſe ullum libertatis ar
bitrium. Nam ſi cuncta proſpicit deus, neq; falli ullo modo poteſt, eueni
re neceſſe eſt, q̇d prouidẽtia futurꝝ eſſe præuiderit. Quare ſi ab æterno nõ

 facta

facta hominum modo, ſed etiam conſilia, uoluntateſque prænoſcit, nul- D
la erit arbitrij libertas. Neque enim uel factum aliud ullum, uel quælibet
exiſtere poterit uoluntas, niſi quam neſcia falli prouidentia diuina præſen
ſerit. Nam ſi res aliorſum q̃ prouiſæ ſunt, detorqueri ualent, non iam erit
futuri firma præſcientia, ſed opinio potius incerta: quod de deo credere ne
ƥhas iudico. Neq; enim illam probo ratione̅, qua ſe quidam credunt hu̅c
quæſtionis nodum poſſe diſſoluere. Aiunt enim non ideo quid eſſe euen-
turum, quoniam id prouidentia futurum eſſe proſpexerit, ſed econtrario
potius: quoniam quod futurum eſt, diuinam prouidentiam latere non poſ
ſit, eoque modo neceſſarium eſt, hoc in contrariam relabi partem. Neque
enim neceſſe eſt contingere, quæ prouidentur: ſed neceſſe eſt quæ futura
ſunt prouideri. Quaſi uero, quæ cuiuſq; rei cauſa ſit, præſcientia ne futu-
rorum neceſſitatis, an futurorum neceſſitas prouide̅tiæ, laboretur. At nos
illud demonſtrare nitamur, quomodo ſe habeat ordo cauſarum, neceſſari E
um eſſe eue̅tum præſcitarum rerum, etiam ſi præſcie̅tia futuris rebus eue
niendi neceſſitatem non uideatur inferre. Etenim ſi quiſpiam ſedeat, opini-
onem quæ eum ſedere coniectat, ueram eſſe neceſſe eſt. At econuerſo rur-
ſus ſi de quopiam uera ſit opinio, quoniam ſedet, eum ſedere neceſſe eſt. In
utroq; igitur neceſſitas ineſt, in hoc quidem ſedendi, at uero in altero ueri
tatis. Sed non idcirco quiſque ſedet, quoniam uera eſt opinio: ſed hæc po-
tius uera eſt, quoniam quempiam ſedere præceſſit. Ita cum cauſa ue-
ritatis ex altera parte procedat, ineſt tamen communis in utraque neceſſi-
tas. Similia de prouidentia futuriſque rebus ratiocinari oportet. Nam eti-
am ſi idcirco, quoniam futura ſunt, prouidentur: non uero ideo, quoniam
prouidentur, eueniu̅t: nihilominus tamen a deo uel uentura prouideri, uel
prouiſa euenire neceſſe eſt: quod ad perimendam arbitrij libertatem ſolu̅
ſatis eſt. Iam uero q̃ præpoſterum eſt, ut æternæ præſcientiæ temporaliu̅ F
rerum euentus cauſa eſſe dicatur? Quid eſt autem aliud arbitrari, ideo de-
um futura (quoniam ſunt euentura) prouidere, q̃ putare quæ olim accide-
runt, cauſam ſummæ illius eſſe prouidentiæ? Ad hec, ſicuti cum quid eſſe
ſcio, idipſum eſſe neceſſe eſt: ita cu̅ quid futuru̅ noui, idipſum futurum eſ-
ſe neceſſe eſt. Sic fit igitur, ut euentus præſcitæ rei nequeat euitari. Poſtre-
mo ſi quid aliquis aliorſum q̃ ſeſe res habet, exiſtimet, id non modo ſcien-
tia non eſt, ſed eſt opinio fallax, a ſcientiæ ueritate longe diuerſa. Quare ſi
quid ita futurum eſt, ut eius certus ac neceſſarius non ſit eue̅tus, id euentu-
rum eſſe præſciri qui poterit? Sicut enim ſcientia ipſa impermiſta eſt fal-
ſitati: ita id quod ab ea concipitur, eſſe aliter quam concipitur, nequit. Ea
nanque cauſa eſt, cur mendacio ſcientia careat, quod ſe ita rem quanque
habere neceſſe eſt, uti eam ſeſe habere ſcientia comprehendit. Quid igitur?
Quonam modo D E V S hæc incerta futura prænoſcit? Nam
ſi ineuitabiliter euentura cenſet, quæ etiam non euenire poſſibile eſt, falli-
tur, quod ſentire non modo nephas eſt, ſed etiam uoce proferre. At ſi uti
ſunt



A ſunt, ita & futura eſſe decernit: ut æque fieri ea uel non fieri poſſe cogno-
ſcat, quæ eſt hæc præſcientia, quæ nihil certum, nihil ſtabile comprehen-
dit? Aut quid hoc refert uaticinio illo ridiculo Tireſiæ,

Quicquid dicam, aut erit, aut non?

Quid etiam diuina prouidentia humana opinione præſtiterit, ſi (uti homi
nes) incerta iudicat, quorum eſt incertus euentus? Quod ſi apud illum re-
rum omnium certiſſimum fontem, nihil incerti eſſe poteſt: certus eorum
eſt euentus, quæ futura firmiter ille præſcierit. Quare nulla eſt humanis
conſilijs actionibuſq; libertas: quas diuina mens ſine falſitatis errore cun-
cta proſpiciens, ad unum alligat & conſtringit euentum. Quo ſemel rece-
pto, quantus occaſus humanarum rerum conſequatur, liquet. Fruſtra e-
nim bonis maliſque pręmia, pœnæue proponuntur, quæ nullus meruit li
ber ac uoluntarius motus animorum. Idque omnium uidebitur iniquiſſi-
B mum, quod nunc æquiſſimum iudicatur, uel puniri improbos, uel remu-
nerari probos: quos ad alterutrum non propria mittit uoluntas, ſed futu-
ri cogit certa neceſſitas. Nec uitia igitur, nec uirtutes quicqua̅ fuerint, ſed
omnium meritorum potius miſta atque indiſcreta confuſio. Quoque ni-
hil ſceleratius excogitari poteſt, cum ex prouidentia rerum omnis ordo
ducatur, nihilque liceat conſilijs humanis, fit ut uitia quæque noſtra ad bo
norum omnium referantur authorem. Igitur nec ſperandi aliquid, nec de-
precandi ulla ratio eſt. Quid enim uel ſperet quiſquam, uel etiam deprece
tur, quando optanda omnia indeflexa ſeries connectit? Auferetur igitur
unicum illud inter homines deumq; commercium, ſperandi ſcilicet & de-
precandi. Siquidem iuſtæ humilitatis precio inæſtimabilem uicem diui-
næ gratiæ promeremur: qui ſolus modus eſt, quo cum deo colloqui ho-
mines poſſe uideantur, illique inacceſſæ luci prius quoque, quam impe-
trent, ipſa ſupplicandi ratione coniungi: quæ ſi recepta futurorum neceſſi-
C tate nihil uirium habere credantur, quid erit, quo ſummo illi rerum princi
pi connecti atque ahærere poſſimus? Quare neceſſe erit humanum genus
(uti paulo ante cantabas) diſſeptum atque diſiunctum ſuo fonte ſatiſface-
re.

## Elucidatio proſæ tertiæ libri quinti.
## ARTIC. VI.

TVM ego: En inquam, &c. Poſtquam de incomparabili certitudine prouiden-
tiæ & præcognitionis dei tractatum eſt, iam circa hoc mouet Boethius quæ-
ſtionem difficilem & antiquam, quomodo ſimul ſtent certitudo & infallibili-
tas prouidentiæ diuinæ & contigentia rerum ac libertas flexibilitaſq; humani
præſertim arbitrij. [Tum ego]. i. præhabitis iam inductis ego Boethius [En inqua̅ diffici
liori rurſus ambiguitate co̅fundor]. i. inquietor & anxior rurſus intricari & profundio-
ri q̄ſtione q̃ ante [Quæna̅ inquit iſta eſt]. i. philoſophia dixit, q̃ eſt ambiguitas iſta, [Iam
em̅ q̇bus ƥturbare co̅iecto]. i. conijcio & ſuſpicor q̇bus co̅ſiderationibus ƥturberis. Ad
q̄d Boethius: [Nimiu̅, inqua̅ aduerſari & repugnare videntur prænoſcere vniuerſa deum
& eſſe vllum libertatis arbitrium]. i. hæc duo videlicet deum prænoſcere vniuerſa, ſeu
quod deus cuncta prænoſcat, & quod in nobis ſit aliquod libertatis arbitrium videntur
oīno oppoſita & incomparabilia [Nam ſi cuncta prænoſcit deus, nec falli vllo modo po
teſt,

PROSA III. reſt,euenire neceſſe quod prouidentia futurum eſſe præuiderit. Quare ſi ab æterno facta D
hominũ non modo,ſed etiam conſilia & voluntates prænoſcit deus.]hoc eſt,ſi deus p̄ re
noſcit ab æterno non ſolum facta hominum, ſed etiam conſilia & voluntates eorꝫ nul-
la erit arbitrij libertas.[Neq; enim vel factum aliud vllum , vel quælibet exiſtere poterit
voluntas].i.nec vllum aliud factum nec quæcunq; alia volũtas ſeu volitio, affectio,ſiue
res volita poterit exiſtere,[niſi q̃ falli neſcia prouidentia diuina p̄ceſſerit].i,niſi ea volũ-
tas & id factum,quæ diuina prouidentia ab æterno præuenit[Nam ſi]ſ.res à deo præui-
ſæ[valeant detorqueri].i. flecti,mutari, & trahi[aliorſum].i.ad aliam partem aut habi-
tudinem[q̃ præuiſæ ſunt]à deo,[iam non erit futuri firma præſcientia].i.ſequitur quod
in deo non ſit certa futurorꝫ præcognitio[ſed opinio potius incerta, quod de deo crede
re nephas iudico].i. illicitum arbitror eſtimare quod in deo ſit incerta futurorũ opinio,
quæ eſt aſſenſus ſeu eſtimatio de aliquo cum formidine de oppoſito. Conſequenter Bo-
ethius reprehendit & reprobat ſolutionem quorundam[Neq; enim probo rationem].i.
non approbo illam aliquorum reſponſionem ſiue doctrinam , [qua ſe quidam credunt
hunc quæſtionis nodum poſſe diſſoluere]. i.qua ratione aliqui putant ſe poſſe diſſolue-
re,explicare,atq; euodare nodum hunc,id eſt,inuolutionẽ & difficultatem hanc quæſti-
onis propoſitæ[Aiũt enim nõ ideo quid eſſe euenturꝫ qm̃ id prouidentia futurꝫ eſſẽ pro-
ſpexit,ſed econtra potius,qm̃ quod futurꝫ eſt].i. futurꝫ euentũ,[id diuinam prouidentiã E
latere nõ poſſe]quaſi dicant,nõ ideo res neceſſario eueniunt,quia à deo præuidentur,ſed
contra,quia res euenient,idcirco à deo neceſſario præuidẽtur,quia nil futurorꝫ poteſt de-
um latere[eoq; modo neceſſariũ hoc].i.per hunc modum neceſſitatem iſtam[in contra-
riã relabi partẽ].i.aſſcribẽdã eſſe alteri parti,vtpote q̊d neceſſitas ꝓuidẽtiæ prouenit ex
rerum euentu,nõ neceſſitas euentus futuritioniſq; rerum ex prouidentia dei[Neq; enim
eſt neceſſe cõtingere quæ præuidentur,ſed neceſſe eſt quæ futura ſunt præuideri,]vt iſta
opinio dicit.Contra quam obijcit,iſtud ſonat aut dicitur:[Quaſi laboretur ſciri].i.ac ſi
conemur agnoſcere[quæ cauſa ſit cuiuſq; rei].i.quid horꝫ duorꝫ ſit cauſa alterius[vtrũ
præſcientia dei ſit cauſa]neceſſitatis,[futurorũ an neceſſitas futurorꝫ ſit cauſa prouiden-
tię dei.At non demõſtrare nitamur].i.nõ curemus de iſto principaliter inquirere & pro
bare,quid ſcilicet horum ſit verius [quoquo modo ſe habeat ordo cauſarꝫ].i.quocunq;
horꝫ modo ſe habeat ordo cauſarꝫ,id eſt,ſeries ſeu cõſequentia neceſſitatis iſtius vel ne-
ceſſariæ huius illationis,hoc eſt,vtrum prouidentia dei cauſa ſit neceſſitatis neceſſarij e-
uentus rerꝫ, vel futuritio aut euentus rerꝫ ſit cauſa neceſſitatis prouidentiæ dei ſupple ſe-
quitur[neceſſariũ eſſe euentũ præſcitarꝫ rerꝫ etiam ſi præſcientia dei futuris rebus eueni
endi neceſſitatem non videatur inferre].i.quamuis nõ inferat eis neceſſitatem.[Etenim
ſi quiſpiam ſedeat, opinionem quæ eũ ſedere coniectat veram eſſe neceſſe eſt].i. ſi aliq̄s F
ſedeat neceſſariũ eſt quod opinio quæ putat ſeu conijcit eũ ſedere ſit vera. Quod verꝫ eſt
de veritate conditionata & ex ſuppoſitione, nõ de neceſſitate abſoluta & ſimplici aſſer-
tione,quẽadmodũ ſi aſellus volat,neceſſario habet alas[atq; econtrario].i.ſi opinio Pe-
tri ſit vera,qua opinatur Iohannem ſedere, neceſſe eſt q̊d ſedeat ſicut ſubiungitur:[Si de
quopiam].i.aliquo[vera ſit opinio quod ſedeat,eũ ſedere neceſſe eſt]ſtante tali conditi
one[in vtroq; igitur neceſſitas ineſt,] id eſt,neceſſitas iſta conditionalis eſt tam in opini
one q̃ in re opinata.[In hoc quidem ſedendi].i.in iſto ſedente eſt neceſſitas ſeſſionis ſeu
neceſſaria ſeſſio ſtante illa conditione.[At vero in altero veritatis].i.in opinione eſt ne-
ceſſitas veritatis conditionata [Sed non idcirco quiſque ſedet quoniam vera eſt hæc,]id
eſt,iſta opinio qua putatur ſedere, [ſed hæc potius vera].i. opinio ſeu propoſitio dicens
aliquem ſedere idcirco eſt vera[qm̃ quempiam ſedere præceſſit].i.quia aliquis prius cœ
pit ſedere,q̃ opinio illa fuit de illo.Nempe vt Ariſtoteles dixit,propter hoc quod res eſt,
vel non eſt, oratio dicitur vera aut falſa. [Ita cum cauſa veritatis ex altera parte proce-
dat,]id eſt,ex re ipſa dependeat,[ineſt tamen communis in vtroq; neceſſitas,]id eſt.con
ditionata neceſſitas veritatis eſt tam in opinione quàm in re. [Similia de prouidentia &
futuris rebus ratiocinari oportet]ſicut iam ratiocinatum eſt de opinione & re.Quod cõ
ſequenter exponitur:[Nam idcirco quoniam futura ſunt præuidẽtur.]id eſt,dato quod
aliqua ideo præuidentur à deo,quia futura ſunt,vt dicit p̄facta opinio, [non vero ideo,
quoniam præuidentur eueniunt.]id eſt,non ideo eueniant quoniam ſunt præuiſa,vt ſen
tit præfata opinio, [nihilominus tamen à deo vel ventura præuideri vel præuiſa neceſſe
eſt



A eſt euenire,]id eſt,non minus neceſſarium eſt aut neceſſario ſequitur,vt deus futura præ
uideat quod neceſſarium eſt,vel quod præuiſa eueniant quod non eſt neceſſarium abſo
lute & in ſenſu diuiſo, atq; loquẽdo de præuiſis materialiter & per reſpectum eorum ad
proprias & proximas naturaleſq; cauſas,eſt tamen neceſſe loquendo de prouiſis forma-
liter & in ſenſu compoſito,hoc eſt inquantum præuiſa ſunt,ac per reſpectum ad ſummã
primam,vniuerſalemq; cauſam,vtpote ad præuidentiam dei, [quod ſolum ad perimen-
dam liberi arbitrij libertatem ſatis eſt,]id eſt,ſolum iſtud ſufficit ad reprobandum & de
ſtruendum liberum arbitrium, hoc Boethius dicit argumentando non aſſerendo, quia
nec verum eſt. Sequitur alia ratio reprobationis prædictæ opinionis: [Iam vero q̃ præ-
poſterum,] id eſt, valde peruerſum eſt nunc dicere, [vt æternę pręſcientię temporalium
rerum euentus cauſa eſſe dicatur,]id eſt, quod efficientia, adimpletio, ſeu productio re-
rum temporalium aut creatarum dicatur eſſe cauſa ęternę pręſciẽtię ſeu prouidentię dei,
cum pręſcientia illa ſit ipſemet deus prænoſcens ac præuidens,certumq; eſt quod creatũ
ac temporale nequaquam valeat eſſe cauſa æterni & increati.Interea animaduertẽdum
quod Origenes ſuper epiſtolam Pauli dixit hæc verba , vtpote non ideo aliquid euenit,
quia præuiſum eſt,ſed quia futurum ideo eſt præuiſum.Nec tamen Origenes hoc protu
lit ad hunc ſenſum in quo Boethius ea hic accipit,ſed ad longe alium ſenſum,vt infra pa
B tebit.[Quid autem eſt aliud arbitrari].i.quid aliud eſt iudicare ſeu adfirmare, [deũ pręe-
uidere futura ideo quoniam ſunt euentura, q̃ putare id quod olim acciderit].i. rem du-
dum præteritam[eſſe cauſam ſummæ illius præuidentiæ?]Quod ſicut origenes nullate-
nus putauit,ita nec verba illa ad ſenſum hunc protulit. Conſequenter Boethius adhuc
alijs rationibus ſcholaſtice probat,quod pręſcita à deo neceſſe ſit euenire:[Ad hęc,]hoc
eſt,ad hęc prædictis adijcio[ſicut dum aliquid eſſe ſcio,ipſum eſſe neceſſe eſt ita cum no
ui aliquid eſſe futurum,neceſſe eſt illud eſſe futurꝫ.]Iſtud eſt argumentum à ſimili,ita q̊d
ſicut eſſe ſe habet ad præſens,ita futurum eſſe ad futurum.Et procedit hoc argumentum
in ſenſu compoſito non in ſenſu diuiſo,vt infra dicetur,vbi iſta ſoluẽtur.[Sic ſit igitur]
.i.ita conſequitur[vt euentus præſtitæ rei nequeat euitari]quod falſum eſt loquendo de
re præſcita materialiter.Sequitur ad idem probãdum alia ratio:[Poſtremo ſi quis exiſti-
met].i.reputet & affirmet[quid].i.aliquid[aliorſum].i.aliter[q̃ res illa habeat ſeſe].i.q̃
conueniat ſibi[id non modo ſcientia non eſt].i. talis cognitio non ſolum non eſt ſcien-
tia quæ non eſt niſi verorum,quoniam falſum non ſcitur,[ſed eſt opinio fallax]à ſcien-
tiæ veritate longe diuerſa[Quare ſi quid ita futurum ſit vt eius certus ac neceſſarius non
ſit euentus].i.adimpletio ſeu futuritio eius certa ac neceſſaria non ſit[id euenturum eſſe
præſciri qui poterit].i.quomodo poterit præſciri id euenturum eſſe[Sicut enim ſcientia
C ipſa immixta eſt falſitati, ita quod ab ea concipitur].i. ſic id quod ipſa ſcientia concepit
formaliter ſeu electiue videlicet conſideratio ſcientialis nequit eſſentialiter quam conci-
pitur. Ea nanq; cauſa eſt,cur mendacio ſcientia careat,quod ſe ita habere rem quanque
neceſſe ſit].i.rem quamcunq; cognitam habere ſe ita[vti ſeſe habere ſcientia comprehẽ-
dit].i. ſicut ſcientia comprehendit ſe habere rem illam. Scientia autem comprehendere
dicitur,quia ad apprehendendum inclinat ſcientiæ,& ſciens per ſcientiam concepit,quẽ-
admodum per charitatem diligit. Sequitur ad idem alia ratio vel potius rationis huius
declaratio[Quid igitur?].i.quid reſtat dicendum [Quonam modo deus hæc incerta fu-
tura eſſe prænoſcit?].i.futura quæ poſſunt non euenire & euenire[Nam ſi ineuitabiliter
futura cenſet].i.ſi deus apprehendit & iudicat ea ineuitabiliter eſſe ventura, [quæ etiam
non euenire poſſibile].i.quæ poſſibile eſt non euenire[fallitur]quia qui rem aliter appre
hendit quàm eſt,errat.[Quod ſentire[vtpote deum falli[non modo].i.non ſolum,[ne-
phas eſt].i.criminoſum[ſed etiã voce proferre].i.oretenus loqui ex leuitate ſeu alia cau
ſa nõ malitioſa etiã ſine interiori peruerſitate[Aut ſi vti ſunt ita ea futura eſſe decreuit].i.ſi
deus cognoſcit ea eſſe futura ſicuti ſunt, vtpote cõtingenter ac euitabiliter,[vt ęque fieri
ea vel nõ fieri poſſe cognoſcit].i.ita vt ęqualiter ſciat ea poſſe accidere & non accidere[q̃
eſt hęc p̄ſciẽtia q̃ nil certũ nil ſtabile p̄cipit].i.apprehẽdit & noſcit,q.d. imp̄fecta ẽ valde
& indicãs deũ p̄fectiõis immẽſę[aut q̄d hoc refert à vaticinio illo ridiculo].i.ridiculoſo,
[Tyreſię vatis].i.viri illius cui poetę fingũt à Ioue datũ ſpm̃ ꝓphetię,de q̊ fabuloſa & fi-
cta narrãt poetę,q̃ potius ſubticẽda q̃ depromẽda ratus ſum,cũ ſint carnalitatis ꝓuoca-
tiua,cuius vaticiniũ ſubdit:[Quicq̄d dico aut erit aut nõ erit?]Sequitur aliud incõueniẽs
ex hoc

PROSA III. ex hoc ſequens. [Quid].i.quid ſeu in quo aut quantum [diuina prouidentia pręſtiterit] D
.i.præſtantior & magis proficua erit[humanę opinioni]quaſi dicas parum eam excellet
[ſi vti homines iudicat incerta]..ſi inſtar hominum reputat incerta nobis etiam ſibi eſſe
incerta,& euitabiliter euenire, [quorum eſt incertus euentus].i. quorum euentus nobis
incertus eſt.[Quid ſi apud illum rerum omnium certiſſimum fontem].i.quia in intelle-
ctu diuino à quo omne bonum fontaliter ſcaturit,[nihil incerti eſſe poteſt].i.nihil de in
certitudine,ignorantia, vel errore poteſt eſſe admixtum,[certus eorum eſt euentus,] id
eſt, per reſpectum ad prouidentiam eius, [quæ firmiter illa futura præſcierit].i. quæ de-
us clare & ineffabiliter præintellexerit ventura.Conſequenter arguit Boethius ad aliam
partem, oſtendendo quam abſurdi & perniciosiſſimi ſequantur errores , ſi omnia dican
tur de neceſſitate contingere, nec homini inſit libertas arbitrij. [Quare nulla eſt huma-
nis conſilijs actionibusq; libertas,]hoc eſt,ſi cuncta neceſſario fiunt, ſequitur quod nul-
la libertas ſit in conſilijs & actibus hominũ[quas]ſcilicet actiones & conſultationes ſeu
inquiſitiones conſiliares de agendis aut fugiendis[mens]increata,[proſpitiens cuncta,]
id eſt,vniuerſa[ſine errore].i.veriſſime[in vnum colligit & conſtringit].i.certo cauſarũ
ordine ac proceſſu connectit atq; in vnum determinat certum[euentum] vt patet ex di-
ctis de fato ac prouidẽtia[Quo ſemel recepto].i.iſto errore admiſſo & approbato[quã-
tus occaſus humanarũ rerum conſequatur liquet].i.conſtat quàm grandis interitus, im E
becillitas,confuſio operum humanorum inde naſcantur ac ſubſequantur.[Fruſtra enĩ
bonis malisq; præmia pœnæue proponuntur].i. præmia virtutum inaniter proponun-
tur bonis hominibus,virtuoſis, aut vitiorum ſupplicia fruſtra proponuntur, minantur,
ac intentant malis & iniuſtis hominibus,[quæ]ſcilicet præmia & tormenta,[nullus mo
tus].i.actus nullus,affectus ſeu operatio[animorum].i.cordium humanorum[liber ac
voluntarius meruit,]quia in his & per ea quæ nequaquam vitare & effugere poſſumus,
non meremur nec demeremur.Propter quod dixit Philoſophus:Propter ea quæ inſunt
Auguſtin. nobis à natura,non laudamur nec vituperamur. Auguſtinus quoq;:Peccatum,ait,inten
tatum eſt voluntarium,quod ſi non eſſet voluntarium, non eſſet peccatum. Hinc liber-
tas eſt prima radix peccãdi,atq; in illis duntaxat potentijs animæ virtutes & vitia ſubie
ctiue cõſiſtunt,quæ libertatem alquo modo participant.Nihilominus etiam per alias vi
res bene agitur & peccatur,quemadmodum & per corporis membra.Subditur demum
aliud incõueniens quod ſequitur inde:[Idq; omnium videbitur iniquiſſimum quod nũc
æquiſſimum iudicatur,]id eſt,quod optimum iudicatur,peſſimum erit,videlicet impios
dure puniri,& virtuoſos glorificari.Vnde ſubiungit:[Vel puniri improbos vel remune
rari probos,]cum nec in improbis ſint vere demerita & peccata, nec in probis virtutes
ac merita,[quos]ſcilicet probos & improbos,[non voluntas propria mittit,]id eſt, mo F
uet ac dirigit, [ſed neceſſitas futuri,]id eſt, ineuitabilis cauſarum fatalium cogit ad alte-
rutrum,id eſt,ſiue ad bonum ſiue ad malum. [Nec vitia igitur nec virtutes quicquam fu
erint,]id eſt,hoc quoq; inde ſequitur,quod nec vnquam in hominibus fuerint veræ vir-
tutes, nec vitia proprie dicta,cum de ratione vtriuſq; extet libertas,[ſed omnium meri-
torũ potius mixta atq; indiſcreta confuſio,]id eſt, confuſiua mixtura & inſipientialis p-
mixtio meritorum ac demeritorum,dum quod vno reſpectu cenſetur malum, alio reſpe
ctu excuſabile eſt omnino,vtpote ineuitabiliter accidens. Conſequenter alia horrenda
abſurditas tangitur inde ſequens.[Cum omnis ordo].i.ordinatio recta diſpoſitio,con-
ueniens habitudo rerum creatarum,[ducatur],id eſt,deriuetur ac profluat,[ex prouiden
Roma. 11 tia dei]& ex ſapientia,quia vt ait Apoſtolus:Ex ipſo & per ipſum & in ipſo ſunt omnia.
Cumq; ordo ſit optimum quid in rebus,vt diuinus Dionyſius loquitur,& ſapientiæ effe
Rom. 13 ctus,quoniam ſapientis ordinare,propter quod teſte Apoſtolo,quæ à deo ſunt ordina-
ta,[nihil quoque agi liceat humanis conſilijs,]id eſt, iudicijs & legibus hominum poſi-
tiuis,quia vt tactum eſt nec improbis debentur ſupplicia,[fit].i.conſequens eſt,[vt vitia
quoq; noſtra referantur ad actorem omnium bonorum].i. deo eſſentialiter bono, ſan-
cto,iuſto ac ſapienti ſint aſcribenda[quo] errore blaſphemo[nihil ſceleratius].i.crimi-
Pſalmo 20 noſius poteſt excogitari,quemadmodum dicitur de iniquis quibuſdam:Quoniam decli
nauerunt in te mala.Deinde inconueniens aliud tangitur: [Igitur nec ſperandi aliquid,
nec deprecandi vlla eſt ratio].i.nulla remanet ratio expectandi à deo remiſſionem,grati
am aut gloriam per preces & merita,niſi forſan per ſeriem fati aut per neceſſitatem pro-
uiden



A uidentiæ dei[Quid enim vel ſperet quiſquam vel etiam deprecetur,quando ſperanda o-
mnia ſeries indeflexa connectit].i. nemo poteſt ſperare aut obtinere aliquid boni p pre-
ces & merita ſi inuariabilis præordinatio prouidẽtiæ dei cuncta connectit, & neceſſaria
cohabitudine coniungit,ita quod nil aliter poteſt contingere,nec vlla manet libertas ar-
bitrij.Ex quo ſequitur ſacrilegum inconueniens iſtud[Aufertur ergo vnicum illud inter
homines deumq; commercium ſperandi ſcilicet & deprecandi].i.ſequitur ex illo errore,
quod commercium illud vnicum ſperandi in deo & expectandi dona gratiæ ſuæ ac glo-
riæ,& inuocandi miſericordiam eius.(Quod commercium eſt exercitium religioſum co
lendi placandiq; deum) quo exercitio quaſi mercamur à deo chariſmata gratiæ eius,quę
per deſideria lachrymoſa, per gęmitus & ſingultus,per orationes atq; obſequia adipiſci
ab ipſo enitimur. Vnde & Chriſtus in euãgelio dixit:Negociamini dum venio. De quo
commercio loquitur deus per Iſaiam:Omnes ſitientes venite ad aquas, & qui non habe- Lucæ 19
tis argentum properate,venite,emite abſq; argento & abſq; vlla commutatione vinum Iſaiæ. 45
& lac.In Apocalypſi quoq;: Suadeo tibi emere aurum ignitum, probatum, vt locuples Apoca.3
fias. Hinc additur:[Siquidem iuſtæ humilitatis precio ineſtimabilem vicem diuinæ gra-
tiæ promeremur].i.nos viatores & exules promeremur vicem ineſtimabilem.i.copio-
ſam & ineffabiliter piam,recompenſam,viciſſitudinem,retributionem diuinæ gratię,&
B omnis gratuiti doni in præſenti ac gloriæ in futuro precio iuſtæ humilitatis.i. merito a-
ctualis humiliationis,quæ eſt fundamentum virtutum & totius ſpiritalis exercitij baſis,
multumq; efficax ad impetrandum deſiderata à deo. De quo in canonica beati Iacobi le Iacobi 4
gitur.Deus ſuperbis reſiſtit,humilibus autem dat gratiam.Et in Eccleſiaſtico: Quanto Ecci 3
maior es humilia te in omnibus,& inuenies gratiam coram deo & hominibus. Ac de-
nuo:Oratio humiliantis ſe penetrabit nubes. Vnde & in Iudith dicitur deo: Humilium Ecci 35
& manſuetorum ſemper tibi placuit oratio.Deniq; humilitas iſta rectiſſime iuſta voca Iudith 8
tur,quia tenemur nos humiliare iugtier coram deo,tam ex parte infinitæ maieſtatis,di-
gnitatis,& excellẽtiæ eius,q̃ ex parte propr.æ defectuoſitatis, tam in naturalibus q̃ in ac
cidentalibus,præſertim quoniam tam frequenter atq; enormiter deum offendimus tũ,
quoniam quicquid boni in nobis eſt , à deo collatum eſt , & ab ipſo indeſinenter depen-
det. Propter quod dixit Apoſtolus: Quid habes quod non accepiſti, ſi autem accepiſti, 1.Cori. 4
quid gloriaris quaſi non acceperis? [qui ſolus modus eſt quo cum deo colloqui homi-
nes poſſe videantur].i.inuocatio iſta dei aſſidua per iuſtam humilitatem, eſt ſolus mo-
dus quo homines videntur poſſe loqui cum deo. Oratio enim eſt colloquutio orãtis cũ
deo.Et ſicut ait Iſidorus,quando oramus,cum domino loquimur:quando ſtudemus,lo
quitur deus nobiſcum.Hinc ſcripſit Chryſoſtomus: Vide ò homo quanta tibi attributa
C eſt gloria,quantus honor impenſus,cum Chriſto miſcere colloquia, in orationibus deũ
affari.Quanta ergo eſt inſania noſtra, quod magis nos delectat cum hominibus inania
fabulari,q̃ cum deo noſtro loqui orando,laudando,imo & meditando?[Illiq; inacceſſi-
bili luci prius quoq; quàm impetrent, ipſa ſupplicandi ratione coniungi].i. oratio hæc
eſt vnicus modus quo ſupplicantes aptiſſime poſſint coniungi per mentis conuerſionẽ,
intuitionem & dilectionem,luci illi inacceſſibili.i.incomprehenſibili deo,qui eſſentiali-
ter lux eſt ſuperpuriſſima,incomprehenſibilis,& immenſa. De quo in prima epiſtola ait
ſanctus Iohannes:Deus lux eſt,& tenebræ in eo non ſunt vllæ.Itemq;:Tenebræ tranſie-
runt & verum lumen iam lucet.Vas quoq; electionis:Beatus eſt ſolus potens rex regum 1.Iohan. 1
& dominus dominantium , ſolus habet immortalitatem & lucem habitat inacceſſibilẽ. 1.Iohan. 2
Quocirca ſcire oportet, quod mens creata dupliciter dicitur deum accedere. Primo, ac- 1.Tim. 6
ceſſu mediato & imperfecto,ſicut in vita præſenti per fidem & ſpeculationem,hoc eſt,p
ſpeculum ſimilitudinemq; creaturæ in ænigmate.i.cum obſcuritate, ſicq; acceſſibilis eſt
deus,& eũ indeſinenter accedere poſſumus & debemus. De quo acceſſu dicitur ad Heb.
Accedamus cum fiducia ad thronum gratię eius,Et pſalmo:Accedite ad eum & illumi Pſalmo 33
namini & facies veſtræ non confundentur. Secundo acceſſu perfecto & immediato, q̊d
ſit per claram & beatificam intuitionem dei altiſſimi in ſeipſo, & ita à viatoribus in hac
vita non poteſt accedi,ſicut nec immediate m clare videri. Propter quod in Exodo di- Exod. 33
xit deus ad Moyſen:Faciem meam videre non poteris. Non enim videbit me homo &
viuet. Sic ergo poſſunt ſupplicantes deo coniungi ea ratione ſupplicandi, id eſt, ad hoc
vt ipſum exorent,ſicut pauper poteſt ianuam locupletis accedere ratione mendicãdi ſeu

METR. IIII. cauſa mendicationis.i.ad hoc quod menducent. Vel ipſa ratione ſupplicandi.i. aſcenſu D
mentis in deum. In quo aſcenſu ratio orationis conſiſtit, vt aſſerit Damaſcenus: Oratio
eſt aſcenſus mentis in deum. Et priuſquam impetrent.i. antequam optatam à domino
gratiam conſequantur,cuius impetrationem ſolet acceſſus iſte præcedere de lege cõmu-
ni,& interdum tamen dominus gratiam concupitam ante orationis effuſionem largiẽ,
Iſaiæ. 65 quemadmodum de valde electis loquitur dominus per Iſaiam: Et erit antequã clamẽt
exaudiam eos,adhuc illis loquentibus ego audiam. De quibus Pſalmiſta loquitur deo:
Pſalmo 9 Deſiderium pauperum exaudiuit dominus, præparationem cordis eorum audiuit auris
tua. Verum his obijci poteſt,quia non ſolum oratione, ſed etiam imo & eminentius cõ-
templatione coniungimur deo,item laudando, pſallendo,ac meditando. Ad quod pri-
mo dici poſſet,quod Boethius loquitur hic de effectibus iſtis coniunctim,quoniam ſola
oratione cum deo colloquimur & ei coniungimur ipſa ratione ſupplicandi antequã im
petremus petita. Secundo reſpondetur quod oratio accipitur hic extenſe prout ad con-
templationem extendit ſe,ſecundum quod eam diffinit Damaſcenus, dicẽdo:Oratio eſt
aſcenſus mẽtis in deũ,q̃ & ſic ſumpta laudẽ dei includit,quoniã efficaciſſima oratio eſt q̃
Pſalm. 37 ex petitione & laudibus dei conſtat. Propter quod Pſalmiſta teſtatur: Laudans inuo-
cabo dominum,& ab inimicis meis ſaluus ero. [Quæ ſi recepta futurorum neceſſitate ni
hil virium habere credantur].i.ſi ſpes & oratio credantur nihil valere,nihil prodeſſe ne- E
ceſſitate futurorum recepta.i.credita ſeu retenta,hoc eſt,tenendo quod futura de neceſſi
tate eueniant,]quid erit quo ſummo illi rerum principio connecti].i.vniri [atq; cohære
re.i.in ipſa vnione ſtabiliter permanere[poſſimus] quaſi d.nihil ſumendo orationem ex
tenſe,vt dictum eſt. Ipſa quippe eſt deſiderij boni interpres.i. nuncius mentis ad deum,
reconciliatio creatoris, ſacrificium cordis, expiatio delictorum, impetratio gratiarum,
pars ſatiſfactionis,ſubuentio defunctorum ac omnium auxilium viatorum. Cuius vir-
tutem & efficatiam deus omnipotens per euidentiſſimos effectus, per innumerabilia ſi-
gna,per innumerabiles experientias demõſtrauit. [Quare neceſſe erit humanum genus
vti paulo ante dicebas diſſeptum atq; ſuo fonte diſiunctum,]hoc eſt, ſi oratio & ſpes in
deo nil conferunt gratiæ ac ſalutis,genus humanum erit diſſeptum.i. ſpiritaliter diſſipa
tum atq; diſiunctum à ſuo fonte.i.fontali ſuo principio per diffidentiam adiutorij eius,
& per negligentiam inuocationis ipſius. Oportet enim ſemper orare & non deficere,[fa
Lucæ 18 tiſcere].i.deficere à ſalute ab oratiõe ceſſando. Nã qui pſeuerauerit vſq; in finem hic ſal-
Matth. 10 Auguſtin. uus erit,vt ait Saluator. Hinc loquitur Auguſtinus: Si non vis in exilio iſto deficere:noli
ab oratione ceſſare. Et rurſus: Oratio eſt animæ bonæ præſidium, angelo ſancto ſolati-
um,diabolo ſupplicium,deo obſequium,cultus religionis,ſpes certa,ſanitas incorrupta
Hinc quoq; rectiſſime deprompſit Bernardus: Admoneo vos fratres ſemper habere ad F
manum tutiſſimum orationis ſuffragium.

## METRVM IIII. LIBRI V.

QVænam diſcors fœdera rerum
    Cauſa reſoluit? quis tanta deus
Veris ſtatuit bella duobus,
    Vt quæ carptim ſingula conſtent,
Eadem nolint miſta iugari?
An nulla eſt diſcordia ueris,
Semperq; ſibi certa coh
ærent?
Sed mens cæcis obruta membris,
Nequit oppreſſo luminis igne
Rerum tenues noſcere nexus.
Sed cur tanto flagrat amore
Veri tectas reperire notas?
Scit ne,quod appetit anxia noſſe?
Sed quid nota ſcire laborat?
Et ſi neſcit,quid cæca petit?
Quis enim quicquam neſcius optet?
Aut quis ualeat neſcita ſequi?
Quoue inueniat,quiſue repertam
Queat ignarus noſcere formam?
An cum mentem cerneret altam,
Pariter ſummam & ſingula norat?
Nunc membrorum condita nube.

Non



A Non in totum eſt oblita ſui,
Summamq; tenet ſingula perdens.
Igitur quiſquis uera requirit,
Neutro eſt habitu,nam neq; nouit,
Nec penitus tamen omnia neſcit.
Sed quam retinens meminit,ſummã
Conſulit,alte uiſa tractans,
Vt ſeruatis queat oblitas
    Addere partes.

### Elucidatio metri tertij huius libri quinti.

### ARTIC. VII.

IN hoc metro circa iam habita mouet quæſtionem philoſophia, videlicet quæ
ſit cauſa quod inter immobilem diuinæ præſcientiæ certitudinem atque hu-
mani arbitrij libertatem, videtur eſſe repugnantia tanta,& quis deus hoc fece
rit ita,quod duo vera ſingulatim accepta rationabiliter ſonãt atq; faciliter ca
piantur,ſimul vero ſumpta incompatibilia videãtur. Itaq; ait: [Quænam cauſa diſcors]
.i.repugnans ſeu diſcordantia faciens[reſoluit].i.diſſoluit & aufert[fœdere rerũ].i.cõ-
uenientias & cõpaſſibilitatem entium adinuicem,præſertim inter prouidentiam dei & li
berum arbitrium[quis deus ſtatuit].i.introduxit ac poſuit[tanta bella].i. tot repugnã-
B tias[veris duobus].i.inter duas veritates,vtpote quod deus vniuerſa & ſingula infallibi
liter inuariabiliterq; prænoſcit ac præuidet, & quod homo liberi extet arbitrij ac libere
contingenterq; agit[vt quę ſingula conſtant].i.vera & certa ſint[carptim].i.ſeorſum ac
cepta[eadem nolint iugari].i.combinari[mixta]imo repugnantiam ſortiuntur mutuo
mox dum ſimul ponuntur, ac ſi eſſet aliquis deus cauſans repugnantiam iſtam,ſecundũ
quod Manichæi poſuerunt duos deos inuicem prorſus contrarios,vnum.ſ.eſſentialiter
bonũ,aliũ ſubſtantialiter malũ. Ad q̊d philoſophia cõſequenter reſpondit. Introductæ
quæſtionis ſolutio eſt,quod in ipſa præſupponitur falſum, vz quod vna veritas ſit alte-
ri veritati coutraria & repugnans,imo vt in 1. Ethicorũ teſtatur Philoſophus: Omne ve
rum omni vero conſentaneum eſt,nec veritati opponitur niſi falſum. Ideo dominus Ste
phanus epiſcopus Parrhiſienſis,magiſter theologiæ vna cum alma vniuerſitate Parrhi-
ſienſe reprobauit modum loquendi quorundam dicentiũ, hoc verũ eſt ſecũdum Ariſto-
telem,non ſecundum fidem catholicam,quaſi eſſent duæ veritates ſibi inuicem contra-
riæ,imo quicquid eſt contra fidem Chriſtianam,eſt ſimpliciter falſum. Deniq; totũ hoc
metrum ſupra præhabitum eſt quantum ad ſenſum præſertim metro 11. libro 3. Quiſ-
quis profunda mente. Et partim in metro illo: O qui perpetua,ac alijs locis. Itaque ad
quæſtionem reſpondet:[An].i.vtrum hoc potius eſt tenẽdum quod[diſcordia nulla eſt
C veris].i.quod inter vera ſeu veritates nulla extat diſcordia. Ideo omĩs philoſophorũ do-
ctrina ſacræ ſcripturæ contraria,falſa eſt abſolute, nec aliq̃d falſius eo q̊d ſacroſanctę diſ
ſonat fidei,q̃ increatę veritatis authoritati innitiẽ,atq; in ſupnaturali lumine fundaẽ. Pro
pter q̊d dixit Ap̃lus: Licet angelus de cœlo euangelizet vobis,præter id q̊d euãgelizaui-
mus vobis,anathema ſit[& certa].i. certitudinaliter[vera cohærẽt ſibi ſemp].i. conſo-
nãt ſibi mutuo & concordant. Et ſi obijciaẽ,qm̃ iſta propoſitio vera eſt,duo corpora ne-
queũt ſimul eſſe in eodẽ loco,nec poſſunt ſe inuicem penetrare,nihilominus ſecundũ the
ologicã veritatẽ eſt falſa,vtpote in Chriſto inſtantiã paſſa,q exijt clauſo beatiſſimæ vir
ginis vtero,clauſo q̊q; ſepulchro,itemq; clauſo ingreſſus eſt ad diſcipulos cœnaculo. Et
reſpondendũ q̊d veritates iſtæ ſibi inuicẽ nõ repugnãt,qm̃ vna eſt intelligẽda ſecundum
naturã,alia verificata eſt p ſupernaturalẽ dei oĩpotentiam,ſic em̃ & iſtę duæ ſtant ſimul.
Nõ poſſum leuare ſaxum molare,vz naturali & humana potẽtia propria, & poſſum le-
uare huiuſcemodi ſaxũ vtpote ſupnaturali virtute,nec eſt inter eas contradictio vlla ſed
cõſonantia recta. Cur aũt videaẽ humano imbecilli ingenio eſſe repugnãtia inter huiuſ-
modi veritates ſubiũgiẽ[Sed mẽs]ſupple humana[obruta].i. p̃grauata,oppreſſa,immer
ſa[mẽbris cæcis].i.partibus organicis ac materialibus intellectuali viſu carẽtibus,[neq;
noſcere].i.nõ valet pſpicere[igne].i.ſplẽdore[luminis oppreſſi].i.lucis intellectualis ac
naturalis ſibi innatæ ſeu acquiſitę notitię per corpus groſſum ac rude obnubilatæ. Iuxta
illud Sapiẽtiæ: Corpus q̊d corrũpiẽ aggrauat aĩam, & deprimit terrena inhabitatio ſen-
ſum,multa cogitantẽ. De hoc in Phędone Platonis & alijs allegata ſunt multa ſuperius.
De q̊ etiã lumine ferẽ in pſalmo: Signatũ eſt ſup nos lumẽ vultus tui. Veruntñ nõ intelli- Pſalmo 4


gendum

PROSA III. gendũ eſt, quod mens ſeu vis intellectiua ſit organica aut materialis potentia, imo vt 3. D
de aĩa dicitur, Anaxagoras optime dixit: Intellectus oĩno immixtus eſt liber à proprietatibus corporis & immortalis ſeparatus. Sed qm̃ anima eſt obruta carne, intellectus ſeu mens exiſtens in aĩa dicitur obruta corpore, membriſque eius, ita quod [nequit noſcere nexus rex tenues]. i. connexiones & conſonantias rex ſubtiles, difficiles ac profundas, ſicut de prouidentia dei & libertate arbitrij. Quocirca tangitur alia quæſtio, qualiter ſcz mẽs humana tam auide quærit huiuſcemodi veritates cognoſcere, ſi eas ignorat, cũ ignotum non valeat appeti nec amari, ꝓſertim cum obiectũ voluntatis ſit bonũ intellectũ. i. intellectualiter cognitum, vt 3. de aĩa edocetur. Et S. Auguſtinus frequenter fatetur præſertim lib. de Trinitate [Sed cur]. i. ſi ita illa ſe habent, cur [mens flagrat]. i. ardet [amore tanto reperire]. i. acquirere per propriã inuentionem alteriuſue doctrinam [notas]. i. expreſſiones [veri tectas]. i. latentes & exaratas in rex naturis ſimilibuſq; ſecretis. Veritates enĩ ſcientiarx fundamentũ habent in rebus & eliciũtur ex eis. Hinc mens cupit agnoſcere notas. i. impreſſuras & ſignaturas veritatum contentas in rebus ac ipſis influxas ex idealibus rationibus mẽtis diuinę [Scit ne]. i. vtrum mens ſcit [quod ipſa anxia]. i. ſollicita & cũ anxietate non pertingẽdi [appetit noſſe]. i. agnoſcere. Conſequẽter arguit quod non, ſubdendo [Sed quis laboret ſcire nota] quaſi dicat, nemo conatur ſcire quę ſcit, quãuis interdum ſtudeat ad memoriã reuocare quę nouit, vel actualiter cõſiderare quę habi- E
tualiter noſcit, aut certe clarus ſiue diſtinctus intelligere q̃ imperfecte aut in generali cognouit quemadmodum vidẽs pulchrum hominẽ aut picturam a remoto ſeu obſcure cupit ea lympidius intueri. Deiñ probat q̃d imo ſcit ea [At ſi neſcit]. i. ſi prorſus ignorat q̃ꝗrit ac nititur ſcire [quid petit cęca]. i. tũc ipſa neſcit quid petat & cupiat [Quis enĩ neſcius quidquam optat]. i. nullus optat quod penitus neſcit [Aut quis valeat neſcia ſequi]. i. nemo poteſt vtiliter ſequi inſectari vel apprehendere ea que ignorat omnino, ſicut pater familias ſeruum inſequens fugitiuum, nõ potius apprehẽderet eum quam alium, niſi agnoſceret ipſum. Ideo ſubdiſt [Quoue]. i. quo vel vbi [inueniat]. i. reperire poterit ignorata [& quis ignarus queat noſcere formam repertam]. i. nemo ignorans formam aut ſpeciem ſeu figuram rei quęſitæ apprehendet eam, quamuis ipſam inuenerit. Conſequenter ſolutionem inducit, quæ tamen Platonica magis quã catholica eſſe videtur, niſi pie intelligatur. Propter quod author loquitur inquiſitiue magis quã aſſertiue [An cum mentem cerneret altam]. i. vtrum hoc potius eſt tenendum, quod dum mens humana rationali ſui anima [cerneret]. i. contemplaretur [mentem altam]. i. ſublimen illã mentem increatam [norat]. i. agnouerat [ſummam]. i. omnia in communi habendo generalem notitiam [pariter & ſingula]. i. etiam diſtincte cuncta ſciendo [nunc condita]. i. operata & obſcurata [nube]. i. velamento & obſcuritate membrorũ [oblita eſt ſui]. i. pręhabitæ ſci- F
entiæ de ſeipſa ac alijs [nõ in toto]. i. nõ totaliter, quia nõ quo ad confuſã & generalem cognitionem, ſed quo ad diſtinctã ſicut ſubiungitur [& tenet ſummã]. i. generalem atq; ſummariã quandam notitiam [perdens ſingula]. i. notitiam ſingulorum. Igitur ex prædictis ſequitur quod [quiſquis]. i. quicunq; [requirit vera]. i. veras de rebus ſcientias [neutro eſt habitu]. i. nec in habitu ſciẽtiali in generali dũtaxat, neq; in habitu ſciẽtiali diſtincto perfecte. Quod conſequenter exponitur [nam neq; nouit omnia]. i. quia non ſcit vniuerſa particulariter & diſtincte [nec tamen neſcit]. i. non tamẽ ignorat [penitus omnia] immo adhuc ſcit ea confuſe & vniuerſaliter [Sed retinens ſummam]. i. generalem notitiam quam inquiſiuit, quã adhuc ad memoriã reuocat [conſulit]. i. ex generali illa notione conſiliatur, inueſtigat, diſcurrit [retractans]. i. de nouo intra ſe tractans, perpendens, aduertens [alte]. i. ſubtiliter ac profũde [viſa]. i. prius cognita, ad tempus oblita, ad quorum notitiam redit ex generali cognitione quam reſeruauit [vt queat addere partes oblitas]. i. particulares ſcientias obliuioni iam traditas ex immerſione in corpore [ſeruatis]. i. generalibus notitijs memoriter retentis. Ecce vt recitatum eſt ſępe iſta fuit phantaſia Platonis, quod vniuerſæ animæ rationales fuerunt ab exordio ſimul creatæ in ſcientijs virtutibuſq; ꝑfecte atq; in ſtellis cõparibus collocatæ deinde tẽpore oportuno immiſſę corporibus, & ex ipſa incorporatione obliuionem peperiſſe multorũ, ac minorationem ſciẽtiæ. Et huic opinioni videtur Boethius in hoc libro totali frequenter alludere, neſcio quo reſpectu, abſolute tamen loquendo opinio iſta eſt falſa, imo ab Ariſtotele efficaciter improbata & ab eccleſia cenſetur hęretica, idcirco nõ eſt imaginãdũ quod Boethius ſimpliciter ſẽſerit iſta, vt plenius dictũ eſt ſupra, vbi & argumenta Platonis ſoluta ſunt.



A

## PROSA IIII. LIBRI V.

TVm illa: Vetus (inquit) hæc eſt de prouidentia querela, Marcoq; Tullio (cum diuinationem diſtribuit) uehemẽter agitata, tibiq; ipſi res diu prorſus multumq; quęſita: ſed haud quaquã ab ullo ueſtrum hactenus ſatis diligenter ac firmiter expedita. Cuius caliginis cauſa eſt, ꝙ humanæ ratiocinationis motus ad diuinę prę ſcientiæ ſimplicitatem non poteſt admoueri. Quæ ſi ullo modo cogitari queat, nihil prorſus relinquetur ambigui. Quod ita demum patefacere atque expedire tentabo, ſi prius ea quibus moueris expediero. Quæro enim cur illam ſoluentium rationem minus efficacem putes? quæ quia præſcientiam non eſſe futuris rebus cauſam neceſſitatis exiſtimat, nihil impediri præſcientia arbitrij libertatem putat. Num enim tu aliunde argumentum futurorum neceſſitatis trahis, niſi quod ea, quæ præſciuntur non euenire
B non poſſunt? Si igitur prænotio nullam futuris rebus adijcit neceſſitatem (quod tu etiam paulo ante fatebare) quid eſt, quod uoluntarij exitus rerũ ad certum cogantur euentum? Etenim poſitionis gratia, ut quid conſequatur, aduertas, ſtatuamus nullam eſſe præſcientiam. Num igitur (quantum ad hoc attinet) quæ ex arbitrio eueniunt, ad neceſſitatem coguntur? B. Minime. P. Statuamus iterum eſſe, ſed nihil rebus neceſſitatis iniungere, manebit (ut opinor) eadem uolũtatis integra atq; abſoluta libertas. Sed præſcientia (inquies) tametſi futuris eueniendi neceſſitas non eſt, ſignum tamen eſt, neceſſario ea eſſe uentura. Hoc igitur modo etiam ſi præcognitio non fuiſſet, neceſſarios futurorum exitus eſſe conſtaret. Omne etenim ſignum, tantum quid ſit oſtendit, non uero efficit, quod deſignat. Quare demonſtrandũ prius eſt, nihil non ex neceſſitate contingere, ut prę notionem ſignũ eſſe huius neceſſitatis appareat. Alioquin ſi hæc nulla eſt,
C ne illa quidem eius rei ſignum poterit eſſe, quæ nõ eſt. Iam uero probationem firma ratione ſubnixam conſtat, nõ ex ſignis, neq; petitis extrinſecus argumentis, ſed ex conuenientibus neceſſarijſq; cauſis eſſe ducendam. B. Sed qui fieri poteſt, ut ea non proueniant, quæ futura eſſe prouidentur. P. Quaſi uero nos ea quæ prouidentia futura eſſe prænoſcit, nõ euẽtura credamus: ac non illud potius arbitremur, licet eueniant, nihil tamen ut eueniret, ſui natura neceſſitatis habuiſſe. Quod hinc facile perpẽdas licebit. Plura etenim dum fiunt, ſubiecta oculis intuemur: ut ea quæ in quadrigis moderandis atq; flectendis facere ſpectantur aurigæ, atq; ad hũc modum cætera. Num igitur quicq̃ illorum ita fieri, neceſſitas ulla compellit? B. Minime. P. Fruſtra enim eſſet artis effectus, ſi oĩa coacta mouerentur. Quæ igitur cum fiunt, carent exiſtẽdi neceſſitate, eadem priuſquam fiant, ſine neceſſitate futura ſunt. Quare ſunt quædam euentura, quorũ exitus ab om̃i neceſſitate abſolutus ſit. Nam illud quidem nullum arbitror eſſe dicturũ, ꝙ quæ nunc fiunt, priuſquam fierent, euentura non fuerint. Hæc igitur etiam præcognita liberos habent euentus. Nam ſicut ſcientia præſentium ni-

PROSA IIII. hil his quæ fiunt, ita præſcientia futurorum nihil his quæ uentura ſunt, neceſſitatis importat. Sed hoc (inquis) ipſum dubitatur, an earũ rerum quæ neceſſarios exitus non habent, ulla eſſe poſſit prænotio. Diſſonare etenim uidentur: putasq; ſi prouideantur, conſequi neceſſitatem: ſi neceſſitas deſit minime præſciri: nihilq; ſcientia comprehendi poſſe, niſi certum. Quod ſi quæ incerti ſunt exitus, ea quaſi certa prouidentur, opinionis eſſe caliginem, non ſcientiæ ueritatem. Aliter enim ac ſeſe res habeat arbitrari, ab integritate ſcientiæ credis eſſe diuerſum. Cuius erroris cauſa eſt, ꝙ omnia quæ quiſq; nouit, ex ipſorum tantum ui atque natura cognoſci exiſtimat quæ ſciuntur, quod totum cõtra eſt. Omne enim q̃d cognoſcitur, non ſecundum ſui uim, ſed ſecundum cognoſcentium potius comprehẽditur facultatem. Nam ut hoc breui liqueat exemplo, unã eãdemque corporis rotunditatem aliter uiſus, aliter tactus agnoſcit. Ille eminus manẽs, totum ſimul iactis radijs intuetur: hic uero cohærens orbi atq; coniunctus, circa E ipſum motus ambitum, rotunditatem partibus comprehendit. Ipſum quoque hominem aliter ſenſus, aliter imaginatio, aliter ratio, aliter intelligentia intuetur. Senſus enim figuram in ſubiecta materia conſtitutam, imaginatio uero ſolam ſine materia iudicat figuram. Ratio uero hanc quoque tranſcendit, ſpeciemq; ipſam quæ ſingularibus ineſt, uniuerſali conſideratione perpendit. Intelligentiæ uero celſior oculus exiſtit. Supergreſſa namque uniuerſitatis ambitum, ipſam illam ſimplicem formam pura mentis acie contuetur. In quo illud maxime cõſiderandum eſt. Nam ſuperior uis comprehendi amplectitur inferiorem, inferior uero ad ſuperiorem nullo modo conſurgit. Neq; enim ſenſus extra materiam ualet, uel uniuerſales ſpecies imaginatio contuetur, uel ratio capit ſimplicem formam, ſed intelligentia quaſi deſuper ſpectans concepta forma, quæ ſubſunt cuncta diiudicat: ſed eo modo quo formam ipſam, quæ nulli alij nota eſſe poterit, cõprehendit. Nam & rationis uniuerſum, & imaginationis figuram, & materiale ſenſibile cognoſcit. Nec ratione utens, nec imaginatione, nec ſenſibus, ſed illo uno ictu mentis formaliter (ut ita dicam) cuncta proſpiciens. F Ratio quoq; cum quid uniuerſale reſpicit, nec imaginatione, nec ſenſibus utens, imaginabilia uel ſenſibilia comprehendit. Hæc eſt enim, quæ conceptionis ſuæ uniuerſale ita definit: Homo eſt aĩal bipes rõnale, quæ cũ uniuerſalis notio ſit, tñ imaginabilẽ ſenſibilemq; eſſe rem nullus ignorat, q̃d illa nõ imaginatione, uel ſenſu, ſed rationali cõceptione cõſiderat. Imaginatio quoq; tametſi ex ſenſibus uiſendi formandiq; figuras ſumpſit exordium, ſenſu tamen abſente ſenſibilia quæq; colluſtrat, nõ ſenſibili, ſed imaginaria ratione iudicandi. Vides ne igitur, ut in cognoſcendo cuncta, ſua potius facultate q̃ eorũ quæ cognoſcũtur, utantur? Neq; id iniuria. Nam cũ omne iudicium iudicantis actus exiſtat, neceſſe eſt ut ſuam quiſq; operam non ex aliena, ſed ex propria poteſtate perficiat.

Expoſitio proſæ quartæ. ARTIC. VIII.

Tum



A TVm illa vetus inqt, &c.] In proſa hac & cõſequẽter vſq; ad finẽ libri immoratur philoſophia determinationi & declarationi q̃ſtionis motæ in proſa p̃cedẽte, de cõpatibilitate prouidẽtiæ dei ac fati cũ libertate arbitrij, ſolutiõibus q̊q; argumẽtoꝝ cõtra hoc inductoꝝ, tractãdo q̊q; de qbuſdã annexis p̃ſertim de æternitate [Tum illa]. i. tũc philoſophia [vetus inqt hæc eſt de prouidẽtia q̃rela] hoc eſt, q̃ſtio & diſputatio iſta inſtar q̃relæ cõtẽtioſa eſt vetus. i. antiq̃ etiã in lege naturæ à gentilibus atq; philoſophis & poetis multipliciter vẽtilata [à Marcoq; Tullio cũ diuinationem diſtribuit vehemẽter agitata]. i. valde hinc inde diſcuſſa à Cicerõe, q etiã dictus eſt Marcus ac Tullius, ſecũdum ꝙ magni Romani cõſueuerũt eſſe multinomij, cũ diſtribuit diuinationẽ. i. in lib. de diuinationibus in q̊ diſtribuit. i. diuidit & diſtinguit diuinationẽ in ſpecies ſuas, puta in eã q̃ fit ꝑ extra atq; eã q̃ fit ꝑ auguria garrituſue auiũ, & item in eã q̃ captaꝛ ꝑ flumina, de qb9 & ĩ opuſculo q̃ ſupſtitiones plenius ſcripſi, & S. Thomas in ſecũdda ſecũdæ [& res]. i. materia ſeu q̃ſtio iſta [eſt q̃ſita tibi ipſi]. i. à teipſo inueſtigata vel tibi ꝓpoſita [prorſus]. i. valde diu [& multũ, ſed haud expedita]. i. q̃ſtio hęc nõ eſt ſoluta] ab vllo vr̃m]. i. ab aliq̊ philoſophoꝝ [hactenus]. i. hucuſq; [ſatis diligẽter ac firmiter]. i. reſolute ac ſolide [Cuius caliginis]. i. inſufficiẽtis expeditionis & obſcuræ determinationis [cauſa eſt ꝙ humanæ rõcinationis motus. i. diſcurſus, inqſitiones, & argumẽ

B tationes humanę [ad diuinæ p̃ſciẽtiæ ſimplicitatẽ nõ poteſt admoueri]. i. nõ valet applicari, cõiũgi, attingere, ad ſimplicitatẽ p̃ſciẽtiæ diuinæ, q̃ eſt vna & ſimplex in ſe ac vno intuitu vniuerſa & ſingula p̃terita, p̃ſentia & futura cognoſcit, q̃ſi p̃ſentia & tanq̃ principaliter in luce ſuæ ſapiẽtiæ cõſtituta, & totum hoc cõſpicit ſimul ac ſemel inuariabiliter infallibiliter atq; certiſſime [q̃ ſi vllo modo cogitari queat]. i. ſi hęc p̃ſciẽtia & ꝓuidẽtia dei poſſit aliq̊ modo cogitari. i. cognoſci [à nobis ſicuti eſt nil prorſus relinquetur ambigui]. i. nihil dubitationis de hac q̃ſtione manebit quãtũ ad ea q̃ neceſſe eſt ſciri de ea, q̃uis adhuc innumeræ q̊ſtiones poſſint de iſta moueri materia [q̊d demũ]. i. quã tãdẽ difficultatẽ [de ſimplicitate p̃ſciẽtię dei]. i. de ſimpliſſima p̃ſciẽtia eius, q̃ nõ multiplicaꝛ ſecũdũ multitudinẽ ad diuerſitatẽ p̃ſcitoꝝ, qa nec cauſaꝛ neq; depẽdet ab illis, imo potius eſt cauſa illoꝝ [ita patefacere atq; expedire tẽtabo] ſecũdũ modũ poſſibilitatis humanę nõ tñ plenarie, cũ p̃ſciẽtia illa ſit ipſemet de9 cũcta p̃noſcẽs, & tñ incõprehẽſibilis ſicut & deus, iuxta illud Iob: Digne eũ inuenire nõ poſſimus & enarrari nõ poteſt. Vñ & denuo dr̃: Forſitan veſtigia dei cõprehẽdes, & vſq; ad ꝑfectũ oĩpotentẽ cognoſces [ſi prius ea qbus moueris expediero]. i. dũ ſoluero argumẽta qbus moueris ad opinãdũ ꝙ ꝓuidẽtia dei & libertas arbitrij nequeãt ſimul ſtare [Quæro em̃]. i. interrogo te [cur putes illã rõnẽ]. i. rñſionem [ſoluẽtiũ] argumẽta cõtra ꝓuidẽtiã dei & libertatẽ arbitrij introducta, [minus efficacẽ]. i. nõ ſatis idoneã [q̃] ſ. rñſio [putat libertatẽ arbitrij nõ impediri p̃ſciẽtiã]. i. ex p̃cognitio

C ne & ꝓuidẽtia dei [qa exiſtimat p̃ſciẽtiã dei nõ eſſe cauſam neceſſitatis rebus futuris.] q̃ ſolutio in hoc qdẽ vera eſt, ꝙ aſſerit p̃ſciẽtiã dei nõ eſſe neceſſariã cauſam quibuſlibet ex æquo rebus futuris. Cõtingẽtia qppe futura deus p̃noſcit ac ꝓuidet, itẽ futuros hoĩm lapſus atq; pctã, q̃ tñ cõtingẽter & nõ neceſſario fiũt, nõ tñ ĩ hoc vera eſt ꝙ dicit ideo deũ p̃ſcire aliqd tũc futuꝝ, qa res illa futura eſt. Hæc nanq; illoꝝ ſolutio eſt q dicebãt nõ ideo rẽ eſſe futurã, qa deus p̃ſciuit eã eſſe futurã, ſed ideo deũ id p̃ſcire, qa futuꝝ fuit [Nõ enim tu] ò Boethi [trahis]. i. elicis [aliũde argumẽtũ neceſſitatis futuroꝝ, niſi ꝙ ea q̃ p̃ſciũtur, nõ euenire nõ poſſunt]. i. nõ poſſunt nõ euenire, ex q̊ ſeq videꝛ ꝙ neceſſario veniãt [ſi igitur p̃notio nullã futuris reb9 adijcit neceſſitatẽ]. i. ſi p̃ſciẽtia dei nõ imprimit futuris reb. neceſſitatẽ aliquã [q̊d tu etiã paulo añ fatebare]. i. fatebaris & cõcedebas [qd eſt]. i. q̃ cauſa eſt [ꝙ exitus volũtarij]. i. executiones à volũtate ꝓcedẽtes reꝝ humanaꝝ, [cogani]. i. neceſſario cõſtringãꝛ [ad certũ]. i. determinatũ [euẽtũ] Si em̃ ꝓuidẽtia neceſſitatẽ nõ influit rebus, ergo nec fatũ, cũ ſeries fati ab ordine ꝓuidẽtiæ ſit depẽdẽs. [Etem̃ poſitionis gr̃a]. i. cauſa diſputationis, vt veritas innoteſcat [ſtatuamus]. i. ponamus per impoſſibile [nullam eſſe p̃ſciẽtiam]. i. deũ non habere p̃cognitionẽ ac prouidentiã futuroꝝ [Nũ igiꝛ quãtũ ad hoc attinet q̃ ex arbitrio eueniũt ad neceſſitatẽ cogũtur]. i. nũ ex illa poſitione ſit cõſequẽs, vt ea q̃ fiũt ex arbitrio. i. iudicio nr̃æ mẽtis noſtraq; poteſtate [coganꝛ ad neceſſitatẽ]. i. neceſſario cõtingere aſtringũꝛ [quãtũ attinet ad hoc]. i. quãtũ ſpectat ad id ꝙ præſciẽtia dei nõ ſit ſũt cõtinet caſus iſte [Minime]. i. neq̃q̃ ſeqꝛ ꝙ veniãt ex neceſſitate, [Statuamus iteꝝ eſſe]. i. rurſus ponamus ꝓuidẽtiã eſſe in deo, [ſed nihil reb. neceſſitatis iniũgere]. i. ꝙ ip̃a ꝓuidẽtia neceſſitatẽ nullã reb. inducat [manebit vt opinor voluntatis

PROSA IIII. integra atq; abſoluta libertas. Sed pſciẽtia inqes tãetſi futuris neceſſitas eueniẽdi nõ ſit] D
.i. tu forſitã dices tãetſi puis pſciẽtia nõ ſit neceſſitas eueniẽdi. i. cauſa neceſſitatis euiniẽ-
di rebus futuris[ſignũ tñ eſt neceſſario ea eſſe vẽtura]cõtra q̃d arguit,]hoc igitur modo
ſi pcognitio nõ fuiſſet]. i. q̃uis pſciẽtia futuroꝝ nõ pextitiſſet in deo[neceſſarios futuroꝝ
exitus eſſe cõſtaret]. i. certũ eſſet ꝙ euẽtus futuroꝝ de neceſſitate acciderẽt[Om̃e etem̃ ſi
gnũ tm̃ qd ſit oſtẽdit]. i. ſignũ q̃dcunq; inquãtũ ſignũ dũtaxat oſtẽdit,]qd ſit]. i. qd vere
realiterq; cõſiſtat, vc; res q̃dã ſignata[nõ vero efficit q̃d deſignat] q̃d eſt tã de ſigno p̃no-
ſtico futuri, q̃ de ſigno memoratiuo p̃teriti. Si ergo prouidẽtia ſolũ eſt ſignũ neceſſitatis
iſtius rei, ſeqtur ꝙ nõ ſit cauſa illius[Quare demõſtrãdũ prius puto nõnihil]. i. aliqd]ex
neceſſitate cõtingere vt appareat p̃notionẽ]. i. q̃tenus videat dei pſciẽtiã[eſſe ſignũ neceſ-
ſitatis huius]. i. neceſſariæ euẽtionis futuroꝝ, ſecũdũ ꝙ iſta tenet opinio, tãq̃ dicat, puto
imo & ſcio ꝙ iſta opinio primo habet pbare futura de neceſſitate accidere anteq̃ rõna-
biliter aſſerat ꝙ prouidẽtia dei ſit ſignũ neceſſitatis illius, qm̃ eius quod non eſt aliquod
ſignũ, cũ ſignũ & ſignatũ ſint correlatiua. Hinc ſubdit[Alioquin ſi hęc nulla eſt]. i. ſi nul
la eſt neceſſitas futuroꝝ euẽtuũ, & actuũ humanoꝝ[nec illa qdem eius ſignũ rei poterit
eſſe q̃ nõ eſt]hoc eſt, nec illa vtpote pſciẽtia poterit eſſe ſignũ rei eius q̃ nõ eſt. i. neceſſita-
tis nõ exiſtẽtis. Cõſequẽter declarat philoſophia ꝙ ratio opinionis illius nõ eſt firma &
efficax[Nã vero cõſtat. i. hoc modo cõſtat & certũ eſt[pbationẽ]. i. argumẽtationẽ]ſub E
nixã]. i. fulcitã ac ſta bilitã]rõne firma]i. pmiſſis cauſis rõnabilibus ac validis fundamen
tis atq; motiuis[nõ ex ſignis]. i. leuibus cõiecturis & inefficacibus medijs[neq; ex argu
mẽtis petitis extrinſecus]. i. imptinẽtibus & topicis locis [ſed ex cõuenietibus & neceſſa
rijs]. i. ex cauſis formalibus intrinſecis & proprijs, qbus proprie cõpetit ratio cauſæ[eſ-
ſe ducẽdã]. i. formãdã & cõcludẽdã. Cauſa qppe proprie appellat, ad cuius eſſe ſeqtur ali
ud vel q̃ poſita ponit effectus. Talis aũt nõ eſt pbatio pſatæ opinionis, cũ pcedat ex cau
ſa extrinſeca, remota, vniuerſali, & ex ſigno. Deiñ tãgit philoſophia ꝙ pro defenſione il-
lius opinionis poſſet qs dicere[Sed qui]. i. quõ [fieri poteſt vt ea nõ pueniãt q̃ futura eſſe
prouidẽtur]. i. à deo p̃noſcunt eſſe vẽtura. Ad q̃d philoſophia rñdet hoc inutiliter iterari
ac obijci cũ hoc ipa nõ dicat[q̃ſi vero nos ea q̃ puidẽtia futura eſſe p̃noſcit, nõ eẽ vẽtura
credamus]ac ſi dicat, q̃ſtio illa ſonat ac ſi nos cõcederemus & crederemꝰ illa nõ futura q̃
deus futura agnoſcit q̃d minime dicimus[Ac nõ potius illud arbitremur]. i. nõ magis iu
dicemus ac ſentiamus [licet eueniãt nihil tñ vt euenirẽt natura ſui neceſſitatis habuiſſe]
.i. ꝙ q̃uis cõtingat vt fiãt nihil tñ neceſſitatis habuiſſe ex ppria ſua natura ad hoc ꝙ eue
nirẽt. Attñ dato ꝙ à deo puiſa ſunt nõ poſſunt nõ euenire loquẽdo de eis formaliter &
in ſenſu cõpoſito, tñ ſecũdũ ſe ſumpta & quãtũ ad ea q̃ ex ppria natura cõueniũt eis, eue
niũt cõtingẽter ac libere. Cuius ſubdit exẽplũ [Qd' hinc facile ppẽdas licebit]. i. licitum F
erit vt ppẽdas. i. cõſideras hoc hinc. i. ex iſto q̃d ſubdit, [Plura em̃ dũ fiũt ſubiecta oculis
intuemur]. i. nos intuemur corporalibus oculis plura dũ fiũt ſubiecta. i. pſentialiter exhi
bita & oſtẽſa viſui nr̃o [vt ea q̃ in quadrigis moderãdis atq; flectẽdis facere ſpectant au-
rigæ]. i. ſicut ſunt q̃ aurigę cõſpiciunt facere in quadrigis pſertim onuſtis moderãdis. i. di
rigẽdis atq; flectẽdis]. i. reducẽdis ad mediũ[atq; in hũc modũ & cætera]. i. his conſimi-
lia multa videmus in alijs[Nũ igit quicq̃ illoꝝ ita fieri neceſſitas vlla cõpellit]. i. nũq̃ ne
ceſſitas vlla cõpetit quicq̃ illoꝝ fieri ita. i. taliter dirigi & reflecti [Minime]. i. nequaq̃ cũ
experimentaliter atq; certiſſime conſtet oĩa iſta in determinate accidere, libere fieri & ex
accidẽtibus cauſis cõtingere[fruſtra em̃ eſſet artis effectus ſi oĩa coacta mouerẽt]. i. opa-
tio illa directoria ipſius aurigæ artiſq; ſuæ ſi currus & qcquid ſpectat ad ipſum, vt ſunt
equi ex neceſſitate mouerẽtur tali vel tali modo, ſic enim aurigæ directio nihil iuuaret in
motu quadrigæ. i. ſiue adeſſet ſiue abeſſet quadriga eodẽ modo pcederet[Quæ igit cũ fi
unt carẽt exiſtẽdi neceſſitate, eadẽ priuſquã fiãt ſine neceſſitate futura ſũt] q̃d poſſit pba
ri argumẽtis fundatis in loco à ſimili, & itẽ in loco à proportione, poteſt q̃q; ratio gñã-
lis ita formari. Nullũ cõtingẽs ex ſua natura pueniт ex neceſſitate, ſed vniuerſi effectus ar
tis ſunt cõtingentes, aliter ipſa ars fruſtra addiſceret. Amplius ad idem poſſit adduci ra-
tio Ariſto. li. de cœlo & mũdo ſic arguẽtis: Quicqd aliqñ eſt, aliqñ nõ eſt, poſſibile eſt eſ-
ſe, & poſſibile eſt nõ eſſe, ſed oẽs effectus artis plures q̃q; effectus naturæ interdũ ſunt &
interdũ nõ ſunt, ergo ſunt poſſibiles eſſe & nõ eſſe, nõ ergo de neceſſitate pueniũt, ſicq;
ratio iſta nõ ſolũ cõcludit de opibus artis, ſed de opibus q̃q; naturæ ſaltẽ in parte. Hinc
philoſo-



A philoſophia cõcludit[Quare ſunt q̃dã vẽtura, q̃ꝝ exitus]. i. euẽtus ſeu pgreſſio in eſſe &
nõ eſſe[ab oĩ neceſſitate ſit abſolutus]. i. ab oĩ neceſſaria determinatione ad vnũ ſeu in-
euitabili futuritione. Nihilominus in oĩ ente eſt neceſſitas aliq̃ quãtũ ad ea q̃ ſibi ex pro
pria rõne atq; intrinſeca formalitate cõueniũt[Nã illud qdẽ nullũ arbitror eſſe dictuꝝ,
ꝙ ea q̃ nũc fiũt priuſq̃ fierẽt euẽtura nõ fuerint]imo hoc dicere eſſet ppriã vocẽ nõ intel
legere, cũ implicet cõtradictionẽ[Hæc igit etiã pcognita liberos habẽt exitus]. i. cõtingẽ
tia iſta vt artificialia & naturalia q̃dã, q̃uis à deo æternaliter inuariabiliterq; pcognita, at
tñ cõtingẽt & libere accidũt. Ad q̃d addit ratio. [Nã ſicut ſciẽtia pſentiũ nihil his q̃ fiũt
ita pſciẽtia futuroꝝ nihil his q̃ vẽtura ſunt neceſſitatis importat]. i. ſicut ſciẽtia reꝝ nõ p
ſentiũ nihil neceſſitatis ingerit reb. pſentib. ita pſciẽtia futuroꝝ nihil neceſſitatis inuehit
ſeu inducit rebus futuris. Cũq; vniuerſa & ſingula deus æternaliter intueat in luce ſapiẽ-
tiæ ſuæ, atq; in idealib. rõnibus ſuæ mẽtis tãq̃ ſibi pſentia, cõſtat ꝙ ſciẽtia ſua nullã reb.
neceſſitatẽ influat ſeu importet, pſertim qa ſciẽtia & cognitio rei eſt ſcd'm modũ cogno
ſcẽtis nõ cogniti, vt in li. de cauſis habet, & infra clarius deducet. Cõſequẽter tãgit philo-
ſophia replicã quãdã cõtra pdicta[Sed hoc, inqes]. i. ò Boethi forſitã dices[hoc ipſum du
bitat]. i. incertũ eſt, & nõdũ ſatis pbatũ[an vlla p̃notio]. i. vtrũ aliq̃ pſcientia[poſſet eſſe
reꝝ eaꝝ]vc; cõtingẽtiũ[q̃ nõ habẽt neceſſarios exitus]. i. certos ineuitabileſq; euentus
B [Diſſonare em̃ videt]. i. hęc duo videt inuicẽ repugnare aliqd preſciri & tñ nõ neceſſario
euenire[putaſq; ſi puideãtur cõſeq neceſſitatẽ]tu putas neceſſario ſequi ꝙ res eſſent ſi p-
uideãtur à deo futuræ. Iã em̃ dixiſti te nõ velle fateri ꝙ aliqd ſit à deo pcognitũ eſſe futu-
rũ, & tñ poſſet non euenire[ſi neceſſitas deſit minime pſciri]. i. tu etiã putas ſcd'm ꝙ verba
tua phabita ſonãt, aliqd minime pſciri. i. nõ vere certitudinaliterq; pcognoſci ſi deſit ne-
ceſſitas. i. ſi nõ eſt neceſſariũ euenire id ipſum, qa ſciẽtia eſt eoꝝ q̃ ſe aliter habere nõ valẽt
ſicut iſtud iã ſæpiſſime eſt pdictũ. Ideo ſubdit [nihilq; ſciẽtia cõprehendi niſi certũ]. i. tu
(vt patuit)putas ac ſentis nihil poſſe cõprehẽdi ſciẽtia. i. nihil ſciẽtialiter ſeu p ſciẽtiã poſ-
ſe cognoſci niſi certũ, q̃d. ſ. aliter eſſe aut euenire nõ poterit[Quod ſi q̃ incerti exitus ſunt
ea q̃ſi certa puidẽtur]. i. ſi ea q̃ ſunt exitus incerti. i. q̃ habẽt exitũ ſeu euẽtũ incertũ. i. non
neceſſariũ nec determinatũ puident q̃ſi certa. i.. putãt pſciri vt certa[dixiſti id eſſe caligi
nẽ]. i. ignorãtiã ſeu errorẽ, vel ſaltẽ obſcuritatẽ opinionis q̃ eſt aſſenſus cũ formidine de
oppoſito, aut certe tenebroſa ac partim erronea cognitio, q̃uis putet certa atq; totaliter
vera notitia[nõ ſciẽtiæ veritatẽ]. i. nõ verã & certã ſciẽtiã aut veræ ſciẽtiæ actualẽ notiti-
am[Aliter em̃ q̃ ſeſe res habeat arbitrari ab integritate ſciẽtię credis eſſe alienũ.]. i. tu ſen
tis eſſe extraneũ & remotũ ab integritate. i. puritate ac veritate, ſciẽtiæ arbitrari. i. iudica
re ſeu affirmare de re hac [aliter q̃ habeat ſeſe.] Deinceps philoſophia exponit cauſam
C deceptionis putãtiũ ſimul ſtare nõ poſſe certã & diſtinctã puidentiã dei & libertatẽ ar-
bitrij ac cõtingẽtiã reꝝ [Cuius vc; pſati[erroris cauſa eſt,]alius error ex q̃ iſte cõſequit.
Nã ſicut vno incõueniẽte dato plura ſequũt, & ſicut ex vno pctõ p pœnitẽtiã non deleto
mox homo in aliud labit, ita ex vno errore orit alter. Itaq; alius iſte error eſt [ꝙ oĩa q̃ qſ-
que nouit æſtimat cognoſci tm̃ ex vi atq; natura eoꝝ q̃ ſciũtur]. i. iuxta ppriecatẽ & q̃d-
ditatẽ ſcibiliũ & ſcd̃m modũ reꝝ intellectaꝝ & cognitaꝝ [q̃d totũ eſt cõtra] i. ecõuerſo
ſe habet & veritati cõtrariũ eſt[Om̃e em̃ q̃d cognoſcit nõ ſcd̃m ſui vim, ſed ſcd̃m cogno
ſcẽtiũ potius cõprehẽdit facultatẽ]. i. om̃e q̃d cõprehẽdit vel apprehẽdit pcipit nõ ſecũdũ
propriã ſui vim, ſed potius ſcd'm facultatẽ cognoſcẽtiũ. Cognitio nãq; eſt actus qdam
ſeu actio cognoſcẽtis, ſed om̃e agens agit ſcd'm ꝙ eſt in actu & ſcd'm modũ ſuæ naturę,
itaq; modus agẽdi verificatur & cõformatur & proportionat modo eſſendi, vt nõ ſolũ
peripatetici, ſed Platonici q̃q; cõcorditer docuerũt, vnde ſubiũgitur: [Nã vt hoc breui li-
queat exẽplo, eandẽ corporis rotũditatẽ aliter viſus aliter tactus cognoſcit]. i. ſenſus, vi-
ſus ſeu vis viſiua & ſenſus tactus diuerſimode noſcũt rotũditatẽ] Ille eminus manẽs]. i.
viſus remote cõſiſtẽs [totũ ſimul iactis radijs intuet]. i. totã rotũditatẽ ſeu ſphęricũ cor-
pus vno ictu ſubito intuetur radijs iactis. i. ſpeciebus viſualibus ſeu radijs lumidis quod
ad videndũ requirit & cõcurrit diffuſis per mediũ & multiplicatis vſq; ad oculũ [Hic ve-
ro cohærens orbi]. i. tactus applicatus ac cõtiguus corpori rotũdo, [atq; cõiunctus circa
ipſum motus ambitũ]. i. p gyꝝ circũductus[rotũditatẽ partibus cõprehẽdit]. i. ſucceſſi-
ue pcipit rotũditatẽ partibus. i. p partes ipſius ſucceſſiue tãgẽdo vnam poſt aliam. Viſus
ergo q̃ ſpiritualior ſeu interiori viſioni propinquior, eo inter exteriores ſenſus ſpirituali-
us ce

PROSA IIII. us,celerius,ꝑfectiusq; cognoſcit ſuū obiectū, recōditas tn̄ īter obiecta ſenſuū cōia cōpu D
tat,eo ꝙ pluribus exterioribus ſenſibus apprehēdat. Subdit demū de hoc ſecūdum exem
plum[Ipſum quoq; hoīem aliter ſenſus, aliter imaginatio,aliter ratio, aliter intelligētia
cōtuetur].i.apprehēdit ac noſcit[ſenſus em̄].i.ſenſus exterior vt viſus[iudicat].i.ſimpli
ci apprehēſione ꝑcipit[figurā conſtitutā in materia]ſibi realiter ac ꝓſentialiter præſen a
tam. De q̄ iudicio in lib. Iob legit: Nōne guſtus eſcas diuidat, & fauces comedentis ſapo
rem[imaginatio aūt].i.vis imaginatiua q̄ eſt ſenſus interior[iudicat ſolā figurā ſine ma
teria[qui etſi in abſentia rei imaginat figurā, nō tn̄ ſine appēdicijs cōditionibusq; mate-
riæ,nihilominus apprehēdit etiā figurā in ſuo ſubiecto, quanq̄ & vltra hoc modo ſubli-
miori cū quadā abſtractione[Ratio vero hāc quoq; tranſcēdit].i.altior eſt imaginatiōe,
cū ſit organica,immaterialis,incorruptibilisq; potētia cognitiua, ſup actū propriū refle-
xiua[ſpeciēq; ipſam q̄ ſingularibus ineſt vniuerſali cōſiderationi ꝑpendit].i.ratio ipſa ꝑ-
pendit .i.ſcrutat ac ꝓſpicit cōſideratione vniuerſali in gn̄ali abſtrahēdo ab hac cæteriſq;
materiæ cōditionibus ipſam ſpeciē.i.naturā ſpecificā q̄ ineſt ſingularibus nō vt accidēs,
ſunt quippe multi modi eſſendi in alio,[Intelligētiæ vero celſior oculus exiſtit,ſupgreſſa
nanq; vniuerſitatis ambitū illā ipſam ſimplicē formā pura mētis acie cōtuet,]Quidā ex-
ponūt iſta de intelligētia q̄ eſt ſubſtātia ſeparata ſeu angelus,nec dubiū quī mēs illa an-
gelica multo lympidius,purius,eminētius intelligat q̄ ratio humana,literalius tamen di E
ctū videt de intellectu hoīs,qui q̄uis realiter ſit idem q̄d ratio,ita q̄d eadē vis ratio appel
latur ſecundū q̄d eſt diſcurſiua, intellectus vero ſecundū ꝙ ſimplici intuitu immateriali-
um eſt intuitiua,q̄ vis inſup intelligētia nūcupat quantū ad ſupremū q̄d competit ei vz
prout reſpectū habet & vultū ad ſumma,eſtq; ſignaculū lucis increatæ & creatoris ima-
go ſupra tēpus atq; cōtinuū eleuata,habēs ſibi impreſſam ſindereſim & inſtar intelligen
tiæ ſeparatæ diuinoꝝ cōtemplatiua,ꝓſertim ꝑ raptū & immerſionē in diuitias gloriæ dei
ita ꝙ vita & cōtemplatio eius ad pūctū & ad modicū talis eſt qualis eſt æternaliter vita
mentis diuinæ ac increatæ,vt Ariſto. breuiter tetigit,& Plato plenius eſt locutus,quam
cōtemplationem diuinus Dionyſius myſticā noīat theologiā, & anagogicā intuitionē,
in qua nequaq̄ phantaſmata ſpeculātur,vt quidā imaginātur.Itaq; [intelligentiæ].i.in-
tellectiuæ potētiæ taliter ſumptæ,[eſt oculus altior].i.cōtemplatio ſublimior atq; diui-
nior[ſupgreſſa nanq; intelligentia]iſta deſup illuſtrata[ambitū vniuerſitatis].i.gyꝝ &
ordinē totius vniuerſi ſenſibilis ac mūdi inferioris,vel ambitū vniuerſitatis ꝑ oīmodam
ſupgreſſionē abſtractionis ſtādo in ipſis preſſuris reꝝ formis q̄dditatibus eſſentijsq; ſim
plicib. ac metaphyſicalibus.Ideo philoſophia affat [ꝙ pura acie].i.diuino & eleuato ca
cumine[formā ſimplicē cōtuet].i.cōtemplat,imo & formā illā puriſſimā cūcta formātē
& ideales rationes ipſius,de q̄bus ꝓdictū eſt: Tu cūcta ſupno ducis ab exēplo. Cōſequen F
ter tāgit philoſophia q̄ddā notabile circa inducta pro declaratione eoꝝ inferēs proprie-
tatē ad oīa tota poteſtatiua ſpectātē[In q̄]puta in eo q̄d dictū eſt de varijs modis cogno
ſcēdi eandē rem,ꝑ diuerſas ꝓtactas potētias[Illud maxime cōſiderandū eſt]q̄d ſubditur
Nā ſupior cōprehēdēdi vis].i.altior potētia cognoſcitiua[cōplectit inferiorē].i.cōprehē
dit & includit in ſe vim & actū inferioris cognitiuæ potētiæ,cognoſcēdoq; iſta. Veruntn̄
per modū ſublimiorē q̄ iſta[Inferior vero ad ſuperiorē nullo modo cōſurgit].i.vis infe
rior nequaq̄ ꝑtingit ad ꝑfectionē & actionē ſupioris cognitiuæ virtutis & idē iudiciū eſt
de appetitiuis potētijs,puta de appetitu ſenſitiuo & intellectiuo[Neq; em̄ ſenſus aliq̄d ex
tra materiā valet cōtueri].i.ſenſitiua vis apprehēſiuā nullatenus poteſt cōtueri.i. ſenſibi
liter noſcere extra materiā.i.immateriale obiectū quod nec exterior neq; interior ſenſus
poteſt[vel vniuerſales ſpecies imaginatio cōtuet].i. nec vis imaginatiua poteſt in ſe re-
cipere atq; in ſpecie ſpecies aut ſimilitudines vniuerſales .i. prorſus abſtractas à materia
& appendicijs eius,cum tales ſpecies ſint ſpūales & immateriales,quæ ſubiectari aut eſſe
in vi organica & materiali ſubiecto. Inſup imaginatio nequit cognoſcere ſpecies vniuer-
ſales.i.naturas ſpecificas & cōes q̄ ſunt intellectiuæ potētiæ obiecta,nec cognoſcūtur in
vniuerſali niſi per ſpecies intelligibiles prorſus abſtractas. Veruntamen ſuprema vis ſen
ſitiua interior cognoſcitiua vtpote vis cogitatiua, q̄ & tertio de aīa nūcupat intellectus
paſſiuus,apprehēdit naturā vt in ſuppoſito[vel rō capit ſimplicē formā].i.potētia rōna-
lis ſeu ratio q̄ realit idē eſt cū vi intellectiua, tamē quantū ad actū gradū ſeu officiū q̄ ra
tio noīatur hoc eſt inquātū diſcurſiua eſt non intelligit eſſentiam ſimplicem,iuxta ſen-
ſum



A ſum q̄ hoc cōuenit intelligentiæ ſicut modo expoſitū eſt. Itaq; in his abnegatio illa neq;
cadit ſuper totum hoc ſequens inductum[ſed intelligentia].i.intellectiua potentia quā-
tum ad apicem ac ſupremum ſui quo intelligētia noīatur [ſpectans].i. cōtemplans[qua
ſi deſup].i.ex arce eminentiæ ſuæ qua cum intelligentijs ſeparatis cōmunicat[concepta
forma quę ſubſunt etiam cūcta dijudicat].i.diſcernit,intelligit,iudicat etiā cūncta q̄ ſub
ſunt.i.inferiora vz,obiecta rōnis & imaginationis ac ſenſuū,q̄ cognoſcit modo excellē
tiori q̄ vires illæ inferiores,& hoc forma concepta.i.ipſa ſimplici eſſentia intellecta,[ſed
eo modo quo formam ipſam quæ nulli alij nota eſſe poterat,cōprehendit].i. intelligen-
tia cōprehendit & inſpicit illa inferiora intuitu puro ac ſimplici,q̄ & ipſam cōſpicit quid
ditatē,quemadmodū etiā mētes angelicæ cūcta inferiora cōſpiciunt,quanq̄ cōiter dicat
per reflexionē hoc fieri & interdū ſic fit[Nam & rationis vniuerſum & imaginationis fi
gurā & materiale ſenſibile cognoſcit] .i.ipſa intelligentia cognoſcit vniuerſum rōnis.i.
vniuerſale q̄d à rōne abſtrahēte cōcipit & vniuerſa indiuidua ſeu ꝑticularia ſua cōplectit
& includit,cognoſcit q̄q; figurā imaginatiōe .i. figurā circa quā vis imaginatiua verſat,
item cognoſcit materiale ſenſibile.i.ſenſibilia ſenſuū exterioꝝ obiecta attn̄ abſtractiue
& quidditatiue ſecundū q̄d metaphyſicus cōſiderat oēs prædicamētales eſſentias. Pro-
pter q̄d ſubdit[nec rōne vtēs nec imaginatione,nec ſenſibus, ſed illo vno ictu mētis for-
B maliter,vt ita dicā cuncta proſpiciēs,]hoc eſt,pure intelligēs ſecundū excellētiæ ſuæ mo
dum,nō inſtar viriū inferioꝝ puta formaliter ſicut & ſimplicē formā. Ex q̄bus euidēter
probatur,ꝙ mens humana ſeu intelligētia iſta apicis mētis nequaq̄ in oīni ſua intellecti-
one,intuitione ſeu cōntemplatione ſpeculat phantaſmata, imo ſpeculatio illa eſſet vtfu-
mus lympiditatē intelligētiæ offuſcās,niſi forte q̄s volēs effugere dicat hæc eſſe intelligē-
da nō de intelligētia humana, ſed ſeparata,nec tn̄ ita euadet, qm̄ & de rōne q̄ eſt vtiq; po
tētia aīæ ſubdit[Ratio q̄q; cū quid vniuerſale ita reſpicit].i. dū ratio abſtrahēs vniuerſa
le à particularibus inſpicit ita.i.tā abſtracte aliq̄d vniuerſale in ſua vniuerſalitate ſine re-
flexione ad particulare & ad phantaſma, q̄a natura cōis ſufficiēter reſplēdet ac repreſen-
tat in ſpecie & ſimilitudine ſua deputata & abſtracta in lumine rōonis cōſiſtēte ac poſita
iuxta q̄d ait Philoſ. ꝙ lapis nō eſt in aīa,ſed ſpecies lapidis. Cuius ſpeciei depuratæ puri-
tas ꝑ intuitionē phātaſmatis tanq̄ labē cōtraheret materialitatis cuiuſdā[nec imaginati
one nec ſenſibus vtēs]q̄d veꝝ nō eſſet ſi ſpecularet phātaſmata. Attn̄ potētijs illis ſenſiti
uis vſa eſt à ſenſitiua congnitione ad intellectiuā aſcēdendo in inchoatione & adeptiōe
intellectiuæ notitię, q̄ adepta liber vtit ea ſine inſpectione phātaſmatis, quēadmodū q ꝑ
ſcalā aſcēdit ſolariū & ꝑ mare trāſfretauit iā exiſtēs in loco optato opat ibidē ſine admi
niculo ſcalæ ſeu nauis [imaginabilia & ſenſibilia cōprehēdit,]ſcd̄m modū ſuū in huiuſ-
C modi eleuatiōe inſtar mētis angelicę inſenſibiliter & nō imaginarie ꝓut illa cōprehēdūt
in ſimplici forma ac ſpecie[hæc]vtpote rōne[eſt illa q̄ cōceptionis ſuæ vniuerſale].i.vni
uerſale à ſe cōceptū & cognitū[ita diffinit,homo eſt aīal rōnale bipes]cui.ſ. ex ſui natura
cōpetit bipedē eſſe q̄d tn̄ nō eſt differētia hoīs vera q̄uis loco differētiæ aſſignet [Quæ cū
vniuerſalis notio ſit]q̄uis illa diffinitio hoīs ſit notio vniuerſalis.i.notificatio gn̄alis cō-
ueniēs oī indiuiduo hoīs etiā ſi vnipes ſeu multipes extet [tn̄ imaginabilē ſenſibilēq; eſſe
rē nullus ignorat].i.nemo intelligētiū neſcit rē ſignificatā ꝑ illā diffinitionē eſſe imagina
bilē atq; ſenſibilē,ita q̄d cadit ſub imaginatiōe & ſenſu q̄uis diuerſimode & ꝑ diuerſa,ſic
ut iam patuit[q̄d illa]vtpote ratio [nō imaginatione vel ſenſu, ſed in rōnali cōceptione
cōſiderat].i.ratio cōſiderat rē illā cōem nō cōſideratione ſenſitiua aut imaginaria ꝓprie
& indirecte,ſed bene ꝑ reflexionē,ſed cōceptione rōnali.i.intellectuali & abſtractiua q̄d
cōuenit ſibi directe. Tn̄ vt dictū eſt ratio poteſt ꝑ reflectionē ad phantaſmata id q̄d ſen-
ſus & imaginatio,vt Auicēna ait[& imaginatio].i.vis imaginatiua[tāetſi].i.q̄uis[ſum-
pſit exordiū viſendi].i.frequēter vidēdi ſeu recolēdi[& formādi].i.intra ſe deſcribēdi[fi
guras].i.lineamētoꝝ protractiones, ſimilitudines,phantaſmata reꝝ,[ſenſu tn̄ abſente
ſenſibilia quæq; illuſtrat nō ſenſibili,ſed imaginaria ratiōe iudicādi]hoc eſt, imaginatio
colluſtrat.i. ſua cognitione circuit & intuet ſenſibilia quæq;.i.ſenſuū exterioꝝ obiecta
quæcunq; q̄ꝝ ſimilitudines à ſenſu cōi immediate & ab extioribus ſenſibus mediate ac-
cepit[nō ratione iudicādi].i.cognoſcendi & diſcernēdi ſenſibili]ſed imaginaria].i. non
per modū cognoſcēdi q̄ cognoſcūt ſenſus exteriores , ſed prout cōpetit ei ex ſua natura,
& hæc imaginatio facit.i.facere poteſt & aliq̄n facit[ſenſu abſente].i. exteriore ſenſu re-
moto

PROSA IIII. moto à ſuo obiecto. Vel ſenſu abſente. i. exteriore ſenſatione ceſſante, ſeu ipſa ſenſitiua D potentia ceſſante à ſuo actu. Ex prædictis philoſophia cõcludit intentum: [Vides ne igitur]. i. nonne ò Boethi ex prædictis intelligis [vt cuncta]. i. omnia ſuppoſita cognoſcentia, ſeu potentiæ cognoſcentes, [vtantur in cognoſcendo] res ipſas, [potius ſua facultate]. i. poteſtate, natura, ac diſpoſitione, [q̃ facultate eorum quæ cognoſcũtur] ab ipſis cuius ratio ſubditur: [Neq; id iniuria eſt]. i. iſtud nõ eſt contra rationem & ius, [nam cum omne iudicium]. i. ex quo omnis apprehẽſio, cognitio, diſcretio, [ſit actus iudicantis]. i. ſuppoſiti ſeu potentiæ cognoſcentis ſeu iudicãtis, ſuppoſitum quippe eſt quod agit, quõ eam & agere ac pati proprie ſunt ſuppoſitorum, ſecundum Philoſophum primo metaphyſicę, potẽtia vero eſt quod agit. i. per quod [neceſſe eſt]. i. oportet & neceſſario ſequitur, [vt quiſq;]. i. quicunq; cognoſcens [perficiat operam ſuam]. i. propriam operationẽ exequatur ac impleat, [non ex aliena poteſtate]. i. nõ vi alterius, [ſed propria volũtate,] loquẽdo de poteſtate proxima actũ eliciẽte atq; intrinſice producẽte, attñ illã poteſtatẽ aliunde ſortitus eſt, id eſt, à ſua cauſa productiua accepit, pręſertim prima cauſa in cuius virtute agitur omne agens ſecundũ illud libro de cauſis. Cauſa prima plus influit quàm quæcunq; cauſa ſecũda, Interea obijci poſſet, quia qui rem aliter intelligit q̃ eſt falſe intelligit eam, ſi ergo cognitio rerum eſt ſecundum modum & naturam cognoſcentis nõ cogniti, videtur quod aliter intelligit eam homo q̃ eſt, ergo non vere eam intelligit, quod E probatur, quia ſi ratio & intellectus agnoſcunt ſenſibilia & variabilia, inſenſibiliter, inuariabiliter, & abſtracte, intelligunt eam aliter q̃ eſt, ergo & falſe. Dicendum quod hoc quod dicitur vtiliter referri poteſt ad actũ cognoſcendi, ſeu cognoſcentem, ſic negatiua eſt propoſitio qui cognoſcit ſeu intelligit rẽ eſſe aliter q̃ eſt, intelligit eã falſe, quia oportet cognitionem eſſe ſecundum modum cognoſcentis. Propter quod magnus Dionyſius proteſtatur, ꝙ deus cognoſcit variabilia inuariabiliter, ſenſibilia inſenſibiliter, mobilia immobiliter, temporalia æternaliter, materialia atq; cõpoſita immaterialiter ac ſimpliciſſime. Idem fatentur Proclus & author libri de Cauſis. Secundo ſi. aliter referri po poteſt ad modum, naturam ac proprietatem cogniti, & ſic propoſitio illa verificatur, qui enim intelligeret materialia & temporalia non eſſe talia deuiaret, ſed ita non eſt ad propoſitum obiectio illa per quod patet ad ſecundum ſolutio. Præterea per hoc quod philoſophia aſſeruit ea quæ poteſt ſenſus, imaginationem quoq; cognoſcere poſſe, non econtra. Itemq; rationem poſſe quæ poteſt imaginatio, non vice verſa tangit naturam & proprietatem totorum poteſtatiuorum. Eſt enimmultiplex totum, vc; totum eſſentiale, totum integralę, totum vniuerſale, & totum poteſtatiuũ, cuiuſmodi totum eſt aĩa habẽs in ſe multas vires, talis autẽ totius poteſtatiui natura eſt iſta, ꝙ ea quæ poteſt pars & poteſtas inferior, poteſt pars & poteſtas ſuperior, altiori vtiq; modo q̃ inferior, vt in propo F ſito, quemodmodũ etiam quod poteſt ſubdiaconatus, poteſt diaconatus, & quod ſubdiaconatus & diaconatus poteſt ordo ſacerdotalis, non econuerſo. Idem cenſendum de poteſtate pręlatica & de principatu ciuili, prout ſuper quartum Sententiarum Thomas, Bonauentura, Petrus & Richardus frequenter teſtãtur. De hoc etiam Albertus libro de coæqueuis plenius ſcribit, & in libro de miſſa, quemadmodum in poteſtate papali omẽs inferiores eccleſiaſticæ poteſtates virtualiter continentur. Similiter in regia poteſtate inferiores poteſtates ciuiles. In talibus nanq; in ſuprema poteſtate & parte poteſtatiua, potentiæ & vires cunctæ inferiores comprehenduntur, ſicq; vt hic docet philoſophia in potentijs animæ ſuprema vis vtpote intelligentia poteſt quicquam vires inferiores. Hinc ſanctus Dionyſius proteſtatur, ꝙ ſupremum ordinis inferioris magnam cõuenientiam habet cum infimo ordinis ſuperioris, non tamen illud attingit. Proclus quoq;: Omniũ, inquit, diuinorum ornatuum infima ſuperior cum ſupremis inferiorum magnam conuenientiam ſortiuntur & connexionem, non tamen ſuprema hæc infima illa attingunt.

## METRVM V. LIBRI V.

Qvondam porticus attulit
Quos obſcuros nimium ſenes,
Qui ſenſus & imagines
E corporibus extimis





A Credant mentibus imprimi,
Vt quondam celeri ſtylo
Mos eſt æquore paginæ,
Quæ nullas habeat notas,
Preſſas figere literas.
Sed mens ſi proprijs uigens
Nil motibus explicat,
Sed tantum patiens iacet,
Notis ſubdita corporum,
Caſſaſq; in ſpeculi uicem
Rerum reddit imagines,
Vnde hæc ſic animis uiget,
Cernens omnia notio?
B Quæ uis ſingula proſpicit?
Aut quæ cognita diuidit?
Quæ diuiſa recolligit?
Alternumq; legens iter,
Nunc ſummis caput inſerit,
Nunc deſidit in infima,
Tum ſeſe referens ſibi
Veris falſa redarguit?
Hæc eſt efficiens magis
Longe cauſa potentior,
Quam quæ materiæ modo
Impreſſas patitur notas.
Præcedit tamen excitans,
Ac uires animi mouens,
Viuo in corpore paſſio.
Cum uel lux oculos ferit,
Vel uox auribus inſtrepit,
Tum mentis uigor excitus
Quas intus ſpecies tenet,
Ad motus ſimiles uocans,
Notis applicat exteris,
Introrſumq; reconditis
Formis miſcet imagines.

## Expoſitio metri quarti huius libri quinti. ARTIC. IX.

POſtquam in proſa præhabita docuit & probauit philoſophia quod cognitio rerum eſt ſecundum modum & naturam cognoſcentium non cognitorum, nunc in quarto hoc metro tangit quomodo quidam philoſophi dixerunt oppoſitum: [Porticus]. i. locus talis Athenienſis [attulit quondam]. i. olim in ſe continebat & exhibebat, [ſenes nimium obſcuros]. i. quoſdam ſtudentes antiquos valde adhuc imperitos, in quibus ſapientia extitit parua, [qui credebant ſenſus]. i. ſenſibilium formas ſeu ſenſationes [& imagines]. i. ſimilitudines rerꝫ imaginarias ſeu ipſas imaginatiões [extimis corporibus,] id eſt, ab exterioribus ſenſibilibus corporeis obiectis [imprimi mentibus,] id eſt, intellectibus noſtris. Vnde apparet ꝙ iſti fuerint de craſſioribus C philoſophis, qui inter ſenſum & intellectum non diſtinxerunt, [vt mos eſt,] id eſt, ſicut olim fuit conſuetudo [imprimere]. i. inſcribere [literas preſſas]. i. firmiter impreſſas [ſtylo celeri]. i. graphio velociter exaranti [æquore paginæ]. i. in planicie tabulæ ſeu papyri, [quæ] pagina [nullas habet notas]. i. nullas inſcriptiones habuerit ante ſeu nullas figuras aut literas. Conſequenter philoſophia opinionem hanc improbat: [Sed] ò philoſophia [ſi mens]. i. intellectus humanus] nihil explicat] id eſt, nil agit neq; proſequitur [vigens proprijs motibus] id eſt, fortiter vtẽs actibus & conatibus virium propriarum [ſed iacet]. i. deiecta eſt [patiẽs tm̃] id eſt, ſolum paſſiue ſe habẽs recipiendo impreſſiones formarum à rebus [ſubdita notis corporum]. i. figuris & ſimilitudinibus corporalium obiectorum in eam agentiũ [&] ipſa mens [reddit,] id eſt, repreſentat & exhibet [imagines] id eſt, ſpecies cognoſcibiles, [rerum] ſenſibilium [caſſas]. i. inanes quæ in veritate nõ valent repreſentare eſſentias rerum abſtracte communiterq; acceptas [vice]. i. inſtar [ſpeculi] in quo apparet ſimilitudo rei, non veritas. Hinc ſubditur: [Vnde notio hæc cernens omnia,] id eſt, vnde & à quo ac qualiter notio, id eſt, cognitio iſta vniuerſalis cernens ac intuens cuncta vtpote genera, ſpecies, ac indiuidua, [viget ſic animo?] id eſt, vigoroſe ac valde relucet ac inexiſtit hominum mentibus [Quæ vis,] id eſt, quæ potẽtia animæ [proſpicit,] id eſt, deſuper pẽſat atq; intelligit [ſingula,] id eſt, omnia etiam inuiſibilia, immaterialia, quorꝫ ſimilitudines non recipit directe & immediate à corporalibus rebus [Aut quæ vis diuidit cognita] ſicut ens diuiditur in ens creatum & increatum, in ſubſtantiam & accidens, in ens abſolutum & relatiuum, quę diuiſio fieri nequit per ſenſibiles formas & ſpecies, & ſicut diuiditur genus in ſpecies, [quæ etiam vis recolligit diuerſa,] reducendo ſpe

METR. IIII. do ſpecies multas ad vnum,& plura ad vnum, multaq́; indiuidua ad ſpeciem vnam,ad q̃ D
requiruntur rationes valde generales & ſpecies abſtractæ ac multum cõmunes.[Et quæ
vis legens,]id eſt,carpens ac eligens[iter alternum,]id eſt,modum procedendi & inueſti
gandi iam iſtum iam illum[inſerit caput]mentis,id eſt,verticem ſuæ virtutis ac conſide-
rationis infigit[nunc ſummis,]id eſt,primæ cauſæ ac ſubſtantijs ſeparatis [nunc deſcen
dit ad infima,]id eſt, ad conſiderandum temporalia & terrena, & ad prouidendum ne-
ceſſarijs vitæ ac fragilis carnis.[Cum referens ſe ſibi].i.anima comparans & reflectens
ſe ſuper ſe ac propriam ſcrutãs naturam per artus ſuos,ſicq́; ſe immaterialem & immor-
talem ſe eſſe cognoſcens,[redarguit falſa].i.reprobat mendacia & errores,[veris].i.per
media vera & rationabilia argumenta[hæc cauſa efficiens[.i.vis iſta mentis effectiua &
elicitiua actuum horum & harum abſtractionum & ſpeculationum iſtarum,quę eſt vis
intellectiua nõ ſenſitiua,[eſt longe potẽtior]& nobilior & efficacior[q̃]vis illa[quẽ mo
do].i.inſtar[materię patitur].i.paſſiue & materialiter recipit[notas].i.figuras,[impreſ-
ſas,]ſicut expoſitum eſt quæ eſt vis organica. Verum ſicut patebit Boethius rurſus vide-
tur hic loqui iuxta doctrinã Platonicorum,ꝙ ſcilicet intellectus non eſt vis paſſiua,nec
ſpecies rerum ſumẽs ab extra,ſed habens eas ſibi inditas ab exordio ac innatas,ideo ſub
ditur:Hic exponit Boethius mentis ſuæ intentionem,dicendo ꝙ quamuis mens intra ſe
habet.i.continet ſpecies rerum, nihilominus per exteriora obiecta excitatur ad vtendũ E
actualiter huiuſmodi ſpeciebus.Itaq; ait:[Tamen,]id eſt,quamuis mens actu intelligat
ſua vi nobiliori atq; per ſimilitudines rerum impreſſas actualiter & diſtincte ſecundum
Platonem,attamen[paſſio].i.immutatio facta in ſenſu ab exteriori obiecto[in corpore
viuo,]id eſt,in corpore hominis adhuc viuente,[excitans]& mouẽs[vires animi,]id eſt,
interiores potentias intellectuales[præcedit] cognitionem intellectualem, illam videli-
cet qua anima experitur,percipit & aduertit ſe intelligere,non tamen neceſſario pręcedit
intelligere abditum quod eſt in nobis, quod dico exponendo mentem & modũ loquen
di Platonis, quemadmodum beatus Auguſtinus in varijs libris potiſſime libro de Tri-
nitate ſępiſſime tãgit ac ſequitur,quemadmodum & Boethius in hoc libro totali frequẽ
tat,cuius tamen dicta retorqueri poſſunt primum ad intellectum,vt ſpecies dicantur no
bis innatæ quantum ad habitus cognoſcitiuos primorum principiorum in ſpeculatiuis
& practicis,& quantum ad aptitudinem inchoationemq́; aliquam,prout etiam potentia
appellatur quædam inchoatio ſui actus. Itaq; paſſio talis præcedit,[cum vel lux]exteri-
or[ferit,]id eſt,immutat[oculos,vel vox inſtrepit,]id eſt,inſonat,[auribus tum,]id eſt,
tunc[vigor mentis,]id eſt, vis intellectiua, [excitus,]id eſt, excitatus per tale obiectum,
[vocans,]id eſt,in actum reducens[ſpecies quas tenet intus ad motus ſimiles,]id eſt, ad
conceptiones & apprehenſiones rerum,quæ ſenſibus apprehenduntur,[applicat]ſpecies F
ſeu ſimilitudines illas[notis exteris].i.exterioribus ſignis,figuris & formis applicatione
intellectuali,conſiderando eas vt ſimilitudines reꝝ,quaꝝ formas & notas conſpicit fo-
ris[& mens miſcet imagines].i.exteriores ſimilitudines,[formis introrſum recõditis].i.
ſpeciebus intelligibilibus in intellectu latentibus comparando & conſiderando eas ad
inuicem.Quãuis aũt ſecundũ Ariſtotelẽ intelligere queadmodũ & ſentire ſit q̊ddam pa
ti, inquantũ ſit per ſpecieꝝ receptionẽ, hoc tñ accipiendũ eſt de paſſione cõiter tm̃ ſum-
pta & ꝑfectiua nõ corruptiua.Intellectus q̊q; poſſibilis,quãuis ſit potẽtia quodammodo
paſſiua inquantum recipit ſimilitudines rerum, nihilominus per ſimilitudines iam rece-
ptas vere agit actiue intelligendo,diſcernendo,inquirendo & diſcurrendo.

## PROSA V. LIBRI V.

QVod ſi in corporibus ſentiendis,q̃uis afficiant inſtrumenta ſen
ſuum forinſecus obiectæ qualitates , animi q̊q; agentis uigorẽ
paſſio corporis ãñcedat, q̃ in ſe actũ mẽtis prouocet, excitetq;
interim qeſcẽtes intrinſecus formas:ſi in ſentiẽdis inquã corpo
rib.aı̃us nõ paſſiõib.inſignit̃,ſed ex ſua ui ſubiectã corp̃i indicat paſſionẽ,
quãto magis ea q̃ cũctis corporꝝ affectionib.abſoluta ſunt,in diſcernẽdo
nõ obiecta extrinſecus ſequũt̃,ſed actũ ſuę mẽtis expediũt.Hac itaq; rõne




A multiplices cognitiones diuerſis ac differentibus ceſſere ſubſtantijs. Sen-
ſus enim ſolus cũctis alijs cognitionibus deſtitutus,immobilibus animan
tibus ceſſit,quales ſunt conchæ maris, quæq; alia ſaxis hærentia nutriun-
tur.Imaginatio uero mobilibus beluis,quibus iam ineſſe fugiendi appetẽ-
diue aliquis uidetur affectus.Ratio uero humani tantum generis eſt,ſicuti
intelligentia ſola diuini. Quo fit, ut ea notitia cæteris præſtet, quæ ſuapte
natura non modo proprium,ſed cæterarum quoque notitiarum ſubiecta
cognoſcit. Quid igitur,ſi ratiocinationi ſenſus imaginatioq; refragentur,
nihil eſſe illud uniuerſale dicentes,quod ſeſe intueri ratio putat?Quod em̃
ſenſibile uel imaginabile eſt,id uniuerſum eſſe non poſſe,Aut igitur ratio-
nis uerum eſſe iudicium,nec quicquam eſſe ſenſibile,aut quoniam ſibi no
tum ſit plura ſenſibus & imaginationi eſſe ſubiecta,inanem cõceptionem
eſſe rationis,quæ quod ſenſibile ſit ac ſingulare quaſi quoddam uniuerſa-
B le conſideret.Ad hæc, ſi ratio contra reſpondeat, ſe quidem & quod ſenſi
bile, & quod imaginabile ſit, in uniuerſitatis ratione conſpicere: illa uero
ad uniuerſitatis cognitionem aſpirare nõ poſſe:quoniam eorum notio cor
porales figuras non poſſit excedere. De reꝝ uero cognitione,firmiori po
tius perfectioriq; iudicio eſſe credẽdum. In huiuſmodi igitur lite nos,qui-
bus tam ratiocinandi q̃ imaginandi etiam,ſentiendiq; uis ineſt,nonne rati-
onis cauſam probaremus? Simile eſt quod humana ratio diuinam intelli-
gentiam futura niſi(ut ipſa cognoſcit) non putat intueri. Nam ita diſſeris,
ſi qua certos ac neceſſarios habere non uideantur euentus,ea certo euentu-
ra præſciri nequeunt. Harum igitur rerum nulla eſt præſcientia, quam ſi
etiam in his eſſe credamus,nihil erit quod non ex neceſſitate proueniat. Si
igitur uti rationis participes ſumus, ita diuinæ iudicium mẽtis habere poſ
ſemus,ſicut imaginationem ſenſumq; cedere oportere iudicauimus, ſic di
C uinæ ſeſe mẽti humanam ſummittere rationem iuſtiſſimum cenſeremus,
Quare in illius ſummæ Intelligẽtiæ cacumen(ſi poſſumus)erigamur.Il-
lic enim ratio uidebit,quod in ſe non poteſt intueri.Id autem eſt, quonam
modo etiam,quæ certos exitus non habent, certa tamen uideat ac definita
prænotio,neq; id ſit opinio, ſed ſummæ potius ſcientiæ nullis terminis in
cluſa ſimplicitas.

### Expoſitio proſæ quintæ ARTIC. X.

SIcut ꝓſa & metro immediate p̃habitis reprobauit philoſophia motiua dicẽti-
um ꝙ ſimul ſtare nõ valẽt certa & infallibilis prouidẽtia dei & libertas arbi-
trij ac cõtigẽtia reꝝ,ita & in proſa hac hocipſum ꝓſequit̃,diffuſiuſq́; declara-
tur.Ordo & ſenſus ꝟboꝝ eſt[Qd' ſi].i.ex q̊[in corporibus ſentiẽdis].i.in hoc
ꝙ corpa ſentiũt[animus nõ inſignit̃].i.intellectus nõ figurat̃ neq; ab extra format̃,[paſ-
ſione].i. trãſmutatiõe extinſeca ꝑ impreſſionẽ ſenſibiliũ formaꝝ in ipſum,[ſed iudicat]
.i.apprehẽdit & decernit,[ex ſola ſua vi].i.ſola intellectuali virtute,[paſſionũ]paſſibilẽ
qualitatẽ[ſubiectã corpori].i.à corpore depẽdẽtẽ eiq́; inhærẽtẽ[q̃uis q̃litates obiectæ fo-
rinſecus].i.foris repreſentatę exterioribus ſenſibus[afficiãt].i. alterẽt[inſtrumẽta].i. or-
gana[ſenſuũ[ſicut color & lux viſum,calorq́; tactũ[& paſſio corporis].i.immutatio ſen
ſuũ[ãñcedat vigorẽ animi agẽtis].i.actũ intellectus cognoſcẽtis & ſup propriũ actuũ ſe
reflectẽtis[q̃ in ſe ꝓuocet actũ mẽtis].i.actualẽ intellectionẽ exciter ad aduertẽdũ exte-
riora obiecta[& excitet interim formas qeſcẽtes extrinſecꝰ].i.ad talẽ aduertẽtiã & ſenſu

PROSA V. aliũ cõſiderationem excitet formas.i. ſpecies intelligibiles in intellectu manẽtes[quãto D
magis ea].i.multo amplius ſubſtãtiæ incorporeæ,intellectuales [q̃ abſolutę ſunt].i.im-
munes[à cũctis affectionibus corpoꝝ].i.ab oĩbus immutationib.paſſionibus & q̃litati
bus corporaliũ reꝝ,vt angeli[in diſcernẽdo nõ ſequũt].i.nõ imitãtur[obiecta extrinſe-
cus].i.exteriora obiecta cognoſcẽdo & iudicãdo ſcd̃m illoꝝ variabilẽ modũ,cõpoſitãq;
naturã [ſed actũ ſuæ mẽtis expediũt].i. expedite exequũt proprij intellectus actionẽ per
ea q̃ intra ſe habẽt.i.iuxta ſimplicitatẽ & eminentiã ſuæ intellectualitatis[Hac itaq; rõne
multiplices cognitiones diuerſis ac differẽtibus ceſſerunt ſubſtãtijs].i. multi ac diſtincti
modi & gradus ac ſpẽs cognoſcẽdi ſunt dati diuerſis reꝝ naturis atq; ſuppoſitis, q̃ꝝ q̃dã
differãt ſolo numero.vt indiuidua ſpeciei eiuſdẽ,q̃dã ſpecie.alij gñe,vt homo & angelus
Quia vt patuit cpatio ſeq̃t rei naturã,& vnũq̃dq; agit & cognoſcit, ſcd̃m modũ,gradũ,
ac dignitatẽ ꝓpriæ ſpeciei[Senſus eñ ſolus cunctis alijs cognitionib.deſtitutus].i.ſegre-
gatus ab oĩ cognitiõe alia ab exteriori notitiã ſenſitiuã,[immobilibus aĩantibus ceſſit]
.i.ꝓuenit ac datus eſt,q̃les ſunt cõchæ maris,q̃ ex ſe nõ mouẽt localiter,attñ motu dilata
tionis & cõſtructionis mouẽt,q̃ cũ in littore apperuerint ſuã domũculã cancer eis inſidi
ans iactat lapillũ inter apturã,ſicq; pede ſuo extrahit cõchã ac deuorat eã,vt in hexame-
ron S.refert Ambroſ.ſoluſq; tactus dr̃ cõchis ineſſe[& q̃cũq; ſaxis aĩalia hærẽtia nutriũ
tur].i.oĩa aĩalia q̃ nutriũt hærẽtia ſaxis.i. ſaxis affixa,& inde alimẽta ſumẽtia,vt ſunt cõ E
chilia & oſtreę q̃ ſunt piſces coriũ duꝝ habẽtes[imaginatio vero].i.vis imaginatiua[in-
eſt beluis].i.brutis[mobilibus]loco[q̃bus affectus aliq̃s fugiẽdi aut appetẽdi videt iam
ineſſe]fugiũt eñ dũ aliq̃d apprehẽdũt aut ſentiũt vt afflictiuũ,appetũt vero & inſequũt
dũ aliq̃d apprehẽdũt tãq̃ cõueniẽs[Ratio vero tñ humani gñis eſt].i.vis rõnalis à q̃ ho-
mo accipit ſpeciẽ nõ cõuenit niſi humano gñi,ſumẽdo rõnẽ ꝓprie ꝓ vi intellectuali diſ-
curſiua à notis ad ignota.Aliq̃ñ vero cõius ſumit ꝓ vi intellectuali,ſicq; cõuenit angelis.
Vñ B.ait Bernard.duas rõnales creaturas cõdidit deus,angelũ.ſ.& hoiem.Porro S.Gre
gorius addidit in homilia ꝙ angelus rõnale eſt aĩal. In q̃bus verbis tã rõnale q̃ aĩal capit
multũ extẽſe[ſit intelligẽtia ſola diuini] ſup. gñis.i.intellectualitas pura & ſola ſimplici
intuitu oĩm cognoſciua,eſt ſolũ diuini gñis..ſolis ſeparatis ſubſtãtijs cõpetit,q̃ præ cęte
ris creaturis deiformes ac diuinæ cẽſent,ꝓpter q̃d à philoſophis intelligẽtiæ nũcupãt,nec
dubiũ q̃n ſupbeatiſſimo deo intelectualis pfectio cõpetat cũ excellẽtia penitus infinita.
Ineſt etiã aĩabus beatis, imo & hoĩbus virtuoſis & cõtẽplatiuis ſcd̃m aliquẽ gradũ & par
ticipationẽ,vt in ꝓſa dictũ eſt p̃cedẽti[Quo fit].i.ex q̃bus cõſeq̃t[vt ea notitia cæteris p̃-
ſtet].i.ꝙ iſta intellectualis notitia cæteris cognitionibus extet p̃ſtãtior[q̃ ſuapte natura]
.i.ꝓpria naturaliq; dignitate[noſcit nõ modo].i.non ſolũ ꝓpriũ obiectũ q̃d eſt ens ſeu
veꝝ[ſed etiã obiecta notiaꝝ cęteráꝝ]cognitiuaꝝq; viriũ,vtpote intellectualis cognitio F
q̃ & altiori modo cognoſcit inferioꝝ potẽtiaꝝ obiecta,q̃ ipſemet,vt in p̃cedẽti ꝓſa expo
ſitũ eſt,vbi hæc oĩa cõtinẽt,q̃ tñ hic repetũt,vt aliq̃ adijciãt. Sicq; ex eis cõcludit ꝓpoſitũ.
Vñ ſubiũgit[Quid igit].i.q̃d dicẽdũ videt[ſi ſenſus & imaginatio].i.ſenſitiua & exteri-
or cognitio,imaginaria q̃q; notitia[refragẽt].i.repugnare & cõtradicere videãt[rõcina
tioni].i.diſcurſui & argumẽtationi cõcluſioniq; rõnis [nihil illud eſſe dicẽtes vniuerſale
q̃d ſeſe intueri ratio putet].i.ipſe ſenſus & imaginatio,hoc eſt homo ſcd̃m ſenſum ima-
ginationẽq; iudicãs,dicat nihil eſſe vniuerſale,hoc eſt,naturã cõem abſtractiue cõſidera
tã;& hoc ꝓpter rõnem q̃ ſubdit[Quod eñ ſenſibile & imaginabile eſt,id vniuerſum].i.
vniuerſale[eſſe nõ poteſt.Aut igit rõnis veꝝ iudiciũ eſſe]ſupple cõſtat[nec q̃cq̃ eſſe ſenſi
bile]hoc eſt, aut iudiciũ rõnis eſt veꝝ & ꝑ cõſequẽs nullũ ens eſt ſenſibile vel particula-
re[Aut q̃ñ ſibi]vero rõni[notũ eſt plura ſenſibus & imaginationi eſſe ſubiecta].i.multa
eſſe particularia entia ſub rõne & imaginatione cadẽtia[ideo inanẽ eſſe cõceptionẽ ratio
nis].i.mẽdacẽ & vanã eſſe rõnis cõſiderationẽ,q̃ vniuerſale ꝑ abſtractionẽ cõſiderat.[q̃
q̃d ſenſibile ſit ac ſingulare q̃ſi q̃ddã vniuerſale cõſiderat].i. q̃ ratio cõſiderat id quaſi q̃d
dã vniuerſale q̃d in ſe & in ſubſiſtẽtia ſua eſt q̃d ſenſibile aut ſingulare.Sed argumẽtatio
iſta tenet,q̃a idẽ poteſt multipliciter cõſiderari,hoc eſt magis & minus cõtracte.Ideo ſe-
quit[Ad hęc ſi ratio cõtra r̃ndeat].i.ſi ratio r̃ndeat ad iſta obiecta cõtra.i.ea negãdo atq;
dicẽdo[ſe q̃dẽ & q̃d ſenſibile eſt & q̃d imaginabile ſit ſub vniuerſalitatis rõne cõſpicere]
hoc eſt,ſi dicat ſe cõſiderare in rõne & ſub rõne vniuerſalis,tã id q̃d eſt ſingulare q̃ id q̃d
eſt imaginale conſiderãdo ea ꝑ abſtractionẽ ab hic & nũc ab oĩ loco & tp̃e. [Nam vero
ad vni-



A ad vniuerſitatis cognitionẽ aſpirare nõ poſſe] .i.ſenſum & imaginationẽ nõ poſſe ptin-
gere ad notitiã vniuerſalis & rõnis cõis, ꝓut totũ illud in p̃cedẽti ꝓſa expoſitũ eſt,[q̃ñ
eoꝝ notitia].i.cognitio[corporales figuras nõ poſſit excedere].i.nõ ſe poteſt extende-
re vltra ea q̃ repreſentant ꝑ figuras ſenſibiles & ſimilitudines corporales,q̃ in potẽtijs cõ
tinẽtur organicis. Cõſequẽter tãgit philoſophia cuius potẽtiæ cognitiuæ iudicio ſit acq̃e
ſcendũ,dũ potẽtiæ iſtæ ſibi inuicẽ repugnare videntur[De reꝝ vero cognitione firmiori
potius pfectioriq; iudicio eſſe credẽdũ]hoc eſt,credẽdũ eſt iudicio firmiori.i. rõnabilio-
ri ac magis pfecto.i.iudicio rõnis de cognitione reꝝ an.ſ. cognitio ſeu iudicatio de re ſit
recta aut nõ.Vnde mox ſubdit[In huiuſmodi ergo lite].i.contradictione q̃ñ diuerſæ vi-
res diuerſimode iudicant [nos q̃bus tam rõcinandi q̃ imaginãdi etiã ſentiendi vis ineſt,
nõne rõnis cauſam probaremus].i.nos q̃bus data eſt vis ſenſitiua & imaginatiua ac rõ-
cinatiua,magis vtiq; approbaremus cauſam.i.tribunal ſeu iudiciũ rationis q̃ viriũ infe-
rioꝝ.Ex his philoſophia oſtẽdit inſufficiẽtiã argumẽti cuiuſdã p̃habiti, ꝙ.ſ.cõtingentia
& incerta non poſſent à deo certitudinaliter p̃cognoſci [Simile eſt ꝙ humana ratio diui
nã intelligẽtiã futura niſi vt ipſa cognoſcit nõ putat intueri].i.ꝙ humana ratio nõ putat
diuinã intelligẽtiã.i.mentẽ increatã intueri futura nõ aliter q̃ ipſa ratio cognoſcit[Nam
ita diſſeris].i.ſic dicis & arguis[ſi qua].i.ſi aliqua [nõ videntur habere euentus certos ac
B neceſſarios].i.adimpletiones determinatas & ineuitabiles,[ea certo euentura nequeunt
p̃ſciri.Haꝝ ergo reꝝ nulla eſt p̃ſcientia, quam etſi in his eſſe credamus nihil erit q̃d non
ex neceſſitate ꝓueniat].i.ſi credamus p̃ſcientiã eſſe in rebus his.i. de rebus futuris cõtin-
gẽter ac libere euẽturis ſeq̃tur ꝙ nihil erit.i.q̃d nihil fiet, q̃d nõ ex neceſſitate eueniet, q̃d
argumentũ iam toties extat p̃habitũ & ſolutũ vt tædiũ pariat idem tam frequẽter repe-
tere.Boethius tamen ſub noĩe philoſophiæ tã ſæpe reſumit,q̃ñ tp̃e ſuo materia iſta non
fuit tã euidenter diſcuſſa & declarata vt interim,& modo. Vñ adhuc plenius eã reſoluit
atq; elucidat ſubdẽs[Si igit vti rationis participes ſumus,ita diuinæ mẽtis iudiciũ habe-
re poſſemus]hoc eſt,ſi haberemus iudiciũ mẽtis diuinæ.i.tam certã & pfectã reꝝ notiti-
am & cẽſurã vt deus,vel ſicut beati ipſi fruẽtes,q̃ꝝ intellectus valde eſt deiformis,q̃ñ vi
dẽt deũ ſicuti eſt & cætera etiã futura q̃ plurima deiformiter in ipſo, vt diuinus Dionyſi-
us ꝓteſtat[ſicut imaginationẽ ſenſumq; rõni cedere oportere iudicamus, ſic diuinæ ſeſe
mẽti humanã ſubmittere rõnẽ iuſtiſſimũ cẽſeremus].i.tũc vtiq; cẽſeremus,iudicaremus
iuſtiſſimũ eſſe humanã rõnẽ ſubmittere ſeſe mẽti diuinæ & eius iudicio,cũ illa ſit ſupcer-
tiſſima,infallibilis ac prorſus indeuiabilis regula, mẽſura & cauſa oĩs veritatis,virtutis,
& æquitatis, imo & incõparabiliter plus q̃ ſicut iudicamus modo oportere imaginatio-
nẽ & ſenſum oportere cedere.i. deferre & obtẽperare rõni & eius iudicio. Dicũt aũt ſen-
C ſus & imaginatio hoc facere nõ formaliter ac directe, cũ nec ſenſus nec imaginatio rõnẽ
cognoſcat,ſed ex cõſequẽti,q̃ñ ſubiectũ eoꝝ.i. homo ſenſum imaginationẽq; habẽs id
facit. Cõſequẽter philoſophia hortat ſalubriter & optimũ p̃ſtat conſiliũ [Quare in illius
ſummæ intelligẽtiæ cacumẽ ſi poſſimus erigamur]hoc eſt,quare.i. cũ p̃inducta ita ſe ha-
beãt,ideo ſi poſſimus.i.q̃a ꝑ dei auxiliũ poſſimus[erigamur].i.ꝑ lumen naturæ & habi-
tus ſciẽtiaꝝ atq; virtutũ p̃ſertim ꝑ ſapiẽtiã ac dei amorẽ, erigamus nos cõtẽplando, imo
potius oĩpotentẽ rogemus,vt erigamur ab eo ꝑ lumẽ gratiæ,& ſapiẽtiæ donũ ac charita
tẽ infuſam ꝑ myſticã theoriã & amorẽ flãmigeꝝ in cacumẽ.i.ad altitudinẽ illius intelli-
gẽtiæ ſummæ.i.diuinæ & increatæ ſapiẽtiæ, cuius rõnibus æternis cõtẽplãdis ac cõſulen
dis intẽdit ratio nr̃a ſupior,vt S.aſſerit Auguſtinus[Illic eñ ratio videbit].i. cõtẽplatio-
ne altitudinis ſapiẽtiæ dei intellectus nr̃ cõſpiciet[q̃d in ſe nõ poteſt intueri].i.q̃d intelli-
gere nequit ꝓpria poteſtate aut lumine naturali. Et q̃d ſit hoc ſubdit [Id aũt eſt q̃ nã mo-
do].i.q̃liter[etiã q̃ certos exitus nõ habẽt]vtpote cõtingẽtia [certa tñ videat ac diffinita
p̃notio].i.cognitio dei certa & infallibilis ac diffinita.i.abſoluta ſeu aſolute pfecta ac de
terminata in ſe,q̃uis ſit illuminata ac infinita,videat.i.intelligat illa certiſſime ab ęterno
[Neq; id ſit opinio].i.illa cognitio dei nõ exiſtat opinio,hoc eſt, incerta notitia cum for
midine de oppoſito[ſed ſummæ potius ſcientiæ nullis terminis incluſa ſimplicitas,]hoc
eſt, ſimplicitas pura & infinita videlicet nullis terminis incluſa.i.nõ arctata nec compre
henſa terminis vllis,ſeu aliquo fine. Simplicitas inquã ſciẽtiæ ſummæ.i.ſciẽtiæ dei altiſſi
mi,qui eſt ipſa ſapiẽtia ſua,de q̃ ſcriptũ eſt Regũ primo:Deus ſcientiaꝝ dñs eſt. Qui loqui
tur per Ozee:Quia tu ſciẽtiam repuliſti,repellã te ne ſacerdotio fungaris mihi. Porro in-

 finis-

METR. V. finita iſta ſimplicitas ſummæ ſcientiæ realiter eſt ipſa ſimpliciſſima ſcientia dei q̄ eſſenti- D
aliter eſt ipſa ſua ſcientia, eſtq; incomparabilis & immenſa. Præterea volens intelligere
qualiter deus excelſus & glorioſus cognoſcat variabilia, indeterminata, incerta libera
contingentia infallibiliter & ſupercertiſſime, debet prætacto modo erigi ſeq; erigere, &
item aſcendere in cacumine ſummæ intelligentiæ ac ſapientiæ dei, non ꝙ in hac vita va-
leat deum in ſeipſo clare & immediate conſpicere, ſed quantum ex creaturis & lumine
naturali atq; ſcientia acquiſita præſertim ex lumine gratiæ dono ſapientię & fide illumi
nata ac illuſtratione ſuperna poteſt, debet ſe dare ad contemplationem dei realis contē-
plationis ad ipſum volare & conſiderare quemadmodum deus ſit ens primum & ſum-
mum infinite ſimpliciterq; perfectum, perfecte quoq; pure ac infinite ſimpliciſſimum in
quo penitus idem ſunt intelligens & intelligentia, ſapiens & ſapientia, ſciens & ſcientia,
ſpecies intelligibiles & obiectum, actio & ſubſtantia. Ideo q; deus ſuperglorioſiſſimus ſu
pereſſentialis, ſibiq; ſoli perfecte comprehenſibilis vniuerſa & ſingula, præterita, præſen-
tia, & futura, ſimplicia & compoſita, tpalia & perpetua, neceſſaria & contingentia, ac oēs
omnium horum circunſtantias actus & accidentia, imo & oīa poſſibilia fieri infinitaſq;
ſpecies numerorum, & infinita indiuidua earundem, quæ nunquam fuerūt nec erunt in
telligit inuariabiliter & æterne, vnico & ſimpliciſſimo actu intelligendi, quaſi præſentia-
liter ac prorſus independenter iuxta omnem excellentiā ſuæ naturæ ex ſe, in ſe, & per ſe, E
eo ꝙ vniuerſa & ſingula iſta in ſua ſuperexaltata eſſentia, atq; in illuminata virtute ſeu
omnipotentia ſua contineantur, reſplendeant & repreſententur omniformiter quomo
doliberq; perfecte. Quo hæc verba clarius intellexeris, eo lympidius poteris intelligere,
cernere & contemplari totum paſſum huius materiæ, & qualiter omnia iſta variabilia,
libera, contingentia, & incerta à ſuperſanctiſſima, inuariabili mente diuina ęternaliter &
inuariabiliter ſimpliciſſime ac ſupercertiſſime cognoſcuntur.

## METRVM V. LIBRI V.

QVam uarijs terras animalia permeant figuris
Nanq; alia extento ſunt corpore, puluerem q; uerrunt,
Continuumq; trahunt ui pectoris incitata ſulcum.
Sunt quibus alarum leuitas uaga, uerberetq; uentos,
Et liquido longi ſpatia ætheris enatet uolatu.
Hæc preſſiſſe ſolo ueſtigia greſſibus gaudent,
Vel uirides campos tranſmittere, uel ſubire ſyluas. F
Quæ uarijs uideas licet omnia diſcrepare formis,
Prona tamen facies hebetes ualet ingrauare ſenſus.
Vnica gens hominum celſum leuat altius cacumen
Atq; leuis recto ſtat corpore, deſpicitq; terras.
Hæc (niſi terrenus male deſipis) admonet figura,
Qui recto cœlum uultu petis, exeriſq; frontem
In ſublime feras animum quoq;, ne grauata peſſum
Inferior ſidat mens corpore celſius leuato.

Expoſitio metri quinti. ARTIC. X.

HOc eſt quintum & vltimum huius quinti voluminis metrum, in quo philoſo
phia nos admonet ad diuinorum atq; cœleſtium contemplationem ex natu-
rali diſpoſitione & ſitu vultus corporiſq; humani, quod ſolum inter corpora
animata ſtaturam habet & faciem ſurſum erectas. Itaq; ait: [Animalia perme
ant]. i. perambulant ſiue pertranſeunt [terras quam varijs figuris]. i. valde diuerſimode
figuris]. i. valde diuerſimode figurata in corporibus ſuis ac faciebus [Alia nāq; ſunt cor
pore extēto]. i. q̄dā aīalia ſortita ſunt corpora in lōgū porrecta [& verrūt]. i. cōmouēt &
ſulcant



A ſulcāt, [puluerē] arenā p quā ſe trahunt ſicut ſerpentes [& incitata]. i. mota imo [vi pe-
ctoris] ſeipſa mouentia. i. virtute motiua conſiſtente in pectore. i. ſuper pectora ſua gra-
dientia, prout Gen. 3. dn̄s ait ſerpenti: Super pectus tuū gradieris [trahunt]. i. motu ſuo
faciunt & relinquunt [ſulcū continuū] tale veſtigiū corporis ſui in terra. Alia aūt inani-
matio pedes terris imprimendo formāt relinquunt in terra veſtigiū nō ita continuū ſed
ſpacio intermedio intacto diuiſum & interceptum [ſunt quoq;]. i. quędā animalia ſunt
vtpote volatilia [quibus]. i. ad quoꝝ commoditatem [leuitas vaga alaꝝ & verberet]. i.
moueat ac diuidat [ventos]. i. aerem quē quidā putabant eſſe aerem agitatum, vt dictū
eſt metro primi libri tertio [& euacet]. i. inſtar natantis in aqua volando pertranſiat [vo
laui liquido]. i. euidenti ſeu puro [ſpacia ætheris]. i. aeris qui ſumme eſt humidus, vtpo-
te proprijs terminis minime clauſibilis. Hinc ſcriptū eſt: Auis tranſuolans in aere ſonitu
alaꝝ verberans leuem ventū. i. ſcindens p vim itineris aerem cōmotis alis tranſuolauit
& poſt hoc nullū ſignum inuenitur itineris illius [Hæc]. i. quædā animalia, ſ. greſſibilia
[gaudent pſſiſſe veſtigia [ſolo]. i. in terra, hoc eſt pedibus gradiendo [& greſſibus]. i. de
ambulationibus progreſſiuis [vel gaudent tranſmittere]. i. tranſcurrere [cāpos virides]
ex graminibus ſolis & herbis [vel ſubire] ingredi [ſiluas] de qbus in pſalmo: In ipſa, ſ.
nocte ptranſibunt omnes beſtiæ ſiluæ. [Quæ omnia] animalia irrationalia [licet]. i. q̄- Pſalm. 103
B uis [videas diſcrepare formis varijs]. i. diuerſis figuris, ex quibus etiam noſcitur ſubſtan
tialium formarum diſtinctio, prout ait Auerrois, ſicut res differunt ſuis figuris, ita & ſu-
is formis ſpecificis [facies tamen prona]. i. vultus eorum procliuus ac depreſſus verſus
terram [valet ingrauare] id eſt, graues oſtendere [hebetes] id eſt, brutales ac rudes [ſen
ſus eorum] in quibus nulla eſt ratio, aliqua tamen rationis participatio & ſatis mira cal
liditas in quibuſdam brutis apparet, præſertim in lupo, in vulpe & ſimea. Vnde & in Iob
dominus ſciſcitatur, inquiens: Quis dedit gallo intelligentiam? Conſequenter tangitur
excellentia hominis propter quam oſtendendam præhabita ſunt præmiſſa. [Gens ho-
minum vnica] id eſt, ſola progenies hominum, vt ſit conſtructio intranſitiua, ſicut dum
in Actis loquitur beatiſſimus Petrus: Miſit dominus angelum ſuum, & eripuit me de o- Act. 12
mni expectatione plebis Iudæorum [leuat cacumen celſum] id eſt, caput ſeu vultum al-
tius. i. magis erecte & alte verſus cœlum] q̄ alia membra [atq; gens hoīm leuis]. i. facilis
ad aſcenſum [ſtat corpore recto]. i. ſurſum erecto. Veruntamen his obijci poteſt, ꝙ ali-
qui magni (vt Beda, Auguſtinus, & Magiſter) in hiſtorijs dicunt, ꝙ ſerpens anteq̄ homi
nem tentauit gradiebatur erectus. In geſtis item Alexandri magni narratur, ꝙ in India
ſunt aliqui tales ſerpentes, qui ita ſe habent. Dici poteſt, quia quod modicum eſt non re-
putatur [& deſpicit terras]. i. gens iſta non eſt contenta terram aſpicere, ſcrutari & quæ-
C rere [hæc figura] corporis tui erecta [admonet] te o homo materialiter. i. præbet tibi oc-
caſionem & materiam exhortatiuam [niſi]. i. ſi non terrenus, id eſt, nimis carnalis ac ter-
renis inhærens [deſipis] id eſt, inſipienter ſapias [male]. i. erronee, non conſiderando te
ad ſpiritualia & cœleſtia eſſe finaliter ordinatum. Vnde ait Apoſtolus: Animalis homo
non ſapit ea quæ ſunt ſpiritus dei. Talis enim fuit qui dixit: Cum ſis mortalis, quæ ſunt 1. Cor. 2
mortalia cura. Admonet, inquam, vt tu [qui vultu recto petis cœlum] id eſt, verſus cœlū
erigis faciem [& exeris]. i. detegis & eleuas, ſeu nudam & detectam exhibes frontem, in
qua ſecundum Auguſtinum eſt ſedes pudoris, propter quod inuerecundo dicitur apud
Ieremiam: Frons mulieris meretricis facta eſt tibi. Ideo erubeſcas carnalibus deturpari,
& vitijs inhærere [feras quoq; animum in ſublime]. i. intellectum tuum eleues ad conſi- Iſaiæ 40
derandum ſalubria, ad contemplandum diuina, iuxta illud Iſaiæ: Leuate oculos veſtros
in excelſum, & videte quis creauit hæc. [ne mens] grauata vitijs carnalibuſq; affectibus, Ierem. 3
iuxta illud: Filij hominum vſquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem & quæri-
tis mendacium? [peſſum] id eſt, deorſum, vcꝫ terrenis & turpibus ac vilibus inuoluta, [ſi- Pſalm. 4
dat] id eſt, ſita ſit atq; reſideat [inferior] id eſt, ſubiecta carni & concupiſcentijs eius, [cor-
pore altius leuato] id eſt, prȩlato ipſi animȩ, ita quod carnalia & terrena magis q̄ ſpūalia
& æterna appetantur & exquirantur, cum tn̄ tanto inſtantius ac feruentius affectāda ac
requirenda ſint ſpiritualia ac diuina, q̄ carnalia & terrena, quanto rationalis anima eſt
dignior corpore, & ipſa diuina quàm terrena, ac vita beata perpetua quàm vita hæc prȩ-
ſens breuis incerta. Propter quod hortat Apoſt. ad Hebræos: Deponētes omne pondus

 & cir-

METR. V. & circunſtans nos peccatum per patiẽtiam curramus ad propoſitũ nobis certamen. His D
concordat illud Ouidij Methamorphoſeos primo: Pronaq; cũ ſpectant aĩalia cætera ter
ram Os homini ſublime dedit, cœlumq; tueri iuſſit & erectos ad ſydera tollere vultus.
Idem ait Tullius. Seneca quoq; & addit: Maiore corporis ſarcina animus alliditur & mi
nus eſt agilis, quantum potes tuum corpus circumſcribe & frena & animo locum laxa,
quicquid feceris cito à corpore redi ad animam, nam diebus noctibusq; exerce. Modi-
cis alitur corpus, exercitationẽ aĩæ nec frigus nec æſtus nec ſenectus impediat. Illud bo-
num cura quod vetuſtate ſit melius, ne pmittas ancillam ſuæ dñæ principari. i. carnẽ aĩæ
q̃d prorſus eſſet præpoſterꝝ & contra ordinẽ oẽm naturæ. De hac demum oculorꝝ con-
ſtitutione in capite, eorꝝ armonia & luciditate & fine, vt. ſ. p eos intueamur circumuolu-
tiones cœleſtes, ac ea q̃ cõſiſtunt in cœlis, ad contemplandum in illis ſapientiam, ac om̃i
potentiam creatoris loquitur Plato diffuſe in ſecundo Thimei, cuius verba obſcura ex-
ponit Calcidius. Quibus concordat quod anaxagoras cur natus conſiſteret reqſitus, cœ
lo ſyderibusq; monſtratis, ad horꝝ inquit contemplationem. Interea circa ea quæ dicta
ſunt in principio metri huius, de motu reptilium ac ſerpentum penſandum, quia vt Tho
mas, Bonauentura, Richardus, & alij quidã ſup ſecundum Sententiarꝝ diſtin. 15. ſcribũt:
Animal reptile appellatur quod ad motum ſe rapit, cuius generis aĩalium eſt multiplex
ſpecies. Prima eorꝝ quæ ſe rapiunt & mouent virtute coſtarꝝ ſicut ſerpentes. Secunda eo E
rum q̃ ſe mouent vi annulorꝝ, vt ſunt animalia annuloſa. Tertia eorꝝ quæ rapiunt & mo
uent ſe vi oris, vt aliqui vermes, qui ori ſuo terræ affixo, totum corpus ſuum poſt ſe tra-
hunt. Quarta eorꝝ quæ virtute pennularꝝ quarundam ſe mouent, vt piſces. Quo conſtat
ꝙ reptilium quædam extant terreſtria, quędam aquatica. Poſtremo per animalia erecti
colli ſpiritaliter deſignãtur ſuperbi, iuxta quod in Iob dr̃ de ſuperbo: Cucurrit aduerſus
deum erecto collo. Cui ſuperbo ibidem dicitur: Quare te eleuat cor tuũ & quaſi magna
cogitans attonitos habes oculos? Quare tumet contra deũ ſpiritus tuus. In Eccleſiaſtico
quoq; increata ſapiẽtia loquitur: Superborꝝ & ſublimium colla, propria virture calcaui.
Per ſerpentes & reptilia recte deſignantur auari & libidinoſi, qui aſſidue adhærẽt carna-
libus & terrenis, qui vt ait ſcriptura: Declinauerunt oculos ſuos ne aſpicerent cœlũ. Ideo
rite deſignantur per porcos quorꝝ effigies oculorꝝ eſt taliter ſituata, ꝙ ad cœleſtia corpo
ra nequeant attolli. Iſti trahunt continuum ſulcum, dum nunq̃ aut raro ad ſpiritalia ac
diuina ſe leuant. Per volatitia vero hic deſignantur vane glorioſi, & qui iactant ſeipſos
ac vndiq; euagantur & leues ſunt corde, qui petunt virides campos, dicendo illud Sapi-
entiæ: Nullum pratum ſit quod non pertranſeat luxuria noſtra, aut ſylua. i. loca vmbro
ſa. Per greſſibilia aut quæ procedunt greſſibus pedum, intelligi poſſunt hypocritæ, qui ſi-
mulando iuſtitiam videntur quaſi inordinate procedere, ſed labuntur in foueam. Sicq; F
omnium horum aggrauatus & hebes eſt ſenſus, depreſſi oculi quo ad ea quæ ſunt diuini
honoris, ac ſuæ ſalutis. De his quia frequenter ſunt introducta pertranſeo.

## PROSA VI. LIBRI V.

QVoniam igitur (uti paulo ante monſtratum eſt) omne q̃d ſci-
tur, non ex ſua, ſed ex comprehendentium natura cognoſcitur,
intueamur nunc, quantũ phas eſt, quis ſit diuinæ ſubſtantiæ ſta
tus. ut q̃ nam etiã ſcientia eius ſit poſſimus agnoſcere. Deũ igi-
tur æternũ eſſe cunctorꝝ rõne degẽtiũ cõe iudiciũ eſt. Quid ſit igit̃ æterni
tas cõſideremus. Hæc em̃ nobis naturã pariter diuinã, ſciẽtiãq; patefece-
rit. Aeternitas igit̃ eſt interminabilis uitæ tota ſimul & perfecta poſſeſſio.
Quod ex collatione tẽporalium clarius liquet. Nã quicqd uiuit in tpe, id
præſens a ptĩs in futura procedit. Nihilq; eſt in tẽpore cõſtitutũ, q̃d totũ
uitæ ſuę ſpatiũ pariter poſſit amplecti. Sed craſtinũ qdẽ nõdũ apprehen-
dit, heſternũ uero iã perdidit. In hodierna q̃q; uita nõ amplius uiuitis, q̃ in
illo mobili trãſitorioq; momento. Quod igit̃ temporis patitur conditio-

nem



A nẽ, licet illud (ſicut de mũdo cẽſuit Ariſtotel.) nec cœperit unq̃ eſſe nec de
ſinat, uitaq; eius cũ tẽporis infinitate tẽdatur, nõdum tñ tale eſt, ut æternũ
eſſe iure credatur. Nõ em̃ totũ ſimul infinitæ licet uitæ ſpatium cõprehen
dit atq; cõplectitur, ſed futura nõdum trãſacta iam nõ habet. Quod igitur
interminabilis uitæ plenitudinẽ totã pariter cõprehẽdit ac poſſidet, cui ne-
que futuri qcqd abſit, nec præteriti fluxerit, id ęternũ eſſe iure perhibetur.
Idq; neceſſe eſt, & ſui cõpos pręſens ſibi ſemper aſſiſtere, & infinitatẽ mo
bilis tpis habere præſentẽ. Vñ quidã nõ recte, qui cũ audiũt uiſum Plato
ni, mundũ hũc nec habuiſſe initiũ, nec habiturꝝ eſſe defectũ, hoc modo cõ-
ditori cõditum mundũ fieri coæternũ putãt. Aliud eſt em̃, per intermina-
bilem duci uitã, q̃d mũdo Plato tribuit: aliud interminabilis uitæ totã pa-
riter cõplexã eſſe præſentiã, q̃d diuinæ mentis propriũ eſſe manifeſtũ eſt.
Neq; deus cõditis rebus antiquior uideri debet tẽporis quãtitate, ſed ſim-
B plicis potius proprietate naturæ. Hũc em̃ uitæ immobilis pręſentariũ ſta
tũ, infinitus ille tẽporaliũ rerꝝ motus imitat̃. Cũq; eũ effingere atq; æq̃re
nõ poſſit, ex immobilitate deficit in motũ, & ex ſimplicitate præſentię de-
creſcit in infinitã futuri ac ptĩ quãtitatẽ. Et cũ totã pariter uitæ ſuæ plenitu
dinẽ nequeat poſſidere, hoc ipſo ꝙ aliq̃ modo nũq̃ eſſe deſinit, illud q̃d im
plere atq; exprimere nõ poteſt, aliquatenus uidet̃ ęmulari, alligãs ſe ad q̃-
lẽcũq; pñtiã huius exigui uolucriſq; momẽti. Quę qm̃ manẽtis illius prę
ſentiæ quãdã geſtat imaginẽ, quibuſcũq; cõtigerit, id præſtat ut eſſe uide
antur. Qm̃ uero manere nõ potuit, infinitũ tẽporis iter arripuit, eoq; mo-
do factũ eſt, ut cõtinuaret uitã eundo, cuius plenitudinẽ cõplecti nõ ualuit
permanẽdo. Itaq; ſi digna rebus noĩa uelimus imponere Platonẽ ſequen-
tes, deũ quidẽ æternũ, mundũ uero dicamus eſſe perpetuũ. Qm̃ igitur oẽ
iudiciũ ſecundũ ſui naturã, quę ſibi ſubiecta ſunt, cõprehẽdit. Eſt aũt deo
C ſemper æternus ac præſentarius ſtatus. Scientia q̃q; eius, oẽm tpis ſuper-
greſſa motionem, in ſua manet ſimplicitate præſcientiæ, infinitaq; præte-
riti ac futuri ſpatia cõplectens, oĩa quaſi iam gerãtur in ſua ſimplici cogni
tione cõſiderat. Itaq; ſi præſcientiam penſare uelis, quæ cũcta dinoſcit, nõ
eſſe præſcientiã quaſi futuri, ſed ſcientiã nunq̃ deficientis inſtantiæ rectius
exiſtimabis. Vnde nõ præuidẽtia, ſed prouidentia potius dr̃, ꝙ porro ab
rebus infimis conſtituta, quaſi ab excelſo rerꝝ cacumine proſpiciat. Quid
igitur poſtulas, ut neceſſaria fiant, quæ diuino lumine luſtrentur cũ ne ho-
mines quidem neceſſaria faciant eſſe, quæ uideãt? Num em̃ quæ præſen-
tia cernis, aliquam eis neceſſitatem tuus addidit intuitus? B. Minime. P.
Atqui ſi eſt diuini humanique præſentis digna collatio, uti uos ueſtro hoc
temporario præſenti quædam uidetis, ita ille omnia ſuo cernit æterno.
Quare hæc diuina prænotio naturam rerum proprietatemque non mu-
tat. Taliaque apud ſe præſentia ſpectat, qualia in tempore olim futura
prouenient: nec rerum iudicia confundit, unoque ſuæ mentis intuitu tam
neceſſario q̃ nõ neceſſario uẽtura dinoſcit. Sicuti uos cum pariter ambu-

lare

SA lare in terra hoīem, & oriri in cœlo ſolē uidetis, quanq̃ ſimul utrunq; cõ- D
ſpectum, tñ diſcernitis, & hoc uoluntarium, illud eſſe neceſſarium iudica-
tis. Ita igitur cuncta deſpiciens diuinus intuitus, qualitatē reꝝ minime per
turbat, apud ſe quidē præſentiū, ad conditionē uero temporis futurarum.
Quo fit ut hæc non ſit opinio, ſed ueritate potius nixa cognitio, cum exitu
rum quid eſſe cognoſcit, q̄d idem exiſtēdi neceſſitate carere nõ neſciat. Hic
ſi dicas, quod euentuꝝ deus uidet, id non euenire non poſſe: q̄d autem nõ
poteſt non euenire, id ex neceſſitate cõtingere, meq; ad hoc nomen neceſſi-
tatis aſtringas. Fatebor rem quidem ſolidiſſimæ ueritatis, ſed cui uix ali-
quis niſi diuini ſpeculator acceſſerit. Reſpondebo nanq; idem futuꝝ, cum
ad diuinā notionem refertur, neceſſariū: cum uero in ſui natura perpendi-
tur, liberꝝ prorſus atq; abſolutum uideri. Duæ ſunt eñ neceſſitates, ſim-
plex una, ueluti quod neceſſe eſt, oēs hoīes eſſe mortales. Altera conditio
nis, ut ſi aliquē ambulare ſcias, cū ambulare neceſſe ē. Quod eñ quiſq; no E
uit, id eſſe aliter ac notū eſt, neq̄t. Sed hæc conditio minime ſecū illā ſimpli
cē trahit. Hanc eñ neceſſitatē nõ propria facit natura, ſed conditionis adie
ctio. Nulla eñ neceſſitas cogit incedere uolūtarie gradiētem: q̄uis eum tñ
cum graditur, incedere neceſſariū ſit. Eodem igitur modo ſi quid prouidē
tia præſens uidet, id eſſe neceſſe eſt, tametſi nullā habeat naturæ neceſſita-
tem. Atqui deus ea futura, quæ ex arbitrij libertate proueniunt, præſentia
cõtuetur. Hæc igitur ad intuitum relata diuinum, neceſſaria fiūt per cõditi
onem diuinæ notionis: per ſe uero cõſiderata, ab abſoluta naturæ ſuæ li-
bertate nõ deficiunt. Fiunt igitur proculdubio cūcta, quæ futura deus eſſe
prænoſcit: ſed coꝝ quædā de libero proficiſcūtur arbitrio, quæ q̄uis eue-
niant exiſtendo, tñ propiam naturā non amittunt: quia priuſquā fierent,
etiam nõ euenire potuiſſent. Quid igitur refert nõ eſſe neceſſaria, cum pro
pter diuinæ ſcientiæ conditionem modis oībus neceſſitatis inſtar eueniāt? F
Hoc. ſ. ꝙ ea quæ paulo ante propoſui, ſol oriēs & gradiēs homo: quæ dū
ſunt, nõ fieri nõ poſſunt, eoꝝ tñ unum prius quoq; q̃ fieret, neceſſe erat exi
ſtere, alterꝝ uero minime. Ita etiam quę pręſentia deus habet, proculdubio
exiſtūt: ſed eoꝝ hoc q̄dē de reꝝ neceſſitate deſcēdit, illud uero de ptāte fa-
ciētiū. Haud igit̃ iniuria diximus, hæc ſi ad diuinā notitiā referant̃, neceſſa
ria: ſi per ſe cõſiderent̃, neceſſitatis eſſe nexibus abſoluta. Sicuti omne q̄d
ſenſibus patet, ſi ad rõnem referas, uelle eſt: ſi ad ſeipſum reſpicias, ſingula
re. Sed ſi in mea (inq̄es) ptāte ſitū eſt mutare propoſitū, euacuabo prouidē
tiā: cū q̃ illa prænoſcit, forte mutauero. Rñdebo, Propoſitū te quidē tuū
deflectere, ſed qm̃ & te id poſſe, & an facias, q̄ue cõuertas, præſens proui
dētiæ ueritas intuet̃, diuinā te præſciētiā nõ poſſe uitare, ſicuti pñtis oculi
effugere nõ poſſis intuitū, q̄uis te in uarias actiones libera uolūtate cõuer
tas. Quid igit̃ inquies? Ex mea ne diſpoſitiõe ſciētia diuina mutabit̃, ut cū
ego nūc hoc, nūc illud uelim, illa q̊q; noſcēdi uices alternare uidētur? Mi-
nime. Om̃e nanq; futuꝝ diuinus præcurrit intuitus, & ad præſentiā pro-
prię



A priæ cognitionis retorquet ac reuocat. Nec alternat (ut tu exiſtimas) nunc
hoc, nūc illud prænoſcēdi uices, ſed uno ictu mutationes tuas manēs præ
uenit atq; cõplectit̃. Quā cõprehēdēdi oīa, uiſendiq; præſentiā, nõ ex fu-
turaꝝ prouētu reꝝ, ſed ex propria deus ſimplicitate ſortitus eſt. Ex q̊ il-
lud q̊q; ſoluit̃, q̄d paulo ante poſuiſti indignū eſſe, ſi ſciētiæ dei cauſam fu
tura nr̃a præſtare dicant̃. Hæc eñ ſciētiæ uis præſentaria notione cuncta
cõplectens, rebus modū oībus ipſa cõſtituit, nihil uero poſterioribus de-
bet. Quę cū ita ſint, manet intemerata mortalibus arbitrij libertas. Nec ini
quæ leges ſolutis om̃i neceſſitate uoluntatibus præmia, pœnaſq; propo-
nūt. Manet etiā ſpectator deſuper cūctoꝝ præſcius deus, uiſioniſq; eius
præſens ſemper æternitas cū noſtroꝝ actuū futura qualitate cõcurrit, bo
nis præmia, malis ſupplicia diſpēſans. Nec fruſtra ſunt in deo poſitę ſpes
preceſq;, q̃ cū rectæ ſint, inefficaces eſſe nõ poſſunt. Auerſamini igitur ui
B tia, colite uirtutes, ad rectas ſpes animum ſubleuate, humiles preces in ex-
celſa porrigite. Magna nobis eſt (ſi diſſimulare nõ uultis) neceſſitas indi-
cta probitatis, cum ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis.

## Expoſitio ſextæ & ultimæ proſæ. ARTIC. XI.

QVoniā igit̃ vti] In hac vltima huius totius libri pſa, inducit philoſophia q̄dam
valētia ad oīm intelligētiā p̄dictoꝝ, & qm̃ dictū eſt, ꝙ cognitio reꝝ eſt ſecun-
dū modū atq; naturā cognoſcētiū nõ cognitoꝝ, ideo iā oſtēdit q̄lis ſit natura
& cõſiſtētia dei, ex q̃ innoteſcit q̄liter res cognoſcāt ab eo: [Qm̃ igit̃ vti]. i. ſicut
[paulo añ mõſtratū eſt oē q̄d ſcit̃ nõ ex ſua, ſed ex cõprehēdentis natura cognoſcit̃]. i. oē
ens q̄d intellectus apprehēdit, agnoſcit ipſe intellectus, nõ ſecūdū modū rei in ſeipſa, ſed
iuxta modū & exiſtētiam ipſius intellectus ſeu intelligētis vt iā ſæpe expoſitū eſt [intuea
mur]. i. cõſideremus [nūc quātū phas eſt]. i. poſſibile aut licitū nõ p̄ſumēdo ſcrutari ma-
ieſtatē vltra q̃ decet, ſed cū reuerētia ac moderamine pcedēdo [qs ſit diuinæ ſubſtātię ſta
tus] hoc eſt, qs ſtatus. i. pprietas, habitudo, immutabilitas ſit ſummę & increatę eſſentię.
Deniq; vt lib. de Trinitate aſſerit Aug. & magiſter primo lib. allegat, nomē eſſentiæ ma
gis pprie cõuenit in diuinis q̃ nomē ſubſtātiæ. Eſſentia nanq; dr̃ ab eſſendo, eſſe aūt pro
C prijſſime ac eminētiſſime cõueniūt deo. Propter q̄d S. ait Hilarius: Eſſe nõ ē accidēs deo,
ſed ſubſiſtēs veritas, manēs cauſa & naturalis rei proprietas. Subſtātia vero dr̃ à ſubſtā-
do, & cõſtat ꝙ ſubſtare nõ cõuenit pprie ſimpliciſſimę deitatis naturæ, q̃ eſt purus actus
[vt q̃ nã etiā ſciētia eius ſit poſſimus agnoſcere]. i. q̄tenus valeam9 ſecūdū paruitatis no
ſtrę capacitatē intelligere q̃ ſcit ſciētia dei. i. q̄d ſit ī re & q̄lis ſit excellētia eius [Iudiciū igi
tur cõe]. i. gñalis affirmatio & vniuerſale ſentire [oīm degētiū rõne]. i. manētiū in lumi-
ne rationis [eſt deū eſſe æternū]. i. ꝙ verus deus ſit abſolute æternus. Oēs etem̃ dicunt ꝙ
deus ſit primū & ſummū ens, ſed primū ens nullatenus poterit eſſe ab alio, q̄a ſic illud fu
iſſet prius eo, ideo primū ens eſt increatū, incauſatū, indepēdēs ac ens p eſſentiā, habēs eſ-
ſe à ſeipſo, q̄d exponēdū eſt negatiue, hoc eſt nõ ab alio [Quid ſit igit̃ æternitas cõſidere-
mus. Hæc eñ]. i. iſta cognitio æternitatis [patefaciet]. i. reſerabit [nobis naturā diuinā]
ſecūdū q̄d cõpetit capacitati nr̃ę in via huius exilij [& pariter ſciētiā]. i. etiā patefaciet no
bis q̃ & q̄lis ſit ſciētia ac ſapiētia dei. Hinc ſeq̄t̃ æternitatis deſcriptio: [Aeternitas igit̃ eſt
interminabilis vitæ tota ſimul & pfecta poſſeſſio] Circa hāc diffinitionē loq̄t̃ Tho. in 1.
pte Sūmę ſuę q̄ſtione 10. Sicut ex reb. cõpoſitis deuenim9 in cognitionē ſimpliciū, ita ex
notitia tp̄is conſurgemus in agnitionē æternitatis. Porro tp̄s ē mēſura motus, in q̃ ē ſuc
ceſſio ſcd̄m prius & poſterius, hoc ē vnius partis poſt aliā ex q̃ ſucceſſione conſideramus
temporis rationem, dicentes ꝙ tempus eſt menſura ſeu numerus ipſius motus ſecūdum
prius & poſterius. Vnde per modum oppoſitum conſiderando rem indeſinenter eodem
modo ſe habentē ac vniformiter ſtantē, accipimus rationē æternitatis dicētes: Aeterni-
tas eſt interminabilis vitæ tota ſimul & pfecta poſſeſſio. Sicq; ex duobus notificat̃ æter-
nitas. Primo p hoc ꝙ id cuius ipſa ē mēſura ē interminabile carēs termino tā à pte añ q̃ à

PROSA VI. parte poſt, ſecundo per hoc ꝙ æternitas eſt tota ſimul tanq̃ ſucceſſione omnimoda ca- D
rens. Ex quibus probatur ꝙ ſolus deus proprie ſit æternus, cũ cætera omnia ab ipſo pro-
fluxerint ſicq; terminum habent à parte ante. Nec his obſtat ꝙ nunc ſtans ęternitatis di-
citur facere æternitatem, quoniam hoc non eſt niſi ſecundum noſtram conſiderationem
imo in re nunc æternitatis eſt ipſa æternitas quæ eſt ipſe deus æternus. Neq; enim æter-
nitas eſt menſura dei, quaſi ſit aliqd diuerſum ab eo. Aeternitas quoq; ſecundum nr̃am
conſiderationem conſequitur immutabilitatem, huic cui repugnat ſucceſſio, ac noua in-
eſſe productio. Huic ſicut ſoli deo cõuenit incommutabilitas omnimoda & perfecta, ita
deo propria extat æternitas. Quamuis etiam æternitas dicatur quædam duratio, æterni-
tas tamẽ hic diffinitur eſſe poſſeſſio potius q̃ duratio, quia in noĩe durationis notatur q̃-
dam diſtentio quæ non conuenit eſſe diuino: poſſeſſio autem ſignificat ſtabilem & quie
tam rei habitudinem, quæ potiſſime conuenit deo. Rurſus æternitas diffinitur eſſe poſſeſ
ſio interminabilis vitæ magis q̃ interminabilis eſſe, ad inſinuandum ꝙ eſſe dei eſt ſuum
perfectum & inuariabile viuere. Iuxta hæc diffinitionem hanc æternitatis proprię ſum-
ptæ, philoſophia conſequenter declarat: [Quod ex collatione temporaliũ clarius liquet]
.i. æternitatem ſic eſſe diffiniendam, euidẽtius patet ex comparatione eius ad tempus ac
temporalia, quemadmodum cõiter oppoſita iuxta ſe poſita euidentius innoteſcunt, ita
ꝙ vnum contrarioꝝ per comparationem ad aliud certius noſcitur. Sicut qui nouit præ- E
ſertim per experientiam quid ſit ægritudo, melius ſcit quid ſit ſanitas. Conformiter qui
nouit & paſſus inopiam, perfectius ſcit quid ſit opulentia, [Nam quicquid viuit ex tem-
pore] ita ꝙ ſuum eſſe & viuere ipſo tempore menſuratur, [id præſens à præteritis proce-
dit in futura]. i. tale ens temporale præſentialiter vel potius præſenter iam exiſtens à tpe
præterito quod effluxit & eſſe iam deſiit, progreditur, currit, ac properat ad futuꝝ tem-
pus, quod nondum eſt & ita eſt in fluxu & curſu continuo, [nihil eſt in tempore conſtitu
tum quod totum ſuæ vitæ ſpatium]. i. totam ſuam durationem [pariter poſſit amplecti]
.i. totum ſimul habere ac poſſidere. In quibus verbis vita accipi poſſit multum extenſe ꝓ
eſſe ſeu exiſtentia, cum & omnia dicantur viuere deo, [Sed craſtinum quidem nondũ ap
prehendit]. i. nondum attigit neq; habet, nihil enim habemus actu de tempore niſi nunc
[heſternum vero iam perdidit] quia præteritum tempus effluxit, [In hodierna quoq; vi-
ta non amplius viuitis]. i. in actu & fluxu vitali præſentis diei, non viuitis diutius [q̃ in il
lo mobili tranſitorioq; momento]. i. q̃ in ipſo indiuiſibili nunc quod tamen fluxibile eſt
non ſtans propter quod mobile ac tranſitorium nominatur extenſe loquendo de mobi
li, nam indiuiſibile & incorporale proprie non mouetur ſecundum philoſophum. Nũc
quoq; tranſitorium dicitur, quoniam fluxu ſuo ac tranſitu efficit trãſitorium tempus, vt
infra dicetur, attamen ipſum non ſecundum ſubſtantiam manet idem. Ex his philoſo- F
phia concludit & aliqua quæ putantur eſſe æterna à vera æternitate excludit, [Quicquid
igitur temporis patitur conditionem]. i. quod ſubiacet proprietati fluxui naturæq; tem-
poris [licet illud nec cœperit vnquam eſſe]. i. quamuis illud nullo tempore de nouo incœ
pit, ita quod ante non fuerit [nec vnquam deſinat] eſſe per corruptionem [vti] ſicut [Ari-
ſtoteles cenſuit]. i. iudicauit [de mundo] quantum ad corpora cœleſtia & elementa & in
tellectuales ſubſtantias. Quod tamen Ariſtoteles non cenſuit cum abſoluta aſſertione,
ſed magis cum quadam probabili opinione ſciens rationes ſuas ad hoc inductas non eſ
ſe demonſtratiuas, qa reuera ſunt debeles valde, vt ſupra oſtẽſum eſt, propter quod ipſe-
met in libro diſſeruit topicorum ꝙ problema de mundi æternitate eſt problema neutrũ
.i. pro vtraq; parte probabile, vt dictum eſt plenius ante [& vita]. i. exiſtentia, [eius ten-
datur]. i. per durationem coextendatur [cum temporis infinitate] quod Ariſtoteles pu-
tauit non incepiſſe [nõdum tamen tale eſt]. i. ita ſtabile, inuariabile & perfectum [vt cre-
datur iure]. i. rationabiliter exiſtimetur, [eſſe æternum] prout ſumitur modo æternitas.
[Non enim totum ſimul, infinitæ licet vitæ ſpatium comprehendit atq; complectitur]. i.
nequaquam tale ens comprehendit & intra ſe complectitur (non enim habet nec poſſi-
det ſimul & ſine ſucceſſione) totum ſpatium vitæ. i. integram ſuæ conſiſtentiæ duratio-
nem, licet infinitæ. i. quamuis vita eius eſſet infinita ſeu durans in infinitum, [ſed futura
nõdum tranſacta nondũ habent]. i. adhuc nõdum habet pręſentaliter durationem, con
ſiſtentiam & diſpoſitionem ſibi futurã. [Quod igitur interminabilis vitę plenitudinem
totam parit, comprehendit, ac poſſidet, cui nec futuri quicquam abſit nec præteriti fluxe
rit]



A rit]. i. cui iam nil abeſt quod ei poſtea aderit adeſſe ue poterit, & à quo nil abijt quod ali-
quando fuit in eo [id æternum iure eſſe perhibetur]. i. tale ens recte & rationabiliter aſſe
ritur eſſe perpetuum [& neceſſe eſt illud compos]. i. potẽs eſſe [aſſiſtere]. i. ad aſſiſtendũ
[ſibi] ipſi præſens, ita ꝙ inuariabiliter ſibiipſi ſit præſens, ideoq; non poſſit corrumpi, nec
diuidi, nec aliquo modo à ſeipſo elongari aut tranſmutari, potẽs eſt quoq; [infinitatem
temporis mobilis] inſtabilis [habere præſentem]. i. ſimplici intuitu cognoſcere & quaſi
præſentialiter intueri tempus quantumcunq; diurnum aut infinitum. Inſuper ex his phi
loſophia redarguit modum loquendi quorundam [Vnde quidam putant non recte]. i. opi
nantur non vere [qui cum audiunt viſum eſſe]. i. apparuiſſe [Platoni mundum hunc]. i.
vniuerſum [non habuiſſe initium temporum]. i. exordium temporale, [nec habiturum
eſſe defectum]. i. corruptionem aut finem ſubſiſtentiæ ſuæ [putant hoc modo] ex hac ra
tione [mundum conditum fieri coæternum]. i. ſequi ꝙ coæternus ſit [cõditori. Aliud eſt
enim per interminabilem duci vitam]. i. durate & per durationem extendi per vitã, nec
principium durationis habentem, nec finem [quod mundo Plato tribuit]. i. mundo aſ-
ſcripſit [aliud interminabilis vitæ totam pariter contextam eſſe præſentiam]. i. aliud ab
eo quod dictum eſt pręſentiam. i. quietam ac fixam poſſeſſionem interminabilis vitæ eſ
ſe complexam pariter. i. ſimul eſſe compreſſam ac præſentialiter inexiſtentem ſeu plene
B præſentem [quod diuinæ mẽtis proprium eſſe manifeſtum eſt,] hoc eſt, clarum eſt quod
iſtud ſit proprium menti increatæ ſeu deo. ¶ IOHANNES. Circa hęc
mihi dubia oriuntur, primo de hoc ꝙ philoſophia affirmat Platonem ſenſiſſe mundum
incepiſſe, cum tamen Plato in primo Thimei apertiſſime ſcribit, quemadmodum deus
mundum produxerit ex confuſa & fluitante materia præexiſtente. Deniq; Ariſtoteles
refert ꝙ ſolus Plato genuit mundum, hoc eſt, de nouo generatum perhibuit. Secundo,
de eo quod reprehenduntur qui ſtante illa Platonis opinione fatentur mundum deo co
æternum, cum & in libro de Cauſis intelligentia dicatur eſſe æterna ſeu cum æternitate.
Salomon quoq;: Terra, inquit, in æternum ſtat, imo & in euangelio, ignem inferni Chri Eccẽs. 1
ſtus vocat æternũ. DIONY. Ad primum horum viciſſim hinc inde reſponſum eſt, at Matth. 25
que ex verbis Auguſtini ac Procli oſtenſum quod ſecundum Platonem mundus fuerit
ab æterno. Quod autem in Thimeo conſcripſit de proceſſione materiæ cõfuſæ, quidam
exponunt de proceſſione non temporis, ſed ordinis naturæ aut generationis. Porro ꝙ
Plato dicitur mundum genuiſſe, poteſt referri ad illud ꝙ iuxta ſuperficiem literæ loqui-
tur in Thimeo de gñatione mundi, vel de mundo inferiori quẽ magno anno expleto aſ
ſeruit renouari & corrupta regenerari. Ad ſecundum dicendum ꝙ æternitas tam à phi-
loſophis q̃ à theologis multipliciter ſumitur: primo ꝓprie, ſicut iã extitit diffinita & deo
C eſt propria. Secundo pro æuo ſeu æuiterno quod eſt æternitas participata, vnde in libro
de cauſis habetur ꝙ omnia eſſe ſuperius aut eſt ſupra æternitatem aut cum æternitate.
Philoſophi demum qui putabant mundum ab æterno fuiſſe, quamuis dixerint quędam
creata ab æterno fuiſſe non tamen dixerunt ea proprie eſſe æterna, ſed participatiue. Cũ
vero dixerint mundum deo coæternũ, ſumpſerunt æternum non prorſus vniuoce. Quã
doque etiã æternitas capitur pro ſeculo ſeu longa quauis duratione, ſicut in cantico Mo
yſi: Dominus regnabit in ęternum & vltra. IOHAN. An ergo æternitas dicatur de cre Exod. 15
atore & creaturis equiouce. DIONY. Sicut alia quæ dicũtur de deo & rebus creatis di-
cuntur de eis non prorſus equiuoce, ſed potius analogice, vt eſſe bonum, ſapientem, po-
tentem, quę per prius & eminentiori modo enunciantur de deo, ita de æternitate cenſen
dum eſt. Conſequenter philoſophia reſpondet quæſtioni ſimplicium magis q̃ peritorũ,
qui quærere ſolent an deus fuit ante mundum, an ſit antiquior mundo, & vbi fuit anteq̃
quicquam creauit [Neq; deus conditis rebus antiquior videri debet] temporis quantita
te [ſed ſimplicis potius proprietate naturę]. i. nemo debet ſentire ꝙ deus ſit prior & anti
quior mũdo quantitate temporis. i. diuturnitate temporalis durationis. Tum quoniam
ante mundum non fuit tempus, ſicut nec modo extra mũdum eſt locus niſi imaginarie,
iuxta quem modum ait Gregorius, ꝙ deus eſt intra omnia non incluſus, & extra om̃ia
non excluſus. Aliqui quoq; dicunt, ꝙ deus eſt extra mundum per ſpatium infinitũ, cum
tamen extra mundum nõ ſit ſpatium niſi imaginarium, nec debemus ſuperaltiſſimi dei
immenſitatem ruditer imaginari per modum quantitatiuę extenſionis. Tum quoniam
eſſe dei nequaquam tempore menſuratur, ſed deus eſt prior & antiquior mundo propri

PROSA VI. etate ſimplicis naturæ.i.infinita eminentia ſimpliciſſimæ ſuæ eſſentiæ vtpote prioritate D
naturæ ac dignitatis,imo cauſalitatis atque duratione æternitatis. Veruntamen antiqui-
tas non conuenit proprie deo,in quo nulla eſt ſucceſſio,nulla protenſio,cum & Apoſto
Hebre. 8 lus fateatur quod antiquatur & ſeneſcit,eſſe prope interitum. Idcirco quoq; Daniel ait
Dani. 7 propheta: Antiquus dierum ſedit,metaphorice de deo exponitur, qui vocatur antiquus
dierum,quoniã ſua æternitate omni tempore coaſſiſtit,omneq́; tempus includit & ſup-
cedit,prout libro de diuinis nominibus magnus Dionyſius ait. Conſequenter tangitur,
qualiter etiam tempus æternitatem quodammodo imitatur:[Hunc etenim vitæ immo-
bilis præſentarium ſtatum infinitus ille rerum temporalium motus imitatur].i. inacceſ
ſibilis motus temporalium atq; mobilium rerum imitatur per quãdam aſſimilationem
ſtatum præſentarium.i.conſiſtentiam dei inuariabilem,indefinenter præſentem in eodẽ
inſtanti,immutabiliter permanentem vitæ immobilis,quem motus & tempus imitãtur
in hoc ꝙ inceſſabiliter durant ſucceſſione præſertim ſecundum philoſophos, qui motus
cœleſtes poſuerunt nunqam ceſſaturos.[Cumq́; enim effingere atq; æquare nõ poterit]
.i.cum infinitus iſte temporalium motus non valeat effingere.i.explicare ac repreſenta
re atq; æquare.i.perfecte aſſimilare ſtatum illum æternitatis[ex immobilitate deficit in
motum].i. ab immobilitate æternitatis defecit in tantum ꝙ cadit in rationem & ſpeciẽ
motionis. Nam & omnis creata eſſentia incomparabiliter plus deficit à creatoris perfe E
ctione q̃ ei aſſimiletur,[ex ſimplicitate præſentiæ].i. à ſimpliciſſima præſentia qua deus
ſua æternitate iugiter ſibi eſt præſens ac omnia tãquam præſentia intuetur, [decreſſit in
infinitam futuri ac pręteriti quantitatem].i.in tantum occumbit ꝙ extenditur in perpe
tuam extenſionem à præterito in futurum,[& cum totam pariter vitæ ſuę plenitudinem
nequeat poſſidere].i.ex quo tempus non valet ſimul habere totã & plenam exiſtentiam
ſuam,eius partes ſunt pręteritum quod fuit & nunc non eſt,atq; futurꝫ quod erit & nõ-
dũ eſt,[hoc ipſo quod aliquo modo nunq̃ eſſe deſinit]iuxta ſenſum expreſſum.In Apo-
Apoca. 10 calypſi tamen vere aſſeritur,quia tempus vltra non erit vę; motu cœli ceſſante[illud q̊d
implere atq; exprimere non poteſt].i. ęternitatem quam non valet repreſentare euiden-
ter,ſtabili manſioni ac fixa duratione[aliquatenus videtur æmulari].i. aliqualiter mul-
tumq́; imperfecte imitatur ac repreſentat per cõtinuationem ſuę ſucceſſionis. Vnde ſub
iungitur:[alligans ſe ad qualemcunq; præſentiam huius exigui volucriſq́; momenti].i.
ipſum tempus ſe connectens ad inſtans ſeu nunc præſens,cuius tamen præſentia eſt im-
perfecta celeriter fluens ac depluens tanquam velociſſima auis. Quæ q̃m manentis illi-
us pręſentiæ quandam defert imaginem,ex quo debilis iſta præſentia momenti ſeu nũc
temporis habet & repreſentat defectuoſam ac modicam ſeu veſtigialem ſimilitudinem
præſentiæ illius æternitatis inuariabiliter permanentis [id præſtat vt eſſe videantur].i.
ꝑſentia hęc temporis confert partibus ſuis vt quodammõ ſint per cõnexionem ſuã ad tẽ F
pus,quod etiam de rebus temporalibus poteſt exponi [Quoniam vero manere nõ potu
it].i.quia iſta huius momẽti pręſentia nõ valet ſtabilis eſſe[infinitum temporis iter arri-
puit].i.inceſſabilem fluxum & curſum perpetuum,[eoq́; modo factum eſt vt cõtinuaret
eundo vitam].i.taliter contigit effectiue ex ordinatione & diſpoſitione diuina quæ vni-
cuiq; ſpeciei rerꝫ largita eſt,quod ei ex propria conuenit ratione ac ſpecie,vt nunc tempo
ris continuet & conſeruet vitam.i.conſiſtentiam ſuam mouendo.].i.fluendo à pręterito
in futurum[cuius plenitudinem complecti nõ valuit permanendo].i.cuius exiſtentię to
talitatem nequit habere atq; includere ſtabiliter perſiſtendo vt ea quę ſunt permanentis
naturę.[Itaq; ſi digna rebus noĩa velimus imponere].i. ſi cupimus vnũquodq; deſigna-
re conuenienti proprioq́; vocabulo[Platonem ſequentes deum quidem ęternũ,mũdum
vero dicamus eſſe perpetuum].i.deum certiſſime vocemus ęternum,mundum vero per
petuum,ſequendo in hoc Platonis doctrinam. Veruntamen agnoſcendũ ꝙ etiam ſecun
dum ſctiſſimæ fidei noſtrę veritatẽ dicimus mũdum eſſe perpetuũ,aliter tñ q̃ ſecundum
Platonis Ariſtoteliſq́; intentionẽ.Nẽpe ſecũdum fidẽ mũdus ꝑpetuus eſt & hoc abſolu
te ac ſine diſtinctione loquendo,q̃m habet principiũ ſui eſſe,tam principiũ productionis,
ꝙ eſt deus,q̃ principiũ ſuę durationis,q̃m ab ęterno nõ fuit.Sed iuxta illos philoſophos
nõ habuit, niſi principiũ productiuũ q̊d ſimpliciter falſum eſt. Cõſequẽter philoſophia
diffuſius declarat iam dicta videlicet æternitatis naturam ac proprietatẽ & increatæ ſciẽ-
tiæ modũ,qualiter rebus nõ aufert cõtingẽtiam ac libertatem[Q̃m igitur oẽe iudiciũ ſe
cundum



A cundum ſignaturam quæ ſibi ſubiecta ſunt cõpꝛehendit] .i. quia iudicium ſeu cognitio
omnis cõpꝛehendit,id eſt,formaliter noſcit ſecundũ naturam ſui.i.ſecundum propriam
naturam & diſpõnem cognoſcentis,quæ ſubiecta ſunt ſibi.i.ſua obiecta & non ſecundũ
modum rei cognitæ,vt dictum eſt ſæpe.[Eſt aũt deo ſemper æternus ac pręſentarius ſta
tus].i.ſtatus inuariabilis præſens ac æternalis(intelligendo per ſtatum modum eſſendi)
conuenit deo [ſcientia quoq; eius oẽm temporis ſupergreſſa motionẽ].i.increata ſeu co
gnitio tranſcendens omnem inſtabilitatem conditionẽ ac differentiam tpis [in ſuæ ma
net ſimplicitate pręſentiæ].i.ęternaliter perſeuerat in ſimpliciſſima ſua præſentia,atq; in
præſentiſſima ſua ſimplicitate vniuerſa & ſingula ſciens ac intuens in ſe, & per ſe tanquã
præſentia ſibi ſicut viſus noſter fertur in id q̊d in ſua conſiſtit præſentia [infinitaq́; præ-
teriti ac futuri ſpacia complectens].i.ſimul cognoſcens innumerabilia ſpacia duratiões,
ſucceſſiones quaſcunq; cuiuſcunq; tempis ꝑteriti & futuri tam veri q̃ imaginarij[omnia
quaſi iam gerantur in ſua ſimplici cognitione cõpꝛehendit].i.vnico ſimpliciſſimo men
tis intuitu omnia conſpicit ac ſi iam præſentialiter iam ſint aut fiant ipſo cernẽte.[Itaq;
ſi præſentiã penſare velis quæ cuncta prænoſcit] .i.ſi recte & profunde penſaueris pręſci
entiam illam æternã qua deus cuncta prænoſcere dicitur [non eſſe præſciam illam ætera-
nam quam deus cuncta prænoſcit].i.ſi recte & profunde penſaueris præſciam illã ætera-
B nam,qua deus cuncta prænoſcere dicitur[non eſſe præſciam quaſi futuri ſed ſciam nunq̃
deficientis inſtantiæ rectius æſtimabis].i. vere ſenties illam præſcientiã dei eſſe ſcientiã
inſtantiæ.i.præſentiæ ſeu rei præſentis ſaltem quo adeſſe ſuum cognoſcibile & exempla
re q̊d habet in mente diuina. [Vnde non præuidentia ſeu ꝓuidentia potius dicitur].i.il-
la cognitio aptius nuncupatur prouidentia quæ & præſentiam cõpꝛehendit q̃ prouiden
tiam q̃ proprie concernit futura,cum oĩa ſint deo quaſi præſentia.Veruntamen ſi obijci-
atur modus loquendi obtinuit, vt illa dei cognitio dicatur præuidentia ac præſcientia.
Dicendum ꝙ q̃uis in ſeipſa ſit ſimplex & vnica non diuerſa & multiplex,iuxta diuerſita-
tem & multitudinem præſtitorꝫ aut præuiſorꝫ, attamen per relationem ad iſta præſtita,
& quo ad reale eorꝫ eſſe quæ nondum ſunt,vere præſcientia & prçuidentia nuncupatur.
Proprie aũt prouidentia nominatur ꝓpter cauſam quę ſubditur [ꝙ porro ab infimis re
bus conſtituta].i,eo ꝙ rebus euentibuſq́; futuris ac decliuibus ineffabiliter ſupexaltata,
infiniteq́; eminens [quaſi ab excelſo rerum cacumine cuncta proſpiciat].i.vniuerſa cog-
noſcat à ſummo throno ac vertice ſapientiæ ac excellentiæ ſuæ,ſiue à cælo empyreo,in q̊
ſpecialiter eſſe ac reſidere prohibetur.Propter quod ſcriptum eſt:Dominus de cœlo pro-
ſpexit ſuper filios hoĩm.Sicq́; dicitur porro.i. à remoto non ꝙ loco ſed dignitate & emi Pſalm. 13
nentia diſtet à creaturis,præſertim inferioribus ac futuris.Vnde habetur in Eſdra: Dñe 3.Reg. 8
C cuius oculi in ſupiora porrecti.Salomon quoq; ait: Domine reſpice de cælo de ſublimi
ſolio gloriæ tuæ.Aliqua vero fertur deus à longe cognoſcere,vt ea quæ reprobat,iuxta
illud pſalmi:Quoniam excelſus dominus & humilia reſpicit, & alta à longe cognoſcit. Pſalm. 137
Circa quod loquitur Auguſtinus à longe cognoſcit,ſed non ignoſcit, quemadmodum
etiam dicitur longe eſſe ab illis ſecundũ illud prouerbiorum:Longe eſt dominus ab im Prou. 15
pijs. Ex præinductis oſtendit philoſophia inſufficientiam obiectorum contra præſcien-
tiam ac prouidentiam dei factorum:[Quid igitur poſtulas].i.cum prædicta ita ſe habe-
ant,quid poſtulas.i.cur irrationabiliter petis concedi[vt neceſſaria fiant].i. de neceſſita
te contingant & neceſſaria fieri affirmentur[quæ diuino lumine illuſtrantur].i.ab incre
ata luce mentis diuinæ lympide cognoſcuntur,[cum nec homines quidem neceſſaria fa-
ciant eſſe quæ vident].i.ex quo cognitio hominum nullam influit neceſſitatem his quę
præſentialiter coram hominum viſu fiunt, cum tamen cognitio hominum cõformis ſit
cognitio multo plus q̃ cognitio dei.[Num enim].i.nunquid[intuitus tuus].i.præſenti-
alis tua cognitio[addit].i.influit[neceſſitatem aliquam]abſolutam[eis]rebus & effecti
bus illis[quæ cernis præſentia].i.coram oculis tuis accidere. Ad quod Boethius:[Mini-
me] quia noſtra inſpectio nihil mutat in natura rerum quas cernimus, quamuis neceſſi-
tas conditionata ibi eſſe dicatur, quia ſenſus directe non fallitur circa ſuum obiectum.
[Et philoſophia: Atqui].i.pro certo[ſi].i. quia] eſt collatio digna].i. comparatio apta
ſeu decens loquendo de comparatione & proportione imitatiua[diuini præſentis & hu
mani] .i. inter præſens ſeu nunc æternitatis ipſius dei & inter præſens & nunc hominis,
quia vt patuit tempus & nunc temporis aliqualiter imitantur æternitatem & nunc ęter

 nitatis

PROSA VI. nitatis [vti vos veſtro hoc temporaneo præſenti quædam videtis] .i. ſicut vos homines D
videtis.i. veſtro præſenti temporaneo ſeu in inſtanti & nunc temporis ꝙ nunc ſuo fluxu
cauſat tempus [ita ille omnia ſuo cernit æterno,]id eſt, ſic deus omnipotens vniuerſa cō-
templatur & videt in ſuo præſenti & nūc æternali [quare hæc diuina prænotio,]id eſt,
ergo præcognitio iſta mentis diuinæ [naturam rerum proprietatemq́; non mutat]id eſt
non aufert rerum à ſe cognitarum naturam & proprietatem naturalem, imo eſt cauſa
& conſeruator earum, quoniam ſuperſublimis deus per ſuam ſcientiam & omnipoten-
tiam eſt prima rerum cauſa, & conſeruator ordinis, differentiarumque rerum ablatrix
aut deſtructrix, ſed actrix & conſeruatrix [taliaque apud ſe præſentia ſpectat,]id eſt, fu-
tura conſpicit in ſua æternali præſentia, imo & ſine notitiæ æternaliter præſentia exiſten
tia talia [qualia in tempore dei,] id eſt, aliquando prouenient [nec rerum iudicia con-
fundit,] id eſt, inordinate non miſcet rerum cognitiones & diſcretiones, ita quod erret
iudicando de entibus [vnoq́; ſuæ mentis intuitu tam neceſſario quàm non neceſſario
ventura dinoſcit] .i. clariſſime intuetur vnico mentis proſpectu tam ea q̃ fiūt neceſſario
q̃ ea quæ contingenter ac libere [ſicut vos cum pariter ambulare in terra hoīem & oriri
in cœlo ſolem videtis] .i. ſicut vos homines quando ſimul conſpicitis in aurora ſolē ori-
ri in ſua ſphæra, & hoīem tranſire in terra, quoꝝ vnum ſit neceſſario, aliud cōtingenter
[q̃uis vtrumq́; ſimul] ſupple conſpicitis [tamen conſpectū diſcernitis] .i. res ſimul viſas E
abinuicem per intellectum diſtinguitis [& hoc voluntarium, illud neceſſariū iudicatis]
.i. affirmatis ꝙ hoīem ambulare ſit ex voluntate procedens, & liberꝝ ac contingens, atq;
ꝙ ſolem oriri ſit neceſſarium ſecundum naturalem curſum ac ordinē, q̃uis S ſanctus Iob
fateatur, deus pręcipit ſoli & non oritur, ꝙ ſuperbenedictiſſimo creatori perfacile eſt &
ſupnaturaliter fieri valet [Ita igitur cuncta deſpiciens diuinus intuitus] .i. intuitio dei de-
ſpiciens. i, deorſum oīa videns [qualitatem reꝝ minime perturbat] .i. nequaq̃ cōfundit,
deſtruit, aut deordinat proprietates, differētias, diſpōnesq́; reꝝ, imo & ſi quidni in rebus
ſupernaturaliter opetur ſicut in lib. Sapien. leg. Vim virtutis ſuę oblitus eſt ignis, & aq̃
in igne magis valebat, hoc non eſt contra ſed ſupra rerum naturā [reꝝ in quam apud ſe
q̃dem p̄ſentiū] .i. in lumine ſuæ cognitionis immutabiliter euidentiā ac ſtantiū [ad con-
ditionē vero temporis futuraꝝ] .i. venturaꝝ quantū ad ſuum reale exiſtere per compa-
rationem ad conditionē] .i. differentiam tpis [Quo ſit] ex q̃ ſequitur [q̊d hæc non ſit opi
nio] .i. ꝙ iſta pręſcientia dei non ſit opinatiua ſeu incerta ap̄p̄henſio [ſed veritate potius
nixa cognitio] .i. noticia magis nixa .i. firma & certa in veritate [cum extaturꝝ quid eſſe
cognoſcit] .i. dum deus agnoſcit quid. i. aliquid eſſe extaturum. i. futurum [ꝙ idem exi-
ſtendi neceſſitate carere non neſcit] ꝙ futurum idem deus non neſcit. i. certiſſime agno-
ſcit carere neceſſitate exiſtendi, id eſt, contingere eſſe futurum. Conſequenter philoſo- F
phia reſumit obiectionem Boethij, vt eam clarius ſoluat [Hic ſi dicas] id eſt, ſi hoc loco
obijcias [quod euenturum deus videt id euenire non poſſe, ꝙ autem non poteſt nō eue
nire id ex neceſſitate contingere. [Iſtud argumentum frequenter prætactum eſt, & ordo
verborum eſt clarius [meq́; ad hoc neceſſitatis aſtringas,]id eſt, virtute argumenti iſtius
velis me artare ad hoc vt concedam in his rebus nomen neceſſitatis, ſeu ipſam neceſſita
tem locum habere,]fatebor quidem,]id eſt, pro certo dicam & affirmabo, [rem,]id eſt,
reſponſionem atque ſententiam ſolidiſſimæ veritatis, [ſed cui vix aliquis niſi diuini ſpe-
culator acceſſerit,]id eſt, reſponſionem tantæ difficultatis, vt vix aliquis homo acceſſe-
rit, id eſt, per intellectum clarum appropinquauerit ei niſi [contemplator diuini,]id eſt,
ſydum myſterij ac verbi æterni & cœleſtis eloquij. [Reſpondebo nanq; idem futurum,]
id eſt, eundem venturum effectum, [cum ad diuinam notionem refertur,]id eſt, dū com
paratur ad præſcientiam intuitionémque D E I, [neceſſarium eſſe,]id eſt, neceſſarie
euenturum & certiſſimam cauſarum connexionem ineuitabilémque euentum habere,
prout hoc ſupra de effectu fatali & operibus prouidentię ęternalis diffuſe expreſſum eſt.
[Dum vero in ſui natura perpenditur,]id eſt, quando conſideratur in ſeipſo & ſecundū
ea quæ ſibi conueniunt per comparationem ad cauſas immediatas naturales, & proxi-
mas [liberum prorſus atq; abſolutum videri] .i. vere de ipſo cognoſci ꝙ libere ſeu cōtin
genter eueniāt, [ſicq́; abſolutus ſit] .i. immunis ac alienus à neceſſitate, & ita de eo eſt iu-
dicandū ſimpliciter, q̄a iudiciū atq; cognitio de rebus ſumūtur à ꝑpria natura & ꝑprijs
ac proxi



A ac proximis cauſis. Deniq; philoſophia iſtud conſequenter declarat [duæ ſunt etem̄ ne-
ceſſitates, ſimplex vna veluti ꝙ neceſſe eſt oēs homines eſſe mortales] hoc eſt, duæ ſunt
neceſſitates loquendo in generali, ita ꝙ duæ ſunt ſpecies neceſſitatis, vna eſt neceſſitas
ſimplex. i. ſimpliciter dicta quæ & cōmuniter nominatur neceſſitas abſoluta, non ſecun
dum quid. Vt oēm hoīem eſſe mortalem ex ſua natura ratione corporis mixti, & hoc ſe-
cundum curſum naturæ, q̃uis primi parentes fuerunt ſic inſtituti, ꝙ potuerunt non mo-
ri quod fuit ſupernaturale neq; obijſſent niſi peccaſſent. Glorificati vero non potuerunt
mori. Mortale quippe non eſt vera differentia. [Alter conditionis] .i. alia eſt neceſſitas
conditionalis ſeu conditionata, vt ſi aſinus volat, habet pennas quæ eſt neceſſitas ſecun-
dum quid [vt ſi aliquem ambulare ſcias] .i. certitudinaliter noſcas eū ambulare neceſſe
eſt ex illa hypoteſi eaq́; ſtante ꝙ ambulet. [Quod em̄ quiſq; nouit, id eſſe aliter q̃ notum
eſt, nequit q̃diu ſic noſcitur] quia ſcientia eſt impoſſibiliū aliter ſe habere, præſertim ſci-
entia vniuerſalium [ſed hæc conditio] .i. neceſſitas iſta conditionata [minime ſecū illā
ſimplicem trahit] .i. nullatenus infert neq; concludit ſimplicē illā neceſſitatem. [Hanc. n.
neceſſitatem] vtpote conditionalem [non ꝑpria facit natura] .i. non cauſat neq; indu-
cit ipſa rei natura, aut ſpecies aut aliquid ei per ſe conueniens [ſed conditionis adiectio]
.i. accidentalis additio conditionis aut circūſtantiæ rei. [Nulla em̄ neceſſitas cogit ince-
B dere voluntate gradiente] .i. nulla abſoluta & pura neceſſitas cogit eum ambulare q am
bulat ex ꝑpria voluntate, quæ & abſolute cogi nō valet, ſed bene ſecundum quid & ex
finis præſuppōne. Sicut neceſſe eſt voluntatem deo ſubijcere, ſi debeat hō ſaluari. [Alio
quoq; eſt voluntariū in voluntario mixtum] ſicut merciū in mare proiectio [q̃uis enim
cum graditur incedere neceſſariū ſit] ex ſuppōne & conditione non ſic q̄n poſſit à greſſu
ceſſare, ſed q̄m impoſſibile eſt vt ſimul gradiatur & non gradiatur. [Eodem igitur mō ſi-
quid prouidentia præſens videt id eſſe neceſſe eſt] neceſſitate conditionis [tāet ſi] .i. q̃uis
[nullam naturæ habeat neceſſitatē] .i. ex propria natura nō habeat neceſſitatem ad hoc
quod nunc ſit ſiue futurꝝ ſit. [Atqui] .i. certe [deus ea futura quæ ex arbitrij libertate ꝓ-
ueniunt præſentiam continetur] .i. præſentialiter ſeu quaſi præſentialiter corā ſe eſſent,
vt iam ſæpe expoſitum eſt. [Hæc igitur ad intuitum relata diuinū] .i. futura & cōtingen-
tia iſta per compationem ad dei cognitionem [neceſſaria fiunt ꝑ conditionē diuinæ no-
tionis] .i. rōnem cuiuſdam neceſſitatis conditionatę ſortiuntur ex ꝑprietate & certitudi
ne ſcientiæ creatoris, cui omnia in ſe præſenter atq; clariſſime refulgent & conſtant [per
ſe vero conſiderata] .i. ſecundum ꝑpriam naturā penſata [ab abſoluta naturæ ſuę liber-
tate non deſinunt] .i. non deficiunt à libertate naturę ſuę abſoluta. i. immuni & inobliga
ta ad neceſſitatem, hoc eſt à contingentia & indeterminatione [fient igitur proculdubio
C cuncta quæ futura deus pręnoſcit, ſed eoꝝ quædam de libero ꝓficiſcuntur arbitrio, vt ea
quæ homines ex deliberatione atq; ꝓpoſito opantur, quæ q̃uis eueniant ſicut deus præ-
uidit aut etiam præordinauit, exiſtendo tamen naturam ꝑpriam non amittunt] .i. ꝑ hoc
ꝙ fiunt & ſunt non amittunt libertatem & contingentiam eis generalem. Nam & deus
præuidit & præordinauit ac ſtatuit ꝙ ſic fierent & ſic eſſent, quia priuſquā fierent etiam
euenire nō potuiſſent ſimpliciter loq̄ndo. i. ꝑ compationem ad ꝑprias ac ꝓximas cauſas
Vera & catholica iſta ſolutio ſupius habita eſt ꝑ diſtinctionē magis philoſophicā, qua
eſt dictū ꝙ de præuiſis præcognitis, prædeſtinatis, præſcitis, de electis, de virtuoſis & vi-
tioſis poſſimus loqui dupliciter: Primo formaliter vtpote ſecundum ꝙ tales ſunt. Secun
do materialiter prout ſunt creaturę quidem ſecundum ſe conſideratæ libero arbitrio de
coratę. Itaq; primo modo de eis loquēdo, nō poſſunt non euenire ſeu nō ſaluari aut non
damnari ſecundum ꝙ à deo præcognitū eſt, ſic enim conſiderantur ꝑ relationem ad ꝓ-
uidentiam ſeu præordinantiam & ſortiūtur neceſſitatē conditionalem. Porro materiali
ter de ipſis loquēdo poſſunt aliter euenire, & poteſt prædeſtinatus damnari ac virtuoſus
perire, vitioſus quoq; pœnitere & adipiſci ſalutem. Ideo tales propoſitiones prędeſtina-
tus poteſt damnari, & præſcitus poteſt ſaluari diſtinguuntur, & in ſenſu compoſito ſeu
modali negantur. In ſenſu autem diuiſo conceduntur, vt ſupra inductum eſt, ſic etenim
attenduntur res iſtæ ſecundum propriam ſuam naturam. Deinde philoſophia in perſo
na Boethij tangit quaſdam replicationes contra iam dicta: [Quid igitur, inquies, refert
non eſſe neceſſaria] .i. tu forſitan dices quid refert. i. diſtat & intereſt futura quidem ac li
beri arbitrij opera nō euenire de neceſſitate [cum propter diuinæ ſcientiæ conditionem]

 id eſt,

PROSA VI. .i.propter incertitudinem & infallibilitatem ſcientiæ dei,[neceſſitatis inſtar eueniãt].i. D
certiſſime accidant inſtar neceſſitatis,& ad ſimilitudinem eoꝝ quæ vere ex neceſſitate cõ
tingunt. Etenim dictum eſt ꝙ per comparationẽ ad præſcientiã dei tam ineuitabiliter fi
ant q̃ impoſſibile eſt dei præſcientiã falli. Ad q̊d philoſophia reſpondet[hoc.ſ.] .i.iſtud
refert;[ꝙ ea quæ paulo ante propoſui ſol oriens & homo gradiens].i. quantũ differunt
duo hæc ſol oriens & homo ambulans,quantũ ad propoſitum attinet[q̃ dum fiunt nõ
fieri non poſſunt].i.dum ſol oritur nõ poteſt non oriri.& dũ homo ambulat nõ poteſt
nõ ambulare loquẽdo de his formaliter & in ſenſu cõpoſito. Cũ nãq; propoſitio de poſ
ſibili poſſit poni ineſſe, ſi homo poſſet nõ ambulare dũ ambulat, hæ duæ eſſent de eodẽ
hoĩe pariter vere,homo ambulat & homo non ambulat [Eoꝝ tñ vnũ prius quoq; q̃ fie
ret neceſſe erat exiſtere]ſecundũ curſum ordineq́; naturæ vc; ſolẽ oriri[alteꝝ vero mini
me].i.hoĩem ambulare nõ fuit neceſſe anteq̃ fieret[Ita etiã q̃ pręſentia deus habet].i.ea
q̃ deus intuetur tanq̃ in præſentia ſuæ mẽtis cõſtituta [q̃uis adhuc futura procul].i. ſine
dubio exiſtẽt[ſed eoꝝ hoc quidẽ de neceſſitate deſcendit].i.q̊ddam illoꝝ neceſſario fit,
vt cœlũ moueri[illud vero de poteſtate facientiũ].i. q̊ddam ipſoꝝ ꝓueniet ex libera fa
cientiũ volũtate. Ex quibus infert philoſophia:[Hãc igitur nõ iniuria diximus] .i.nõ in
iurioſe nec falſe protulimus , ita ꝙ dicendo quod ſubditur non ſumus locuti iniuram.i.
iniurioſum qd contra deum & veritatẽ[hæc]vtpote futura cõtingentia [ſi ad diuinã no E
titiam].i.ad dei præſcientiam[referantur neceſſaria].i.neceſſarie euentura[ſi pro ſe con
ſiderẽtur].i.propria natura[neceſſitatis eſſe nexibus abſoluta].i.immunia & libera à ne
ceſſario euentu, vtpote cõtingentia. Cuius ſubiũgitur ſimile[ſicut omne q̊d ſenſibus pa
tet].i.omne ſenſibile ac particulare[ſi ad rationẽ referas].i.per comparationem ad ratio
nem abſtrahentem & illimitate conſiderantem ac ſine reflexione ad phantaſmata,[vni
uerſale eſt].i.gñale ſeu cõis natura[ſi ad ſeipſum reſpicias].i.ſi id attendas ſecundũ q̊d in
ſeipſo cõſiſtit[ſingulare eſt]propter quod aſſerit commentator. Vniuerſale dum intelli
gitur,ſingulare dum ſentitur. Vnde & in libello de vno & vnitate ſcribit Boethius:Om̃e
q̊d eſt ideo eſt qm̃ vnũ numero eſt. Ideo q̊q; iuxta Philoſophũ eſſe vtiq; actualis ac rea
lis exiſtentiæ eſt ſuppoſitoꝝ. Deinde tangit Philoſophia ſecũdam replicã cõtra p̄habita
[Sed ſi in mea,inquies,poteſtate ſitũ eſt mutare propoſitũ].i.tu inquies,ſi ſitũ eſt.i.cõſti
tutũ in mea poteſtate.i.libertate mutare ꝓpoſitũ.i.mẽtis meæ intentionẽ[euacuabo ꝓ
uidentiã].i.ꝑcognitionẽ dei faciam irritã & fruſtratam[cũ quæ illa prænoſcit forte mu
tauero].i.dum forſitan propoſuero agere q̊d agere ante nõ proponebam[Reſpondebo
ego] philoſophia [propoſitũ quidẽ tuũ te poſſe deflectere].i. mutare,[ſed qm̃ & id te
poſſe,& an facias quoue cõuertas præſens prouidentiæ veritas intuetur diuinam præſci
entiam te non poſſe vitare].i.dicam te nõ poſſe vitare,euadere,fallere aut fruſtrari pręſci F
entiam omnipotentis, quoniam ipſe ſcit infallibiliter ꝙ tu poſſis mutare tuum propoſi
tum,ſcit quoque an id mutabis,& ſi mutaueris præſcit ad quid potius te vertes & flectes
ſeu inclinabis[Hoc itaq; intuetur veritas præſens prouidentiæ].i. vera prouidentia dei p̄
ſens vbiq; & vniuerſa in ſeipſa præſentialiter intuens[ſicut præſentis oculi non poſſis ef
fugere intuitum[.i.quemadmodum non potes euadere inſpectionem oculi alicuius ho
minis tibi aſtantis apertos oculos ſuper te habentis[ quamuis te in varias actiones libe
ra voluntate conuerteris].i.quicquid effeceris manẽdo in præſentia oculi in te fixi, quia
potẽtia ſenſitiua neceſſario immutatur à ſuo ſubiecto ſibi proportianabiliter applicato.
Sequitur replica tertia:[Quid igitur,inquies].i.dices[quid igitur reſtat,ex mea ne diſpo
ſitione ſcientia diuina mutabitur] .i. vtrum ne ex diſpoſitione mea.i. ex varia propoſiti
mei altercatione mutabit dei ſcientia[vt cũ ego nunc hoc nc̊ aliud velũim,illa q̊q;]vtpo
te ſcientia dei[noſcẽdi vices alternare videat].i.agnoſcat alternare.i.variare vices.i.mo
dos circũſtantiaſq; noſcendi viciſſitudinẽmue ſciendi , ita vt noſcat vno momento aut
tempore quod alio neſcit.[Minime,]id eſt,nullatenus hoc concedes.[Omne nanque fu
turum diuinus præcurrit intuitus,]id eſt,intuitio ſeu cognitio æterna mentis diuinæ, de
qua in Thimeo ſubtiliter aſſerit Plato: Diuinus itaque intuitus contemplatioq́; intelle
ctus præcurrit.i. ab æterno præceſſit omne futurum quod nunc eſt aut vnq̃ fuit futurũ,
& ad præſentiam propriæ cognitionis retorquet].i.omne futuꝝ retorquet..flectit à pro
prietate ſuæ futuritionis quaſi ad quandam præſentiam coram ſe. Ideo additur:[& reuo
cat].i.in ſuo cõſpectu p̄ſentialiter ſtatuit, quia vt patuit cognitio reꝝ eſt ſecũdũ naturã
& mo



A & modum cognoſcentis non cogniti [nec alternat vt æſtimas nunc hoc nunc illud pre
noſcendi vice] hoc eſt ſcientia dei ſeu ſcientiſſimus deus non alternat.i.ſuam cognitio
nem nullatenus mutat vice.i.viciſſitudine ſeu modo aut circunſtantia temporis pręno
ſcendi nuc hoc futuꝝ nunc illud [ ſed vno ictu mutationis tuas manens peruenit atque
cõplectitur].i.deus ſeu præſcientia eius in ſe manens inuariabilis & immobilis ꝑuenit.i.
æternaliter præſcit atq; cõplectitur.i. plene includit & omnifarie cõprehendit ictu vno
.i.vno præſentiali intuitu tuas mutationes.i.cunctas tuas variationes & varietates,imo
ſeipſum & cætera vniuerſa cum omnibus cõtingentijs,circũſtantijs,actibus,& acciden
tijs veſtris,nec aliter poſſet conſiſtere hominum iudex vt ſupra oſtenſum eſt[qm̃ cõpre
hendendi oĩa viſendiq́; præſentiã nõ ex futuraꝝ reꝝ prouentu ſed ex propria deus ſim
plicitate ſortitus eſt].i.ſupſapientiſſimus deus ſortitus eſt.i. habet ac poſſidet nec aliũde
ſuſcepit [pręſentiã viſendi] .i.præſentialem vniuerſoꝝ notitiã ac virtutem viſendi.i.in
deſinenter videndi & cõprehendi oĩa tam genera q̃ ſpecies ac indiuidua,cum & nos mul
ta talium cognoſcamus. Et ipſe Ariſtoteles lib. de anĩa pro incõuenienti habeat ꝙ deus
dicatur ignorare,quæ nos ſcimus,non ex prouentu.i.impletione ſeu exiſtentia reꝝ futu
raꝝ. Sic enĩ quod abſit ſciẽtia ſupbenedicti ſupperfecti & ſupglorioſiſſimi creatoris de
penderet ex creaturis,imo & ipſemet deus,cum ſua ſcĩa ſit ſua eſſentia & ipſemet ſciens,
B [ſed ex ſimplicitate ꝓpria].i. ex ſua ſimpliciſſima natura eminentia & ꝑfectione,cũ ipſe
ſit eſſentialiter actualiſſimus & honoratiſſimus intellectus, vt 12. Metaphy. fatetur phi
loſophus,& ſua ſupſplendidiſſima ac ſuperſancta eſſentia eſt oĩm reꝝ idea,ſpecies,rõ &
exemplar,in qua cuncta relucent pleniſſime, vt patuit ſupra,beatuſq́; Auguſt.lib.83,quę
ſtionum proſequitur. Iuxta hunc modum loquendi. Proclus Platonicus in elementatio
ne ſua theologica loquitur , ꝙ vniuerſa cathena deoꝝ non eſt compabilis antochen .i.
ſummo ex ſe & per ſe deo,qm̃ totam inquit ille excellẽtiam ſup omnia eſt ſortitus. Hinc
item in libro de cauſis habetur primũ .i. cauſa prima ſcit res oẽs per ſuam eſſentiã. Præ
terea prætactæ diſtinctioni philoſophiæ,ꝙ quædam neceſſario fiant,& aliqua cõtingen
ter,atq; ꝙ quædam ſunt temporalia quædam ꝑpetua & ſuo modo æterna, concordat ꝙ
in prima Thimei diſſeruit Plato. In primis diuidẽdũ qd ſit ꝙ ſemp eſt generationeq́; ca
rens,quid item ꝙ gignitur nec eſt ſemper. Alteꝝ intellectum ꝑceptibile ductu & inueſti
gatione rationis ſemp idem, alteꝝ vero opinione & irrationabili ſenſu apprehẽſibilem.
Hinc iteꝝ ait ibidem:Solitariæ.i. diuinæ ſingulari & ſummæ naturæ non recte ꝑtes tem
poris aſcribimus . Dicimus enim fuit & eſt & erit, at eſſe ſolum competit ei iuxta veram
ſynceramq́; rationem,fuiſſe vero & fore ei deinceps non competunt. Hęc quippe genitu
ræ temporis ſunt propria[Ex quo id quoq; reſoluitur].i.ex dictis clare & reſolutorie de
C claratur [quod pauloante dixiſti eſſe indignum] .i. in hoc libro quinto aſſeruiſti eſſe in
decens deo aſcribere [ſi ſcientiæ dei cauſam futura noſtra præſtare dicantur] .i.ꝙ opera
noſtra ventura dicantur præſtare cauſam præſcientiæ dei, hoc eſt, ꝙ hm̃õi euentus pro
hibeatur eſſe cauſa & ratio præſciẽtiæ dei,prout vidẽtur ſenſiſſe qui dicunt:Non ideo ali
quid eſſe futurum,quoniam deus præſcit hoc eſſe venturum, ſed econuerſo, quoniã hoc
futuꝝ eſt,deus id præſcit. Veruntamen qui hoc dixerunt non intenderunt hunc ſenſum
nec hanc admiſiſſent ſequelam. Origenes quoq; homo profundiſſimi & quaſi angelici
intellectus,quamuis in ſuis ſcriptis hinc inde ſuſpectus,dixit hoc ipſum ſuper epiſtolam
ad Romanos loquens extreme contra quoſdam hæreticos omnia neceſſario euenire di
centes,contra quos dixit nõ ideo futura euenire ſupple ex neceſſitate,ſed quia iam futu
ra ſunt omnia ea præſciri , intelligẽdo per ideo cauſam à poſteriori ſeu cauſam ſine qua
non,quæ cauſa denotat ſignum ſeu effectum cauſæ non propriæ cauſam,ſicut in pſalte
rio fertur de Chriſto:Diffuſa eſt gratia in labijs tuis, propterea benedixit te deus in æter Pſalm.44
num. Non enim eſt dubiũ, quin benedictio dei fuerit cauſa gratiæ diffuſæ in labijs Chri
ſti. Et rurſus in pſalmo eodem:Dilexiſti iuſtitiam & odiſti iniquitatem, propterea vnxit
te deus in æternum,& cætera. Vnctionem etenim CHRISTO collatam ſecun
dum naturam ſuam aſſumpta ipſe non meruit , ſed ex mera ſuperpijſſima benigni
tate in primo ſuæ incarnationis inſtanti ſuſcepit , ideo per dilectionem & odium pra
uitatis non meruit gratiæ vnctionem , verum vnctio illa plenitudóque gratiæ, charitas
quoque infuſa fuerit cauſa dilectionis actualis iuſtitiæ ac odij malæ culpæ. Denique

 ratio

PROSA VI. ratio adidtur cur reꝝ euẽtus nõ ſit cauſa ſciẽtię dei[hęc ẽm ſciẽtię vis].i.virtus & propri- D
etas iſta diuinæ ſcientiæ[pręſentaria notione cuncta complectens].i.oĩa cõprehendens
cognitione præſentiali intuitiua in ſeipſa non ex rebus cõcepta,prout iſtud iam ſæpe ex
poſitũ eſt[rebus modũ omnibus ipſa cõſtituit].i.ipſamet increata ſciẽtia propria & con
ſubſtantiali ſibi virtute p̄ordinauit,impreſſit,p̄fixit,oĩbus rebus modũ].i.differẽtiã cer-
tam,gradũ & ſpeciẽ.Itaq; quædã ſunt cõtingentia,quędã neceſſaria,quædã tp̄alia,quæ-
dam ꝑpetua,nec prouidentia reꝝ aufert rebus proprietates differẽtiaſq́; huiuſmodi. Ex
quibus philoſophia q̃ſi epilogat atq; finaliter intentã cõcluſionem infert dicendo[Quæ
cũ ita ſint].i.cũ p̄inducta ita ſe habeãt,[manet intemerata mortalibus arbitrij libertas]
hoc eſt,libertas arbitrij & arbitriũ liberꝝ manet intemeratũ.i.inuiolatũ & integrũ,ſeu
potius à neceſſitatione & coactione immune,quãq̃ in primis parẽtibus p̄ originale pec
catũ læſum fuerit,& ſuo modo infectũ,ꝓpter q̃d ſtatus naturæ humanæ poſt originale
pctm̃ vocatur ſtatus naturæ corruptæ, ſtatus vero naturæ eiuſdẽ ante illud pctm̃, ſtatus
naturæ integrę,prout 2. Sentẽtiaꝝ magiſter aſſerit & doctores. Seq̃tur ſecũda cõcluſio:
[Nec inique leges ſolutis oĩm neceſſitate volũtatibus p̄mia pœnaſq́; ꝓmittũt].i.lex di-
uina & naturalis ac poſitiua nõ inique.i.nõ iniuſte ꝓmittũt.i.certitudinẽ prædicũt volũ
tatibus creatis ſolutis.i.immunibus & religatis,ab oĩ neceſſitate.i.coactione & limita
tione in agendo,p̄mia volũtatibus iuſtis ſi vſq; in finẽ ꝑſeuerent,& pœnas volũtatibus E
Matth. 25 prauis,niſi pœniteãt.Sic nanq; ait ſaluator:Ibunt mali in ignẽ æternum,iuſti aũt in vitã
æternã.Si aũt oĩa neceſſaria euenirẽt, leges huiuſmodi eſſent iniuſtę. Etẽm p̄ præmiorũ
pollicitationes hoĩes alliciũtur ad meliora,& p̄ cõminationẽ pœnaꝝ à vitijs retrahũtur,
principaliter tñ ex puro dei amore agẽda ſunt bona & mala iugiter fugiẽda,alias magis
diligeremus noſipſos ac p̄mia nr̃a q̃ deũ.Iſta demũ ſecũda cõcluſio directe ex prima cõ-
ſeq̃tur.Sequitur cõcluſio tertia:[Manet etiã ſpectator cũctoꝝ deſup̄ præſcius deus]hoc
eſt,oĩpotens,cõditor immobiliter ꝑſeuerat ſup̄ oĩa cuncta cõſpiciens & p̄ſcius oĩm futu-
roꝝ prouidentiã habẽs vniuerſoꝝ,vt iam diffuſe & copioſe probatũ eſt.Quarta conclu
ſio eſt:[Viſionis eius quoq; p̄ſens ſemꝑ æternitas cũ noſtroꝝ actuũ futura qualitate con
currit]hoc eſt,æternitas viſionis eius vz dei.i.æterna cognitio creatoris iugiter p̄ſens.i.
cuncta p̄ſenter inſpiciẽs atq; in oĩbus p̄ eſſentiã,præſentiã,potẽtiamq́; cõſiſtens,[concur
rit].i.ſimul ſtat cũ qualitate.i.tp̄alitate mutabilitate & contingentia actuum noſtrorũ,
nec vnum hoꝝ derogat alteri,imo cõpatiũtur ſeinuicem,ſicut hoc modo oſtenſum eſt,
[bonis præmia,malis quoq; ſupplicia diſpenſans].i.ordinate iuſte diſtribuens quemad-
modum fertur in Apocalypſi:Ecce venio cito & merces mea mecum eſt,dare vnicuiq; ſe
cundum opera ſua.Quinta concluſio eſt:[Neq; fruſtra ſunt in deo poſitæ ſpes,preces].i.
fideles non inaniter ponunt in deo ſpem ſuam,& ipſum exorant.Nempe cum ipſe ſit fi- F
deliſſimus,pijſſimus,optimus,& omnia ſciens, nequaq̃ relinquet ſperantes in ſe ſpe for-
mata,hoc eſt,confidentia per charitatem ornata, ſpes quoq; difformis diſponit de con-
gruo non de condigno ad impetrandum ſpei effectum,ſicut & cætera opera bona ex ge
nere extra charitatem exhibita.De congruo exponunt aliquo modo ad gratiam, quan-
tum in ipſis eſt.Hinc ſanctus loquitur Ieremias:Benedictus vir qui cõfidit in dño, & erit
Ierem. 17 Iſaiæ 30 dominus fiducia eius.Beatus etiam Iſaias propheta:Deus iudicij dominus, beati omnes
Iob. 13 qui expectant eum.Sic ſperauit in deo firmiſſime electus ille Iob loquens:Etiam ſi occi-
Ecci 2 derit me in ipſo ſperabo.Hinc Eccleſiaſticus nos monet:Reſpicite & videte,q̃a nullus ſpe
rauit in domino & confuſus eſt, permanſit in mandatis eius & derelictus eſt. Aut q̃s in-
uocauit illum & deſpexit eum[quæ cum rectæ ſunt].i.dum ſpes & preces fuerunt rectæ
& iuſtæ[nequeunt inidoneę eſſe]tunc autem preces ſunt rectæ,quando ſpiritualia ad ſa-
lutem neceſſaria primo & principaliter petuntur,& hoc perſeueranter.Quia vt ait ſalua
Lucæ 18 1. Theſ. 5 tor:Oportet ſemper orare & non deficere.Paulus quoq;:Sine intermiſſione,inquit,ora
te.Deinde petenda ſunt alia,inquantum expediunt ad ſalutem.Rurſus orare oportet cũ
omni attentioni, feruente affectione, cordiali compunctione, contrito & humili corde,
cum reuerentia & timore, imo vt ſanctus vir Iohannes Climacus abbas montis Sinai,
in ſuo ſententioſo aſſerit libro,qualiter deum inuocare debemus diſcere poſſumus à reis
mortis,qui ſi aliquam habeant ſpem impetrandi veniam à iudice, videmus quàm lachry
moſe,quàm humiliate, quàm indeſinenter & affectuoſiſſime inuocent eum, quanto ma-
gis deum æternum, iudicem ſummum taliter inuocare debemus,qui toties æternam da-
mnatio-



A mnationem meruimus atq; æternam ab eo beatitudinem adipiſci precamur. Spes item
eſt recta dum diuinę pietati principaliter innititur & meritis proprijs ſecundario,ſpes e-
nim eſt certa expectatio futuræ felicitatis ex gratia dei meritiſq́; procedens. Poſtremo
philoſophia compendioſam facit admonitionem:[Auerſamini igitur vitia].i.peccatis
reſiſtite & fugite ea,iuxta illud Eccleſiaſtici: Quaſi à facie colubri fuge peccata. Et illud
Iacobi:Reſiſtite diabolo & fugiet à vobis.[virtutes colite].i. amate & exercete,hoc eſt,
quod dixit Pſalmiſta:Declina à malo & fac bonum. [Ad rectas ſpes animum ſubleua-
te].i. cor veſtrum erigite ad ſperandum in domino, ipſum virtuoſis actibus honoran-
do ne ſit ſpes ſine operibus. Ideo ait Oſee propheta: Miſericordiam & iudicium cuſto-
di,& ſpera in deo tuo ſemper.Quo contra dicitur præſumptuoſo ac arroganti:Noli ex-
tolli vanis ſpebus.Nondum enim manum omnipotentis refugiſti.Et Ieremias teſtatur
Maledictus qui confidit in homine. Veruntamen in ſanctis dei ſperamus, præſertim in
beatiſſima virgine,quæ eſt vita dulcedo & ſpes noſtra, non quaſi in principali obiecto,
ſed ſecundario, inquantum eſt mediatrix & auxiliatrix noſtri apud deum ad impetran
dam gratiam ad ſalutem.[Humiles preces in excelſo porrigite].i.deo in excelſis reſidẽ-
ti preces ex humilitate manantes offerte tam ex conſideratione propriæ defectuoſitatis
& culpæ, quàm ex contemplatione infinitæ excellentiæ atq; iuſtitiæ dei, cum profunda
B & ſtabili humiliatione inuocetis altiſſimum,cum in Eccleſiaſtico ſcriptũ ſit: Oratio hu-
miliantis ſe penetrat nubes. In pſalmo quoq; de eo aſſeritur: Reſpexit in orationem hu-
milium,& non ſpreuit precem eorum. Sequitur ſaluberrimum documentum:[Magna
vobis ſi diſſimulare non vultis neceſſitas indicta probitatis] O homines mortales ci-
to morituri,neceſſitas probitatis,id eſt, obligatio & oportunitas ad virtuoſe viuẽdum,
[magna indicta].i. præfixa & commiſſa eſt vobis. Iſta tamen eſt neceſſitas conditiona-
ta non abſoluta, quia ſalutem conſequi non valemus, niſi inſiſtendo virtutibus, [ſi non
vultis diſſimulare].i. negligenter & inaduertẽter ſurda aure præterire, quemadmodum
hi qui ſciunt & non faciunt, qui habitualiter norunt & actualiter non perpendunt, qui
tepidi ſunt & remiſſi.De quibus ſanctus Iacobus in ſua Canonica:Scienti bonum & nõ
facienti,peccatum eſt illi. Salomon quoq;: Qui mollis & diſſolutus eſt in opere ſuo, fra-
ter eſt ſua opera diſſipantis,[quoniam ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis,] Hoc
eſt,quia agitis,id eſt,viuitis & quicquid cogitatis,appetitis,loquimini, exercetis,negligi
tis totum committitis aut omittitis ante oculos,id eſt, in conſpectu & coram præſentia
ſapientiæ ac ſcientiæ atq; iuſtitiæ iudicis cuncta cernentis,id eſt,omnia clariſſime ac di-
ligentiſſime inſpicientis ponderantis ac iudicaturi. Ad cuius contemptum & vilipenſio-
nem pertinet quod inſenſata ac miſera creatura audet ipſo præſente,intuente,prohibẽ-
C te,ac comminãte tranſgredi eius præcepta, cum & iudex terrenus hoc reputaret ſibi val
de iniurioſum. Iſtud debet nos inceſſanter timoratos, ſolicitos & cuſtoditos efficere, q̃a
tota conuerſatio noſtra intus & extra eſt, vbique, & ſemper coram oculis ſuperſanctiſſi-
mi dei. Hæc conſideratio parit ſapientialem pudorem turpiter operandi,viliterq́; viuen
di,negligenter & inhoneſte agendi. Si ergo vis in vera cordis ſtabilitate proficere, diui-
ni iudicij aſſiduam commemorationem habere, omnem acediam, turpitudinem,negli-
gentiamq́; vitare,ſatage indeſinenter aut ſaltem frequenter attendere dei præſentiam &
aſpectum. Cum ſanctis quoq; viris Helia & Heliſęo ſæpius intra te dicere illud tertij Re-
gum ſecundo: Viuit dominus in cuius conſpectu ſto hodie.Ideo ſanctus rex Dauid pſal-
mo vigeſimo quarto deprompſit: Oculi mei ſemper ad dominum. Et iterum regius ille
propheta Dauid pſalmo centeſimo decimo octauo aſſeruit: Seruaui mandata tua & te-
ſtimonia tua, quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo. Præterea beatus Bernardus docet
hoc multum prodeſſe homini proficere cupienti, vt aſſidue meditet̃ ſibi eſſe præſentem
aliquam perſonam virtuoſam ac ſapientem,quam veneretur,& coram qua verecundare
tur ſe male habere,negligenter, acedioſe,incompoſite agere, opus DEI irreueren-
ter ſoluere,ſéque in omnibus regat ac ſi videret illum ſibi pręſentem,ſéque inſpicientem.
De hoc Seneca in libro de copia verborum diſſeruit:Aliquis vir bonus eligendus eſt no
bis & ante oculos ſemper habendus, vt ſic tanquam illo ſpectante viuamus, & omnia
tanquam illo iudice faciamus. Maxima vitiorum pars tollitur, ſi peccanti teſtis aſſi-
ſtat. Aliquem habeat animus quem vereatur, cuius authoritate ſecretum ſuum effici-
at ſanctius.O felicem,qui aliquem ſic veretur vt ad eius memoriã ſe cõponat ac ordinet
qui

PROSA VI.

qui aliquem veretur cito erit verecundus. Inſuper in ſuis ait prouerbijs: Non aliter vi- D
uas in ſolitudine quàm in publico, id eſt, nõ negligentius nec inuerecundius. Ideo rurſus
deprompſit. Nullum locum putes conſiſtere ſine teſte. Veruntamen ſi tam vtile eſt & ſa
lubre, tam proficuum ad virtutes virum bonum & ſapientem habere aut imaginari præ
ſentem, quanto magis aduertere & penſare deum omnipotentem ſibi inceſſabiliter eſſe
præſentem, intentum & eminentem imo & angelum ſanctum quem vtiq; deum certum
eſt cunctis creatis eſſe in infinitum venerabiliorem, terribiliorem, digniorem ac ſanctio-
rem. Hinc decima epiſtola loquitur Seneca: Sic viue cum hominibus tãquam deus vide-
at, ſic loquere cum deo tanquam homines audiant. IOHAN. Grates altiſſimo quia cõ
pleta eſt expoſitio voluminis huius, verum ni fallor, adhuc quædam vis addere de pro-
uidentia dei ex nonnullis doctoribus, ſed precor reſponde quid moraliſſimus Seneca de
fato & prouidentia ſenſerit. DIONY. De tãta re inter varias opiniones fluctuaſſe vide
tur, attamen ad id quod ſecurius fuit amplius diuertiſſe. Sic quippe ſextadecima ait epi-
ſtola: Nemo beate viuere poteſt ſine ſapientiæ ſtudio, in quo perſeuerandum eſt tibi &
ſtudio addẽdum aſſiduo. Sed dicet aliquis: Quid mihi prodeſt philoſophia ſi fatum eſt,
ſi deus eſt rector, quid mihi prodeſt ſi caſus imperat, nam mutari certa non poſſunt, ni-
hil quoq; præparari poteſt aduerſus incerta, ſi autem deus meum præoccupauit conſili-
um, decreuitq; quid faciam aut fortuna nihil pmittit. Quicquid ex his ſit mi Lucilli vel E
ſi hæc omnia ſunt, philoſophandum eſt, ſiue nos inexorabili lege fata conſtringunt, ſiue
deus arbiter vniuerſi cuncta diſponit, ſiue caſus res humanas ſine ordine impellit & ia-
ctat, philoſophia nos debet tueri. Hoc adhortabitur vt deo pareamus libenter, fortunæ
contumaciter. Hoc docebit vt deum ſequaris & caſum feras. IOHAN. Supra induxi-
ſti pulchra quædam ex dictis Gulielmi Parrhiſienſis de prouidentia atq; fato, plura infe
rius te dicturum inde inſinuans, illa ſi placet proſequere.

## Ex ſcriptis Gulielmi Parrhiſiẽſis epiſcopi, libro II. de uniuerſo de prouidentia & regimine dei ARTIC. XIII.

Libro de vniuerſo Gulielmus effatur: Cõſequens eſt proſequi quæſtiones cir
ca prouidẽtiam dei, quarum prima eſt hoĩm inſipientium & ſtultorum, qui
quærunt qualiter poſſibile eſt creatori tantam reꝝ multitudinem, diuerſita-
tem & varietatem regere & curare. Cui quæſtioni reſpondet Apuleius Pla-
tonicus: Quemadmodum, inquiens, rex vnus aut dux regit exercitum innu-
merabilium bellatorum, & ad vnum clangorem buccinæ alij ad arma, alij ad equos, alij
ad machinas currunt, & circa vnumquodq; iſtorum tam multa tamq; varia opera fiunt
ſic totam multitudinem creaturarum vnus nutus creatoris ac ſi ſingulæ creaturæ illum F
audiant ac ſentiant exequitur vnaquæq; vices ſuas, ſciens ſeu quaſi dinoſcens ſibi à crea
tore inditam legem, quemadmodum in exercitu quantumlibet magno ſcit vnuſquiſq;
præſentium quid ad ipſum pertineat, & illud exrquitur dato ſigno. Sicq; conſidera tan-
tam multitudinem ac tantam rerum varietatem vna voluntate regia gubernari, quam
buccinæ innuit clangor. Quid igitur mirum quod rex & dominus ſeculorum ſua omni
potentiſſima & imperioſiſſima voluntate cuncta commouet, citatq; creata, ita quod vni
uerſa & ſingula aggrediuntur & proſequuntur pertinentia ad ſe & leges atq; officia quę
edidit ac poſuit eis. Sic quoque irrationabiles creaturę ex irradiatione & aſperſione lumi
noſitatis ſapientiæ dei cognoſcunt naturali notitia quædam eis neceſſaria ad ſuam con
ſiſtentiam conſeruationemque ſpectantia. Et hæc illuminatio modica ac participatio q̃
dam luminis diuinæ ſcientiæ eſt eis quaſi lex & liber ac lucerna, qua tendant ad conue-
nientia ac neceſſaria ſuæ naturæ, vt quod aranea ſic texit retia ſua. Inſuper aliam reſpon-
ſionem ad quæſtionem inductam dedit quidam & ſanctis & ſapiẽtibus Chriſtianorum
doctoribus: Vt dum rex terrenus præcipit ſibi conſtrui ciuitatem, ad vnum eius imperi-
um procedunt tot & tantę operationes operariorum ipſius, non hominum tantum, ſed
& brutorum deferentium onera, mechanicorum, cementariorum, fabrorum. Quod
ſi de toto regno conſiderationem feceris, ſimilitudinem expreſſione inuenies, præſer-
tim ſi regem tam ſapientem & potentem imaginaueris, vt totum regnum ſuum habe-
at ſibi ſine omnium rebellione ſubiectum, totis quoq; præcordijs iniuſtitias deteſtetur.
Hæc ab initio ſui dñi ornabit totum regnum ſuum magiſtratibus ſapientiſſimis, mini-
ſtris



A ſtris obediẽtiſſimis, legibuſq; iuſtiſſimis, de oĩbus ad pacẽ & pſperitatẽ regni ptinẽtibus
ſagaciter prouidebit. Hic igitur ſolo nutu ſeu ſigno ſuæ optimę voluntatis mouebit in
primis aſſiſtentes ſibi, deinde pſides prouinciaꝝ ac cæteros officiatos, ſub qbus erat mul
titudo populi ordinate gubernata, obediens bene pacata. Videbis hunc regem de ſolio
ſuo regentem vniuerſos & ſingulos regni ſui, ſi autem quidam peruerſi noluerint ſubdi,
& iniuſtos ſibi elegerunt præſidentes vixerintq; inique, hoc eorum peruerſitati nõ regis
imperfectioni erit attribuendum. Ita eſt in regimine vniuerſi atq; in principatu eccleſiæ
militantis, quàm dominus & ſaluator in principio optime ac ſapientiſſime inſtituit gu-
bernandam per glorioſos apoſtolos ac euangelicæ legis præcepta, documenta, conſilia,
à quibus multi exorbitauerunt abuſioneſq; varias induxerunt. Hoc Vuilhelmus, qui &
tertium ponit exemplum de pallatio regis optime diſpoſito, varijſq; officijs & officiatis
pulchre diſtincto, quemadmodũ tertio regũ narratur de palatio Salomonis. Porro per
ſanctum & ſapientem quem allegat nec nominat intelligit Auguſtinum, cuius & verba
allegat, dicẽtis: Nihil fit in tota rerum vniuerſitate tanquam in generali republica, quod
non ab intelligibili aula ſummi Imperatoris aut iubendo aut permittendo procedat. Et
de hoc autoritates Auguſtini ſunt ſupra plenius introductę. Inſup doctor iſte aſſignat q̃
tuor vias, rationes, ſeu motiua, ex quibus quidam philoſophi atq; hæretici dixerunt oĩa
B de neceſſitate euenire, & nihil libere eſſe noſtra in poteſtate, imo impelli nos neceſſitate
ad omnia quæ facimus, & prohiberi impoſſibilitate ab oĩbus quæ non facimus. Pri-
mum motiuum illoꝝ eſt infallibilitas diuinæ prouidentiæ omnia diſtincte præcognoſ-
centis ac ordinantis, de quo iam dictum eſt ſatis in libris quarto & quinto. Secundũ eſt
motus cæloꝝ & figurationes ac cæteræ diſpõnes ſtellaꝝ ac luminum. Tertiũ fuit ymar-
mene, quam quidam vocabant implexam & indeficienter currentẽ ſeriem cauſaꝝ depen
dentiamq; neceſſariã vnius ex alia. Quartum eſt fatum. Quibus motiuis obijcitur, quia
ex ipſis concluditur quod actus hoĩm non ſunt virtuoſi nec vitioſi, nec futuꝝ ſit iudiciũ
dei, iniuſte quoq; ſint leges poſitiuę & pœnitẽtiæ. Et breuiter opiniones iſtæ ſtultiſſimæ
ſunt & contra experientiã oẽm, ideo contra iſtũ errorẽ non eſt tam ratione diſputandũ,
q̃ igne & gladio præliandũ. Cumq; pœnas nullas aſſerat infligendas prius maxime indi
get. Pulchre autem quidã amicoꝝ meoꝝ irriſit vnũ illoꝝ rogantiũ ipſum vt iret ſecum
ad quendã: ſtulte, inquiens, rogas me vt tecũ pergam, qa tu dicis cũcta quæ fiũt neceſſa-
rio euenire, & q̃ nõ fiunt impoſſibile fieri, ergo vel impoſſibile eſt me pgere tecũ aut ne-
ceſſariũ eſt vt tecũ vadam, & ſic preces tuę ſunt caſſę. Qui ita irriſus & illuſus ſuũ cogno
uit errorẽ. Conſequenter procedam ad deſtructionem ymarmenes, quã quidã erronei di
xerunt implexã ſeriem cauſaꝝ, quemadmodũ & Mercurius in lib. de deo deoꝝ. A qbus
C primo quærendũ quid dicant hanc, & ſi vocẽt eam connexionẽ cauſaꝝ à primo cauſan-
te vſq; ad vltimũ, obijcitur ꝙ primũ cauſans eſt libere operans, & non per modũ natu-
ræ, quia ſecundũ Philoſophum natura agit p modum ſeruiẽtis, nec liberꝝ ei eſt facere &
non facere quod longe eſt à nobilitate & gloria creatoris. Cauſę quoq; ſuperiores poſt
primam cauſam ſunt intellectualis naturæ & liberę atq; ex electione agentes, nec aliter
virtuoſe ac laudabiliter agerent. Non ergo eſt ſeries iſta cauſarum implexa à prima agẽ-
te vſq; ad inferiora per modum neceſſitatis, ſed liberæ potius cauſalitatis, nec cauſæ iſtæ
intellectuales neceſſitate feruntur ad ea quæ faciunt, imo intellectualiter norunt & diſ-
cernunt quid agere quid non agere debeant. Inſuper ſe ex tali implexa ſerie cauſarum ne
ceſſario agerentur quę in inferioribus fiunt, cuncta vitia hominum viderẽtur cauſis cœ
leſtibus inexcuſabiliter aſſcribenda. Si autem dicatur neceſſitas iſta cauſari ex concurſu
& aggregatione omnium cauſarum & adminiculorum adiuuãtium eas, ſcito quod mul
ta impeditiua poſſunt occurrere, nec inferiora recipiũt ſuperioꝝ influxũ ſecundũ vnifor
mitatẽ & infallibilitatẽ ſuperioꝝ, neq; voluntas inde cõpellitur. Et q̃uis inceptio opis ne
ceſſaria eſſet, nõ tamen cõtinuatio & cõſummatio eius, cũ & voluntas aſſidue poſſit imi
tari. Sed & cauſę ſupiores influũt inferioribus ſecundũ inferioꝝ capacitates & diſpoſiti-
ones nec vniuerſis ęq̃liter. Idcirco ſecũdũ Ariſtotelẽ q̃dã eueniũt neceſſario, q̃dã frequen
ter, q̃dã raro & pter intentionẽ ſicut fortuita. Poſt hęc tranſibo ad fati inueſtigationẽ &
fatationis ac pſonaꝝ quę vulgo dicuntur fati ac poteſtatẽ fatãdi habere, vtrũ ſint & qd
ſit fatatio ſecundũ intentionẽ eoꝝ. Itaq; fatum vno modo idem eſt ꝙ fortuna ſeu diſſor
uniũ, proſpitas ſiue aduerſitas alicui prę ordinata in ſua natiuitate aut ante. Iuxta quem
modum

PROSA VI. modum aſtronomi ſcientiam indiciorum ſuorum fatadicam nominant. Et dicitur fatũ D
abuſiue à for faris tanquam conſtellatio natiuitatis aut conceptionis vel alterius horæ
præcedentis. Alio modo fatum intellexerunt cultores multitudinis deorum præordina
tum & prædictum à dijs quos coluerunt. Prædictum, inquam, denunciatiue. Opinaban-
tur enim deos multipliciter loqui, videlicet commonitorie, comminatorie, & denuncia-
tiue, & ea quidem quę commonitorie aut comminatorie protuliſſent poſſe auerti ne eue
nirent, denunciatiue vero prolata neceſſario euenire, tanquam decreta & ſtatuta deorũ,
vnde exiſtimabant fata tanquam dicta & prædicta deorum. Sicq; fatum ſecundum ho-
rum intentionem eſt deorum aſſertio fando expreſſa, & denuncianda mortalibus de ma
gnis alicuius euentibus. Interea quidam ex Italicis philoſophis (cuius eloquentiam vſq;
hodie tota latinitas nõ immerito admiratur) dixit fatum & ymarmene idem eſſe, nec di-
ſtinxit interea niſi nominibus. Cuius viri ſapientiam inter Italicos reputo & arbitror ad
mirandam qui diſſeruit fatum eſſe cauſas colligatas, per quas res rebus connexę ſerie ori
untur aut fiunt. Et denuo ait: Fatum eſt ex æternitate fluens veritas ſempiterna. Quibus
ſermonibus quamuis veritatem explicare ſibi viſus eſt, rationem tamen & explicationẽ
nominationis prætermiſit, vt nobis apparet, nec facit nos ſcire quare fatum ſic fuerit appel-
latum. Aduerte ergo ꝙ deus pater verbo ſuo primogenito & æterno, quo ante rerũ crea
tionem ſeipſum dixit & vniuerſa futura, ita vt nullum ex euentibus rerum & hominum E
ſit ꝙ eodem verbo illo non protulit, ſimiliter in verbo illo æterno nec ordo nec modus
in tota ſerie ſeculorum ab eo eſt prætermiſſus aut tacitus. Inde ergo videri poteſt primo
genitum verbum eſſe fatum vocatum, vtpote à patre primo ac ſummo prolatum. Hæc
itaq; videtur ratio nominis fati atq; congruere ſoli verbo patris æterni, in quo & per q̊d
pater conſtituit & ordinauit apud ſemetipſum ante ſecula totam ſeriem ſeculoꝝ, omni-
umq; cauſarum, omnes quoq; euentus hominum, qui fortunæ aut infortunia appellan-
tur, vniuerſa etiam bona naturæ & gratiæ ac gloriæ, imo & bona corporalia ac tempo-
ralia, inter quæ ſunt mala pœnalia hominibus multipliciter cõmodoſa. Porro mala cul
pæ in ſe dixit eſſe futura, & pręuidit, nec voluit vt eſſent ex ipſo vel per ipſum aut ab ipſo,
quia non decet bonitatem & gloriam eius ꝙ ſit taliũ cauſa, ſtatuit tamen apud ſe in ver
bo ſuo omnipotentiſſimo & per ipſum ea non penitus prohibere eſſe, ſed limitare ac or
dinare & moderari, limitare quidẽ in eo vſq; proſilirent quocunq; homines praui ac dæ
mones vellent atq; ſuggerent. Moderari vero multiplicibus repreſſionibus ac reſiſten-
tijs, quas omnes ſola eius ſapientia totaliter nouit. Ordinare quoq; vt non ante vel prius
fierent ꝙ̃ ipſe vtilitates illas eliceret, propter quas ipſe ea permittẽda potius elegit quàm
quo minus eſſent auertenda ſeu penitus prohibenda. Deniq; hoc verbum dei veritas eſt
æterna, & omnis alterius veritatis cauſa fontana. Veruntamen veritas multipliciter dici- F
tur. Primo prout diſtinguitur contra ſignum, ſicq; veritas nõ eſt niſi res ipſa ſignificata.
Secundo prout opponitur falſitati, quæ eſt apparentia rei non exiſtentis, & dicuntur ho-
mines falſi qui prætendunt exterius contrarium eius quod habent interius, quæ falſitas
ſimulatio nuncupatur. Tertio veritas eſt puritas ab admixtione contrarij, quemadmo-
dum dicitur aurum verum, quod eſt puꝝ, & tanto verius quanto purius. Quarto ipſum
eſſe rei vniuſcuiuſq;, hoc eſt, eſſe reſiduum à tota varietate & circumueſtione accidentiũ,
& hoc eſt eſſe quod explicat diffinitio. Quinto veritas dicitur eſſe creatoris, cuius compa
ratione omne aliud dicitur falſitas. Iuxta quod Ariſtoteles in libro Metaphyſicorum aſ
ſeruit vnum ſolum eſſe cuius nulla eſt cauſa, & illud eſt veritas cuius reſpectu omne ali-
ud eſt vanitas ſeu falſitas, vtpote ex ſe poſſibibile eſſe. Quemadmodum enim non dici-
tur verum argentum quod exterius tantum argentum eſt, ſic vnumquodq; citra deum
exterius tantum eſt à foris habens eſſe aduentitium, quoniam eſſe quod prædicatur per
hoc verbum eſt quo vnumquodq; creatum eſt, de vnoquoq; creato dicitur accidentali-
ter, ſiue per participationem & de ſolo deo eſſentialiter. Ab omni nanque alio eſt ſepa-
rabile actu aut ratione, à deo autem nullatenus, alioquin eſſet ei eſſe acquiſitum. Sexto
veritas dicitur veritas enunciationis, quæ ſecundum Auicennam eſt adæquatio oratio-
nis & rerum, id eſt, affirmationis & negationis. Orationem vero intelligit Auicenna tam
exteriorem vocalem quàm ſcriptam, & item mentalem. Et ſiue dicatur æquatio ſiue æ-
qualitas ſiue ſimilitudo, non refert quantum ad Auicennæ intentionem. Hæc Guliel-
mus.

De fato



A De fato & prouidentia ex dictis ſancti Thomæ, ARTIC. XIIII.

VT tactum eſt ſupra de fato (vt fertur) ædidit Thomas ſpeciale opuſculum,
in q̊ inter cætera proteſtatur. Fatum primo dicitur mors diſpõne periodoꝝ
inducta. Secundo diſpõe diuinæ prouidẽtiæ de futuro progreſſu vitæ infe-
rioꝝ, quæ diſpõ eſt æterna. Tertio fatum dicitur forma ordinis eſſe ac vitæ
inferioꝝ cauſata in ipſis ex periodo cœleſtis circuli, qui ſuis radijs ambit na
tiuitates inferioꝝ. Quæ forma non eſt forma ſubſtãtialis dans eſſe, ſed potius forma cu
iuſdã vniuerſalis ordinis eſſe ac vitæ, in eſſentia ſimplex ac multiplex in virtute. Etenim
ſimplex eſſe habet à ſimplicitate circulationis circuli communis, multiplicitatem autem
virtutis à multitudine eoꝝ quæ continuo à circulo fluunt, fluit quippe à multis ſtellis &
ſitubus, & ſpacijs & imaginibus & cõiunctionibus, & præuentionibus, & multiplicibus
angulis qui diſtribuũtur ex interſecationibus radioꝝ cœleſtium corpoꝝ, productioneq;
radioꝝ ſuper centrum, in quo eſt ſol. Atq; vt aſſerit Ptolomæus oẽs virtutes eoꝝ q̃ ſunt
in circulo cœleſti congregantur, & ad vnã formam vniuntur. Quæ forma mediũ eſt in-
ter neceſſariũ & poſſibilem. Neceſſarium eſt quicqd eſt in motu circuli cœleſtis, poſſibi-
B le vero quicqd eſt in generabilium corruptibiliumq; materia, ſed forma ex circulo cœle-
ſti cauſata generabilibus corruptibilibuſq; inhærens media eſt inter vtrunq; Omne eñi
quod recipitur in aliquo recipitur in eo ſecũdum poteſtatem & diſpoſitionem recipien
tis non recepti, ſeu cauſæ à qua eſt, q̊d patet in bonitatibus quæ procedunt à deo, vt ſunt
eſſe, vita, ratio, lux, ſapientia, quæ quanto longius à primo procedunt ſecundum diuer-
ſos entium gradus, tanto mutabiliora materialioraq; fiunt, quamuis in deo ſimpliciſſi-
me immutabiliter, æternaliterq; conſiſtant, vt diuinus Dionyſius libro de diuinis nomi-
nibus docet. Cõformiter eſt de forma ordinis eſſe ac vitæ quæ in cœleſti circulo neceſſa
ria eſt & incommutabilis, hoc eſt, inalterabilis. In rebus vero generatis propter mutabi-
litatem eſſe ipſarum eſt mutabiliter ac contigenter recepta. Vnde quinto de conſolatio-
ne Boethius: Fatum, inquit, figurat circulos, in quorum centro cardo eſt cauſa fati atq;
fatalium, & in circulo primo propinquo centro eſt immutabilitas fati, ſecundum ꝙ re-
fertur ad cauſam. In circulo autem diſtante in quo continentur generabilia & corrupti-
bilia, eſt eiuſdem fati cõtingentia ac mutabilitas per eſſe generatorum. Sicq; centrum eſt
diſpoſitio eſſe & vitæ in mente primi motoris. Circulus vero iuxta centrum propinquus
eſt eadem forma diſpoſitionis prout eſt in periodo circuli cœleſtis. Circulus demũ à cen
tro diſtans, deſignat formam diſpoſitionis eandem, prout mutabiliter eſt in rebus gene-
ratis atq; corruptis. Forma quoq; hæc cum ſit imago periodi virtualiter ac potentialiter
C continet totum eſſe, & operationem durationis generatoꝝ & corruptorum. Sicq; quam
uis ſit ex neceſſario, nihilominus eſt variabilis & contingens. Cuius cauſam optime aſſi
gnat Ptolomęus in quadripartito, virtutes dicens ſtellarum per aliud & per accidens fi-
unt in inferioribus, per aliud quidem quia per ſpheram actiuorũ & paſſiuorum per quo-
rum qualitates actiuas & paſſiuas inhærent inferioribus, per accidens autẽ cum hæc for
ma à neceſſaria effluat cauſa, & immutabili, accidit ei habere eſſe in rebus contingentib.
ac variabilibus. Itaq; ex duobus habet mutabilitatem puta ex qualitatibus elemẽtorũ,
per quas defertur ad generabilia & ex eſſe generatorũ in quo eſt ſicut in ſubiecto. Hinc
diſpoſitio fatalis excluſibilis impedibiliſq; conſiſtit per oppoſitas diſpoſitiones in mate-
ria ſenſibili exiſtentes, per diſpoſitiones quoque oppoſitas in anima ſenſitiua inuentas.
Hoc nanq; faciunt apprehenſa in viribus animæ ſenſitiuæ quod diſpoſitiones qualitatũ
actiuarum & paſſiuarum in corporibus. Ex imaginatione enim mulieris intenſa totum
corpus ad venerea tranſmutatur. Propter quod etiam aſſerit Auicenna, ꝙ quidã ex ima
ginatione lepræ leproſus effectus eſt. Patientibus quoq; ſeminis fluxum, diſſuadet Ga-
lienus rubicundorum aſpectum. Si igitur apprehenſa ſint motui cœleſti contraria, exclu
dunt eius effectum. Quemadmodum per contrarias excluduntur diſpoſitiones à corpo
re, per conuenientes vero cœleſti notioni diſpoſitiones corporales apprehenſioneſq; ani
males iuuatur cœleſtis effectus. Propter quod Meſtalach dixit: Cœleſtis effectus iuua-
tur à ſapiente aſtronomo ſicut in productione terræ naſcentium iuuatur aratione & ſemi
natione. Vnde his obijci poteſt, quoniam ſomnia quibus prægnoſticamus futura (vt di-
cit Macrobius) ſiue ſint oracula ſiue intelligentię ſiue prophetiæ, tripliciter ſunt in nobis,

q vt etiam

D vt etiam Ariſtoteles ait ſecundo de ſomno & vigilia puta per ſignum, ꝑ cauſam aut per
accidẽs, inquantum actus eſt accidens cauſæ per ſe, non accidens communiter. Eſt autẽ
ſomnium paſſio ſomni, idcirco per aliquid dormitionis accidit ſomnium dormienti. Ac
cidens autem dormitationis quod eſt prænoſticum futuri non poteſt cauſari à calido &
frigido, humido & ſicco q̃ ſunt in materia, oportet ergo ꝙ cauſet à forma aliqua quę eſt
forma ordinis & regula vitæ inferiorum, nec forma hæc poteſt eſſe hic, niſi à circulo cœ-
leſti, cui formæ inferiora de neceſſitate ſubiecta videntur. Dicendum ꝙ non de neceſſita
te inferiora ſubiacent illi formæ. Cuius duplex cauſa prætacta eſt. Porro de illuminatio
ne intellectus eſt duplex reſponſio, vna Stoicorum & Platonicorum dicentium ꝙ omnis
ſubſtantia nobilior per imperium habet mouere inferiorem, & quod inferior illi obe-
dit, ſicut in faſcinationibus anima vnius inſpiciendo alium ligat & impedit operationes
illius. Dicunt nanq; ꝙ virtute alicuius naturæ aut intelligentiæ anima vnius ponitur in
gradu ſuperiori & anima alterius in gradu inferiori, tũcq; inferior nata eſt immutari ab
apprehenſione ſuperioris, & ſic fiunt faſcinationes, hoc vero ſecundum peripateticos nõ
bene cõuenit, quoniam inter agens & actum, mouẽs & motum oportet eſſe medium cõ-
iunctionis & contactus. Vnde dicimus ꝙ calor digeſtiuus duplicis eſt virtutis, vnamq;
habet inquantum eſt calor ignis, cuius eſt alterare & ſeparare ea quæ diuerſi ſunt gene- E
ris atq; decoquere, alteram habet inquantum inſtrumentum eſt animæ, quæ eſt principi
um vitæ, ſecundum quam terminat dirigendo ad formam viuentis. Sic & motus cœle-
ſtis duplicem habet virtutem, vnam inquãtum eſt motus corporis orbicularis & ſic mo
uet aliqua corpora, aliam prout eſt inſtrumentum intelligentię mouentis, & ita effectus
eius fit in anima ſenſitiua per formas corporum, & in anima intellectiua per formas illu
minationum. Itaq; iuxta præhabita fatum mutatur duplici de cauſa, propter quod nullã
rebus neceſſitatem imponit, ſed inclinat ad effectus cœleſtium, ſi non ſit oppoſita diſpo-
ſitio in materia in contrarium mouens. Idcirco huiuſmodi mouentia aſſimilat Ariſtote
les ſecundo de ſomno & vigilia duplicibus conſiliarijs, ſuperiores quippe conſiliarij ex
rationibus certis ſuadent aliquid vniuerſaliter faciendum, quod tamen inferiores pro-
pter diuerſos caſus obuiantes diſſuadent. Vnde ait ꝙ ſuperuenientibus alijs cõſilijs con
ſilia frequenter mutantur. Propterea ſecundum Ptolomæum duæ ſunt partes aſtrono-
miæ, vna de ſitibus corporum ſuperiorum, & quantitatibus eorum & paſſionibus pro-
prijs ad hanc demonſtrationem pertingitur. Alia eſt de effectibus aſtronomiæ in inferi-
oribus, quæ in rebus mutabilibus mutabiliter recipitur, ideo ad hanc non niſi per conie-
cturationem peruenitur. Hinc aſtronomia in hac parte dicit ſecundum aliquid phyſicum
eſſe, & ex ſignis mutabilibus generat habitum minoris certitudinis q̃ ſit ſcientia ſiue opi
nio. Cum enim huiuſmodi ſigna ſint communia & mutabilia, non demonſtrant, eo ꝙ F
nec in omnibus nec in pluribus includunt ſignificatum, ſed quantum eſt de ſe ſunt indi-
cia, quædam multis ex cauſis mutabilia. Ideo aſtronomus ſępe dicit verum, & tamen q̃d
dixit non euenit, quoniam dictum ſuum ſecundum diſpoſitionem cœleſtem fuit veriſſi
mum, ſed diſpoſitio iſta mutatione inferiorum cauſarum excluſa eſt. Hæc Thomas in
præfato tractatu. Inſuper vt ſuperius quoq; inductũ eſt, in Summa contra gentiles lib. 3.
Thomas diffuſe cõſcripſit, q̃ à ſtudioſis ibi poſſunt requiri, vbi & inter cætera refert. Sci-
endum ꝙ ad probandũ effectus cœleſtium corpoꝝ ex neceſſitate procedere Auicẽna in
ſua metaphyſica tali vtitur rõne. Si effectus cœleſtiũ corpoꝝ impedit, oportet ꝙ hoc ſit
per aliquã cauſam voluntariam aut naturalem. Omnis aũt cauſa inferior tam volunta-
ria q̃ naturalis in aliquod principium cœleſte reducitur, ergo impedimentum effectiuũ
cœleſtium corpoꝝ procedit ex aliquibus cœleſtibus principijs. Si ergo totus ordo cau-
ſalitatis cœleſtium corporum ſimul accipiatur, impoſſibile eſt ꝙ eius effectus in inferio-
ribus iſtis cauſetur. Hęc autem ratio vt ſecundo Phyſicorum Ariſtoteles tangit, fuit quo
rundam antiquorum philoſophorum caſum fortunamq; negantium, eo ꝙ vnumquodq;
effectũ dicebãt eſſe ab aliqua cauſa determinata, poſita autem cauſa neceſſario ponitur
& effectus. Quam rationem Ariſtoteles ſexto metaphyſicę ſoluit duas propoſitiones ne
gando, quibus ratio ipſa innitur, quarum vna eſt quod poſita cauſa quacunq; neceſſario
ponitur & effectus. Hoc enim non oportet in omnibus cauſis, quoniam aliqua cauſa q̃-
uis ſit per ſe & propria atque ſufficiens cauſa alicuius effectus, poteſt tamen impediri ex
concurſu alterius cauſæ vt non ſequatur effectus. Alia propoſitio quam negat eſt





A Omne quodcunq; aliquo modo eſt citra deum habet cauſam per ſe, quod dicit ſolũ ve-
rum eſſe de his quæ ſunt per ſe, quæ autem ſunt per accidens, non habent aliquam cau-
ſam per ſe, ſicut eſſe muſicum habet cauſam in hoĩe, ꝙ autẽ homo ſit ſimul albus & mu-
ſicus, nõ habet aliquam cauſam per ſe. Quæcunq; enim ſunt ſimul propter aliquam cau-
ſam, habent inter ſe ordinem ex cauſa illa, quæ vero per accidens ſunt ordinem non ha-
bent ad inuicem. Sic ergo propoſito aliquo effectu dicemus ꝙ nõ habeat aliquã cauſam
ex qua de neceſſitate ſequatur, quoniam poterat impediri ex alia cauſa per accidens con-
currente. Et licet cauſam illam cõcurrentem oportet reducere in cauſam altiorem tamẽ
concurſum qui impedit non eſt reducere in aliquam cauſam. Ideo dici non poteſt, ꝙ im-
pedimẽtum huius vel illius effectus procedit ex aliquo cœleſti principio. Hinc dicendũ
non eſt ꝙ omnis effectus cœleſtium ex neceſſitate proueniant in inferioribus iſtis. Hæc
ibidem. Quo circa ſciendum, ꝙ Auicenna & Algazel ac alij multi peripateticorum, dicẽ
tes ab vno primo ſimplici vniformiter & immutabiliter ſe habente non procedere im-
mediate niſi vnum dixerunt vnam intelligentiam creatam ab alia & animas rationales
omnes ab intelligentia infima, & ꝙ Vuilhelmus aſſerit fuiſſe de Ariſtotelis mente. Ideo
conſequenter dixerunt intelligentiam illam vltimam poſſe cõſiſtere cauſam electionũ
& volitionũ noſtraꝝ. Quæ opinio eſt prorſus erronea, qm̃ & creare deo eſt propriũ, &
B cum deus glorioſus ac ſummus ſit oĩm cauſa liberrima per intellectum & voluntatem,
ideo ſicut plura & omnia ſimul vno tactu intelligit & vult, ſic vnico actu ſimul plura ꝓ-
ducit & creat, & tot ac tãta & taliter, quot quanta & qualiter, nec ex hoc variabiliter ha-
bet ſe. Deniq; de his etiam Henricus tam in ſumma q̃ in quotlibetis diffuſe ſcribit & ele-
ganter. Similiter Alexander, Bonauentura, & alij, & Thomas vt tactum eſt in plurimis
locis, quoꝝ oĩm quãtum ad præſentem ſpectat tractatum ſententiæ ſatis contentæ, videñ
tur in nunc dictis & expoſitione totius voluminis huius. IOHAN. De fato ergo & ꝓ-
uidentia ſatis dixiſſe videris, ſed quoniam materia iſta de diuina prouidentia proxima
eſt tractatui de prædeſtinatione dei, quantum ad electos & præſcientiã eius q̃tum ad re-
probos, precor vt de prædeſtinatione ac præſcientia huiuſmodi aliquid compendioſe
ſubiungas. DIONY. Forſan non expedit, quia materia eſt profunda, nec iſtud ſecretũ
omnibus eſt pandendum, capacitatemq; ſuperat puerorum. IOHAN. Noſti ꝙ etiam
laici multi frequenter incaute loquuntur de materia iſta, & imaginãtur prædeſtinatum
non poſſe perire, nec præſcitum ſaluari, quaſi prædeſtinatio & præſcientia dei imprimãt
libero arbitrio neceſſitatem, nec intereſſe an bene an male viuant. Nonne ergo expedi-
ens eſt, vt fideles diſcipuli & capaces ſcholares ſuper his ſalubriter informentur, vt bene
fundati ab intimorata loquacitate reprimantur, atq; occulta dei vereantur ac veneren-
C tur iudicia, ſicq; in ſanctitate & iuſtitia ſuo deſeruiãt iugiter creatori, incaute quoq; & im
perite loquentes reprimant & informent. DIONY. Tam rationabili perſuaſione con
uictus pro viribus quod poſtulas adimplebo.

## De præſcientia & prædeſtinatione. ARTIC. XV.

AD horum intelligentiam prænotandum quod primo Sententiarum diſtin-
ctione 35. ait magiſter: Sapientia ſeu ſcientia dei cum ſit vna & ſimplex, ta-
men propter varias rerum ſtatus & ob diuerſos ſuos effectus nomina ſorti-
tur diuerſa ac plura. Dicitur nanque non ſolum ſcientia, ſed etiam præſcien
tia ſeu præuidentia, diſpoſitio, prædeſtinatio & prouidentia. Et eſt pręſcien
tia de futuris tantum, & hoc de omnibus vtpote bonis & malis, diſpoſitio vero de faciẽ-
dis, prædeſtinatio de ſaluãdis. De hoc Bonauentura in breuiloquio plenius loquens: De
ſapientia, inquit, dei tenendum eſt, ꝙ ipſa lympidiſſime cognoſcit omnia bona & mala,
præterita, præſentia & futura, actualia & potentialia, ac per hoc incomprehẽſibilia no-
bis & infinita, ita ꝙ ipſa in ſe nequaquam diuerſificatur, quamuis diuerſa nomina ſortia
tur. Inquantum enim eſt cognoſcitiua omnium poſſibilium, dicitur ſcientia ſiue cogni-
tio: inquantum eſt cognoſcitiua omnium quæ in vniuerſo fiunt & ſunt, dicitur viſio. In-
quantum cognoſcit quæ bene fiunt, dicitur approbatio, inquantum cognitiua eſt futu-
rorum, vocatur præſcientia ſiue præuiſio, inquantum eſt cognoſcitiua eorum quæ à deo
fienda ſunt, diſpoſitio appellatur, inquantum cognitiua glorificandorum, prędeſtinatio
nuncupatur, inquantum cognoſcit damnandos, reprobatio nominatur. Cumq; ipſa ſa-

pientia & increata dei ſcientia non ſolum ſit cognoſcitiua,ſed etiam ratio cognoſcendi, D
dicitur lux:inquantum eſt ratio cognoſcendi viſa & approbata,dicitur ſpeculum:inquā
tum eſt ratio cognoſcendi viſa & diſpoſita,vocatur exemplar:inquantū eſt ratio cogno
ſcendi prædeſtinata & reprobata,dicitur liber vitæ.Eſt autem liber vitæ reſpectu rerum
vt redeuntium exemplar,vt exeuntium ſpeculum,vt entium lux,reſpectu omnium. Ad
exemplar expectat idea,verbum,ars & ratio. Idea ſecundum actum prouidendi,verbum
ſecundum actum proponendi. Ars ſecundum actum proſequendi,ratio ſecundū actum
proficiendi,quoniam ſuperaddit finis intentionem. Verūtamen quia hæc omnia vnum
ſunt in deo,vnum frequenter ſumitur pro alio. Quamuis etiam dei ſapientia ratione ſci
torum & cognitorum diuerſa ſortiatur vocabula, non tamen diuerſificatur ſecundum
rationem intrinſecam. Deniq; ipſa cognoſcit contingentia infallibiliter, mutabilia im=
mutabiliter,futura præſentialiter,temporalia æternaliter,dependētia independenter, cre
ata increate. Alia à ſe in ſe & per ſe. Cum contingentia infallibiliter noſcat ſimul ſtant
vertibilitas & libertas voluntatis humanæ,cū prouidentia & p̄deſtinatione ac præſciē=
tia dei. Hæc doctor deuotus. Hic quæritur primo quid ſit prædeſtinatio ſecundum rem.
Ad quod Albertus in ſcripto primo diſtinctione quadrageſima: Prædeſtinatio eſt quid
increatum,ita ꝙ ſiue ſumatur ex parte prædeſtinantis,ſiue ex parte prædeſtinati non eſt,
niſi ipſemet deus prædeſtinans,ſi nanq; ſumatur quantum ad id quod eſt ipſa prędeſtina E
tio,ſic nihil ex tempore ponit. Et quāuis tempore ſuo effectum habeat in prædeſtinato
reſpectu cuius eſt,hoc eſt,ex parte connotati effectus. Prędeſtinatio quippe quantum ad
modum ſignificandi eſt quaſi medium inter prædeſtinantem & prædeſtinatum. Præde=
ſtinatio quoq; dicit habitudinem dei proponentis ſaluare ad ſaluandum. Hinc prædeſti
natio ponitur in prædeſtinato,prout eſt in luce & ſcientia creatoris. Cum ergo quis dici
tur prædeſtinatus, non ſignificatur ibi paſſiue, niſi quo ad modum & quantum ad nos,
eſt etenim ſenſus,iſte eſt prædeſtinatus. i. præuiſus ſaluari,& hic præuiſus non potuit ali=
quid quod ſit extra pręuidentem,quamuis ponat reſpectum ad aliquid quod erit in futu
ro. Præterea ſi quæratur, quid ſit prædeſtinatio ſecundum rationem ſeu diffinitionem,
dicendum quod diffinitio eius eſt multiplex: vna eſt,prædeſtinatio eſt præſcientia & prę
paratio beneficiorum quibus certiſſime liberantur quicunq; liberantur. Secunda eſt Au
guſtini in libro de fide ad Petrum: Prædeſtinatio eſt gratuitæ donationis præparatio.
Tertia rurſus eſt Auguſtini libro de præſtinatione ſanctorum: Prædeſtinatio propoſitū
eſt miſerendi. Et item: Præſtinatio eſt alicuius in finem deſtinatio. Alia demū eſt magi=
ſtrorum dicentium: Prædeſtinatio eſt præparatio gratiæ in præſenti & glorię in futuro.
Harum deſcriptionum expoſitionem breuitati ſtudens,pertranſeo. Tertio igitur quæro
an merita aut præſcientia meritorum rationabilium creaturarum ſint cauſa aut ratio p̄= F
deſtinationis earum,& vtrum demerita reproborum ſint cauſa reprobatiōis eaꝝ. Quo=
circa ſic argui pōteſt: Deus iuſtus ac ſapiens nil irrationabiliter agit neq; iniuſte,ergo eſt
aliqua ratio cur potius elegit & prædeſtinauit vnum quàm alium, nec videtur alia ratio
poſſe aſſignari quàm pręcognitio alicuius boni in vno magis quàm in alio. Inſuper ſecū
dum beatum Auguſtinum reprobatio eſt nolle miſereri quibuſdam. Huius autem noli
tionis pręſcientia demeritorum ratio eſſe videtur,alioquin videretur eſſe crudelis. Ampli
us ratio comparatur regi, voluntas tyranno. Si ergo ſola dei voluntas ſit cauſa aut ratio
huius,videtur eſſe tyrannicum. Inſuper cum deus non ſit perſonarum acceptor,non vide
tur prædeſtinaſſe vnum magis quàm alium,ſeu alium reprobaſſe,niſi prropter maiorem
idoneitatem vnius quàm alterius. In oppoſitum eſt doctrina ſanctorum. Ad hoc Bona=
uentura reſpondet: In prædeſtinatione tria intelliguntur. Primum eſt æternum propoſi
tum miſerendi atque ſaluandi. Secundum eſt temporalis gratificatio. Tertium perpe=
tua glorificatio. Similirer in reprobatione ſunt tria, videlicet æternum propoſitum non
ſaluandi ſeu odium reprobi ęternale, temporalis obduratio,ſempiterna damnatio. Ho=
rum trium pœna & gloria cadit ſub merito. Primum autem puta æternum propoſitum
non cadit ſub merito, ſed quantum ad medium quod eſt obduratio ſeu gratificatio dif=
ferenter eſt reſpondendum. Obduratio quippe ſimpliciter ſub demerito cadit. Gratifica
tio vero nec ſimpliciter cadit ſub merito,nec ſimpliciter extra meritum. Eſt etenim meri
tum congrui,meritum digni,meritumque condigni. Meritum congrui eſt, quando pec=
cator facit quod in ſe eſt, & pro ſe. Meritū vero digni dum iuſtus agit & orat pro alio.
Meritum



A Meritum condigni dum iuſtus operatur & deprecatur pro ſeipſo, quia ad hoc ex cōdi=
gno gratia ordinatur. Ad gratiam vero alteri promerendam non ordinatur gratia ex
condigno, quia peccator omni bono indignus eſt, nec ſolum ex congruo, eo quod iu=
ſtus dignus ſit exaudiri. Gratificatio autem ſub merito congrui cadere poteſt, quantum
ad gratificandum. Sub merito digni quantum ad virum ſanctum. Sub meritum vero cō
digni quantum ad neutrum: & hoc proprie loquendo eſt meritum. Itaque prædeſtina=
tio & reprobatio quantum ad principale ſignificatum quod eſt æternum propoſitum,
non cadunt ſub merito, ſed quantum ad connotatum reprobatio ſub merito cadit ſim
pliciter. Prædeſtinatio ſecundum quid. His præmiſſis ad propoſitum magis accedens
Bonauentura ſciſcitatur, vtrum prædeſtinatio ac reprobatio habeant aliquam ratiōem
motiuam in Deo ex parte ipſius. Quæ quæſtio in ea quæ nunc mota eſt continetur ad
quod reſpondet. Dum quæritur,vtrum æternum Dei propoſitum prædeſtinatio ſeu re=
probatio habeat cauſam aut rationem. Hoc non intelligitur quantum ad voluntatem
diuinam vel eius actum,qui deus eſt,ſed quantum ad ordinationem voliti ad eius volun
tatem. Et ſi quæratur ratio cauſalis aut meritoria,reſpondetur ꝙ non habeat rationem.
Si autem quæratur ratio congruitatis ſeu condecentiæ. Reſpondent quidam, ꝙ ipſa dei
voluntas ſibiipſi eſt cauſa ſeu ratio, neq; eſt ratio alia quare iſtum elegit niſi quia ſibi ſic
B placuit,& quia hæc ſit ſufficiens ratio per omnia. Quoniam ipſa eſt cauſa cauſarum,ra=
tio rationum primaq; cauſa atq; eo ipſo quo ei quid placet rectū & bonum eſt propter
ſummam rectitudinem eius,cum & ipſa ſit regula ac menſura omnis iuſtitiæ. Sed cauen
dum eſt ne dum voluntatem dei commendare volumus,ei potius derogemus. Si enim
non eſſet alia ratio quare deus iſtum elegit non illum, niſi quia ei ſic placet, iam non eſ=
ſent iudicia dei occulta,ſed manifeſta,cum vnuſquiſque facillime hanc capiat rationem
nec diceretur mirabilia, ſed voluntaria potius. Idcirco dicendum quod propoſitum il=
lud ęternum(ſicut loquitur AVGVSTINVS,& habetur in litera)& voluntas illa ra
tionabiliſſima eſt rationémque habet,& ſicut ab æterno fuit,ita ab æterno habuit ratio=
nem,non propter ſuam eſſentiam, ſed propter connotatum. Quæ antem ſit ratio illa,
nec omnino eſt notum,nec prorſus ignotum. Ideo aduertendum quod quædam ſunt o=
pera quæ à diuina exeunt voluntate,cum alio ordine neceſſitatis ad hoc ſine neceſſitate
in cauſando, ſiue in merendo vel diſponendo, vt pluere vel remunerare, ſiue damnare
& ſaluare, & reſpectu talium diuina voluntas habet rationem in generali & ſpeciali.
Nempe ſi quæras cur deus vult pluere,reſpondetur quod ptopter noſtram vtilitatem. Si
militer ſi interrogetur quare vult quoſdam remunerare,reſpondetur quod propter glori
am ſuam. Similiter habent hæc rationem in ſpeciali,vt ſi quæratur: Cur deus vult pluere
C in hyeme non æſtate,reſpondetur quia in hyeme magis abundant vapores aquoſi. Item
ſi ſciſciteris: Cur magis vult ſaluare Petrum quàm Iudam,reſpondetur quoniam Petrus
extitit iuſtus,& opera habuit virtuoſa,Iudas iniqua. Quædam ſunt opera quæ ſunt à vo=
luntate diuina cum alio ordine congruitatis ad hoc ordinato, ſicut eſt noſtra gratifica=
tio ſeu iuſtificatio, quæ eſt à diuina voluntate cum cooperatione liberi noſtri arbitrij.
Propter quod aſſerit Auguſtinus: Qui creauit te ſine te non iuſticabit te ſine te,quod di=
ctum eſt ſecundum congruentiam. Dei enim adiutores ſumus, ſecundum Apoſtolum
primæ ſuæ epiſtolæ ad Corinthios tertio capite. Veruntamē deus quoſdam iuſtificat ſi=
ne præparatione,vt patet de iuſtificatis in vtero,& vt aliqui dicunt de Paulo,& reſpectu
talium habet voluntas diuina rationem in generali & ſpeciali, ſed certam in generali,
occultam in ſpeciali. Si nanque quæratur: Cur deus vult quoſdam iuſtificare,reſponde=
tur quod ad miſericordiæ ſuæ oſtenſionem. Et ſi quæratur: Cur non vult omnes homi=
nes iuſtificare beneplacita voluntate, reſpondetur quod ad iuſtitiæ ſuæ oſtenſionem.
Vnde libro de ciuitate loquitur Auguſtinus: Si manerent omnes in pœnis non appare=
ret gratia miſericorditer redimentis. Et ſi omnes de tenebris transferentur ad lucem, in
nullo appareret diſtrictio vltionis, in qua pœna ſunt plures quàm in gratia ſeu gloria
quantum ad homines,vt appareat quid omnibus debebatur. Si vero quæratur in ſpecia=
li: Cur potius vult vnum iuſtificare quàm alium duobus ſimilibus demonſtratis,quoni=
am multæ poſſunt eſſe rationes congruentiæ,ideo non eſt certitudo ex parte rei. Cumq;
cognitio noſtra à rebus dependeat, nemo poteſt certam inde inuenire rationem,neque

 id ſci=

id ſcire,niſi per reuelationem diuinam, & quia non fuit nobis expediens iſta co gnitio D
imo alia vtilior neceſſaria nobis fuit, iccirco ob noſtram humiliationem noluit nobis
Deus plus inde reuelare, Apoſtolus quoque non audebat interrogare, ſed oſtendit no-
bis defectum intelligentiæ noſtræ,exclamando: O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſci-
entiæ dei,quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. Itaque
quamuis ſcriptura ſacra rationem prædeſtinationis & obdurationis aſſignet volunta-
tem ac beneplacitum Dei,non tamen ſequitur quod alia non ſit, ſed non omnia ſcripta
ſunt, ſed vtilia ac neceſſaria nobis ſunt ſcripta, fuitq; nobis expediens illam rationem
non aſſignari, vt diſcamus Deum timere,& nobiſipſis nihil tribuere. Poſtremo hic con-
ſonat,quod in libro Retractationum loquitur Auguſtinus: Deus proponit,eligit,repro
bat veritate rectiſſima, atq; à noſtris ſenſibus remotiſſima, ideo nullus debet eam in
hac vita inquirere, quia ad eam non poſſumus peruenire. Hinc in recognitione humili
inſufficientiæ,intelligentiæ noſtræ claudendus eſt ſermo noſter. De prædeſtinatione,vt
omne os obſtruatur & ſubditus fiat deo omnis mũdus, cuius iudicia ſunt inſcrutabilia
non ſcrutanda,ſed formidoloſo ſilentio veneranda. Hæc dominus Bonauentura, cuius
reſponſio videtur moderata & ſobria.

¶Porro Alexander circa hæc ſciſcitatur vtrum præſcientia qua deus ſit quaſdam be-
ne vſuros gratia ſua ſit cauſa ſeu ratio prædeſtinationis eorum. Reſpondet ſecundum rẽ E
idem in deo ſunt præſcientia & prædeſtinatio quãtum ad principale ſignificatum,tamen
ſecundum rationem intelligendi diſtinctæ ſunt, ideo vnum poteſt eſſe ratio alterius ſed
non cauſa. Propter quod dixit Auguſtinus: Voluntas Dei ex ratione eſt. Damaſcenus
quoque voluntas inquit, rationalis eſt appetitus,quod de voluntate diuina potiſſime ve
ritatem ſortitur. Denique quod nobilius eſt aſſcribendum eſt Deo. Voluntas vero agẽs
ex ratione nobilior eſt quam illa quæ ex ratione non operatur, ergo ſicut Dei voluntas
eſt nobiliſſima ita & rationabiliſſima. Quæritur ergo quæ ſit ratio voluntatis diuinæ,ibi
nanque voluntas ex ratione eſt ſcientia,eſt præcedens ratio. Cumq; in prædeſtinatione
intelligatur voluntas præparatiua gratię, videtur quod ratio eius ſit pręſcientia, ad hoc
valet quod ait Apoſtolus Paulus Romanorum octauo. Quos præſciuit hos & prędeſti-
nauit. Et rurſus Geneſis decimooctauo quod Dominus dixit ad Abraham: Num pote-
ro Abraham quę geſturus ſum cum prȩcepturus ſit domini ſuę vt cuſtodiat pactum me-
um. Ambroſius etiam ad Romanos in dei perſona loquẽs: Dabo,inquit,gratiam ei quẽ
ſcio toto corde reuerſurum ad me poſt errorem. Verum his obijci poteſt quod in libro
de prædeſtinatione ſanctorum loquitur Auguſtinus: Non quia nos tales eſſe futuros prę
ſciuit, ideo nos elegit,ſed vt tales eſſemus. Et reſpondendum quod ſi hic ideo dicat cau-
ſam verum eſt,ſi rationem falſum eſt,quoniam pręſciẽtia meritorum dicit rationem vo
luntatis,non tamen ſequitur quod merita ſint cauſa aut ratio volũtatis diuinæ. Sed rur F
ſus obijcitur: Præſcientia meriti eſt ipſum meritum in præſciẽtia,& hoc eſt deus aut nõ.
Si ſic ergo idem eſt ratio & cauſa ſuipſius,quia præſcientia actiua eſt ipſemet deus. Si nõ
ergo aliquid aliud à deo eſt cauſa & ratio dei. Reſpondetur quod merita in præſcientia
dei ſunt ipſa præſcientia eorundem, illaq; præſcientia eſt ipſe deus præſciens, non eſt ta-
men idem penitus cauſa ſui. Nam etſi quantum ad principale ſignificatum ſunt idem in
re præſcientia & voluntas, differunt tamen ſecundum intelligentiæ rationem, & quan-
tum ad connotata,nam præſciẽtia meritorum poteſt eſſe ratio collationis gratiæ & glo
riæ. Hæc Alexander. Cuius reſponſioni videtur conſentire Henricus quarto quolibeto
quæſtione decima octaua,quanquam in alio quodlibeto quæſtione qua ſciſcitatur vtrũ
Paulus ante ſuam conuerſionem poterat occidi,aliter ſenſiſſe videatur,dicendo: Præde-
ſtinatio reſpectu alicuius non eſt reſpectu ipſius ſolius in ſe & abſolute, ſed cum tota co-
ordinatione omnium aliorum effectuum ſeu non effectuum qui ordinantur ad illum.
Cumq; bonus gratiæ vſus inter illa contineatur,conſtat quod ipſe etiam ſit prædeſtina-
tionis effectus non cauſa aut ratio eius. Albertus demum in aliquibus ſcriptis videtur
reſponſioni Alexandri fauere. In aliquibus autem non ita. Interea reſponſio tan-
torum doctorum, præcipue ALEXANDRI grandem mihi ingerit admirationem
& timorem, quoniam apertiſſime proteſtatur præſcientiam meritorum rationem eſſe
collationis gratiæ ac gloriæ, authoritatemque Auguſtini præallegatam exponit,ꝙ præ-
ſcientia DEI qua præſciuit nos tales futuros non eſt cauſa ſed ratio,quod & quare ele-





A git nos. Hæc quippe videntur eſſe contra intentionem AVGVSTINI & patrum,
quia ex his ſequi videtur ꝙ præſcientia meritorum ſit ratio prædeſtinationis, quantum
ad connotata non pura & mera bonitas ac liberalitas dei. Et item ꝙ gratia non detur
pure ac penitus gratis, ſed intuitu meritorum. Nec videtur iſta reſponſio multum diffe-
re ab opinione praua ac condemnata dicentium, ꝙ gratia datur propter merita ſaltem
futura,atque ꝙ merita fuit cauſa prædeſtinatiõis ſeu ratio. Nec enim qui hoc dixerunt,
fuerunt tam rudes & imperiti ꝙ opinabantur merita temporalia ac geſta creaturarum
eſſe cauſam effectiuam aut anteceſſiuam prædeſtinationis æternæ quæ eſt ipſemet deus,
ſed hoc intendiſſe videntur, ꝙ præcognitio meritorum fuerit ratio prædeſtinationis, id
eſt, cur Deus voluerit atque decreuerit ſeu præparauerit dare his quos præſciuit iuſtos
futuros ſeu gratia Dei bene vſuros. At vero Thomas ſuper his ait in ſcripto primi ſen-
tentiarum. Præſcientia meritorum nullo modo eſt cauſa aut ratio prædeſtinationis di-
uinæ, quod patet ſi conſideretur totum quod eſt in prædeſtinatione de eius eſſentia, ta-
men nil prohibet effectum prædeſtinationis,videlicet gratiam & gloriam, quæ in pręde
ſtinationis deſcriptione ponuntur in obliquo habere aliquam cauſam ex parte operum
noſtrorum. De eſſentia quippe prædeſtinationis ſunt præſcientia dei & voluntas eius
de aliquorum ſalute. Præſcientia autem de ſalute illorum non eſt à cognitione operum
B noſtrorum. Voluntas quoq; cum liberrima ſit non habet cauſam niſi finem ſui,qui eſt
bonitas eius. Iccirco dum quæritur: Quare deus hoc vult,conuenienter reſpondetur ꝓ-
pter ſuam bonitatem,non quia hoc ſciuit,vel quia hoc factum eſt. Attamen effectus ſuę
voluntatis poteſt procedere ex aliqua cauſa,quam Deus ab æterno præſciuit, iſtumque
ordinem cauſæ ad cauſatum deus vult, & vult ꝙ effectus ſit, quoniam cauſa eſt non ſic
ꝙ effectus referatur ad voluntatem diuinam,ſed ad volitum,& cauſa hæc voliti non vo
lendi vocatur ratio quædam volũtatis ex parte effectus. Verum hæc cauſa in quibuſdam
habet rationem cauſæ completam. Interdum vero eſt diſpoſitio tantum,ita etiam ad du
plicem effectum prædeſtinationis diuerſimode habent ſe opera noſtra, quoniam opus
meritorium gratia informatum cauſa eſt gloriæ, ſed opus bonum gratiam præcedens
non eſt cauſa meritoria gratiæ,ſed diſpoſitio quædam. Hinc patet ꝙ prædeſtinatio cau-
ſam non habet. Rationem vero habet ex parte effectus ſecundum quem rationabilis ap
pellatur ac iuſta. Ad authoritatem ergo Ambroſii reſpondendum,ꝙ in ea non deſigna
tur ꝙ opus noſtrum ſit cauſa voluntatis diuinæ,nec etiam ꝙ ſit cauſa collationis gratiæ
ſed ſolum diſpoſitio quædam, ita vt hoc intelligatur non de opere gratiam conſequen-
te,quod virtutem mœrendi habet à gratia, quia nec eſt cauſa neque diſpoſitio ad grati-
am. Ille namq; deus gratiam proponit infundere,quem ſcit ſe præparaturum ad grati-
C am,non tamen propter præparationem quę non eſt ſufficiens gratiæ cauſa,ſed ſuam bo
nitatem. Vult tamen ꝙ iſte habeat gratiam, quia ſe præparauit iuxta modum loquendi
quo dicitur,ꝙ deus dat gratiam illi,quoniam præparauit ſe ad eam. Ita vt coniunctio il-
la denotet diſpoſitionem non cauſam, tamen reſpectu actus volendi ipſius dei non po-
teſt deſignare diſpoſitionem nec cauſam. Non enim ideo voluit quoniam iſte ſe præpa-
rauit,ſed ſolum quoniam bonus eſt. Cum ergo arguitur ꝙ ad iuſtitiam pertinet æqua-
libus dare æqualia,& cætera. Dicendum, ꝙ in homine iuſto cauſa eliciens actum volen-
di finis eſt voluntatis, ſed ex parte effectus accipit cauſam ex opere hominum,& diſcre-
tionem facit in eis. Vt ſi quæratur à iudice iuſto, quare vis plus dare huic quàm illi,ſi ve-
lit reſpondere cauſam voluntatis, dicet. Propter bonum iuſticiæ quod relucet in opere
iſto,ſi autem voluerit cauſam operis aſſignare,dicet quoniam iſte eſt dignior. Veruntas-
men prædeſtinatio reſpectu gloriæ habet rationem iuſticiæ diſtributiuæ, quia ſecũdum
exigentiam meritorum deus eam largitur, ſed reſpectu primi effectus prædeſtinationis,
videlicet gratiæ potius habet rationem liberalitatis quàm æquitatis,quoniam gratia da
tur gratis nec redditur meritis. Vnde ex parte recipientis non eſt aſſignare cauſam quare
dignus ſit gratia ſed diſpoſitionem duntaxat. Hæc Thomas in ſcripto. Inſuper in prima
parte ſummæ quæſtione 23. Prædeſtinatio,inquit, voluntatem includit. Iccirco ſic inqui
renda eſt ratio prædeſtinationis,ſicut inquiritur ratio voluntatis diuinę. Non eſt autem
aſſignare rationem voluntatis diuinæ ex parte actus valendi, ſed ex parte volitorum in
quantum deus vult vnum propter aliud. Itaque nemo tantæ fuit inſaniæ,vt diceret me-
rita eſſe cauſam prædeſtinationis diuinæ ex parte actus prædeſtinationis. Verum ſi

tunc quæratur vtrum ex parte effectus prædeſtinatio aliquam habeat cauſam, hoc eſt, D
an deus præordinauit ſe daturum prædeſtinatiõis effectum alicui propter merita eius.
Dicendum ꝙ quidam dixerũt, ꝙ imo vij propter merita præcedentia in alia vita, vt Ori
genes qui dixit omnes animas rationales ſimul creatas, atq; in cœlo quaſdam peccaſſe ac
iuxta diuerſitatem meritoꝝ ſuoꝝ diuerſos in hoc mundo ſtatus ſortiri. Veꝝ iſtam opi-
Roma.9 nionem excludit Apoſtolus ad Rom. dicendo de Iacob & Eſau. Eum nondum nati eſ-
ſent aut aliquid egiſſent boni aut mali, non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt, quia
maior ſeruiet minori. Alij ergo, vt Pelagiani hæretici dixerunt, ꝙ merita præexiſtentia
in hac vita ſunt cauſa & ratio effectus prædeſtinatiõis, dicentes initium benefaciendi ac
promerendi eſſe ex nobis. Conſummationem vero ex deo, quorum error patet ex verbis
2.Cori.3 Apoſt. ad Corint. aſſerẽtis. Nõ ſumus ſufficiẽtes cogitare aliqd ex nobis, q̃ſi ex nobis, nul
lum autem principiũ promerendi actualiter poteſt eſſe in nobis ante cogitationem, ideo
dici non valet ꝙ deus dedit ac dare decreuit ſeu præordinauit alicui gratiam, quoniam
ſciuit illum bene vſurum gratia ſua, quemadmodum rex dat militi equum, quoniã ſcit
ꝙ eo bene vtetur. Hi quoq; non videntur diſtinxiſſe inter id quod eſt ex gratia, & quod
eſt ex libero arbitrio, quaſi idem eſſe nequeat ex vtroq;. Manifeſtum eſt enim ꝙ id quod
eſt gratiæ ſit prædeſtinationis effectus, nec hoc poteſt poni vt ratio prædeſtinationis, cũ
hoc ſub prædeſtinatione includatur. Si ergo aliquid aliud ex parte noſtri ſit ratio prędede E
ſtinationis. Hoc erit præter prædeſtinationis effectum, ſed non eſt diſtinctum, quod eſt
ex prædeſtinatione & libero arbitrio, ſicut non eſt diſtinctum ꝙ eſt ex cauſa ſecunda, &
ex cauſa prima. Diuina quippe prouidentia producit effectus per ſecundarum operatio-
nes cauſarum. Hinc & id quod eſt per liberum arbitrium ex prædeſtinatione procedit.
Dicendum ergo ꝙ prædeſtinationis effectum poſſumus conſiderare dupliciter. Primo
in particulari, & ita nil prohibet vnum prædeſtinationis effectum eſſe cauſam alterius,
vtpote poſteriorem prioris ſecundum rationem cauſæ finalis. Priorem vero poſterio-
ris ſecundum rationem cauſæ meritoriæ, quæ reducitur ad diſpoſitionem materiæ. Vt ſi
dicamus ꝙ deus præordinauit ſe daturum alicui gloriam ex meritis, & ꝙ præordinauit
ſe alicui præſtiturum gratiam vt gloriam mereatur. Secundo conſiderari poteſt præ-
deſtinationis effectus in communi, ſicque impoſſibile eſt ꝙ totus prædeſtinationis effe-
ctus aliquam habeat cauſam ex parte noſtri, quoniam quicquid eſt in homine ordinãs
ipſum ad ſalutem totum comprehenditur ſub prædeſtinationis effectu, etiam præpara-
tio ipſa ad gratiam. Neque enim hæc fit niſi per diuinum auxilium. Iuxta illud Thre-
norum tertio capite: Conuerte nos domine ad te, & conuertemur. Habet tamen hoc
modo prædeſtinatio ex parte effectus pro ratione bonitatem diuinam ad quam totus
prædeſtinationis effectus ordinatur tanquam in finem, ex qua & procedit tanquam ex F
primo mouente principio. Itaq; bonus vſus gratiæ præcognitus non eſt cauſa collatio-
nis gratiæ, niſi ſecundum rationem cauſæ finalis, deniq; ex bonitate diuina ſumi poteſt
ratio prædeſtinationis aliquorum, reprobationiſq; aliorum. Sic etenim dicitur deus o-
mnia propter bonitatem ſuam feciſſe, vt in creaturis diuina bonitas repreſentetur. Ne-
ceſſe eſt autem vt diuina bonitas in ſe ſimplex, & vna multipliciter repreſentetur in re-
bus. Ideo ad completionem vniuerſi inſtituti ſunt diuerſi entium gradus, & vt multipli-
citas graduum in rebus cõſeruetur, permittitur deus fieri aliqua mala ne multa bona im
pediantur. Sic quoque conſiderando totum genus humanum, voluit Deus in aliquibus
repræſentare ſuam bonitatem per modum miſericordiæ, vt in prædeſtinatis. In alijs per
modum iuſtitiæ, vt in præſcitis & reprobis. Ad quod inſinuandum dicit ad Romanos
nono. Apoſtolus volens deus oſtendere iram, id eſt, iuſtitiæ ſuæ vltionem & notam fa-
cere potentiam ſuam, ſuſtinuit, id eſt, permiſit in multa patientia vaſa iræ apta in interi-
tum, vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſis miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam.
Sed quare in particulari hos elegit & illos reprobauit, non habet rationem niſi volunta
tem diuinam, quemadmodum in naturalibus poteſt ratio aſſignari cum materia prima
ſit tota in ſe vniformis, cur vna pars eius eſt ſub forma ignis, alia ſub forma terræ, à deo
in principio condita, vt ſi ſic ſit diuerſitas ſpecierum in vniuerſo. Verum quare hęc pars
materiæ ſit ſub iſta forma, & alia pars ſub alia forma, dependet ex ſola & ſimplici DEI
voluntate, ſicut ex ſimplici artificis volũtate dependet, ꝙ iſte lapſus ſit in hoc ædificij pte
& ille



A & ille in illa. Nec tamen ob hoc extat iniquitas apud deum, quia non inæqualibus inæ-
qualia præparat. Hoc quippe derogaret iuſtitiæ, ſi prædeſtinationis effectus ex debito p-
ſtaretur & non magis ex gratia. In his vero quæ ex gratia dantur, poteſt qs ex libito ſuo
dare cui vult plus, & cui vult minus abſq; præiudicio iuſticiæ, dũmodo nulli ſubtrahat
debitum. Propter quod paterfamilias apud Matthæum ait: Tolle quod tuum eſt & va-
de, volo autem & huic dare ſicut & tibi, an non licet mihi quod volo facere. His ſcriptis
Thomæ omnino concordant ſcripta Egidij, de his ſuper primum ſententiaꝝ, ſcripta q̃-
q; Richardi & ſcripta Petri. Imo Richardus contra poſitionem quam ſequitur, Bonauen
tura ſic arguit. Si aliqua ratio fuit in deo, cur potius prædeſtinauit ipſum Iacob q̃ Eſau,
ſeu iſtum quemcunq; q̃ alium ſignatum, ergo rationabilius fuit prædeſtinare ipſum Ia-
cob q̃ Eſau, ſed inconueniens eſt deum facere ad quod minus rationabile eſt omiſſo eo
quod rationabilius eſt, ergo impoſſibile fuit ꝙ deus prædeſtinaſſet ipſum Eſau & repro
baſſet Iacob. Ait nanq; Anſelmus primo libro: Cur deus homo, ſicut in deo quodlibet
paruum inconueniens ſequitur impoſſibilitas. Ita quamlibet paruam rationem ſeqtur
neceſſitas. Concordat durandus inter has tres reſponſiones videtur reſponſio Alexãdri
& Henrici minorem difficultatem & ammirationem includere ac magis valere ad ſatiſ-
aciendum vulgaribus, ſed ſicut oſtenſum eſt non videtur conſonare ſcripturis & dictis
B ſanctoꝝ. Porro poſitio ſancti Thomæ ſcripturis cõſonantior eſſe videt, cum & in Exo-
do dominus ad Moyſen dixerit: Miſerebor cui voluero & clemens ero in quem mihi pla
cuerit Apoſtolus itidem ad Romanos de hac re diſputando concludit. Ergo cuius vult
miſeretur, & quem vult indurat, & multa ibidem de his ſcribit metuenda & cum ingenti
tremore penſanda magis q̃ diſcutienda. Ita & Chriſtus cum dixiſſet: Confiteor tibi pa-
ter domine cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti
ea paruulis, pro ratione ſubiunxit etiam pater, quoniam ſic placitum fuit coram te. In his
ergo ponamus cuſtodiam cordi & ori noſtro, & oſtium circunſtantijs labijs noſtris, at-
q; cum metu timore & tremore noſtram perenne ſalutem, certi ꝙ dominus deus noſter
omnipotens ſit eſſentialiter bonus & bonitas, cuius uoluntas eſt ſubſtãtialiter ſapientia
ſua & ſanctitas ac pietas infinita, realiter quoq; iuſtitia prorſus immenſa. Iccirco nec ir-
rationabilis, nec iniuſta conſiſtere poteſt. Hinc etiam poſitio illa Bonauenturæ rationa-
bilior eſſe videtur propter motiua præhabita, & quãtum ſalua veritate ſcripturæ fas eſt
amplius mihi placet, nec imperſcrutabilia pſcrutari præſumo. Vnde & Scotus poſt mul-
ta difficilia, ſubtilia & profunda, quæ circa hæc tangit ita abrumpit. De his omnibus qa
Apoſtolus diſputat ad Romanos ego in fine diſputationis totum tanquam imperſcru-
tabile derelinquo, dicens cum ipſo Apoſtolo. O altitudo ſapientiæ & ſcientiæ dei quàm
C incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, &c. Iohannes. De propoſita materia diffuſę tracta-
ſti, & de ea me inſtruxiſti, magis tamen perterruiſti, eo ꝙ omnium pater dominus & cre
ator ſic diuidat inter fratres quoſdam ad inæſtimabilem beatitudinem eligens ac pdu-
cens, quoſdã imo plures valdeq; plurimos reprobans, deſerens & condemnans. Dionyſ.
Non ſolũ hoc, ſed & vtrunq; in multiplici gradu efficiens, ſunt enim qdam electi, quidã
electiores, nõnulli electiſſimi, quoꝝ tota vita eſt quaſi paruum cõtinuum dei obſequiũ
inceſſabiliſq; profectus in dei amore ac omni virtute. Ita & reproboꝝ ac impioꝝ quidã
ſunt vitioſi quidã, vitioſiores, quidã vitioſiſſimi. Quemadmodũ .n. ſupſanctiſſ. deus ſta
tuit ac decreuit omnipotentiã, ſapĩam, bonitatemq; ſuã multipliciter declarare in natu-
ralibus, in diuerſis rerum ordinibus, ſpeciebus ac gradibus, ſic miſericordiam ſuam atq;
iuſtitiã voluit multiformiter repræſentare in rationalium creaturarum ſuppoſitis. Ioan-
nes: Terrorem & admirationem hoc auget, & vt potius puto non expedit homini de
tam incomprehenſibili myſterio loqui, aut cogitare niſi ingens cogat neceſſitas. Dio-
nyſius. Non omnibus omnia expediunt, & quod vnum ſanat, alium lædit. Aeſtimo ita-
que ꝙ præinductorum conſideratio timorata ac ſobria mirabiliter valeat ad humilian-
dum ſeipſum, ad metuendum altiſſimum, ad reprimendum omnem diſſolutionem, va-
nitatem & periculoſam ſecuritatem, ad reprimendum incauta iudicia, ad vitandum pro-
ximorum contemptum. Et de hoc ſic ait Cancellarius Parrhiſienſis. IOHANNES.
Hæc conſideratio iudiciorum Dei, qui terribilis eſt in conſilijs ſuis ſuper filios hominũ,
ſed cum ſuperba curioſitate recenſeatur, præcipitat in illam Sapientis damnationem,
Qui ſcrutator eſt maieſtatis opprimetur à gloria. Exterminat omnem bonæ conſolati-
onis

onis virtutem, deniq; in reprobam de deo deſperationem & in odioſas, rabidas ac inſa- D
nas demergit blaſphemias, hoc in viatoribus aliquibus, hoc in damnatis omnibus ope-
ratur. Si vero cum debita humilitate ac reuerētia aſſumatur, nullam exiſtimo potiorem vel efficaciorem ad obtinendum cõſolationem diuinam & gratiam ac ſalutem. Verum in hoc iugiter omnis immoderantia eſt vitanda, & iuxta doctrinam Apoſtoli redigendus eſt intellectus in obſequium Chriſti ſubiectionemq; fidei. IOHAN. Satisfeciſti iam abundanter deſiderio meo in opere tanto, vnde & gratias pro viribus ago, quanq̃ vnũ ſit quod doleo omiſſum. DIONY. Et quid eſt hoc? IOHAN. Diuiſiones de quibus quamuis te ſupra excuſaueris, attamen quia in ſcholis iam conſueuerunt præmitti, vtinam ſaltem breuiter tãgeres eas. DIONY. Etiam in hoc acquieſcam. Veruntamen huic operi hic finem imponam, atq; de omni quod bene prolatum eſt grates offero patri miſericordiarum, deo totius conſolationis, cuius prouidentia nos in huius vitæ circulo tam paterne ac pie gubernet & conſoletur, vt ad torrentem voluptatis ſupernæ ad ſuperſpendiſſimum fontem vitæ æternæ, ad poſſeſſionem inamiſſibilem luminis gloriæ decurſo ſtadij huius exilio perducamur, ad laudem & gloriam omnipotentis, qui eſt ſuper omnia deus ſublimis & benedictus, AMEN.

¶ Lucubrationum D. Dionyſii Carthuſiani, in libros Seuerini Boethij de conſolatione philoſophica.

FINIS.